NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
C
9
CC
IV
10

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VARIORVM PLV-tarchi ſcriptorum to-mus tertius.

aaa4.

Bibliothecæ S. Pantaleonis Sch. D

PLVTARCHI LIBER qui inſcribitur, Cum principibus maximè philoſophum debere diſputare,

BIBLIOTEC ROMA

ERASMO ROTERODAMO interprete.

IN amorem principum virorum in- A
ſinuare ſeſe, & illorum amicitiã am- 1387
bire & ſuſcipere, eámque colere, quæ
multis ſit tum publicè tum priuatim
vtilitatem ac fructum allatura, id ho-
minum eſt ciuilium, honeſtate & hu
manitate præditorũ, non gloriæ cu-
pidorum, quemadmodum nonnulli dictitant. Quin
contrà potius is & gloriæ ſitiens, & probri metuẽs vi-
detur, qui reformidat ac veretur ne dicatur ſtudioſus
& obſeruans eorum qui poteſtate præcellunt. Alioqui B
quid dicitis qui ſanabilis eſt, & philoſophũ deſiderat?
Vtinã ſim Simon ille coriarius, aut grammatiſta Dio-
nyſius, è Periclis aut Cimonis familia, vti mecum con-
fabuletur, mihíque aſſideat, quemadmodum Socrates
illis. Et Ariſton Chius, quum malè audiret à ſophiſtis,
quòd cum omnib' quicunque vellent, diſputaret, Vti-
nam (inquit) etiam feræ intelligerent ſermones qui
prouocent ad virtutem. Et nos refugiemus habere cõ-
ſuetudinem cum viris potentibus & optimatibus, per- C
inde quaſi immites ſint ac feri? Philoſophiæ doctrina
non eſt ſtatuarum artifex, vt ſigna fingat quæ in baſi
muta ſtent, & ſenſus expertia, quemadmodum dixit
Pindarus: ſed agilia ſtudet facere quæcunque aggredi-
tur, actuoſáque ac animata. Addit impetus quibus ex-
citentur, addit iudiciũ quod inuitet ad vtilia, addit de-

A lectum quo ſequamur potiora, addit prudentiam, ani-
1350 mique magnitudinem cum manſuetudine cautelâque
coniunctam. Per quas res viri ciuiles libentius habent
familiaritatem & conſuetudinem cum præcellentibus
dignitate viris ac præpotentibus. Etenim ſiquis medi-
cus ſit egregius, libentius illi medebitur oculo qui pro
multis circunſpiciat, multóſque cuſtodiat. Ita philoſo-
phus eius animi curam libentius aget, quem videt pro
multis ſolicitũ, quémque oporteat multis ſapere, mul-
B tis eſſe philoſophum, multis exhibere iuſtitiam. Ete-
nim ſi peritus artifex fuiſſet in exquirendis & contra-
hendis aquis, cuiuſmodi narrãt Herculem, ac veterum
complures, non gauiſus eſſet fodere in extremis oris
iuxta Corui rupem ſubalcicam illam Arethuſam, ſed
amnis alicuius perennis fontes aperuiſſet ciuitati &
exercitui, regum arbuſtis ac ſaltibus. Audiuimus ſanè
Homerum, Minoa dei ὀαριςὴν appellantem, hoc eſt,
interprete Platone, familiarẽ ac diſcipulũ. Neq; enim
cenſebat priuatos homines, aut ædium cuſtodes, aut
C otioſos, eſſe deorum diſcipulos, ſed reges: quibus ſi cõ-
tigerit rectum conſilium, iuſtitia, probitas, fortitudo,
continuò futurum eſt vt omnes adiuuentur, fructúm-
que capiant, qui cum eis habent cõmercium. Ferunt
ſi eryngium herbam vna aliqua capra ſumpſerit in os,
primùm ipſam ſiſti, deinde reliquũ omnem gregẽ cum
illa conſiſtere, donec accedens caprarius herbam exi-
mat. Eiuſmodi quædam vis & acrimonia fluit à pote-
ſtate, quæ ignis in morem depaſcatur ac diſſipet quæ-
cunq; propius admota fuerint. Atqui philoſophiæ do-
D ctrina, ſi in hominem priuatũ inciderit gaudentem o-
tio, ſeſéque veluti centro ac ſpatio geometrico corpo-
ris neceſſitatibus circunſcribentem, nihil transfundit
in alios, ſed facta in vno illo trãquillitate & quiete mar-
ceſcit, ſimúlque cum eo deficit: verùm ſi principẽ aut
magiſtratum, & in negotiis verſantem attigerit, atque
hunc expleuerit honeſtate, per vnum prodeſt complu-
ribus. Sic fuit Anaxagoras Pericli familiaris, Dioni Pla
1391 to, Pythagoras Italiæ primatibus. Ac Cato ipſo relicto
exercitu, nauigauit ad Athenodorũ. Scipio Panætium

accerſiuit, quũ à ſenatu legatus eſſet, vt tum iniuriam, A
tum æquitatem hominũ conſideraret, velut inquit Poſi
donius. Quid igitur oportuit dicere Panætiũ? Si qui-
dem eſſes Caſtor aut Pollux, aut alius quiſpiã priuatus,
cupiens mediam vrbis lucem effugere, per otiũ in an-
gulo quopiam philoſophorũ ſyllogiſmos reſoluens ac
nectens, lubens te docendum ſuſcepiſſem, tuáque vte-
rer conſuetudine: ſed poſteaquam es Pauli Æmylii bis
conſulis filius, nepos autẽ Scipionis Africani, eius qui
Hannibalem Carthaginenſem deuicit, haud diſſeram B
tecum. Cæterùm quod dicunt nonnulli duplicem eſſe
philoſophiæ doctrinam, alteram ipſo in animo ſitam,
Hegemonis, *id eſt ducis*, Mercurii munus, alterã in ef-
ferendo & enuntiando poſitam, atque organicam, id
friuolum eſt, coniungendúmque cum illo quod dici
ſolet, Hoc noueram antequam Theognis natus eſt.
Quanquam ea diſtinctio nihil obſtiterit, propterea
quòd tum eius doctrinæ quæ ſita eſt in animo, tum
eius quæ poſita eſt in enuntiando, finis eſt amicitia: hu
ius quidem erga alterum, illius verò erga ſeipſum. Ea C
ergo doctrina quæ per philoſophiam omnia refert ad
virtutem, ipſum ſecum concordẽ ſibíque conſentien-
tem, ac talem vt ipſe de ſe nihil queratur, pacis & gau-
dii plenum, ſemper ſibiipſi amicum ac beneuolentem
reddit hominem. Non hic ſeditio, non impium bel-
lum in membris, non affectus parum dicto audiens ra
tioni, non cupiditas cum cupiditate pugnans, non con
curſus cogitationis cum cogitatione, nõ velut in con-
finio cupientis ac pœnitentis aſperitas, ac turbulentia D
cum delectatione coniuncta, ſed amica pacatáque o-
mnia, per quæ fit vt vnuſquiſque pluribus fruatur bo-
nis, ac ſeipſo gaudeat. At enuntiatiuæ doctrinæ mu-
ſam, Pindarus negat olim quæſtus auidã & operariam
fuiſſe, ego ne nunc quidem eſſe puto, ſed inſcitia & ho
neſti neglectu, communem illum Mercurium, nego-
tiatorem ac mercenarium eſſe redditũ. Neque enim
conſentaneum eſt Venerem ſacrifici ſui filiabus indi- 1392
gnatam fuiſſe quòd primæ tentarint odia ſerere in a-
doleſcentulos, Vraniam autem & Calliopen & Clio

A gaudere iis qui ſermonē ac doctrinam pecuniæ gratia tradant. At mihi ſanè ſic videtur, Muſarum opera muneráque magis quàm Veneris eſſe cum amicitia beneuolentiáque coniuncta, magíſque ad hæc paranda conducere. Nam gloria famáque, quam nonnulli doctrinæ finem faciunt, velut initium ac ſeminarium amicitiæ diligitur. Quin potius hominum vulgus in totum, gloriam beneuolentia metiuntur, arbitrantes nos eos duntaxat laudare quos amamus. Verùm, ſi-
B cut Ixion Iunonem inſequens, in nubem incidit, ſic iſti pro amicitia, falſum amicitiæ ſimulachrum, populare vagúmque amplectuntur. At is qui ſapit, ſi in adminiſtranda republica verſetur ac negotiis, is tantum gloriæ deſiderabit, quantum ſatis eſt ad conciliandum illi in rebus gerendis autoritatem, quæ naſcitur inde quòd vir optimus creditur. Neque enim iucundum eſt neque facile prodeſſe, ſiquis nolit prodeſſe: vt autē velis, facit opinio fidéſque tibi habita. Sicuti lumen bonum eſt, non tam iis qui videntur quàm iis qui vi-
C dent: itidem fama iis qui ſentiunt potius quàm iis qui non negliguntur. At is qui ſemotus à publicis negotiis ſecum ipſe viuit, quíque finem boni collocat in otio & quiete, vt gloriam in turbis hominum, in theatris per omnem populum circumuolantem, non aliter quàm Venerem Hippolytus, quòd caſtus eſſet, procul ſalutat, ita eā quæ à probis cordatíſque viris proficiſcitur, idem haud aſpernatur. Opes porrò & maieſtatem regiā & potentiam, nec oportet perſequi in amicitiis, neque fugere tamen, ſi cum modeſtis moribus hæc
D fuerint coniuncta. Neque enim philoſophus adoleſcentes requirit formoſos & venuſtos, ſed tractabiles, compoſitos & diſcendi cupidos. Neque rurſum ſiquibus adeſt decor & forma, flóſque æui, id deterret philoſophum, neque pulchritudo alienat aut abigit à curandis iis qui digni ſunt. Itaque ſi principis dignitas ac potentia ſimul contigerit homini modeſto & humano, non abſtinebit ab huius amore beneuolentiáque philoſophus, neque metuet hominū rumores, ne dicatur aulicus & principum cultor.

Qvicunque Venerem fugit, inſanit nimis, A
Non aliter atque hi qui ſtudent bona tollere. Si-
militer & iſti qui erga tam ſplendidam amicitiã opti-
matum eodem modo ſunt affecti. Ergo philoſophus 1393
à negotiis alienus, non refugiet, nec abhorrebit ab hu
iuſmodi. At ciuilis eos etiam audire cupiet, nõ obſtre-
pens ac moleſtus, nec aures infarciens importunis ac
ſophiſticis diſputationibus, verùm cum iis qui cupiũt,
gaudebit & diſputare & otiari & libenter habere fa-
miliaritatem. B

Bis ſex dierum iter, ſero arua fertilem
Berecynthium agrum. Hic ſi non ſolùm agrico-
lationis ſtudioſus fuiſſet, verumetiam hominum, num
libentius ſereret agrum, qui tantam hominum multi-
tudinem alere poſſet, quàm illum Antiſthenis agel-
lum quem aiebat ſibi vix ſufficere? At ſi te rogem, an
idem facere velis, vniuerſum terrarum orbem inuer-
tere, Recuſo, dixeris. Atqui Epicurus ſummum bo-
num in otio altiſſimo conſtituens, velut in portu tran-
quillo, qui nullis agitetur vndis, nullo ſtrepat fragore, C
dicit non modò pulchrius eſſe beneficio afficere quàm
affici, verumetiam iucundius. Nam nulla res perinde
parit gaudium vt beneficentia. Sapiebat autẽ qui Gra-
tiis indidit nomina, Agläïæ, Euphroſynæ ac Thaliæ.
Lætitia enim & hilaritas amplior & purior eſt in eo
qui beneficium confert. Quapropter multi ſæpe pu-
dore ſuffunduntur, quum beneficium accipiunt, ſem-
per autem gaudent quum beneficium præſtant. Por-
rò de multis bene merentur qui eos reddunt bonos,
quorum opera plures indigent. Ac rurſum qui ſem- D
per corrumpunt principes, reges ac tyrannos, nem-
pe delatores, calumniatores & adulatores, ab omni-
bus exiguntur, puniuntúrque, vt qui non in vnum ca-
licem lethale venenũ mittant, ſed in fontem publici-
tus ſcatentem, & quo vident omnes vti. Quemadmo-
dum igitur Calliæ adulatores in comœdiis nec ignis,
nec ferrum, nec æs arcere potuit, quominus ad cœ-
nam ventitarent, teſte Eupolide: Apollodori autem
tyranni, Phalaridis ac Dionyſii familiares & amicos

A mactarunt,torſerunt,inuſſerunt,& execrabiles ac de-
uotos reddiderunt,quòd illi vnum modò læderent,hi
multos per vnum imperium gerentem : ſic ii qui cum
priuatis hominibus habent conſuetudinem,efficiunt
1394 vt ipſi ſibi moleſti non ſint, ſintque innocui & placi-
di: ſed qui principis malos mores aut ſententiam mu-
tat,prout res poſtulat eum emendans, is quodammo-
do publicitus philoſophatur ac rempublicam corrigit,
qua vniuerſi gubernantur. Sacerdotibus reuerentiam
B & honorem reſpublicæ impendunt,quòd à diis poſtu
lent bona non ſolùm ſibiipſis,amicis ac familiaribus,
verumetiam in commune omnibus ciuibus:quum ta-
men ſacerdotes non id efficiant vt dii ſint bonorũ da-
tores,ſed tales quum ſint,inuocant. At philoſophi qui
cum principibus viuunt,eos reddunt meliores ac mo-
deratiores,& ad benefaciendum propenſiores : vnde
par eſt eos etiam magis honorari. At ego quidem ſic
exiſtimo,eum qui lyræ fabricandæ ſit artifex,libentius
C facturum lyram ac promptius ,ſimulatque cognoue-
rit futurum vt eius lyræ poſſeſſor Thebanorum vr-
bem mœnibus cingat,quemadmodũ fecit Amphion,
quàm cuius poſſeſſor ſit Lacedæmoniorũ ſeditionem
compoſiturus , incinens ac deliniens eos,ita vt fecit
Thales. Itidem faber libentius faciet clauum, ſi per-
contatus intellexerit futurum vt is Themiſtoclis im-
peratoriam nauem gubernet pro Græcia propugnã-
tem,quàm ſi Pompeii nauem eſſet gubernaturus,cum
D piratis nauali bello pugnantis. Quid igitur ſentis de
philoſopho doctrina & eruditione prædito? Nimi-
rum quòd quicunque in repub. adminiſtranda con-
ſtitutus,ac principatum gerens vir,hunc ipſum aſſum-
pſerit,is toti reipub. profuerit, exhibens iuſtitiam,cõ-
dens leges,puniens nocentes , euehens moderatos ac
bonos. Mihi verò videtur & nauium opifex elegans,
libentius clauum fabricaturus fuiſſe,qui audiſſet futu-
rum vt is Argo gubernaret,pro qua omnes eſſent ſo-
liciti:& faber lignarius nõ tam libenter compoſiturus
aratrum aut plauſtrum quàm tabulas illas in quibus
Solon leges ſcripturus eſſet. Et ſanè philoſophorum

doctrinæ,ſi principum & rempub.adminiſtrantium a- A
nimis inſcribantur, inſigantúrque ſic vti inhæreſcant, legum vim nanciſcūtur. Siquidem & Plato nauigauit in Siciliam, futurum ſperans vt philoſophiæ decreta & leges & facta gigneret in Dionyſii negotiis. Verùm reperit Dionyſium,ceu librum prioribus literis deraſis denuò ſcriptum,ac maculis mēdiſque plenum,nec re- 1395
mittentem tyrannidis tincturam, qua longo iam tempore fuerat imbutus, vt non facilè poſſet elui. Faciles autem adhuc & mutabiles ſint oportet,qui vtiles accipiant doctrinas.

PLVTARCHI COMMENTARIUM, In principe requiri doctrinam.

ERASMO ROTEROD. interprete.

PLATO rogatus à Cyrenenſibus vt ſibi leges ſcriberet, ſcriptáſque relinqueret, ac reipublicæ ſtatum componeret, recuſauit, dicens eſſe perdifficile leges condere Cyrenenſibus, qui tam eſſent felices. Nihil enim tam ſuperbum,nihil tam intractabile ac moroſum eſſe quàm hominem quem felicitatis opinio corripuerit. Quapropter difficile eſt iis qui gerunt imperium, de imperio conſulere. Reformidant enim doctrinam ceu principem admittere, ne potentiæ bonum quod habere videntur impediat,ſi id aſtringat, & ſeruire cogat honeſto.Idque faciunt,quòd ignorēt ſententiā Theopompi Spartanorum ducis,qui quum primus in Sparta re-

A giæ poteſtati adiunxiſſet magiſtratus Ephoros, deinde
vxor dixiſſet, probro illi futurum ſi filiis traderet mi-
nus imperiũ quàm accepiſſet ipſe: Imò maius (inquit)
relinquo: nimirũ hoc maius, quo firmius. Nam quum
acerbitatem ac ſæuitiam imperii remiſiſſet, vnà cum
inuidia vitauit & periculum. Quanquam Theopom-
pus ex imperio, velut magno flumine deductis riuis,
quantum aliis dedit, tantum ſibi detraxit. At doctrina
ex philoſophia principi aſſidens, & velut cuſtos inha-
B bitans, virium periculum velut ex bona corporis habi-
1396 tudine auferens, quod ſanum eſt relinquit. Sed pleri-
que reges ac principes parum cordati, ſtatuarios impe-
ritos imitantur, qui credunt coloſſos magnos & am-
plos videri, ſi tibiis vehementer diductis, ſi latè diſtẽtos
& hiantes finxerint. Nam hi quoq; grauitate vocis, tor
uitate vultus ac morum truculentia, fugáque conſue-
tudinis humanæ, maieſtatem & autoritatem imperii ſi-
bi videntur imitari, nihil prorſum à coloſſorum ſignis
diſcrepantes, qui quum foris heroicam ac diuinã quan
dam ſpeciem præ ſe ferant, intus pleni ſunt terra, lapi-
C de, plumbo: niſi quòd iſtud colloſſorum pondus recti-
tudinem illorum ſtabilem & immotam ſeruat: at ineru-
diti duces ac principes, propterea quòd intus malè li-
brati ſint, ſæpenumero vacillant, ac ſubuertuntur. Ete-
nim quum baſi non rectè poſitæ ſublimem ſuperſtruũt
poteſtatem, ſimul cum ipſo pondere nutant, & ad rui-
nam inclinantur. Verùm quemadmodum oportet vt
ipſa regula primùm recta ſit, nihil habens obliquum,
deinde cætera ſibi admota, quatenus ſibi congruunt,
exæquet: cõſimili modo princeps, poſteaquã imperium
D in ſeipſo parauerit ac direxerit, vitámq; ſuã compoſue-
rit, tũ debet ſibi coaptare eos quibus imperat. Nec e-
nim cadentis eſt alium erigere, nec ignorãtis docere,
nec incompoſiti componere, nec ordinare inordinati,
nec imperare eius qui non pareat imperio. At qui pa-
rum ſapiunt, illud præcipuum imperii bonum eſſe du-
cunt, quòd nullius imperio ſubiaceant. At Perſarum
1397 quidem rex omnes pro ſeruis habebat, præter vxo-
rem ſuam, cuius maximè conueniebat eſſe dominum.

Quis igitur imperabit principi? nempe lex, omnium A
regina & mortalium & immortalium, vt ait Pin-
darus: non iſta quidem lex foris in libris aut li-
gneis ſcripta tabulis, ſed animata ipſi inſita ratio, ſem-
per conuiuens ac familiaris principi, nec vnquam a-
nimum ſuo ductu, ſua moderatione deſtituens. Nam
Perſarum rex vnum habebat cubicularium, cui hoc
negotii mandatum erat vt diluculo ingreſſus illi dice-
ret, Surge rex, atque ea cura negotia, quæ te curare vo
luit Meſoromaſdes. At erudito prudentíque princi- B
pi intus in animo adeſt, qui ſemper idem dictet ac iu-
beat. Polemon dicebat amorem eſſe deorum obſe-
quium ad proſpiciendum adoleſcentulis. Sed verius
quis dixerit, principes miniſtros eſſe Dei ad curam ac
ſalutem hominum, vti bona quæ Deus illis largitur,
partim diſtribuant, partim ſeruent. Vides in ſublimi
cælum hoc immenſum, quod terram vndique liquidis
vlnis amplectitur? Illud quidem demittit ſeminum,
quibus opus eſt, principia, terra verò producit: cre-
ſcunt autem partim imbribus, partim ventis, partim
ſtellis ac luna confouentibus: porrò ſol ornat omnia, C
omnibus vim amoris ex ſeſe admiſcens. Sed tot tan-
tíſque muneribus ac bonis quæ dii largiuntur, non li-
cet nec frui, nec vti rectè, ſi deſit lex, iuſtitia & prin-
ceps. Itaque iuſtitia quidem legis eſt finis, lex autem
principis opus, princeps verò Dei ſimulachrum ad-
miniſtrantis vniuerſa, nihil egens Phidia ſtatuario, ne-
que Polycleto, neque Myrone, ſed ipſe ſeipſum per
virtutem Deo ſimilem reddit, ac fabricatur ſtatuam o-
mnium viſu iucundiſſimam, ac magnificentiſſimam.
Quemadmodum enim Deus in cælo pulcherrimũ ſui- D
ipſius ſimulachrum conſtituit ſolem ac lunam, talis eſt
in republica imago ac lumen, princeps, qui Dei reue-
rens, iuſtitiam tuetur, hoc eſt, Dei rationem geſtat,
nempe intellectum: non ſceptrum, aut fulmen, aut tri-
dentẽ, qua ſpecie ſeipſos nonnulli fingunt ac pingũt,
ſtultitiam ſuã, quòd videantur inacceſſi, reddẽtes inui-
dioſam. Offenditur enim Deus iis q̃ tonitrua, fulmina,

A radiorum iaculationes imitantur: delectatur autem iis
1398 qui ſuam æmulantes virtutem , ſemet in honeſtate &
humanitate reddūt adſimiles,atque hos in maius pro-
uehit,impertiens ſuam æquitatem, iuſtitiam, veritatē,
ac manſuetudinem. Quibus rebus nihil eſt diuinius,
neque ignis,neque lux,neque ſolis curſus,neque exor
tus & occaſus aſtrorum,nec ipſa æternitas, aut immor
talitas.Non enim felix eſt Deus vitæ ſpatio,ſed princi-
patu virtutis: hic enim diuinus eſt. Honeſtum autem
eſt etiā quicquid imperio ipſius ſubiacet. Anaxarchus
igitur,quum Alexandrum de Cliti cæde diſcruciantem
ſeſe conſolaretur, dixit ad hunc modum , Clito iuſti-
B tiam contigiſſe , quæ diis aſſideat , vt quicquid à rege
fieret,fas iuſque videretur. Idque nec rectè , nec vtili-
ter, quū eius mētem errati pœnitentē inſtigatione ad
ſimilia patranda, ſanaret. Quòd ſi hiſce de rebus ſimi-
litudines ſunt conferendæ, non aſſidet Ioui iuſtitia,ſed
ipſe iuſtitia fáſque eſt , léxque tum antiquiſſima, tum
exactiſſima.Veteres ita & loquuntur & ſcribunt & do
cent,abſque iuſtitia principatum rectè gerere ne Io-
uem quidem ipſum poſſe. Atque eadem virgo eſt iuxta
Heſiodum, nimirum incorrupta, pudoris , modeſtiæ
& vtilitatis amica : vnde & reuerendos cognominant
reges Conuenit enim vt ii maximè reuereantur , qui
minimè timent.Cæterùm principem magis oportet ti-
C mere, nequid mali faciat,quàm nequid patiatur. nam
hoc ex illo naſcitur . Atque hic eſt principis metus , &
humanus,nec ingeneroſus,vt iis quibus imperat, me-
tuat,nequid ſe inſcio lædatur.non aliter atque canes
nocturnam ac laborioſam agentes ouium in ſeptis cu-
ſtodiam , ſimulatque trucem audierint feram, timent
non ſibi,ſed iis quæ cuſtodiunt. Epaminondas autem
Thebanis in ludos quoſdam feſtos & compotationes
ſolutis,ſolus adibat arma mœniáque,dicens ſe ſobriū
eſſe ac vigilare, quò liceret aliis ebrios eſſe ac dormire.
Præterea Cato in Vtica , victore Cæſare, reliquos o-
mnes iuſſit ad mare vocari : eos ſimulatque impoſui-
ſſet,ac proſperam eſſet nauigationem precatus, ipſe re
1399 uerſus domum, ſibi necem ſua manu conſciuit,docēs

videlicet, quibus debeat timere princeps, & quæ de- A
beat contemnere. Contrà Clearchus Ponti tyrannus, arculæ incluſus, ſerpentis in morem dormire ſolitus eſt. Et Ariſtodemus Argiuus in cœnaculo domicilium habebat hoſtio penſili, cui impoſita lectica dormire conſueuit vnà cum amica. Puellæ mater ſcalas detrahebat, eáſque rurſus apponebat orta luce. Quantopere creditis hunc horruiſſe theatrum, palatium, curiam, conuiuium, qui è cubiculo ſibipſi carcerem fecerit? Itaque qui verè ſunt reges, timent iis in quos habent imperium, contrà tyranni eos ipſos timẽt: proinde metum augent aucta potentia, propterea quòd quò pluribus imperant, hoc plures metuunt. Nec enim con- B
ſentaneum eſt neque decens, id quod à nonnullis philoſophis dictum eſt, in hyle, *id eſt materia*, quæ cuncta patiatur, quæque in rebus innumeras recipiat neceſſitates, caſus, commutationes, latêre Deum admixtum, ſed ſupra nos in ſublimi, iuxta naturã quæ ſemper eodem modo ſe habet, in ſanctis (vt inquit Plato) fundamentis fixus ſedens, recta perficit iuxta naturam obambulans. Quemadmodum autem in cælo ſolem pulcherrimum ſui ſimulachrum, quod ſe ceu ſpeculo repræſentet, oſtendit iis qui ipſum per illum poſſunt intueri: ita in ciuitatibus iuſtitiæ lucem, huiúſque rationem velut imaginem conſtituit, quam felices ac prudentes effingunt è philoſophia, ad ſummam rerum pul- C
chritudinem accommodantes ſeſe Hunc autem animi habitum nihil eſt quod gignat in nobis, niſi doctrina è philoſophia proficiſcens: vt ne idem nobis accidat quod Alexandro, qui quum Corinthi vidiſſet Diogenem, eiúſque probaſſet ingenium, ac viri prudentiam & magnitudinem eſſet admiratus, Ni Alexander eſſem, (inquit) Diogenes eſſem: aliquentulũ (vt ita dicã) onuſtus ſua felicitate ac ſplendore potentiáque, velut 140
impedimentis & otium negantibꝰ ad capeſſendam virtutem: inuidens tamen interim Diogeni pallium ac peram, quibus ille inuictus erat & inſuperabilis, non quẽadmodum ipſe, armis, equis & fariſſis. Licebat igitur philoſophãtem ſimul & affectu fieri Diogenem, & for-

A tuna manere Alexãdrum.Et ob hoc magis etiam Diogenem fieri conueniebat, quòd Alexander eſſet, vt qui aduerſus magnam fortunam, turbulentam ac procelloſam, multis opus haberet fulturis, magnóq; gubernatore. Nam in imbecillibus, humilibus, ac priuatis, ſtultitia impotentiæ mixta, ad hoc vt peccare non poſſint, anxietas quædã velut per ſomnia grauia animam perturbat, ad cupiditates coexurgere non potentem. At verò vbi poteſtas malitiam aſſumpſit, affectibus effectum addit. Verum eſt illud Dionyſii, qui dicebat ſe
B tũ maximè capere fructum ex imperio, quum quæ vellet, celeriter efficeret. Itaq; vehemẽter eſt periculoſum, velle quæ non decet, eum qui quæ velit, facere poſſit.

At ſimulac dictum eſt verbum, res ipſa peracta eſt.

Malitia celerem nacta curſum ex poteſtate, quemuis affectũ auget, iram faciens, cædem, amorẽ, adulterium, auaritiã, proſcriptionem: ac ſimul vt verbũ dictum eſt, actum eſt de eo qui ſuſpicione offendit, periítque delatus. Et quemadmodum docent phyſici, fulgur poſterius erumpere quàm tonitru, prius tamen apparere, ſicuti ſanguis prius apparet quàm vulnus, propterea quòd
C ſonitum quidem excipiant aures, lumini verò viſus occurrat: ſic in imperiis ſupplicia præuertũt accuſationes & prius emicant condemnationes quàm probationes.

Illic enim ira iam nequit reſiſtere,
Hamata ſicut ancora æquori fero: niſi rationis

1401 pondus frangat ac premat potentiam, vti princeps ſolem imitetur, qui quum altiſſimus eſt, ad polum ſeptentrionalem euectus, tum minimum mouetur, curſum tutum reddẽs tarditate. Neque enim fieri poteſt vt malitia lateat in poteſtate. Verùm eos quidem qui mor-
D bo comitiali ſint obnoxii, ſi in frigus aliquod incidãt, eóque corripiantur, continuò capitis occupat vertigo, ac vacillatio morbum arguens: at indoctos & ineruditos ſimulatque fortuna paululum extulerit, opibus ac gloria aut potentia ſubuectos in altũ, protinus oſtẽdit caducos. Imò potius, quemadmodum in vaſis inanibus nõ queas dignoſcere integra ſint an vitioſa, verùm vbi infuderis aliquid, tũ apparet quâ perſtillẽt: ſic animi pu-

tres, non ferentes potentiam, effluunt cupiditatibus, A
nēpe iracundia, faſtu, inſolētia. Sed quid attinet de his dicere, quum minima etiam nobilium & illuſtrium virorum delicta calumnientur homines? Catoni vinum obiiciebatur, Scipioni ſomnus, Lucullus ob cœnas ſumptuoſiores malè audiit.

PLVTARCHI LIBER quo diſſerit, Num ſeni gerenda ſit reſpublica, B

GIBERTO LONGOLIO interprete.

MAGNVM ſanè te laudum Pindari buccinatorem, mi Euphanes, eſſe cognoui, quum eius verba nūquam non 140a C
in ore habeas: & illa quidem in primis, quæ de ludis Græciæ ab eo & rectè & conuenienter fabricata ſunt: Occaſio (inquit) virtutem in ſummas tenebras deiecit. At verò quum non paucæ nos à ciuilium negotiorum geſtione occaſiones abſtrahāt atque auocent, earúmque de numero nō in poſtremis deſidia, animíque eneruatio, quam mollitudinem vocant, exiſtat, poſtremam nobis, veluti à ſacra linea, ſenectutem eliciunt: quaſi verò maximè illa ſit, propter quā & honoris & gloriæ ſtudia hebetiora & tardiora fiant. D
Itaq; ſicut athleticis certaminibus, ita quoque ciuilibus negotiis procurandis, ſuos veluti fines terminóſque, quos prætergredi in rem non eſſe arbitrantur, conſtitutos eſſe prædicant. De hoc autem negotio, vt plerunque mecum ipſe diſceptare ſoleo, ita quoque iam nunc tecum agere animus eſt, quò videlicet intelligas, in reipublicæ negotiis adminiſtrandis quàm ſit neceſſaria ſenum opera: deinde ne

A viam hanc ſanè longam ſatis & communem,qua vter-
que progreſſi hucuſque ſumus,relinquas: néve, tanquã
cognitum,& iam inde ab ineunte ætate aſſuetum ami-
cum,rempublicam videlicet, cum alio, eóque inſolito
(vt taceam interim cum quo ne liceat quidẽ vllo tem-
pore familiaritatem cõſuetudinémque inire) commu-
tes.Cæterùm,ſi me audies,quæ ſemel animo tuo con-
ſtituta & decreta ſunt,hæc mecum proſequare, his in-
hæreamus,neque alium vitæ,quàm benè vixiſſe,nobis
finem præſcribamus: niſi ipſo quod reſtat exiguo vitæ
ſpatio aliud quicquam quàm prolixum illud tempus
quo viximus, tanquam fruſtrà planè & temere tranſ-
B miſſum tritúmque,conqueri, & incuſando deplorare
libeat.Etenim non tyrannis & iniuſta dominatio(quẽ-
admodum ad Dionyſium dixiſſe quendam ferunt)glo-
rioſum ſepulchrum concinnauit,ſed à monarchia,ſce-
lere & iniuriis plena, ne tantillum quidem ceſſauiſſe,
hoc verò calamitatem longè magis accuratam exqui-
ſitioréinque attulit. Filium quoque illius iam regno
exutum,& inter priuatos vitam agentem,philoſophiæ
profeſſor Diogenes Corinthi conſpicatus,Quàm facis,
1403 (inquit) tuo genere indigna,ô Dionyſi: non enim no-
biſcum hic te otioſum & ab omni metu ſecurum, ſed
iſtic cum tyrannis domicilio incluſum, nõ aliter ac pa
trem tuum feciſſe nouimus, vitam conſumere oporte-
bat. Reſpublica porrò quæ à ciuibus probitate claris
C ſecundum legum præcepta gubernatur, nõ honeſtum
modò viri,qui non tam imperare quàm imperium re-
uereri & pati didicit,ſepulchrum eſt,quàm (vt verè di-
cam)gloria quædam anteactæ vitæ, quæ aduerſus mor
tem collocari ſolet. Hoc verò eſt, Simonide autore,
quod poſtremum ſub terras penetrat. Qui verò pro-
pter ſenectutem à magiſtratu ſeſe abdicant, iis omnis
humanitatis honeſtatiſque amor,ceu extinctus,abiici-
tur atque deponitur, iis rerum optimarum ſtudium,
præ illorum quæ ad vitam ſubleuandam pertinent,cu-
piditate defatigatum, ante tempus reſtinguitur: his a-
ctuoſæ & diuinæ illæ animæ partes,præ corporeis iſtis,
quæ permotionibus & affectibus agitantur, contem-
ptiores

ptiores humilioréſq; iudicantur. Hoc verò ſiquis lau- A
det, vt ab honeſto quamlongiſſimè abeſt, ita quoque
auribus turpia illũ loqui cenſuerim. Quid enim iſtud
aliud eſt, ac lucri faciendi, pro quo nullos labores im-
pendas, deſiderium atque cupiditas? Multo profectò
rectius Thucydides cenſuit, qui gloriæ & honoris ſtu
dium non ſenectutis abſentia, ſed communibus ciui-
libúſque rebus ritè procurandis definiuit: quarum ſa-
nè administrationem ne apes quidem & formicas vn-
quam abiicere, mirationem in primis magnam facit. B
Ecquis enim noſtrum eſt, qui vel vnquam ex apicula
fucum factum nouerit? Atqui quoſdam videas qui
eos quibus ætas iam ingraueſcit, à republica ad priua-
tas ædes ablegant, quò iſtic otioſi & deſides non aliud
faciant quàm quod venter & gula iubent. Quinetiam
virtutis eius quæ in agendo conſiſtit, facultatem o-
mnem ob hoc illis adimunt; quò nõ aliter otio ac ne-
glectum rubigine ferrũ tentari ſolet, torpeſcant. Lon-
gè mihi potior Catonis ſententia viſa eſt, qui ſenectu-
tem pluribus & ſibi peculiaribus incommodis obno- C
xiam, turpitudinis nota in inuidiam non vocandam
cenſuit. At inertia, quæ timiditatem & vitæ mollitiem
coniunctam habet, extra culpam eſſe nequit. Non e-
nim propter iſta tantùm ſenectus in turpitudinem ve-
nit, ſed ciuili imperio ſibi abrogato, ad ignaua vitæ of-
ficia labi illam neceſſe eſt: & in gynæceum ſcilicet aut
in agrum ſeſe abdens, quid rerũ iſtic meſſores agant,
quid ii qui ſpicas legunt; curioſe contemplatur. Vis
paucis dicam? D

Fit OEdipus quiſpiam & inſignia ænigmata.

Si verò nunc in ſenectute aliquis, neque priuſquam æ-
tatis annum quinquageſimum agat, ad rempublicam,
(veluti de Epimenide Cretenſi, quem adoleſcentẽ dor
mitum iuiſſe, & in ſenectute à ſomno excitatũ ferunt)
omni ſcilicet tranquillitate vitæ & otio quæ ſequi po-
tuit, relictis, accedat, & in forenſes contentiones oc-
cupationéſque ciuiles deſcendat, maximè quum ſe ex-
ercitatione nulla formauerit, neque in ciuilibus nego- 1404
tiis, imò ne cum ipſis hominibus ſatis verſatus ſit: huic

A rectè forſitan vnus aliquis quod à Pythia ex Apollinis oraculo reſponſum eſt, obiecerit, *Serò nunc ades,*

Regnum ſimul atque imperium à me poſtulans:

Sed limen aulæ ſeruus pulſas modò. Non aliter acſi comeſſator aliquis rudior & imperitior noctu errans, non regionis, non vrbis locorum, ſed ipſius vitæ cuius rationem non ſatis ſit expertus, mutationem moliatur. Porrò Simonidis dictum, Ciuitas virum docet, vt celebre, ita quoque verum eſt: ſed apud eos ma
B ximè locum habet, quibus abundè ſatis temporis, quo doceri & inſtitui diſciplinis iſtis, quæ contentionibus ciuilibus & forenſibus negotiis exacuuntur, ſuppetit. At ne hæc etiam ſatis profuerint, niſi talem nanciſcantur naturam, quæ & laboris ſit patiens, & nullam fortunæ aduerſitatem reformidet. Hæc non omnino ſibi malè quiſpiam aduerſus eos qui iam annis graues ad rempublicam viam parant, dixiſſe videbitur: verùm qui mentis & rationis rectè compotes ſunt, longè aliter ſentiunt. Quis enim ignorat, non adoleſcentiam
C modò, verumetiam iuuentutem à communi & publica rerum procuratione, vt quum maximè abhorrere? Neque verò id ſolùm ſententiam noſtram probat, ſed & teſtimonia fori nobiſcum faciunt. Præcones quum militarem concionem conuocant, non Alcibiadas, non Pytheas ad ſuggeſtum vocant, ſed illos tantùm qui annos quinquaginta iam numerant: horum verò ſententiam & conſilium exquirunt. Nondum enim militaris diſciplina ab ea conſuetudine adeo abhorret: neque credendum, illam vſum atque tractatio-
D nem eius rei tantùm neglexiſſe, vt iſta patiatur obliuione obrui. Cato quum annos octoginta natus eſſet, reus factus, & cauſam ſuam ipſe ſuſtinens, dixiſſe fertur, Perquam graue eſſe, apud quos vixeris, cauſam, tanquam apud alienos dicere. Quum Antonium Cæſar Auguſtus extinxiſſet, imperia eius non minus popularia quàm regia fuiſſe perhibentur: atque eo maximè tempore, quum extremum ſibi vitæ diem inſtare videret. Nam ipſe iuuentutis inſolentiam legibus morum latis ſæpe caſtigans, dixiſſe fertur, Audite ſenem

iuuenes, cuius aliquando iuuenis vocem ſenes audiue- A
re. Et Periclis imperium ampliſſimum tunc fuiſſe cõ-
ſtat, quum is ſenectute conficeretur. Nam & illo tem-
pore Athenienſibus belli ſuſcipiendi autor ſuaſórque
fuit: & quum temere illorum exercitus in armatos ho
ſtes ferretur, quorum numerus immanis (ſexcenta
propè millia hominum fuiſſe prædicant) extitit, non
ſolùm arma populo ademit, ſed & portarum claues,
nequis minus tempeſtiuè in hoſtes excurreret, ſubdu-
xit. At verò de Ageſilao quæ à Xenophonte ſcripta B
ſunt, quid obſtat quominus autoris verbis referantur? 1405
Cuius (inquit) iuuentutem illius ſenectus non plurimũ
ſuperauit? Quis verò hoſtibus etiam ætate florenti a-
deo formidoloſus fuit atque Ageſilaus, vel tunc quo-
que quum vitæ ſuæ tempus maximè tranſegiſſet? Cu-
ius (quæſo) ab hac vita diſceſſus, maiorem hoſtibus læ-
titiam voluptatémque peperit, ac Ageſilai, quanuis il-
lam ſenectute maturam ſatis fuiſſe conſtet? Quis vn-
quam commilitones firmius confidentiúſque Ageſi-
lao animauit, iam tum etiam quum ſenectus iuberet C
illum vita cedere? Quis vnquam etiam iuuenis ma-
iori deſiderio, quàm Ageſilai iam longa ætate & vita
defuncti deſiderata eſt abſentia? Hos verò viros quũ
à tantis & tam præclaris factis nulla ſerior ætas abſter-
ruit, ecquid nobis qui rempublicam non tyrannide,
non bellis, non vrbis vaſtationibus agitatam, ſed in
deliciis tenemus, & in qua legibus & præceptis, quas
iuſtitia magiſtra dictauit, contentiones & extra bella
certamina decernere licet, ne idem faciamus, timo-
rem trepidationémque iniiciet? At eſſet fortaſſis ali- D
quid quod metui poſſet, niſi ipſi nos non belli paciſ-
que adminiſtratoribus, verùm poetis etiam & ſophi-
ſtis viliores inferioréſque velimus. Quis Simonidem
decrepitum iam in lyrico certamine (*ſic enim, ſi pla-
cet, χόρους vertamus*) viciſſe ignorat? niſi verſiculos
quos epigramma hac de re contextum extremos ha-
bet, mentiri arbitremur,

Iam decies octo meſſes Simonidis ætas
Viderat, vt laudem victor ab arte tulit.

A Quid verò Sophocles, quum à multis quaſi deſipiens in iudicium vocatus eſſet, nónne parte quadam fabulæ illius quam OEdipum Colonæum inſcripſit, iudicibus recitata, mirificè ab omnib' probatus eſt? Principium autem hoc eſt,

Hoſpes, huc age, ad Euippi campum
Accede, locus dabit optimas
Sedes, albus eſt colonus:
Vbi vocalis luſcinia
B *Virentibus in vallibus*
Frequens cantillat.

Hoc carmen quum mirificè omnibus arrideret, à tribunali tanquam à ſpectaculis cum plauſu & vocum congratulatione populus illum domum vſque proſequutus eſt. Nam quòd ab illo epigramma ſequens factum ſit, extra dubitationẽ res eſt,

Herodoto Sophocles carmen conſcripſit, vt annos
Quinquaginta ſibi & quinque abiiſſe videt.

Quid verò de Philemone Alexiq; comœdiarũ ſcriptoribus dicemus, quos victoriæ corona ornatos ipſa e-
C tiam in ſcena mors occupauit? Quinetiam traditum eſt Eratoſthenis & Philochori hiſtoriis, tragicum poetam Polum quum iam annum ſeptuageſimum confeciſſet, octo fabulas, quas in extremo ætatis tempore
1406 quatriduo confecerat, in certamen adduxiſſe. Hæc quũ cogitando animaduertimus, ecquis hercle negauerit turpiſſimum eſſe, noſtros ſcilicet in tribunalibus & ſubſelliis ſenes, ſcenicis iſtis autoribus, quorũ amor laudis nulla ſenectutis iniuria extingui potuit, ignauiores ignobilioréſque videri? qui ſanctiſſimis certa-
D minibus valere iuſſis, adminiſtrationis ciuilis perſona depoſita, non noui ſatis quam aliam induere geſtiant. Nam à regia dignitate agriculturæ ſtudiis operam dare velle, oppidò humile & abiectum eſſe videtur, non aliter ac alicubi Demoſthenes de ſacra Athenienſium triremi, quam Paralon vocant, dixiſſe fertur, eam ſcilicet indignè tractari, quum Midiæ ligna, vallum commeatúmque conueheret. At multo indignius certè eſt, viros qui magiſtratum geſſere, ſacrorum munere negotiorum relicto, relicto ampliſſimo Bœotiæ magi-

ſtratu, abdicato Amphictyonum primo & ſacro totius A
Græciæ conſeſſu, priuatam vitam degere velle. Tu ve-
rò ſi ex iis aliquem conſpicias aut farinam aut acinos
vinaceos metientẽ, vel etiam lanas tractantem, nón-
ne protinus tritum hoc prouerbium, E qui ſenecta, de
illo verum eſſe videbitur? Videbitur ſanè, multóq; ma-
ximè quum à nemine coactus huc ſeſe deiecerit. At ex
illiberalibus iſtis artibus tractare aliquam, aut mer-
caturam facere, quum ſimul rempublicam modera-
ris, profectò non diſſimile videtur ac ſiquis caſtam & B
liberam matronam, conſciſſis eius veſtimentis, & in-
iecto iis quæ natura tecta eſſe iubet, qualicunque te-
gumento, in cauponam aliquò aut ganeum ableget,
atque iſtic deſidere compellat. Ciuilis enim virtutis di-
gnitas & amplitudo, ſi ad domeſticas curas & priuatũ
quæſtum deſcendat, proculdubio labefactatur. Quòd
ſi autem vitæ fructum & tranquillitatem ciborum cu-
pediis & voluptate metiuntur, atque ob id ſenes qui in
magiſtratu ſunt, vt in iis paulatim marceſcant, inui-
tant: non videntur mihi vitam illorum turpiore ima- C
gine cõſequi & exprimere potuiſſe. De venereis quo-
que, ſi hæc per reliquum vitæ tempus colere inſtituũt,
minus ſanè bene iudicant. nam quum in fluctib' me-
diis iactentur, nondum in portum nauim ſubductam
meminere. An verò quemadmodùm in Herculẽ non
ſine ioco quidam ludentes, non rectè illum delicato
Omphale peplo veſtitum ab ancillulis Lydis vapulaſ-
ſe, ſeſéque in illarum contubernium inſinuaſſe ferunt:
ſic quoque nos, leonina detracta pelle, magiſtratu di-
co depoſito, conuiuia ſecuri agitabimus, eáque nõ ſi- D
ne cantu & tibiis? An magis nobis Pompeii Magni
vox audienda, vt certè eſt, qua L. Luculli de ſe iudiciũ
iugulauit? Nam is quum exercitum ducere, magiſtra-
túmque gerere deſiiſſet, ad lauationes, opiparas cœ-
nas, pomeridiana conuiuia animum adiecit: neque id 1407
ſolùm egit, verumetiam non magnificè minus quàm
imprudenter (quum non quæ ſenectuti, ſed adoleſcen
tiæ conueniebant, meditabatur) ædificauit. Interim
tamen Pompeium vt honoris & imperii cupidum, de

A ambitione,quaſi præter ætatem ea flagraret,accuſare vituperaréque nõ deſiit,donec rurſum à Pompeio exaudiret,longè eſſe intempeſtiuius ſenẽ delicijs affluere quàm magiſtratum gerere velle. Huic ipſi verò Pompeio valetudine quandoque affecto, quum medici iuſſu turdus quæreretur(erat tum fortè anni tempus quum eius auis copia non ita parabilis eſt)adſtante quodam,& apud Lucullum multos farciri adſerente,neque affectauit,neque ad illum miſit:verùm dixiſ-
B ſe fertur, Putatis, niſi delicatè & molliter viueret Lucullus,deſineret viuus eſſe Pompeius? Quòd ſi verò ex hiſce voluptatibus natura oblectamenta atque delectationem quærere pergat,certè ſenile corpuſculum propemodum omnibus his,ſi paucula,ſed neceſſaria, excipias,vale dixit.Neque enim Venerem modò, (vt cum Euripide loquar) offenſam habent ſenes, ſed & ad cibi potionîſque delectationẽ palatum admodum obtuſum & languidum poſſident. Etenim quibus guſtu fruimur,leniter ea planè & tanquam in ſuperficie illos afficiunt. Quocirca longè duco præſtantius vo-
C luptates,quas non corpus,ſed animus creare ſolet:neque rurſus ignobiles illas & illiberales,qualibus delectatum ferunt Simonidem,ſectari. Nam quum in eo plerique improbum illud pecuniarum ſtudium,quam auaritiam vocãt, notarent atq; carperent,dixiſſe proditur,Senectuti ſeſe hoc debere quòd omnibus voluptatibus priuatus, & ceu expoliatus, ab eo tantùm ſenium illius aleretur, quod quæſtum & lucrum suppeditaret. At pulcherrimas & ampliſſimas voluptates, quibus etiam deos ipſos vel ſolis vel præcipuis dele-
D ctari credendum eſt,è republica capere licet. Neque aliæ ſunt iſtæ quàm beneficiorum in alios proba collocatio:deinde actionum vitæ,ne cum honeſtate pugnent,recta inſtitutio. Niciam pictorem vſqueadeo artis ſuæ operibus oblectatum ferunt, vti à domeſticis & familiaribus ſuis ſæpe fuerit percontatus num lauiſſet,num prandium comediſſet. Quinetiã Archimedem geometricæ tabulæ affixum miniſtri vi auellere,& vt lauaret,veſtib' ſæpe exuere ſolebãt: interim

tamen à meditationibus & ſtudiis,etiam dum vnge- A
retur,diuelli non poterat. Nam corpuſculum vnguen
tis delibutum, vndique figurarum notis depingebat.
Canus tibicen, quem & tibi iuxtà mecum notum
ſcio,dicere conſueuit,nō nouiſſe homines quibus ca-
neret,quàm ipſe ſe plus quàm auditores oblectare ſo-
leat:nam ſi illud intelligerent,futurum eſſe vt nō am-
plius ab his mercedem accipiat,verùm illis qui ad ſe
audiendum veniunt, præmium dare cogeretur. Hæc
quum animo luſtramus, quantum voluptatis cumu- B
lum ſuppeditent honeſtarum actionum virtutes, pu-
blicarum rerum adminiſtratio, propenſus ad quoſli-
bet iuuandos amor,facilè intelligimus. Atque etiam
voluptates iſtas non ex illo numero eſſe perſpicimus,
quæ titillatione quadam & pruritu,veluti in corpore 1408
leues frictiones delectationem afferunt: etenim inſta-
biles iſtæ ſunt,& quieſcere hominem non patiuntur.
Præterea titillationem quam afferunt, non liberam,
ſed inflammationi,quam frequens venarum pulſatio
irritat,ſociatam habēt. Quæ verò ab honeſtis & præ- C
claris factis oriuntur, quales illius eſſe cōſtat qui quæ-
uis opera & magiſtratum rectè procurat, non aureis
Euripidis alis, ſed Platonicis illis & cæleſtibus pennis
ſunt adſimiles:his anima prudentiam amplitudinēm-
que cum gaudio adepta, fertur & volat. Excita iam
nunc quæſo memoriam, & quæ olim tibi audita ſunt,
ad eam illa reuoca. Epaminondam aiunt,quum pleri-
que rogarent quid illi in hac vita maximo fuiſſet oble-
ctamento,reſpōdiſſe, Leuctricæ pugnæ à ſe patre ma
treque ſuperſtitibus,feliciter commiſſæ victoriam. L. D
Sylla ab inteſtinis bellis & ſeditionibus Italia à ſe pur-
gata,Romam quum veniſſet,profundo admodum ſo
pore,præ gaudio & voluptate,anima quaſi ſpiritū re-
uocante atque redintegrante,ſopitus eſt. Atque iſtud
quidem ipſe de ſe in cōmentariis ſuis ſcriptū reliquit.
Demus Xenophonti,nullam eſſe auditionē laude ſua-
uiorem:verùm (me iudice) nullum ſpectaculum,nulla
rerum recordatio,nulla denique animi cogitatio,tan-
tum delectationis efficere poteſt, quantum eorū quæ

A in magiſtratu & republica, tanquam in ſplendido ali-
quo & publico ſpectaculo à te facta ſunt, contempla-
tio. Quinetiam gratia factis benigniter concordans,
& beneuolentiæ iuſtæ conſentiens laus, cultorem &
amatorem virtutis tanquam lumine & deliciis quibuſ-
dam perfundit. Neque gloriam, veluti athleticam co-
ronam, vetuſtate longa aridam & ſqualentem deſpi-
cere oportet, ſed rebus iam propè veteratis, noua ali-
qua & recens gratia, quæ priorem ſuperet, & illius ve-
B luti ſtabilimentum quoddam illuſtre ſit, adiicienda eſt.
Sic enim factitare ſolent quibus Deliacæ nauis cura
commiſſa eſt. nam quotieſcunque illa vitium alicubi
facit, adſunt qui eximant & abiiciant corrupta, noua
verò alia ſuppingendo ſufficiant: atque ita æternam, &
interitui non amplius ab eo tẽpore quo primùm ſtru-
cta eſt, obnoxiam cuſtodiũt. At gloriæ ſimul & flam-
mæ vt perſimilis, ita quoque haud difficilis conſerua-
tio: modicis enim fomentis, vt perdurent, opus habẽt:
ſiquis verò & extingui ea & frigere planè ſinat, non ſi-
C ne magno negotio vt iterũ ardeant, effecerit. Quem-
1409 admodum autem Lampis, qui à multarum poſſeſſio-
ne nauium, Nauclericus vulgò dictus eſt, cũ interro-
garetur aliquando, qua ratione tantas opes ſibi & di-
uitias paraſſet, Magnas (reſpõdit) haud difficulter, par-
uas autem non ſine laboribus & multo tempore. Ea-
dem ſanè ratione ciuilem dignitatem cõſequi, & glo-
riam per magiſtratum adipiſci, haud promptum & fa-
cile eſt: verùm vbi ea fueris adeptus, vt incrementum
D ſuſcipiant, & qualibuſcunque initiis orta amplificen-
tur, id verò in promptu & facile eſt. In amico quẽ no
bis conciliauimus ſeruando retinendóque, non fre-
quentibus & magnificis beneficiis, non officiis opus
eſt continuis: nam & exigua amoris indicia, quò indi-
uulſam amicitiam ſeruet, huic ſatis ſunt. Populi verò
amicitia fidéſq;, tametſi nõ cõtinuò ab iis qui præſunt,
& quos in magiſtratu admirantur, aliquid accipiant,
at animi tamen illorum beneuolentia promptitudóq;
conſtat, modò illi procurationis curam diligentiámq;
non remittant nec planè abiiciant. Neque verò mili-

taris vita in acie & conflictibus continua eſt, nō ſem- A
per oppugnandis oppidis intendit, verùm interim &
deorum epulas curat, celebrat cōuenticula: vt interim
otium illud quod luſibus & nugis datur, ſilentio per-
tranſeam. At tu velim mihi cauſam dicas quamobrem
gubernacula reipub. non prenduntur. Num quia res
ſit grauis & laboribus plena, quæque interim nulla ſo
latia, nulla oblectamenta dare queat? Non putarim
quenquam ita iudicaturum, maximè quū theatra, pom
pæ, digniora cōſeſſus loca, chori, muſæ ſplendida gra- B
tia, & dei inſtar, totius curæ palatiique faſtum miti-
gans honor, mirificam delectationem pariant, & gra-
tiam non leuiter referāt. Inuidia autem, quam omniū
vitiorum & malorum quæ à repub. timeri poſſunt,
peſſimum cenſent, haudquaquā ſenibus pertimeſcen-
da eſt. Nam canes, (vt Heraclitum dicere conſueuiſſe
ferunt) in ignotos latrant. At ipſum adeò principium,
& honoris auſpicatio, tanquam in ipſis tribunalis fo-
ribus, contentionibus certaminibúſque obnoxia eſt,
& ingreſſum haud facilè præbent: gloria autem cum C
qua diutius conſueuere homines & vixere, neque dif-
ficulter, neque ferociter, ſed benignè admodum ad-
mittitur. Huius rei gratia plerique fumo ſimilem in-
uidiam cenſent. Primò enim & priuſquam incenda-
tur, de ſe ſatis copioſè ſuſtollitur: poſteaquam verò
flamma cœperit emicare, euaneſcit paulatim, neque
haud facilè vſpiam conſpicari ſolet. In aliis autem re-
bus quibus omnes excellentiam metiuntur, vt gene-
ris titulis, vt honoris & virtutis, certatur quidem & di
ſceptatur ſtrenuè nonnunquam, vt id quod aliis dece- D
dit & aufertur, alii ad ſe rapiant, ſibíque adſcribere
poſſint. Porrò dignitas illa & honorum delatio, quæ
à tempore datur (hoc autem verum ſenectutis hono-
rarium eſt) æmulis in totum caret, & ad inuidiā tranſ-
ferri non ſolet. Etenim nullus planè honos eſt qui in
deferentem magis quàm quibus defertur, ſeſe trānſ- 1410
fert, ac is qui in ſenes effunditur. His adde, partem ho
minum ferè maximam, exiſtimationē illam quam alii
ab opibus, alii à dicendi facultate, alii ab eruditione

A expectant, nunquam ſibi ſatis promittere audere: at reuerentiam illam & opinionem inſignem, quam ſenectus pollicetur, quotuſquiſque ex iis qui ad magiſtratum aſpirant, non aliquando ſibi ad ſpem rapiat? Itaque qui multo cum inuidia tẽpore colluctatus eſt, deinde ſedatis & tranquillatis rebus curſum inhibens, quod reliquum eſt, in ciuili adminiſtratione progredietur, interim tamen hominum ſocietate familiaritatéque non relicta: haud ſanè quicquam à nauis gu-
B bernatore diſſidet, qui & cum ventis & fluctibus luctando nauigat quidẽ, & aëre tranquillato ſedata tẽpeſtate, iam interim no n defatigatus quieſcit, ſed porrò agere nauim nõ deſinit. In republica gerenda quo longius & diutius proceſſeris, hoc plures amicos, conſodales plures paraueris. Eos verò omnes, vt à ſcenico magiſtro chorus ſolet, ſimul producere non licet: relinquere verò & deſerere, ab omni æquitate alienũ eſt. Ac vt annoſas arbores non facilè licet euellere, quòd radices multas & profundas iecerint: ita quoq;
C magiſtratum quem diu geſſeris, deponere difficile eſt, quum tot negotiis implicatus animus ſit, quibus ſeſe explicare oppido quàm eſt graue, & perturbationes & diſtractiones longè maiores abeuntibus ab illo quàm ſi in eo viuere perſeuerent, pariantur. Quocirca ſiqua fortè inuidia aut è ciuilibus certaminibus contentiones ſenibus ſuperſunt, autoritate extinguendæ ſunt. Non enim terga vertere inermes plane & nudos illos oportet: ſiquidem qui inuidia flagrant, in illos plerunque qui cedere videntur, maiorem quàm qui certan-
D do reſiſtunt, impreſſionem facere ſolent. Huius rei teſtimoniũ habet quod ab Epaminonda ad Thebanos ſuos cõmilitones dictum eſt. Nam quũ hyemis tempeſtate ſæua ab Arcadibus, vt hyberna oppidatim ſub tectis agerent, inuitarentur, nequaquam illis hoc permiſit, Nunc enim vos (inquit) admiratione maiore dignos exiſtimabunt, quum veſtra in armis exercitia luctáſque contemplabuntur. At ſi apud focum deſidentes, & fabas torrentes viderint, eadem qua ſe & vos conditione habebunt. Vidéſne hîc quàm ſit reue-

rendum ſpectaculum, quum non modò dictis, ſed A
& factis ſenex ſe omnibus honoribus dignum teſtatur? Qui verò lectulo ſemper incumbit, aut in por- 1411
ticus alicuius angulo nugas garriens, naréſque muco plenas emungens, totos dies deſidet, quis illum non contemnit? quis vt abiectum non deſpicatui ducit? Hoc Homerus ipſe teſtari videtur, maxime qui auribus purgatis illius poema audiuere. Neſtorem apud eum in expeditione illa qua Troiā adorti ſunt Græci, & ſumme venerati ſunt, & obſeruauere omnes: at ſe- B
nes illos qui domi otium ſuum in deſidia conſumpſere, vt Peleus, vt Laertes, & inutiles, & propemodum abiecti contemnuntur. Non enim confirmata illa exercitatio, (*habitum noſtri cum Græcis vocant*) eadem ſibíque per omnia ſimilis, apud eos qui ſe remittunt, perdurare ſolet. Siquidem modicum relaxata, aut etiam reſoluta, mox rurſum iugi meditatione, & mentis agitatione continua, quæ dicendi agendíque facultatem excitet & expurget, opus habet. At ea in imbe- C
cillo corpore quum vſus poſcit,

Splendor vt æris in neceſſitatibus micat. Viri verò ætate plane grandes, hoc reipub. cōmodiores quàm ii qui præter ætatem vel exercitum ducunt, vel magiſtratum gerunt, exiſtunt, quòd reuerentia prudentiáq; ſpectabiles (quanquam nondū plene iſta adſint) quæuis reip. pericula propulſare, & ea maxime quæ ſubinde per ambitionem & inanem gloriam inter ciues incidunt, pouere. Hi non inſtar maris ventis procellíſque agitati ciues exagitant, ſed benigne & moderate animos eorum tractant atque moderantur. Quam D
ob cauſam quoties in caſum grauiorem & pauorem vrbes abducuntur, viros quidem ſed ſenectute graues, ad imperium depoſcunt. Etenim ex agro ſæpenumero ſenem, ciuitatis gubernacula non deſiderantem, ſed plane recuſantem, ad publicū munus obeundum (quò arrepto magiſtratu turbulentas res componat, & in tuto collocet) compulerunt: non rarò interim belli ducibus etiam claris, & qui in hoſtes miſſi, ſtrenuam prælIis operam nauare potuiſſent, ne-

A glectis item oratoribus, quantumuis clamoſis, & qui vno ſpiritu continenter multa verba fundere poſſint. Athenienſibus quondam in Timotheum & Iphicratem ſenes propenſis, rhetores Charetem quendam Theochare prognatum, ætate & corpore robuſtum, prætulerunt. Sed ecquid ad hæc Timotheus? Dii meliora (inquit) niſi vobis ducem qui ad ſarcinas gerendas appoſitus ſit, deſideretis. Etenim qui bellicis rebus præeſſe debet, hunc non in fronte modò, verùm & in tergo oculos habere oportet: neque conſilia ſua
B cogitationéſque in vſum cõmunem concinnatas, vlla mentis affectione animíque permotione mutare ac repudiare par eſt. Sophocles, quum ætate prouectior eſſet, Quàm libens (inquit) venerea, vt ferum & furio-
1412 ſum dominum, relinquo. At in magiſtratu nõ ſatis eſt vnum ſolummodo dominum, amorem videlicet vel in pueros vel in mulieres inſanum fugere. longè plures hîc & multo furioſiores occurrunt: eius generis ſunt contentiones grauiores, ambitio vt primas feras & partes maximas, libido, morbus inuidiæ, quo nihil
C fertilius, æmulationes, diſcordiæ: at ex iis multa prætermittit, multa obtũdit, multa etiam planè extinguit, & vt frigeant, ſenectus facit. Neque tamen vſqueadeo ab agendi illo impetu cohibet, quàm ab immoderatis illis ac flagrantibus animi affectibus liberat: nam & ſobrios reddit, & ita componit, vt ad cogitationes ſuas diligentiam curámque non poſſint nõ adhibere. Porrò eſtò, videatúrque horum ſermo cõmodè caneſcentem, ſed iuuenili ſtudio iam tũc primùm ad rempub. properantem, iniecto veluti pudore reuocare & refle-
D ctere, & ex longa in priuatis rebus curandis deſidia, tanquam ex morbo, ad exercitus aut reipub. curationem excitatum ſenem meritò his verbis incuſare,

Miſer maneto piger in cubilibus. At eum qui perpetuò in repub. vixit, in fori certaminibus verſatus eſt, cur mihi non ſines ad faces vſque ad extremũ vitæ actum progredi? cur tu eum ex longa vita reuocatum, inſtitutum iter mutare cogis? Hæc quum facis, profectò expers omnis conſilii es, & quæ minimè de-

cent,ſuadere omnibus exiſtimaris. Rectè ſanè ſenem A
qui vxorem accipiens coronis ſeſe ornat,& vnguentis
aſſiduit, deteſteris, & illud ex tragœdia Philoctetis di-
ctum ei ſuccinis,

Quæ ſponſa nunc tibi aut puella nupſerit,
Euge ô miſer,quid vis tibi cum nuptiis? · Neque
certè hæc verba tua aut abſurda aut intempeſtiua mi-
hi videntur:nam & ipſi quoque ſæpenumero in ſe ta-
lia ludunt,

Non mi iſta nupſit,ſed magis vicinia. Atqui iam B
cum vxore extra vllã culpam probè multos annos vi-
xit,& eam propter ſenium nunc repudiare ſtudet,quò
ſibi ſcilicet tantùm viuat, aut illa repudiata,pellicem
in ædes adducit,non video qua ratione ſeſe à turpitu-
dinis & ineptitudinis vitio vindicare poſſit. Eadem ra
tione ſenes,qui perpetuò aliis negotiis implicati,in ſe-
nio ad rempub. properant, veluti ſiquis aut Chlidon
agriculturæ ſtudiis ſemper deditus,aut Lampon nau- 1413
clerus,aut ex horto philoſophorum quiſpiã magiſtra-
tum ambiat,hos & caſtigare,& vt in conſueto vitæ o- C
tio ſe contineant,admonere par eſt. Phocionem verò
aut Periclem,aut Catonem aggreſſus quiſpiam,dicat,
Hoſpes,ſiue Atheniẽſis ſis,ſiue Romanus,aridæ ſene-
ctutis tuæ curas & ſolicitudines abiice. Deinde iubeat
nequid hi amplius in repub. agant, non exercitum
ducant,non curiæ negotiis præſint,ſed ancillula con-
tenti,ruſticis ſtudiis ſeſe oblectent:& quicquid illis vel
ætatis vel mentis reliqui eſt, id totum rei familiaris
procurationi impendant:hoc,inquam,ſiquis decernat
& conſtituat,nónne valde iniqua perſuadere conatur, D
& non mediocri iniuria rempub. afficit? Enimuero
(dicet aliquis)quid in comœdia audiri ſolet?*Priuãt ca
pilli me niues ſtipendio.* Rectè ſanè hoc coniectas.
Nam qui Marti operam dant, eos corporis & ætatis
flore,

Vt quibus & bellum cura eſt,& bellica facta, exi-
mios eſſe decet. Etenim ſenii canitiem,quanquam ga
lea condat,ipſa tamen membrorum compages & fa-
cultas (adſit licet alacritas animo) clàm & paulatim

A grauata diſſolutáque intercidit. At in Iouis conſilii, fo-
ri & vrbis, miniſtris, neque pedum officium, neq; ma-
nus operam, verùm conſilium, prouidentiam, & ora-
tionis vim, non quæ ſtrepitum turbámque in populo
concitare nouit, ſed quæ de corde profecta, pruden-
tiæ tranquillitatiſque magiſtra eſt, poſtulamus. His &
cani & rugæ, quæ ab aliis rident ur, autoritatis & ex-
perientiæ teſtimonium dare, ad perſuadendum non
mediocre auxilium orationi adiungere, & morũ glo-
B riam commendare poſſunt. Iuuentus enim imperata
facere, ſenectus imperare debet. Certè rempub. eam
in qua ſenum conſilium, iuuenum haſtæ primum lo-
cum obtinent, ſaluam eſſe arbitror. Neque in Home-
ro mirificè magis quicquam laudatur, atque illud,

Conſedere duces, ſenio ſpectabilis ordo,
Neſtoris ad naues. Hac de cauſa quum regio
imperio Lacedæmonii optimatum ordinem adiunge-
re ſtuderent, & Pythias ad id maiores natu poſceret,
Lycurgus apertius ſenes pronuntiauit. Ad hæc con-
C ſeſſus ille Romanus celebris, ſenatus à ſenio etiam-
num nuncupatur. Et vt lex diadema atque coronam,
ita natura honorabile & dignum magiſtratu ſymbo-
1414 lum canitiem eſſe voluit. Quinetiam honorarium &
honorari (*liceat ſic γέρας & γεραίρειν conuertere*) à ſe-
num dignitate in vſu Græcæ linguæ ſunt, non ob id
quòd in thermis lauent, & molliter ſedendo vitam o-
tioſè tranſigant, verùm quia regium in ciuitatibus lo-
cum conſequuti ſunt. Eius autem virtutis proprium
abſolutúmque bonum natura niſi in ſenio non oſten-
D dit neque profert: non aliter ac plantæ ſerotinæ fru-
ctum reddere tardiorem ſolent. Regum quoque rex
Agamemnon, quum à diis optaret vt ſibi conſiliarios
decem ex Achiuis darent, qualis erat Neſtor (ſic enim
Græcos magnanimos, extra omnem rerum bellica-
rum reprehenſionem futuros) non dubium quin ea
precatione rem magni eſſe momenti, non in ciuilibus
negotiis duntaxat, verùm & in belli adminiſtratione,
ſenectutem iudicare voluit. Nam *Multas manus vin-
cit prudens, vnum licet, Conſilium.* Et vnica ſententia

ad perſuaſionem concinnata, in publicis negotiis non A
modò maxima, ſed & pulcherrima efficere poteſt. At
verò regnum, quod inter reipub. formas & perfectiſ-
ſimum maximúmque eſt, quot labores & negotia ex-
hibet? Sanè multos, dices. Nam Seleucum ſæpiſſimè
dicere ſolitum ferunt, Si nouiſſent multi quàm ſit o-
peroſum & moleſtum, tot duntaxat literas ſcribere le-
geréque, diadema etiam abiectum ante pedes ne ſub-
leuarent quidem. Philippus autem quum in regione
venuſta admodum caſtra ponere pararet, nuntiare- B
túrque illi, iumentis non eſſe iſtic fœnum, O dij (in-
quit) qualis eſt hæc noſtra vita, quam etiam ad aſino-
rum commoditatem inſtituere cogimur! Hæc quum
vides, tẽpus eſſe arbitrabere, quo regi iam ætate pro-
uecto, vt diadema & purpuram, regalia inſignia, exuat,
ſuadeas, & vt tunica ligonéque ſumpto, in agro vitam
degat, ne ſcilicet intempeſtiua canitiei ſuæ & minimè
neceſſaria facere videatur. At hæc ſi neque Ageſilao,
neque Numæ, neque Dario dicere conuenit, tu nos
interim ex Areopagitarum conſilio Solonem è ſe- C
natu Catonem, quia ſenes ſunt, ut eiiciamus, man-
dare non vereris? Quid verò de Pericle fiet? &
hunc tuo conſilio, vt ciuilium negotiorum procuratio-
nem relinquat hortabimur? Sanè id tum erat laborã-
dum, quum adoleſcens in ſubſelliis laſciuiret, quũ fu-
rioſas illas contentiones & per impotentes animi im- 1415
petus impreſſiones in publica bona faceret. At poſtea-
quam illi & maturior ætas, & experientia longior, pru
dentiam impartiuere, nunquid ei rempub. vt mulierẽ
qua aliquandiu abuſus fuit, repudiandam cenſes? At D
Æſopicæ vulpeculæ in mentem tibi veniat, quæ erina-
cei in auferendis ricinis officium adhiberi ſibi recuſa-
uit: Nã ſi hos (inquit) ſuctu plenos abegeris, aderunt
alii longè magis ſitientes. Senes quoque ſi à magiſtra-
tu in hunc modum arceas, mox cõditionem iſtam af-
fatim arripuerint iuuenes: ſed quales? gloriæ poteſta-
tíſque auidi, ſitientes, quibúſque animus ad ciuilia ne-
gotia gerẽda rudis in primis ac nullus propè eſt. Neq;
etiam vnde illis eſſe poſſit video, quũ neque ſibi duces

A ad ſenilem magiſtratum habuerint, neque ipſi ſpecta-
tores rerum fuerint. An verò illos qui nauibus præ-
ſunt, ſcripta de gubernandis nauibus præcepta expe-
rientes reddent? ſanè non puto. Verùm ſpectatorem
certaminum eorum quæ cum fluctibus & immanibus
ventorum tempeſtatibus ſunt (quum Tyndaridas fra-
tres fluctiuagi nautæ precibus inuocant) in puppi ad-
ſtitiſſe, id verò eſt quod gubernatorē peritum & ſcien
tem facit. Et temperare ciuitatem, moderari populum,
B concionem commodè tractare, num iuuenis aliquis
qui librum aut commentarium aliquem in lyceo cō-
ſcriptū legerit, ipſe verò gubernacula reipublicæ nun-
quam prehenderit, contētiones experientia & fortu-
na, quò à periculis & moleſtiis liber eſſet, ſcienter de-
clinare in vtranque partem non nouerit, num (inquā)
iſta iuuenum aliquis poſſit? ſanè non eſt quòd hoc di-
cam. Cæterùm ſi nulla alia cauſa ſit, ob quam tenere
rempub. ſenex debeat, non ſit illi contemnēda iuuen-
C tutis inſtructio, nimirū vt hanc qua poſſit ratione in-
formet. Quemadmodum autem literatores & muſi-
cam docentes ipſi præludere prælegeréque ſubſequē-
tibus id diſcipulis ſolent: ita qui ciuilia obit negotia,
non verbis, non oratione ſolummodo præit, ſed cum
rempub. adminiſtrat, tum factis & dictis ſimul adole-
ſcentes gubernat, & in viros fingit & format. In hunc
verò modum exercitati, non in palæſtris, non iis locis
quibus apud magiſtros qui membrorum habilitatem
D frictionibus & oleis extra periculum profitentur, ve-
rùm vt in Olympicis & Pythicis, maximis Græciæ cer
taminibus, indomitus cum equo pullus, iuxta Simo-
nidem, ſimul currit, ita quoque ſenectutem ipſi ſectē-
tur. Ariſtides continuò adfuit Cliſtheni, Cimon rur-
1416 ſus Ariſtidi: Phocion à Chabria, à Fabio Maximo Ca-
to nunquam eſt digreſſus: Pompeius à Sylla, Polybius
à Philemone non diſceſſit. Nam adoleſcentes qui ſe
prouectis ætate inſinuant, hoc ab illis lucri poſſedere,
quòd illorum adminiſtrationibus & factis veluti innu
triti & inſiti, cum gloria & autoritate in publicis nego
tiis experientiam vſumque facilem adipiſcuntur. Quū
ſophiſtæ

ſophiſtæ quidam ab Æſchine illo qui Academicam A
philoſophiam profeſſus eſt, interrogarent qua de cauſa
coniungeret ſe Carneadi, quum tamē illius diſcipulus
eſſe recuſaret: At ego (reſpōdit) Carneadis auditor tunc
eſſe cœpi, quum ſtrepitū & garrulitatem beneficio ſe-
nectutis oratio eius abiiciens, ad communem vtilita-
tem ſe conuertit. Senes autem qui in magiſtratu ſunt,
non verbis ſolùm, ſed & factis ab omni dictionis laſci-
uia & iactantia longiſſimè abſunt. Ibim ferunt, quum
annoſior facta fuerit, quicquid cœnoſum viroſúmque B
halitū ſpirat, auerſari, vt iis quæ pigmenta redolent &
ſuauia ſunt, frui poſſit: ita neque vllum decretum aut
cōſilium à prouectiore ætate profectum, turbidi quic-
quam habet, verùm certa omnia & cōſtantia ab ea ſup
peditantur. Quapropter iuuentutis gratia magiſtratū
maximè gerere ſenes, vt iam ſæpe nobis dictum eſt,
conducit. Etenim, quemadmodum aquam merúmq;
miſcemus, quò furentē deum (vt cum Platone loqua-
mur) ſobrio altero caſtigatum temperemus: hunc in
modum feruenti & flagranti apud populum iuuentuti C
& gloria & ambitione furenti, ſenilis admixta reuerē-
tia, quicquid intemperatè & furioſè committitur, cor-
rigit & abſcindit. Præter hæc verò errant & ii qui non
aliud eſſe exiſtimant rempub. gerere, ac ad rem ſuam
augendam nauigaſſe aut militauiſſe: atque vbi id fue-
ris conſequutus, ceſſauiſſe. Non enim eſt reipub. finis
qualecunque munus publicum, quod ad indigentiam
& vſum eſſe debeat, verùm vita animalis manſueti,
ciuilis & communis, quod natura quādiu hanc lucem
vſurpat, ciuiliter, honeſtè & humaniter viuere debet. D
Eapropter non decet rempub. geſſiſſe, ſed gerere eam
par eſt: quemadmodum conueniens eſt non verita-
tem faſſum eſſe, ſed fateri: neque iuſta egiſſe, ſed ſecū-
dùm iuſtitiam agere: neque patriam, parentes, ciues a-
mauiſſe, ſed amare. Ad hanc rem natura duce agimur,
quæ nobis has voces dictat, ſed quum non fūditus in- 1417
ertia & vitæ mollitia perditi ſumus:

Multis pater te genuit vtilem viris:
Et nos feramus auxilium mortalibus. At verò qui

A corporis valetudinem ſenilis & imbecillitatẽ culpant, inultè id facere videntur. Cur enim non potius morbum aut cæcitatem, quàm ſenium incuſant? Quot enim ſenes valentes & robuſtos, quot verò adoleſcentes morbis implicitos paſſim videmus? Qua de cauſa non ſenes, ſed infirmos reiicere, neque in horũ locum iuuenes, ſed valentes ſubſtituere debebant. Indicant hiſtoriæ, Aridæum iuuenem, Antigonum verò ſenio confectum fuiſſe: veruntamen hic totius ferè Aſiæ do-
B minus extitit: at ille, tanquã è ſcena, ſatellitis muta perſona, nomine tantùm regio, ab aliis apud quos firmũ imperiũ erat, deſpicatus habebatur. Quemadmodum ſiquis ſophiſtam Prodicum aut elegiarum ſcriptorem Philetam, ætate quidem iuuenes, verùm corporis valetudine tenui & affecta, & lectulo plerunque propter morbum incumbentes, magiſtratum adire iubeat, ſtolidus & inſanus habendus eſſet: ita quoque ineptire mihi videntur, qui à re militari gerenda tales ſenes ar-
C cere tentant, qualem Phocionem, qualem Maſiniſſam Afrum, qualem Catonem Romanum fuiſſe conſtat. Phocion ruentibus intempeſtiuè in bellum Athenienſibus, ſenes ad ſexaginta annos natos euocauit, & vt ſe ſequerentur imperauit: quum eam rem iniquo illi animo ferre viderentur, Quid (inquit) vobis hoc graue, quum me iam ſupra octoginta annos natũ, ducem ſitis habituri? Polybii hiſtoriis traditũ eſt, Maſiniſſam annum nonageſimum agentem, relicto quatuor an-
D norũ ex ſe genito filiolo, ex hac vita migraſſe, & paulo ante exitum è vita Carthaginéſes prælio fudiſſe, fugaſſéque: pridie autem quam id actum fuit, quum multi illum ante tentoria panem ſordidum comedentem mirarentur, reſpondit ſe id facere, quia poſſet. Sophocles inquit,

Splendor vt æris in neceſſitatibus
Micat, pigreſcens diutius tectum ruit. Nos verò
1418 illam animi exultationem & facem, qua & ratiocinamur, & memoriter recordamur, ſapimúſque, & intelligimus, id agere aſſerimus. Quocirca in bellis & apud exercitũ reges longè præſtãtiores euadere, quàm

quum otium amplectuntur domi, aſſueuerunt. Attalū A
Eumenis fratrē diuturniore ex otio & pace ignauum admodum & propemodum animo diſſolutum redditum conſtat: hunc ex amicis quidam, cui Philopœmeni nomen erat, ſatis illiberaliter paſcens, pinguem & plenum fecit. Quare Romanos ferūt per iocum ſubinde ab iis qui ex Aſia in Italiam nauigabant, interrogaſſe, num apud Philopœmenem rex gratia adhuc valeret. Neque Lucullo imperatores multos, qui prudentiam cum factis coniungerent, clariores inueneris. B
At is quum ſe vitámque ſuam ad otium tradidiſſet, & ſecurus, vt ſpongiæ, quum tranquillitas maris eſt, domi veluti mortuus & marceſcēs deſideret, à Cliſthene liberto, cui ſenectutem ſuam curandam & paſcendam dederat, poculis amatoriis & incantamentis faſcinatus fuiſſe putabatur, donec Marcus illius frater, homine fugato, ipſe rem domeſticam illius curaret: is quicquid deinde temporis & vitæ illi ſuperfuit, quod ſanè quàm exiguum fuit, veluti pædagogus inſtruxit & gubernauit. At Darius Xerxis pater, longè melius, qui in rebus C
grauibus & dubiis ſeipſo prudentiorem euadere iactare ſolitus eſt. Et Almas Scytha nihil diſtare putabat eos qui in otio eſſent, ab iis qui equos curarent. Dionyſius quoque ſenior interroganti cuidam num otioſus eſſet, Abſit, ne mihi tale quicquam vnquam cōtingat, reſpondit. Arcum autem continuò intentū rumpi ſolere: itidem & animum, quum is remittitur. Quare qui concētus muſici ſtudioſi ſunt, niſi ſæpius animaduerſione diligēti hos auſcultent: & geometræ, ſi nō reſolutionibus ſuis ſtudeant: numerandi ſcientiam pro- D
fitentes, niſi quotidianis computationibus ſe exerceāt, quicquid habent huiuſcemodi facultatis, ſimul cum ipſo tempore illis elabitur: quanquam etiam earum artium profeſſio magis in contemplando ſit, quàm in actionibus verſetur. At ciuilis adminiſtrationis confirmata conſuetáque exercitatio, in dictandis conſiliis, in prudentia, in iuſtitia cōſiſtit. Accedit ad hæc experientia, qua occaſiones temporum artificioſe coniectātur: verborum item facultas, ad perſuaſionē comparata.

A Itaque ſemper aliquid dicere, facere, mente colligere, iudicare oportet, ne quum ſinamus iſta ex animo ex-
1419 cidere, tantarum virtutum poſſeſſione priuemur: quod quum fit, tum ſimul humanitatis amor, publicorum commodorum cura, benefaciendi ſtudium, quorum neque finis neque intermiſſio eſſe debebat, ſimul exareſcunt atque euaneſcunt. Iam ſi tibi pater eſſet mortalitatis expers Tithonus, atque is propter ſenectutis incommoda, curatione in dies maiore opus haberet,
B non arbitror te ab officio, quod iam aliquandiu præſtitiſti, velle recedere, aut curationem illius quæ & cõſolatione & auxilio ſuſcipitur, recuſare poſſe. At patria, quam vt nos à patre, ita Cretenſes à matre vocãt, & ſenior multo, & plus iuris ac parentes in te habet: quinetiam annis & ſenio grauis & miſera, nec ſibi ſatis ſufficiens eſt, verùm multa ſedulitate & diligentia frequenti auxilio, continua curatione opus habet: hæc eſt quæ virum in magiſtratu ad ſe rapit & continet,

Veſte tenens, quamuis animo ſis ipſe volenti. Nouiſti me Apollini Pythio Pythiadas multas per feſta
C Pythica iam diutiſſimè ſacrificaſſe: verùm non opinor te in hunc modum me alloquuturum, Iam ſatis eſt ſacrificiorum, mi Plutarche, ſatis pomparum & ſaltationum: num te ſenẽ animaduertis? tempus corollas ponere iubet, ſenectus oracula relinquere mandat. Id ſi tu mihi faciendum minimè cenſes, tibi concedi vis vt Iouis vrbium foríque præſidis ciuilia ſacra, quib' iam olim initiatus es, & vates princépſque præfuiſti, deſeras & relinquas? Cæterùm (ſi videbitur) omiſſo aliquantũ illo qui à repub. auocat ſermone, quæſo pon-
D deremus philoſophemúrque quàm ſit illud certamen neque graue, neque ſenectuti indecorum, quod nunc celebramus, maximè quum reſpub. & multas & conuenientes ætati huic quietes habeat. Quemadmodum enim cantores, qui in hac arte aſſiduè verſandum ſibi ſtatuêre, varios vocum ductus & modos, quos harmoniam muſici vocant, meditari oportet, inter quos ſenes effecti neque intenſum illum & acutum, ſed eum qui facilis eſt, & à moribus ſedatioribus non diſſidet,

formant & ſectantur:ita quoque & factis & dictis(hæc A
enim hominibus natura non aliter ac cygnis cantio-
nem vſque ad finem vitæ propria eſſe voluit)leues,me-
diocres, conuenientes reipub. adminiſtrationes ſeni-
bus aptare par eſt: neque vt intenſam lyram, ita ani-
mos illorum remittere oportet. Neque corpora, quia
nec ſcaphiis, nec ferreis circulis, nec pilis plumbeis,
nec diſco,nec armis adſimilata in pugna, quemadmo-
dum antea licebat, vti valemus ſine exercitatione, ne-
gligentius tractamus:ſunt alia ſtudia,ſunt geſtationes, B
ſunt deambulationes; quibuſdam etiam & paruæ pi-
læ,leuis ſanè luſus, placet:hæc ſpiritum mouēt, hæc ſa-
lutarem & vitalem calorem eliciendo refouent.Porrò
ne tunc quidem ſenes ſuſpiciamus,quum planè ſeipſos
otio & deſidia veluti ſtupidos rigidóſque reddidere:
neque rurſus quum omnem dignitatem & imperium
vſurpant, neque quicquam negotii in repub. agitur
cui non intereſſe cupiant,ſenium vituperationi obno-
xium ad eiuſcemodi voces compellamus & cogamus,
O dextra,quàm cupis iam nunc haſtam tibi! C
Sed huic cupidini obſtat imbecillitas. Nam neque
virum ætate florentem potentémque,qui omnem pu-
blicorum negotiorum adminiſtrationem ſibi ſoli ſu-
mit, neque aliis concedit quicquam,(non aliter ac de
Ioue Stoici exiſtimant)ferè quiſquam laudauerit:ma-
ximè quum omnibus ſe ipſe intrudit inſértque, neque
propter gloriæ inſatiabilem cupiditatem honoris ali-
quid,aut poteſtatis, quómodocunque iſta ambiantur,
per inuidiam conſequi aliquem patiatur. Seni autem
in comitiis paſsim omnibus occurrens ambitio, totos D
dies in iudicio & curia deſidens curioſitas, quoduis le-
gationis, quoduis curationis munus ad ſe rapiens ho-
noris cupiditas, hæc etiamſi turpitudine vacent,labo-
rioſa tamen & miſera in primis cenſentur.Nam ſi exi-
ſtimet cum beneuolentia ſe iſta poſſe præter ætatem
præſtare,fallitur vtique, quum in contrarium idipſum
cedere facilè videat.Etenim adoleſcentibus odium ſui
concitat,vt qui occaſiones ad gerendas res ſibi præripi
indignè ferūt:deinde ne in mediū quandoq; veniant,

A impedimento illos eſſe indignè ferunt:apud alios verò ambitio iſta honoris & dignitatis, qua primas ferre poſſint, cupiditas, non minus odioſa quàm ſenum aliorum auaritia, diuitiarum voluptatúmq; ſectatio exiſtit. Quemadmodum itaque Bucephalum iam ſenio confectum Alexander, niſi neceſſitate coactus affligere non ſolebat, verùm antequam prælium iniretur, equis aliis exercitus luſtrandi aciémque inſtituendi cau
1421 ſa inuehebatur, eiſdem mox dato ſigno, relictis, & a-
B ſcenſo illo hoſtibus inſtare, periculum quoduis ſubire non recuſabat: in hunc modum vir qui imperium ciuile habet, ſeipſum, ſi modò mente non caret, gubernet: quæ verò tanta cura non egent, neque neceſſaria admodum ſunt, relinquat, vt & ii qui ætate valent, in exiguis ciuitatis negotiis aliquid habeant quod agant: in magnis autem certaminibus alacriter ipſe quod facto opus eſt, faciat. Athletæ neceſſarios labores & vtiles ne attingunt quidem, quò corpus minimè neceſſariis ſyncerum præſtent: at nobis longè alia ratione fa-
C ciendum cogitemus. Etenim quæ exigua ſunt & vilia, relinquentes, ea tantummodo quæ ſerio digna ſtudio ſunt, tractemus. Cæterùm iuuentutem fortaſſe cuncta (vt Homerus ait) decent, atque ita plerúque omnia amplectuntur. Nam exilia, ſed plurima, quum aggrediuntur, tum ſe populares atque laborioſos: quum verò ſplendida & grauia, nobiles & magnanimos nominant. Non ignoro autem, contentione plenũ & confidens factum ſuo tempore gratiam quandam huic ætati conuenientem acquirere. At grauis annis & ma-
D turus vir, munus aliquod ex publicis, vt vectigalium locationes, portuũ foríque curationes, legationes ad principes, profectiones ad magnates, quæ non ad neceſſitatẽ, ſed ad inſeruiendum cõmuni commodo cõparata ſunt, expectans & ſubire cupiens, hercle & miſerabilis, & planè nõ imitandus mihi, aliis fortaſſe hoc & oneroſum & valde moleſtum exiſtimabitur. Nam in hac ætate non alium magiſtratũ gerere quàm à quo & amplitudinem & dignitatem conſequare, par eſt: qualis ſanè in Areopago Athenis tibi nunc, mi Eupha-

nes,traditus eſt, vt taceam interim patriam tuam,quæ A
tibi Amphictyonicam maieſtatem , laborem dulcem
ſanè,onúſq; minimè oneroſum,quod nõ prius quàm
vitam deponere poteris,conſecrauit . Neque ad iſtos
honores ſponte volare oportet,verùm intuendum diligentius
quínam ſubterfugere illos conantur, his verò
imperia decernenda ſunt. Ergo non affectantibus,
ſed qui ſtrenuè recuſant : neque qui ſibiipſi videntur
imperia accipere,ſed qui ſeipſos veluti ſub imperia tradunt,imperia
deferenda ſunt . Non enim manũ medico
porrigere qui ſexaginta annos exceſſere , turpe B
Tiberius Cæſar dicere conſueuit : at valde videtur indecorum 1422
manum extendere , quò calculos aut ſuffragia
populi capiens , in magiſtratum venire poſſis.id
enim perquam eſt ignobile & humile , neque quicquam
cum grauitate & decoro magis pugnat. Tu verò
operam dabis vt patria te eligere,te aduocare ad ſe,
te expectare,tuam ſenectutem venerandam plane &
conſpicuam exoſculari, omnes item dextram tecum
copulare geſtiant . Iam quum in ſenio magiſtratum C
adeptus es,& in concione verba tibi facienda ſunt,caue
protinus in ſubſellia irruas & irrumpas , neque iis
quæ iſtic dicuntur,in morem gallinacei cantum reciprocantis
obgannias,neque reuerentiã qua adoleſcẽtes
te ſuſpiciunt,quũ in illorum certamina & rixas animum
tuum plus quàm par eſt intendis,laxes & remittas:neq;
meditatione longa,dum non facilè fidem
tibi fieri pateris,conſuetudinẽ eam nanciſcare, vt grauate
quod refertur audias:verùm cõniuere aliquando
& dare aliquid gloriæ illorũ,quò emergere, & aggredi D
rem ipſi quandoque audeant, oportet. Quinetiam
quum de tribus non magnis agitur , nempe neque de
ſalute aut diſcrimine patriæ,neq; de honore bonóve
cõmuni,perpetuò te in curia adeſſe, & quid iſtic agatur,curioſe
ſatagere velim: verùm vbi eiuſcemodi ardua
negotia incidunt,etiamſi nemo te vocet , properandum
tamen eſt, & pro viribus hi tibi itineris duces,
qui manu te prehendant , & viam parent , aduocandi
aut certe lectica paranda,qua geſteris,neque id ſine

A exemplo. Nam Appium Claudium hiſtoriæ tradunt, rebus Romanis prælio grandi à Pyrrho fractis, ſenatúque à rege monito vt de pacis & fœderis ratione conſultaret, nequaquam acquieuiſſe, ſed is confeſtim per medium forum in curiam portari ſe mãdat: (amiſerat enim lumina) quò quum veniſſet, in medio concionis adſiſtens, dixiſſe fertur, cæcitatem quidem ſuã ſe hactenus animo haud æquo tuliſſe: at nunc quoque precari vti ne audire quidem illos vſqueadeo turpia
B & abiecta inter ſe conſultantes agentéſque poſſet. Hæc quum dixiſſet, multa ab iis acta vituperando, quædam ſecus docendo, adhortatus eſt ſenatũ vti ad arma deſcendentes, pro ſalute Italiæ cum Pyrrho dimicarent: atque id etiam perſuaſit. Quum Piſiſtratus blandè populum duceret, & iam illius artes ad tyrannidem ſpectare omnes ſuſpicarentur, neque quiſquam qui vel
1423 iſtud vindicare vel prohibere auderet, inueniretur, Solon arma expedita ante ædes collocauit, ciues ad ſuppetias ferendas cohortatus eſt. Hoc quum Piſiſtratus
C percepiſſet, nuntium Soloni miſit, qui ab eo quæreret qua fretus audacia talia conaretur, Senectuti (inquit) confiſus feci. Veruntamen ad tam præclara facinora, ad quæ tantopere neceſſitas inuitat, ii tantùm qui ſenio ferè extincti ſunt, modò ſpiritum adhuc ducant, appoſiti ſunt & valent. Leuia autem iſta (vt dictũ eſt) quæ adminiſtratione plena ſunt, quæque plus negotii quàm vtilitatis & neceſſitatis habent, honeſtè quidem ſenes recuſare poſſunt. Quinetiam ſæpe quum à ciuibus vocantur, & deſiderari ſuum aduentum ſentiunt,
D non confeſtim illis in publicum prodeundum, ſed hærere domi aliquandiu par eſt, quò fide grauiores, maiore cum dignitate ab iis qui illorum opera indigent, expectentur. Ad hæc multa ſilentio prætereuntes, iuuentuti quædam dicenda relinquant, atque adeo pro ciuilium honorum cupiditate hoc nomine certamen illis conſtituant. Porrò ſi illi intra mediocritatem non conſiſtant, & terminos æqualitatis excedant, modeſtè & cum ſumma beneuolentia maledicendi, rixandíque turpitudinẽ ſenes caſtigent: odia, ſiqua conciliata ſint,

mitigent: eos verò qui in ſententiis dicendis peccauerunt, communicato ſine ſtrepitu conſilio, inſtruant & erudiant, rectè verò rem gerentes, intrepidè commendent. Quin & vincendos aliquando ſe, quum tamen aliud ſuadendo poſſint, tradant, quò ſcilicet animi illorum augeantur, & audaciæ aliquid accreſcat: quod verò aliis deeſſe viderint, hoc verborum comitate ſuppleant, vt apud Homerum Neſtor, A.

Nemo tuos carpat ſermones inter Achiuos,
Nemo tibi dicat (licet hos finire recuſas) B
Quanuis ſis iuuenis, noſtro & de corpore natus.

At ciuilior multo eſt exprobratio obiurgatióque, quæ non apertè & publicè, verùm priuatim aduerſus eos qui in rempub. bene affecti ſunt, ſuſcipitur. Curandum interim etiam eſt vt morſu qui animos deiicere, & in mœrorem vocare poteſt, careat. Ad eam rem verba benigna & placida conferenda ſunt, quò ſit occaſio ad honeſtas adminiſtrationes, & prudentia illuſtri loco habeatur. hac via ſenex populum benignũ & placidum habiturus eſt. Neque hîc aliter agendum atq; C
illi ſolent qui equitare diſcunt: non enim intractatis & nouis, ſed manſuetis & domitis equis vti ſolent. Si quem verò labi videris, caue animum deſpondere iuuenem ſinas: erigẽdus tibi is eſt & conſolandus, quẽ- 1424
admodum ab Ariſtide Cimonem, à Mneſiphilo Themiſtoclem, quũ populus illis indignaretur, & propter improbitatem & vitæ intemperantiam primùm malè audirent, ad honeſta excitatos & confirmatos ferunt. Aiunt etiam Demoſthenem, quum excidiſſet ab oratione apud populum, & id graui animo ferre videre- D
tur, ſenem quendam ex iis qui Periclem quandoque audiuerant, correxiſſe, dixiſſéque, quum non eſſet natura Pericli diſſimilis, non rectè ſanè illum pœnitere. Ad eum modum Euripides Timotheum, propterea quòd in arte muſica quædam præter conſuetudinem nouauerat, à populo exibilatum explóſumque, bono animo eſſe iuſſit: futurum enim vt ipſe mox omnibus theatris ſuperior iudicaretur. Et, vt paucis verbis dicã, quemadmodum Romæ Veſtalibus virginibus tempus

A diſtributum eſt,quo primùm diſcant, deinde quæ percepta ſunt peragãt,poſtremò alias dein doceant. Quémadmodum item virgines quæ Dianæ Epheſinæ conſecratæ ſunt, primò illas ad ſacram adminiſtrationem aſpirantes,futuras ſacerdotes (*dicam Græcè melius*) μελλιέρας nominant, deinde ſacerdotes, poſtremò παριέρας *eas*,(*ſi placet,à ſacerdotii munere liberas conuertamus*) hoc modo vir abſolutus in ciuilibus negotiis, primùm vbi didicit,tum regere & gubernare rem-
B publicam iam initiatus aggreditur: poſtremò verò & ipſe alios quoque docet,& velut in ſacraria ducit. Nó idem eſt concertantibus præeſſe,quod ipſum certare: at qui ciuilibus negotiis certaminibúſque,quo patriæ aliquando prodeſſe poſſit,iuuenem inſtituit,& oratorem illum verborum actorémque rerum format, non certè is paruam operam & vilem, ſed propemodum maximam reipub. impẽdit. Lycurgus ſanè in hoc negotio præclarè ſe geſſit. Nam ante omnia aſſuefaciebat iuuentutem,vt idem honoris ſeni quod legiſlato-
C ri,deferrent. Quorſum verò Lyſandrũ reſpexiſſe putas,quum pulcherrimũ iactaret apud Lacedæmonios ſeneſcere? num quia iſtic agriculturæ ſtudiis dediti ſenes ſint, num quòd illic fœnerare,aleam ludere,interim etiã ſtrenuè potare (ſi diis placet) ſoleant? Haudquaquam: verùm quia nemo quiſquam iſtic ætatis maturæ ſit,qui munere aliquo publico non fungatur: nã aut magiſtratum gerunt,aut paterna curatione rebus prouident,aut in pueris educãdis rectéque inſtituendis occupati ſunt: ita non modò rempublicam,ſed &
D iuuentutem vniuerſam regunt & gubernant. Hinc in
1425 exercitationibus,hinc in literis,hinc in victu rectè inſtituendo,adoleſcentibus veluti diſcipulis non ſanè leniter, non oſcitanter præcipiunt. Hac de cauſa fit vt iis qui de ſe peccant,aut minus rectè officium faciunt, formidoloſi ſint: venerãdi verò & deſiderabiles iis qui à probitate non diſcedunt. Colunt & obſeruant ſectantúrq; illos adoleſcentes,quũ decus & generoſum hoc quod in ſe habent, amplificari, & in eo gloriari ſenes conſpicantur: maximè verò quum neque inuidi

neque liuidi fuerint. Id autem vitii quum ætati nulli A (quanquã in adoleſcentibus, ſpecioſis ſcilicet æmulationis ambitioníſque nominibus nuncupetur) conueniat, in ſenibus certè nihil poteſt intempeſtiuius, nihil tetrius, nihil illiberalius notari. Qua de cauſa qui in ciuitatis procuratione egregius eſt, hunc ab inuidia quamlongiſſimè abeſſe par eſt. Neque verò vt exoſi arborum vetuſtate marceſcentium trunci, ſtirpiũ proximè ſatarum incrementa prohibent, ita quoque adoleſcentium & ætate florentium incremẽta ſupprimere æquum eſt: verùm candidè & benignè illos ſuſcipere, & ſemetipſum iis qui in familiaritatẽ inſinuare ſe ſtudent, facilem præbere: neque etiam admonitionibus tantùm, verùm & vtilibus cõſiliis illos iuuare, quin & quandoque adminiſtrationis partem, ex qua gloriæ & laudis aliquid expectare poſſint, cedere, ad hæc munus aliquod in quo reipub. nihil damni timendum, ſed multis gratum, & ad gratiam comparatum eſt, cõcedere decet. Quæ verò difficultatis & periculi aliquid habent, & confeſtim, vt medicamẽta mordentia vrentiáque, dolorem (quem tamen poſtremò in laudem & vtilitatem commutant) afferunt, ad iſta profectò haud æquum eſt iuuentutem præcipitare. Eſt etiam illiberale, negotia tumultuoſa ſeditioſáque illis obiicere. Verendum enim eſt ne ab hominum turba rudes adhuc, & minimè in negotiis exercitati, male tractentur. Sed in eo rerum ſtatu inimicitias grauiores quàm ætati illi conueniat, ſuſcipere ac ſubire decet: hoc enim nomine erga te adoleſcentiũ fauor erit illuſtrior, ne dicã interim quàm & illos ipſos ad multa officiorum aliorum D munera promptiores alacrioréſq; reddideris. Adiiciẽdum autẽ & id eſt, ciuilem adminiſtrationẽ & philoſophiæ profeſſionẽ inter ſe omnino nihil diſſidere: non enim tãtùm in dominatione, legationibus, clamore in concionibus immani, ſubſelliorũ inſana occupatione (quæ tamen ad eam vel maximè pertinere quidam & dicũt & ſcribũt) æſtimãda eſt: neq; philoſophi op⁹ eſſe credas, de pulpito diſceptare, & ſcholas librorũ faſcibus onerare, quũ tamen vtroſq; cõtinua illa factorum

A dictorúmque quam ante oculos quotidie cernunt, exercitatio haudquaquam lateat. Verùm aiunt, in ſcho-
1426 lis & porticibus curuato capite Peripateticum agere, vt Dicæarchus dicere conſueuit, oportet: quum verò rus abitur, aut ad amicum ſalutandum, non iam amplius. Socratem ſcimus nunquam inter ſcamna, neq; de pulpito philoſophari conſueuiſſe, neque ſtatas familiaribus ſuis diſputationis ambulationíſque horas hic præſcribebat, verùm ludendo plerunque, & quum
B res ferret, inter compotandũ etiam & in caſtris quoſdam comitatus id agebat. Quinetiam ſæpe in foro, poſtremò etiam in carcere, & veneno iam dato, de philoſophia loquebatur: atque ita primus philoſophiam veram non vni aut alteri, ſed cunctis mortalibus per omnem vitam, quouis tempore, quouis loco, actionibus in quibuſlibet, affectationibúſq; in omnibus ſimpliciter eſſe vtilem & arripiendam docuit. Ad eum ſanè modum de ciuili procuratione cenſendum. Non enim imprudentes homines quum exercitum ducunt,
C ſcribas profitentur, aut concionibus populi fauorem captant, rempub. gubernare dicendi ſunt, quum potius ad gratiam plebis emerendam, ac ſeditiones concitandas, tam instructis ad pompam orationibus vtantur, aut alioquin munus obeant ad quod neceſſariò allegantur. Porrò vir rerumpublicarum ſtudioſus, qui & genus humanum & ciuitatem ex animo diligit, hic veram procurationem habet, & ciuilis exinde dicendus, etiamſi nunquam paludamentum induat, dummodo eos quorum ingenium ad ciulia negotia tra-
D ctanda appoſitum eſt, ad honeſta prouocet: quibus illud deeſt, excitet & adhortetur: poſtulantibus ſuam operam adſit, improbos ab inſtituto arceat & deterreat, probos confirmet. Profectò qui talem ſe præbet, hũc non leuiter publico bono ſtudere certum eſt. Quanquam non primus ſit, quum in concilio conuocato ſeria res agitur, qui in curiam, veluti in theatrum, properat: verùm tanquam ad ſpectaculum aut recitationem aliquam cum gratia quoties aderit, veniſſe vt videatur. Quòd ſi autem corpore adeſſe non ſit facultas, adſit

ſaltem animo:quærat quid geſtum,quid tractatum ſit, A
vti approbare quod rectum, quod verò ſecus factum
eſt,reprehendere poſſit. Neque enim Ariſtides Athenis
ſæpe,neque apud Romanos ſæpe Cato magiſtratum
geſſere:vitam tamẽ omnem in patriæ commodis
procurandis conſumpſerũt. Multa & præclara in belli
negotiis dux Epaminondas feciſſe dicitur, at illius
non minus præclara facinora,quum neque exercitum
duceret,neque magiſtratum gereret,in Theſſalia memorantur.
Nam quum res in eum locum ducum imperitia
veniſſet, vt in poteſtatem hoſtium veniendum B
eſſet,iámque omnia tumultibus plena viderentur,(inſtabant
enim telis acrius hoſtes) relicta graui armatura
principiò ſedauit animos,& milites metu exanimatos 1427
confidere iuſſit: deinde agmine,quod diſſipatum
erat,coacto & conſtituto, primùm ex anguſtiis in æquiorem
locum ſuos deduxit,& in hoſtes conuerſus,
vt ſe in fugam verterent,autor fuit. Quum in Arcadia
Agis rex aciem inſtitutam in hoſtes dirigere pararet,
quidam ætate prouecta Spartanus exclamauit, meminiſſet
malum malo medendum eſſe (iis etenim verbis C
facilẽ ab Argis diſceſſum notabat) & ne præſente hac
intempeſtiua(vt Thucydides ait) animi promptitudine
ad eundem lapidem impingeret. Hæc quum exaudiuiſſet
Agis,inſtitutum ſoluit,& recedẽs, victor poſtea
euaſit. Conſueuit verò huic in foribus curiæ quotidie
ſella collocari,quo loco Ephori ſæpe de concilio
ſurgentes,de negotiis maximis illum cõſulebant. Ferunt
eum hiſtoriæ & prudentẽ admodum & peritum
rerum fuiſſe. Qua de cauſa quũ præ ætatis ſenio nullæ
corporis vires ſupereſſent,plurimúmque totos dies D
lectulo decumberet, accerſitus in forum ab Ephoris
ſurrexit quidem is,& ægrè difficultérque promouens
quum in via in pueros incidiſſet, ab iis interrogauit
num ſcirent quicquam quod neceſſitati magis parêret
ac ſeruum domino obedientem,reſponderéntque illi
impotentiam: hac voce munerum ſuorum finem ratus,domum
repedauit. Nam vt promptã ad res agendas
voluntatem frangere,honeſtum non eſt:ita quum

A illa nos reliquit,impetu violentiæ non eſt opprimen-
da. Et Scipionem in conſiliis domi militiæque Lælio
vſum aſſerunt: quare plerique illum hiſtrionem,Læ-
lium verò poetam per iocum appellabant. Ciceronis
in conſulatu geſta, clariſſima quidem illa & ampliſſi-
ma pro reipub. ſalute,conſiliis Pub. Nigidii philoſo-
phi adiuta,ipſe de ſe aliquoties Cicero teſtatus eſt. In
tanta igitur ciuilium negotiorum varietate ne vnum
quidem aliquid eſſe videtur, quod à gubernaculis ci-
B uitatis viros ſenectute graues,quo minus optimis ſui
1428 partibus,verbis ſcilicet,ſententiis,dicendi libertate,&
ſapida prudentia (vt cum poetis loquar) in medium
conſulant,arceat. Non enim manus, non pedes,non
corporis robur,ciuitatis duntaxat partes bonáq; ſunt:
ipſa anima,& animæ bona,iuſtitia,modeſtia,pruden-
tia, (quæ ſerò tardéque matureſcunt, & ſua fiunt) ad
hanc pertinent. An non eſt abſurdum, te ædibus, a-
gris,pecuniis,cæteríſque poſſeſſionibus vtifrui: & pa-
triæ,quæ cum omnibus tibi communis eſt, quæque
non vires robúrque ad obeunda munia, ſed principes
C animi partes ad procurationem ſui deſiderat,nulli eſſe
vſui? Mercurii ſtatuas ſenii habitu, manibus pedibúſ-
que truncatas,arrectis tamen membris fabricant:quo
commento,in ſenibus eas corporis partes quæ virium
inſtrumenta ſunt,modò ratione efficaci & fœcunda
ſenes polleant,minime neceſſarias eſſe ſignificatur.

PLVTARCHI POLITIcorum,ſeu de,ciuili inſtitutione, opus, ad Traianum imperatorem.

NICOLAO SAGVNTINO interprete.

SI quam ad rem poeticum illud ac- A
commodari poteſt, ô Menemache,
*Ex Achæis nemo reprehendet verba,
nec obloquetur, Verùm res exitum inue
nit nullum:* haud abſurdè iis quoque
philoſophis mihi conuenire videtur:
qui vt aliquam rem adeas adhortantur quidem, ſed ni-
hil ipſi ſuggerere, nullámve rationem, quónam pacto
i d fieri oporteat, afferre videntur. Sanè non illis abſi-
miles, qui lucernæ, vt ardeat, lychnum emungunt, & B
manu contrectant, cæterùm olei nihil omnino infun-
dunt. Equidem te iampridem ratione atque conſilio
video ad rempub. capeſſendam impulſum, volentem
pro domeſtica nobilitate & gloria, in rebus patriæ cũ
dignitate verſari, atque iuxtà & verborum oratorem
& rerum actorem effici. Verùm quòd per ætatem tibi 1429
philoſophiæ nauare operam minus licuit, neque in a-
perto & ſub dio (vt aiunt) negotiis te publicis atq; rei
adminiſtratione ciuilis exercere quiuiſti, & facta con-
ſpicere, vnde non tam oratione & verbis quàm ipſis C
rebus exempla capere poſſes: proinde petis à me vt ti-
bi præcepta dem aliqua quæ ad rempublicam admi-
niſtrandam, atque dignitatem tuendam attineant. Id
quicquid eſt operæ, tibi negare periniquum equidem
duxi: opus verò ipſum diligentia & deſiderio tuo vo-
luntate itẽ erga te mea dignũ vt euaderet, vehemẽter

A optaui. Demum(vt tu popoſciſti)varietate ſum exem plorum paulo accuratius vſus:quippe qui ex induſtria multa vndique congeſſi. Principio itaque voluntas & propoſitum ipſum reipub. capeſſendæ veluti fundamentum aliquod firmum atque præualidum iaciendum eſt,vt ratione id atque iudicio proficiſci,non trepidationem animo,ſolicitudinémve iniicere videatur, æquè ac ſi res tanta inanis ſtudio gloriæ, contentionéve vlla,poſtremò ceſſatione & otii gratia ſuſcipi videretur. Nam vt quibus domi nil boni vſui eſt, libenter
B hi foris degunt,atque nullo rerum vſu maximam partem temporis in foro abſumunt: ſic quoque nonnulli quòd ſibi nihil operæpretium domi priuatímque exhibetur curãdum, publicis ſe propterea implicare negotiis pergunt,non ſecus atque ſi terendi otii gratia ſibi duntaxat eò diuertendum eſſet. Plerique alii fortefortuna rempub. attigere, qui mox faſtidio & rerum ſatietate affecti,inde auerſi ad otium ſe à negotio vindicare percupierunt: quod facilè ſibi efficere nequiuerunt,vt quibus idem accidit quod iis qui geſtationis ac
C paulùm exercendi ſui cauſa nauem ingreſſi, leuem futuram ac facilem nauigationem rati: porrò tempeſtate ſubita in pelagus tracti, terram verſus identidem ſpectant:qui,etſi facti à ſe pœnitet, at nihilominus inuiti & anxii nauſea vertiginéque affecti manent in naui. Et hos candida in trãquillitate pulchellæ nauis curſu ſulcandi maris per iniuriam numinis cupido vana inceſſit. Hi mihi videntur cum pœnitentia facti, tum verò mœrore animi, maximæ rei detrahere,quando aut aſſequendæ gloriæ ſpe adducti,poſtea in ignominiam
D incidunt, aut terrori ſe aliis futuros opum ingenti vi rati,demum periculoſis ipſi negotiis impliciti perturbantur. Enimuerò qui vt ſibi maximè conuenit,& rationis & conſilii ductu pulcherrimum hoc reipub. gubernandæ negotium capeſſunt, nulla hos harũ rerum à propoſito abſterrere poteſt, nec pœnitet, nec piget cœptorum, vt retrò cogitatione cogantur reſpicere.
1430 Nec enim tanquam ad nundinas & lucella eundũ eſt iis qui ſibi gubernacula reipublicæ committi volunt,

quemad-

quemadmodum Stratoclem illum & Dromoclidem A
accepimus ſolitos ſeſe mutuo ad meſſem auream inui- 1430
tare. ſic enim ioco tribunal & curiam appellitare conſueuerunt. Neque perturbatione commotum animi, atque affectu impulſum, in adminiſtrationem reipub. vadere quenquã oportet, ſubitario vtique impetu veluti numine raptum. Quemadmodum C. Graccho vſu veniſſe accepimus, qui ſub recentem fratris calamitatem à muneribus reipublicæ ſeſe abdicauit, mox
contumelia maledictiſque percitus aliquorũ, inflam- B
matus ira, in munus publicum ſe rurſus recepit. Non multo pòſt negotiorum faſtidio, & honorum ſatietate affectus, eiuſcemodi onus & ſarcinam ponere cupiebat, quietis & otii inops: cæterùm id conſequi ob magnitudinem contractæ iam potentiæ haud potuit, vt inde ad extremum perierit. Qui verò æmulatione ambitionéque ducti, fingere ſe atque hiſtrionum in morem ad ſpectaculum componere pergunt, hos rerum ſuarum tædium capiat demum neceſſe eſt, quando-
quidem aut iis quibus imperitare cupiunt, ſeruire co- C
guntur, aut hos quibus obſequi maximè & placere volunt, offendunt. Mihi quidem videtur, eos cœpti mox pœnitere, & animo perturbari, qui ſe in aliquem puteum temere & ab re demittunt: iis verò rectè euenire vt & rebus ſemper modicè atque modeſtè vtantur, & nihil contingat quod vlla eos moleſtia & difficultate implicitos habeat, qui freti conſilio, per otium, non præcipites, ſed ex inſtituto eò deſcendunt: quippe qui actionum omnium atque vitæ totius finem honeſtum
ſibi conſtituũt & proponunt, nihil præterea aliud. Hac D
voluntate, his artibus, hoc firmo incômutabilíque innixum iudicio, vertere ſe inde ad mores ciuiũ cognoſcendos oportet, atque eorum penitus exploranda atque pertractanda ingenia. Quæ res temperamentis optimis atque rationibus conſtituta, eiuſmodi eſt, vt appareat plurimùm, valeátque longè neceſſe ſit. Etenim ſtatim mores & ingenia conari mutare populi, nouiſque ea legibus moderari extemplò velle, nõ modò non facile, verùm ne tutum quidem omnino eſt,

A vt res quæ multo tempore, & ingentibus viribus indiget. Proinde quemadmodū vini vſus initio quidem
arbitrio atque lege bibentis regitur, vbi verò ſenſim
ac placidè calefecerit hominem, immutare continuò
incipit, atque nouis imbuere moribus: hac ratione decet virum ciuilem, & rempub. tractare incipientē, tandiu ciuium moribus conſentaneè viuere, & ſe ad eorū
naturam accōmodare, atque ſcitè coniectura ſectari
ea & aſſequi, quibus populus ſoleat delectari, & quib'
B adduci facile, donec opinione virtutis, & fide iam cōparata, autoritate inniti poſſit. Varii enim ſunt popu-
1431 lorum mores, varia ciuitatū ingenia. Athenienſis populus facilè concitatur ad iram, at idem facilè ad miſericordiam flectitur: celeriter ſuſpicari quàm tardè &
leniter edoceri mauult. Vt ad opem ferendam ingloriis & humilibus promptior eſt, ita iocos atque ridicula libenter amplectitur. Eum coràm ſi laudes, delectatur: hunc ipſum ſi reprehendas, grauatè non fert. Formidabilis eſt vel principibus, idem dehinc humanus &
C clemens etiam hoſtibus. Alia Carthaginenſiū eſt natura, alia morum & vitæ ratio. Acerbi ſunt, triſtes, facilè magiſtratibus parent: iidē ſubditis ſunt moleſti &
graues, ignaui aduerſus pericula, immanes & truces,
ira perciti, perſtant pertinaciter in ſententiis, ad iocos
& vrbanitatē duriores quàm quos vlla ridicula mollire gratia poſſis. Iis nunquā probari poſſet illud Cleonis, qui iam coacto ſenatu, diis ſe inquit rem ſacram
feciſſe, hoſpites lautè accepturum, precari perinde ſe-
D natum in præſens dimitti, atque in diem inſequentem
reiici. Id riſu Athenienſes excipientes, continuò cœtū
ſoluerunt. Multo minus Alcibiadem tolerandum cen
ſuiſſent Carthaginenſes, cuius, dum ſententiā frequēti
ſenatu de re ſeria dicit, coturnix euolauit è ſinu. Eam
Athenienſes auiculam ſtudioſe per curiam curſitantes
aucupati, Alcibiadi reddiderunt. Vtrunque Carthaginenſes necaſſent, vtputa corruptos deliciis, atque per
laſciuiam molliter contumeliantes: quandoquidem
Hannoni, viro inſigni, quòd leonis in expeditione opera vſus eſſet ad vtenſilia conuectanda, inſimulantes

affectatæ tyrannidis, pœnam exilii irrogarunt. Equidem arbitrör ne Thebanos quidē deſtituturos fuiſſe, quo minus hoſtium literæ, quæ in eorum manus veniſſent, reſignatæ perlegerentur. Atqui Philippi tabellariis captis, qui literas ad Olympiadem datas deferrent, Athenienſes nō reſignarunt, mariti peregrinantis arcanam vxoriam comitatē detegendam omnino atque reſerandam minimè arbitrati. Rurſus mihi non videntur laturi fuiſſe Atheniēſes fiduciam atque libertatem Epaminondæ, cui dies dicta quum eſſet, cauſam ad populum dicere noluit: quin è theatro per concionem incedens, ſeſe in gymnaſium omnibus ſpectantibus contulit. Multo minus Spartiatas æquanimiter accepturos fuiſſe puto Stratoclis ſcurrilitatē, atque adeo inſolentiam: is enim perinde ac re optimè geſta victoriæ partæ nuntium accepiſſet, ſupplicatio diis immortalibus vt publicè decerneretur retulit perſuaſitque. Non multo pōſt cladis acceptæ certo nuntio, próque eo, illius factum populo, vt par erat, indignè ferente, ſingulos rogitabat num iacturæ quippiam feciſſent, quòd totum triduum per ſe illa fuiſſent lætitia & opinione affecti. Enimuerò aulici, & (vt ſic dicā) cortales adulatores, velut aucupes voces imitātur auicularum, cæteriſque rebus ſimiles ſe fingunt, nempe vt hiſce artibus regibus ſe maximè inſinuent atque commendent. Sane ciuem, qui rempub. recte adminiſtrare velit, mores & vias vulgi effingere atque imitari minime decet, ſcire duntaxat ac probe tenere qua quiſque maxime ratione capi adducíque poſſit. Ignoratio enim eorum quibuſcum tibi viuendum eſt, vt opinione & ſpe fruſtreris, ac cœptis ſæpenumero decidas, in cauſa eſt: quod non minus in ciuitatibus quàm in amicitiis regum vſu venit. Mores proinde ciuium tum leniter atque ſcite tractandos moderandóſque, meliores efficiendos aggredi debes, quum tibi iam vires ſunt, & autoritas comparata apparet. Vulgi enim & multitudinis rationes viuendi derepente immutare, atque aliorſum traducere, difficile nimirum & nimis arduum eſt. Cæterùm teipſum ita excolere, ita mores

A (beside line 1) · B (beside "tatem Epaminondæ") · C (beside "ſingulos rogitabat") 1432 · D (beside "rum quibuſcum")

A exornare tuos, ſic vitam omnem tuam tueri debes,
vt qui in aperto medióque ſpectaculo, ante omnium oculos vitam acturus ſis, neminem celaturus.
Quòd ſi tibi non tam facile fortè fuerit vniuerſa omnino, ſiquæ ſunt, animi extergere vitia, penitúſque emaculare, illa certè tibi tollenda minuendáve ſunt, quæ apparent maximè, primóque conſpectu occurrunt. Auditui & memoriæ proditú eſt, Themiſtoclem, vt animum ad rempub. capeſſendam appu
B lit, compotationibus cõmeſſationibúſque primò abſtinuiſſe, ſecundo loco vigiliis ſe ſolicitum & ſobrietati dediſſe, amicis dicere ſolitum, quò minus dormiret, Miltiadæ ſolicitari trophæo. Pericles item rationem viuendi, & cultum corporis traditur immutaſſe: inceſſu tardo, orationéque leni vſus eſt: compoſitum os, & vultum ſibi conſtantem ſolitus præ ſe ferre: poſtremò manu contenta intra amiculum, vnam omnino vſurpaſſe viam quæ ad forum & curiam duceret. Non enim cuiuſvis eſt, neque tractatu & factu facile, vulgus
C & multitudinem ſalutaribus allici rationibus, & in officio contineri. Sat erit, ſi velut fera natura ſuſpicioſa & varia, vocem atque aſpectum rectoris minimè reformidans, regimen & frænum admittit. Vt hæc igitur præclarè curare optimum eſt, ita quoque vitam ſibi quiſque & mores pulcherrimè excolere debet, quo prorſus omni nota vituperationéque careat: quando præſertim eorum qui reipub. præſunt, non modò ſingula verba, nec res tantùm publicitus geſtæ animaduerti notaríque ſolent, ſed virtus quoque, ioci ſimul
D & ſeria quæque, domus, ipſa familia, vxor, cubile, curioſius conquiruntur. Quid hoc loco commemorare
1433 Alcibiadem attinet? quem circa rem communem adminiſtrandam ſolertiſſimũ habitum, atque inuictum compertum imperatorem, viuẽdi licentia atque animi ferocia perdidit: cuius cætera virtus ob ſumptus immoderationem, & vitæ luxuriam, parum reipub. viſa eſt profuiſſe, quando Athenẽſes Cimoni vinum, populus Rom. Scipioni ſomnolentiam ſoliti exprobrare traduntur: quippe qui nihil præterea aliud quod illis

obiectari poſſet, haberent. Verùm in Cn. Pompeium A
inimicos cauillatos accepimus, vnico digito caput ſcal
pere deprehenſum. Quemadmodum enim indignius
ferri, maioríque haberi ſolent dedecori verrucæ, ficúſve in facie, quàm notæ, næui, atque mutilationes in reliquo corpore: ſic etiã ob eam quæ pleroſq; omnes de principatu atque ciuilibus magiſtratibus tenet, opinionem, vtpote de re magna atque digniſſima, quæ omni facinore atque temeritate vacare debeat, minima quæque principum, & rempub. adminiſtrantium errata notantur, & pro magnis habentur. B
Eam ob rem Iulius Druſus Publicola haud immeritò claruit, quòd domus eius ex pluribus partib' vicinis conſpicua quũ pateret, & quinque eam talentorum omnino ſumptu faber quidam auerſurum atque commodius directurum reciperet, Decem (inquit) dabo, ſi totam ita exponas conſpicuam vt vniuerſi ciues, nedum vicini, perſpicere queant, qua domi meæ ratione viuatur. Nempe vir erat modeſtus ac frugi, nec ei fortè eiuſcemodi domus perſpicuitate opus erat, qui virtutis egregiæ C
ſpecimen, & præclaræ vitæ documenta erudítiſſima quotidie foris dabat. Vulgus igitur mores, vitam, actiones, conſilia omnia eorum qui reipub. præſunt, curioſiſſimè rimari atq; introſpicere ſolet, etiamſi hoc alte admodum obtegas, & tanquam velamentis obnubas & abdas. Nec minus hoc accidere amat ex priuatis, quàm ex publicis ſtudiis: quo fit, vt iidem alium ament & admirentur, alium oderint & pro nihilo ducant. Cur igitur (dicet quiſpiam) ſceleratorum quoque nequitérque viuentium opera plerũque ciuitates vtuntur? D
Propterea quòd ſæpe mulieres prægnantes, humum lapillóſque, nauſea verò affecti ſalſuginem, & id genus edulia perſequuntur, ſanè non multo pòſt reſpuunt, atque ab illis abhorrent; haud abſimili ratione ob luxuriam & delicias populus ſeu inopia meliorum 1434
rectorum quibuſvis vtitur, mox eos abominatus negligit & minimi facit, eáq; in ſe dici ſæpenumero delectatur, cuiuſmodi ſunt quæ Plato comicus populum vſurpantẽ inducit, Apprehende, apprehende manum

A quàm celerrime meam, Agyrium decreturam impera-
torem, & rurſus quærentem peluim ac pennam ſcelus
euomat. Dicentẽ denique, Officit mihi linteum ad tri-
bunal eunti, depaſcitur fœtulentum caput morbus te-
terrimus. At populus Rom. pollicente neſcio quid Car
bone, & iuriſiurandi adiectione id affirmante, fore
adiurauit contrà, aſſeuerauítque fidem ſe illi non ha-
biturum. Lacedæmone verò Demoſthenes quidam in
ſenatu autor ſententiæ fuit ſatis ſalutáris, & rei de qua
B agebatur idoneæ. Ad quam repudiandã pro indigni-
tate autoris viſus eſt ſenatus propenſior. Proinde e-
phori alium ex ſenioribus delegerunt, cui id negotii
ſententiæ dicendæ demandauerunt, tanquam ex va-
ſe obſoleto & ſordido ad parum bene imbutam rem
transfundendam cenſentes, quò multitudini acce-
ptior fieret. Tantum momenti in rebuſpublicis pro-
bitatis opinio poſſidet. Ad hæc verò ciuile ius & gra-
tia eloquentiæ non in poſtremis ducenda eſt, virtute
magiſtra & principe. Non enim rhetoricam ſuaden-
C di opificem, ſed adiutricem eſſe, debemus exiſtimare.
Qua ratione illud eſt corrigendum Menandri, *Mores*,
dicentis, *ſunt qui perſuadent, non oratio.* Re enim ve-
ra vtrunque eſt quod rem efficit, mores nimirum at-
que oratio: niſi quiſpiam dicere velit, nauem à guber-
natore duntaxat dirigi, non à clauo quoque: & equi-
tem eſſe qui equum in gyros verſet, non etiam fræ-
num: ita ciuitatem quoque oratorum vita & moribus
regi, non & oratione, nempe qua veluti gubernaculis
ac fræno vtantur, quibus maximè verſatile animal (vt
D Plato inquit) tanquam è puppi regatur atque verſetur.
Quando enim reges illi magni & Ioue ſati (vt inquit
Homerus) tametſi ſceptris & purpura nobiles, ſatelli-
tibus conſtipati, deorum demũ oraculis inflati & tu-
midi, vulgus territare ſoliti, ac ſibi ſubiicere, volebant
tamen verborum oratores effici, gratiámque dicendi
nequaquam aſpernabantur, conciones, in quibus clari
1435 ſolent effici viri, non negligebant, nec Iouem dun-
taxat conſilii præſidem obſeruabant, bellicoſúmque
Martem, aut militarem Mineruam, ſed Calliopen

quoque venerabantur, quæ regibus veneranda co- A
mes accedit, ferociam atque duritiam vulgi ſuadela
leniens atque pudore: homo certè priuatus de veſte
atque habitu populari ciuitatem regere, voluntatem
populi præualere, multitudinis moribus modum fa-
cere nunquam poterit, ni oratione & eloquentia præ-
ditus ſit, quæ vna ſuadeat, afficiat, flectat, ducátque
multitudinem. At verò gubernatores nauium aliis
vtuntur iuſſoribus, qui imperata excipientes ad alios
deferant: qui autem rempublicam regere vult, men- B
tem is ſecum velut gubernatorem habere debet: ora-
tionem inſuper, quæ accepta mentis imperia demum
in alios edat, ne idem ipſe voce extera indigere videa-
tur, néve vt Iphicrates Ariſtophōtis ſuperatus oratio-
ne, meliorem eſſe dicat aduerſariorum actorem, cæ-
terùm ſuam ipſius cauſam longè potiorem: ne ſæpe
quoque Euripidis illa in mentem veniat, Vtinam mi-
ſerum mortalium genus elingue & infans ſit, réſque
ipſæ pro voce hominibus ſint, quò qui grauitate præ-
ſtant orationis, pro nihilo habeantur. Quæ quidem C
Alcameni nimirū, & Neſiotæ, & Ictio, reliquiſq; ſor-
didis illiberalibúſque opificibus dicere concedendum
eſt, dicendi commoditatis expertibus: vt Athenis
quondā duobus architectis propoſitis ad opus quod-
dam publicum affabrè faciendum, vter eſſet præſtan-
tior quum quæreretur, alter diſertior ſcilicet, & qui
ad orandum ſcitior atque comptior eſſet, orationem
iam inde ab initio meditatus, ad populum eam de æ-
dificio & opere habuit, affecit demum & mouit. Al-
ter verò, arte quidem longè præſtantior, cæterùm di- D
cendi imperitus, verborúmque inops, Viri (inquit) A-
thenienſes, quæ iſte pulchrè diſſeruit, equidem re ef-
ficiam. Ii ſunt (vt inquit Sophocles) qui opus omni-
no curandum ſuſcipiunt, velut ferrum inanime pla-
gis obnoxium in incude tundentes producant. At
cultor ille canæ Mineruæ atque conſultiſſimæ The-
midis, quæ conciones agere cœtúſque dimittere no-
uit, oratione vſus tanquam inſtrumento, nunc confin
gendo res inter ſe atque aptè conglutinando, nunc

A quæ obſtant operi molliendo leniendóve, & quæ vt
1436 nodi grumulíque circunſtant ſtipitem, vel vt ferrum
ferrugo, repurgando, omnino ciuitatē exornat. Quas
ob res Periclis rempub. gubernandi ratio, verbo qui-
dem (vt Thucydides inquit) popularis eſſe videbatur,
re verò vi & facultate orationis, vnius omnium primi
viri regebatur imperio. Quando Cimon erat, vir ille
quidem bonus, Ephialtes item atque Thucydides: ſed
ab Archidamo rege Spartiatarum idem interrogatus,
B vter, ipſéne an Pericles lucta præſtaret, Haud facile di
xerim, reſpondit excipiens: vbi enim luctando illum e-
go proſtrauero, mox ille dicendo cecidiſſe negat: de-
nique ſpectatoribus ita rem habere perſuadet, & euin-
cit. Quæ quidem dicendi facultas & vis, non modò
gloriam illi, verùm quoque ſalutem ciuitati ferebat:
eius enim dicto audiens ciuitas, ſuam ipſius conſerua-
bat felicitatem, alienis & exteris abſtinebat. Nicias ve-
rò eandem rationē voluntatémq; ſubſequutus, haud-
quaquam obtinuit, miniméque adeptus eſt, propterea
C quòd ſuadendi commoditatis indigus erat, langui-
diore oratione, tanquam obtuſo fræno, conatus popu-
lum flectere, atque quò vellet impellere, & vnde com
modum eſſet deducere: quin vi quadā compulſus ipſe
profectus in Siciliam, attritis penè ciuitatis opib', in-
genti reipublicæ vulnere ſeipſum perdidit. Lupū qui-
dem aiunt auribus teneri non poſſe, populum autem
inde maxime duci oportet: non hiſce artibus atq; an-
ſulis, quibus inepte ſatis & inuenuſte inexercitati qui-
dam & eloquentiæ rudes ac imperiti, gratificari mul-
D titudini quæritant, & ſibi eam conciliare, epulis in-
quam, largitionibus, ſaltationibus, apparatu gladiato-
rum, ſpectaculorū editione, magnis demum ſumpti-
bus, quarum rerum ſtudioſos equidem ambitioſos ma
gis quàm populares habendos cenſeo: quādoquidem
popularitas eſt, quæ ratione orationéq; perſuadet po-
pulum. Cæterùm eiuſcemodi rationibus & illecebris
plebem ambire atque manſuefacere, nihilo mihi diſ-
ferre videtur ab artificio venandæ decipiendæque fe-
ræ. Porrò viri ciuilis oratio ea ſit, quæ neque recens &

theatralis, tanquã oſtentantis cuiuſpiam,& mollibus A
atq; floridis nominibus innectentis ſerta videri poſſit:
nec rurſus, vt Pytheas dicere ſolitus traditur orationẽ
Demoſthenis lucernam olere, exquiſitis ſcilicet curio-
ſè commentis, duris ambitibus examuſſim & ad per-
pendiculum exactè compoſitam: verùm vt muſicis pla
cet leniter atque placidè fides tractari, nõ vi & impul- 1437
ſu concuti oportere: ſic & in eorum oratione, qui rei-
pub. conſulunt & operam nauant, exiſtere debet non
aſtus, non calliditas: non ipſi aptè artificioſéque tum B
dicendi, tum diuidendi ſibi laudem arrogent: quin ci-
uilis oratio ingenuitatis plena promatur, ferat præ ſe
veritatem & ſimplicitatem ſententiarum, libertatem
quæ patrem deceat, prouidentiam, curã, prudentiam:
gratificandi ſuadendíque modum metiatur honeſto:
grauibus id aptis idoneiſque tum verbis, tum verò ſen
tentiis efficiat: admittat in cauſis forenſem dicendi a-
crimoniam: ſententias, hiſtoriam, fabellas, tranſlatio-
nes, quibus maximè auditores mouentur, non refu-
giat, modò aptè id & modeſtè efficiatur, vt ille qui di- C
xit, Ne facite Græciam altero captam oculo. et vt
Demades naufragia reipub. dixit à ſe tractari. Item
Archilochus, Ne Tantali ſaxum huic impendeat in-
ſulæ. Et Pericles, Æginam veluti de oculo lemam Pi-
ræo detrahendã eſſe. Phociõ verò ſuper victoria Leo-
ſthenis, Pulchrũ ſibi inquit videri ſtadium: verùm me-
tuendum eſſe belli recurſum. Et vt ſemel dixerim, gra
uitas & amplitudo orationis iis qui reipub. præſunt
maximè conuenit. Huic rei exẽplo ſint orationes Phi-
lippicæ, & ex Thucydidis quam Sthenelaida Ephorus, D
quámque Archidamus rex Platæis habuit, quámve Pe
ricles poſt peſtilentiæ cladem ad populum. At verò de
Ephori, Theopompi, Anaximenis orationibus, quib⁹
copias armant, & inſtructas in aciem ducunt, hoc di-
cere poſſis, *Præſente ferro nemo tantùm deſipit*. Ad
hæc non alienum eſt ab oratione ciuili, cauillo non-
nunquam vti, atque interdum ridiculo, modò res non
ad contumeliam fiat, neque ſcurriliter: quin ea ratione
tractetur, vt ex vſu dici & modicè videatur, reprehen-

A dendi alicuius detrahendíque ſtudio. Maximè autem eiuſmodi commendari ſolent, quæ à laceſſitis prius, non ipſis incipientibus, tanquam occurrentibus aliorum in ſe cauillis, reddi videntur. Ex præparato enim his vti, & priorẽ eſſe qui mordeat, ſcurræ & riſum captantis eſſe videtur, præterquam quòd improbitatis etiam affert opinionem, vt illa Ciceronis & ſenioris
1438 Catonis, atque Euxithei, qui Ariſtoteli familiaris fuit: hi enim mordebant ſæpe dictis incipientes. Atqui re-
B mordentibus veniã ſimul & gratiam ipſa occaſio præbet: vt Demoſtheni, qui quum is qui vt fur male audierat, lucubrationes eius & nocturnas ſcriptiones paulo petulantius irrideret, reſpondit excipiens, Scio me tibi moleſtum, qui noctu lucernã accendo. Idem ad Demadem exclamantem, Demoſthenes me corrigere vult, nempe ſus Mineruam, At iſta (inquit) Minerua priore anno in adulterio deprehenſa eſt. Lepidum etiam illud Xenæneti ad ciues ſuos. Exprobrarant ei quòd imperator exercitus ab hoſtibus eſſet ver-
C ſus ad fugam, At vobiſcum (inquit) lepidiſſima capita aufugi. Verùm illa vitanda videntur in ridiculis, vt nihil nimis, vt ineptè non offendas auditores, vt teipſum non admodum deprimas, vt non ignauum & abiectiſſimum reddas, quemadmodum Democrates frequenti populo concionem habiturus pulpitũ quum aſcendiſſet, ſic ſe inquit, vt ciues ipſos, parum valere, & multúmque tumeſcere. Is clade apud Cherrhoneſum accepta, próque eo ciuitate mœrore affecta, orationẽ ad populum pro ſuggeſto habiturus, Nolim, inquit,
D ciuitatem tanta calamitate afflictã, vt me ea de re deliberantem audire neceſſe haberet. Vt enim puſilli animi hoc, ita ſuperius illud profectò inſani erat, quorum neutrum ciuitatem regenti viro conuenire videri poteſt. Phocionis denique breuitatẽ dicendi omnes admirabantur: quippe Polyeuctus Demoſthenem aiebat eſſe oratorem ampliſſimũ, Phocionem verò perſuadendo grauiſſimum: breuiſſima enim eius dictione vberrimas ſententias contineri. Quamobrem Demoſthenes ipſe cæteros non magnifaciens, ſolitus di-

cere traditur, vt Phocionem ſurgere conſpexiſſet, Verborum meorum gladius iam ſurgit. Maximè itaque annitendum eſt vt oratione non interuacua meditatus cautè ad populum vtare: quando etiam Pericles ille priuſquam orſus eſſet orationem, precari & vota facere conſueuerat ne verbũ quidem vllum ſibi in mentem veniret, quod à rebus ipſis videri poſſet paulo alienius. Enimuero ad reſpondendũ cauillis, & remordendum, exercitatione & vſu eſt opus, *quo promptè retorqueas*. Subitæ enim ſunt occaſiones, & multa repentina in rebuſpublicis inducunt. Quo factum eſt vt ſuperari plerunque Demoſthenes creditus ſit, qui nactus occaſionẽ, rem differre, quàm ex tempore reſpondere malle conſueuiſſet. Alcibiadẽ præterea memorat Theophraſtus inter orandum quærere ſolitum non modò quæ diceret, ſed etiam quo dictionis genere, quo denique modo ea ſibi eſſent dicenda: vnde ſæpenumero hæſitare rebus, & titubare in ipſo orationis curſu deprehenſus eſſet. Sanè qui è rebus ipſis, atqueadeo ex ipſis occaſionibus rem opportunè aggrediuntur, auditores facile mouent hi, & ſibi conciliant, poſtremò quò volunt impellunt ſine negotio. Venit olim Athenas Leo Byzantius, populo inter ſe diſſidenti de concordia ſuaſurus, vbi viſus puſillus, deriſui habitus eſt. Id vt ille animaduertit, per occaſionem, Quid (inquit) viri Athenienſes, ſi vxorem meam videritis? quid ſi ſe veſtris illa ſubiiciat oculis? quæ tantilla eſt vt vix me genu tenus pertingat. Maior hinc ſublatus eſt riſus. At, dixit excipiens, nos tantopere puſillos & breues, ſi inter nos diſſidium eſſet, vix oppidum Byzantium capere poſſet. Quum in ſenatu Athenis de magnis honoribus Alexandro Macedoni decernẽdis ferretur, Pytheas orator acriter contradixit. Dicenti verò cuidam, Túne Pythea iſta ætate tantis de rebus verba publice facere audes? reſpondit, Atqui is quem deũ vos decernere molimini, Alexander, me iunior eſt. Ad hæc, oratori ciuili voce valida & ſpiritu opus eſt, quippe qui non ad quodlibet

A ſed ad ingens & pugnax certamen eſt deſcenſurus, ne
quando defatigatus iam & ſenſim extingui incipiens,
à rabula quopiã & vocali vociferatione atque clamo-
ribus opprimatur. Eam ob rem Catonem accepimus
tempus nequicquam terere ſolitũ, & totam diem con-
cionari, vbi populo ſe vel ſenatui, occupato ſcilicet ali-
cuius gratia ſtudióve, minus poſſe perſuadere arbitra-
retur. De apparatu orationis & vſu quæ dicta hacte-
nus ſunt, ſatis ei futura exiſtimamus, qui hæc adeptus,
B via hinc proficiſcens, quæ reliqua ſunt conſequi poſſit.
Cæterùm ingreſſus geminos, quibus ad rempub. ca-
peſſendã eatur, comperio. Alteram quidem viam cõ-
pendiariam, ad ſplendorem & gloriam peridoneam,
ſed non ita tutam, neque citra periculum. Longiorem
alteram, & humilem illam quidem atque pedeſtrem,
ſed ſatis ſecuram atque in tuto poſitã. Sunt enim qui
de aliquo præclaro & grandi ſoluentes facinore, velut
de promontorio quodam in altum protinus vela dent,
in mediam rempub. deferuntur, rati illud Pindari re-
C ctè dici, *Inchoando operi pulchra viſu eſſe primordia ia-*
1440 *cienda.* Videtur enim vulgus ſatietate atque faſtidio
quodam eorum quibuſcum iam conſueuit, vt in ſpe-
ctaculo nouum certatorem, ita eum qui recens rem-
pub. capeſſit, alacriter excipere. Celeritas enim incre-
menti comparatæ potẽtiæ liuorem euincere omnem,
& inuidiæ locum nullum videtur relinquere, &(vt in-
quit Ariſto) Nec ignis concipit fumum, nec gloria gi-
gnit inuidiam, ſi repentè vtrunque atque celeriter emi
cuerit. Illa enim aliunde alius carpit atque obtrectat,
D quæ paulatim & otioſè videt ſuccreſcere. Quo ſæpe-
numero factum eſt vt in foro plerique priuſquam flo
rere cœpiſſent, penitus elanguerint. Vbi verò res ita a-
gitur, vt de Lada memoriæ proditum eſt, cuius aurib⁹
plauſus ſpectaculi, atque ſonitus ille carcerũ dies no
ctéſque obſtrepere ſolitus dicitur, vt quócunque ſiue
imperator, ſeu legatus profectus eſſet, corona trium-
phóve magnificè donaretur: vbi (inquam) res ſic ſuc-
cedunt, pari hìc ratione tam contemptores quàm in-
uidi parum valent, vel nihil potius. Hac via Aratus

gloriã conſequutus eſt, qui Nicoclis tyrãni interitum, A
gradum ſibi ad capeſſendam rempublicam fecit. Hoc pacto Alcibiades ſibi viam muniuit, inductis Mantineis vt in Lacedæmonios cõſpirarent. His Pompeius artibus nihildum ad ſenatum allectus, decernendum ſibi triumphum curauit. Syllæ verò intercedenti plures dixit eſſe qui ſolem orientem, quàm qui occidentẽ adorent. quæ ſimul audiuit Sylla, ſubſtitit, atque adeo ceſſit. Iam verò Cornelium Scipionẽ non temerè populus Romanus adductus, præter legẽ conſulem de- B
clarauit, ſed pugnam atque victoriam eius adhuc adoleſcentis Hiſpanienſem maxime admirat⁹, ac nõ multo pòſt ea quæ tribunus militum apud Carthaginem geſſerat. Quibus tamen geſtis Cato ſenior exclamauit, Solus ſapit, cæteri vt vmbræ mouentur. Verumenimuero hac tempeſtate, quando nullæ ſunt amplius ciuitatibus expeditiones ſumendæ, nulla belli militiæque relicta imperia, nullæ tyrannorum cædes, nulla bella iure ſociali ſuſcipienda, quænam initia quiſpiam capere poſſit reipub. præclare adminiſtrandæ? Iudi- C
cia omnino legationúmque functiones ad rerum omnium principes reliquæ ſunt: ad quæ quidem munera ſubeunda, viris certe opus eſt ingenio præditis, lingua, rerum denique vſu. Sunt pleraque præterea ſatis honeſta & clara munia, tametſi iandiu neglecta & prope deſita in ciuitatibus, quæ ſi reducenda cures, gloriam adferant. Quæ corruptioribus inſtitutis, & inconſiderata licentia damno atque dedecore ciuitatum illata ſunt, ſi tollas corrigáſve, ciuibus vſui, honori tibi futura ſint. Iam magna aliqua atq; difficilis cau- D
ſa pulcherrime iudicata, integritas atque fides patroni 1441
imbecilli clienti præſtita, præſertim aduerſus potentem litigatorem, iuris atque pudoris contra petulantiam magiſtratus libera propugnatio, viam pleriſque muniuit, atque præclarum aperuit aditum ad rempublicam cum dignitate & gloria egregie tuendã & gubernandam. Permultos alios vidimus per inimicitias & contentionem auctos claruiſſe, adortos ex induſtria homines, inuidioſa & formidabili autoritate pollẽtes.

A Maiore enim cum gloria autoritas deiecti iam hominis ad eum qui deiecit transfunditur. Verùm probum ac frugi hominem, & virtute præſtantē virum, ob inuidiam oppugnare, vt Periclem Simmias, vt Themiſtoclem Alcmæon, vt Pompeium Clodius, & Meneclides orator Epaminondam, neque ad gloriam eſt deco rum, neque alioqui vtile. Nam etſi decepta multitudo frugi hominem impugnarit, mox errato animaduerſo, & inſtigatoribus agnitis, ſi facti ſe pœnituerit, iu-
B ſtiſſimam hanc ſimúlque facillimam mulctam peccati exiſtimant, ſi autorem facinoris atque impulſoré funditus perdant. E diuerſo improbo fac.noroſóque homini ſiue calliditate & aſtu, ſiue ſuperbia atque faſtu rempublicam ſibi ſubiicienti, cuiuſmodi Athenis fuit Cleon, qualis Clitophon, huic omnibus officere viribus, eius potentiam decurtare, audaciámque reprimere, præclarum vtiq; facinus, quo ad rempub. capeſſendam luculentum patefieri aditum cernere licet. Haud me fugit, aliquando pleroſque, qui aut ſenatui mole-
C ſto & inſolenti modum fecerunt, aut paucorú potentiam repreſſerunt, vt Ephialtes Athenis, vt Phormio apud Elienſes, autoritatem hinc continuò atque vires adeptos: verùm homini modò munera ciuitatis ſubire incipienti, hæc ratio ingentis eſt periculi plena. Quocirca meliora videtur ſuſcepiſſe auſpicia Solon, qui quum inter ſe ciuitas diſſideret, atque per factiones diuiſa trifariam eſſet, in Diacrios, Pandieos, atque Paralios (hæc enim omnino capita partium erant) nullis ſe immiſcuit, nullis factioſe ſe dedit, quippe qui
D cunctis communem ſe præbuit, omnia dicens agénſque quæ ad concordiam ferrent: quamobrem cómuni conſulto, & diſcordiarum tranſactor, & legumlator egregie declaratus eſt: ad extremum hac via, his artibus ciuitatem conſtituit, & rempublicam optimis inſtitutis ac legibus temperauit. Illuſtrior itaque ad rempublicam aditus atque gradus exiſtit, qui eiuſcemodi principiis proficiſcitur. Alteram verò viam quá tardiorem quidem, ſed tutiorem eſſe monſtrauimus, plerique illuſtres viri præoptauerunt, Ariſtides, Phocion,

Pammenes Thebanus, Lucullus & Cato Romæ, Age- A
ſilaus Lacedæmone. Etenim quemadmodum hedera 1442
naſcentis alicuius futuræ præualidæ arboris ſtipitem vndique amplexa vnà cõſurgit & inoleſcit, ita illorum quiſque ſeniorem adoleſcens, & glorioſum inglorius ſubiens, ac ſe dedens, paulatim ſublatus, & ſenſim adactus, radicibus iam altè actis ſubnixus, extitit demum, atque ad rem pub. capeſſendam & gubernandam ſeſe idoneum præbuit. Siquidem Ariſtidem Cli-
ſthenes, Phocionem Chabrias, Sylla Lucullum, Cato- B
nem auxit Maximus, Pammenem Epaminondas, Ageſilaum Lyſander: tametſi hic importunæ gloriæ ſtudio, improbáque æmulatione laſciuiens, rectorem non multo pòſt reiecit, atque agendorum moderatorem petulantiſſimè aſpernatus eſt. Cæteri ciuiliter & honeſtè ad finem vſque magiſtros obſeruauerunt, & cultu debito proſequuti ſunt, vt ſoli ſubiecta corpora, quæ quum inde ſplendorem accipiunt, viciſſim & reddunt, & quidem quoad eius fieri poteſt, illuſtrius atque
plenius quod acceperunt. Itaq; qui Scipioni gloriam C
inuidebant, eiúſque obtrectabant laudibus, actorem illum quidem eſſe iactabant, poetam verò amicũ Lælium. Lælius autem nihil hinc ſublatus, nunquamnõ virtuti Scipionis atque gloriæ ſtuduit. Africanus Pompeii neceſſarius, etſi admodum humilis, viſus eſt tamen conſulatum appetere, Pompeius verò aliis petentibus operam dabat. Africanus vbi id cõperit, petitione deſtitit, inquiens non tam conſulatũ, ſi fortè adipiſcatur, futurum gloriæ, quàm moleſtũ & triſtẽ, ſi Pompeio
nolente neque opitulante, illum aſſequatur. Quare fa- D
ctum eſt vt anno omnino circumacto, ſaluis amicitiæ viribus, Pompeii ope voti compos effectus ſit. Proinde his qui alieno ductu ſe ad gloriã erigunt, illud quoque vſu euenit vt hìc vna re multis ſimul mos geratur, ſiquid moleſti accidat, offendatur nemo. Quamobrem Philippus Alexandrum ſummonere ſolitus traditur, vt patre vitam adhuc agente atque regnante, amicos ſibi conſuetudine, comitate, gratificatione, quoad licitum eſſet, comparare ſtuderet. Enimuero

A eiuſcemodi is ſibi magiſtrum ac ducem deligere debet, qui ad ciuitatis munera obeunda ſe idoneum vult, cuius non tam opibus & potentia, quàm virtute probitatéque inniti firmaríque poſſit. Quemadmodum enim non quæuis arbor vitis amplexus admit-
1443 tere & perferre vult, quin pleræque vitem ipſam præfocant, atque eius inoleſcẽtis progreſſus retundunt & opprimunt: ita in ciuitatibus qui gloriæ duntaxat & principatui omnem nauare videntur operam, atque
B obnixe ſtudere, non vnà quoque virtutẽ excolere, iunioribus hi nullas volunt exhiberi occaſiones rerum egregie gerendarum, quin præclariſſimas quaſque res tanquam futuræ gloriæ ſegetem clàm per inuidiã ſubtrahunt, & iuuentutis florem ex induſtria labefaciunt. Hac ratione Marius in Libya, rurſus idem in Gallia, opera Syllæ ad facinora præclare patrata egregie vſus ſubſtitit: denique & ea vti amplius noluit, nempe grauatus felicitate & curſu indies augeſcentis gloriæ eius: tametſi obtentu, atque per cauſam ãnuli ſigillaris, cõ-
C ſuetudinem eius eſt viſus abhorruiſſe. Etenim Sylla quæſtor in Libya imperatore Mario miſſus ad Bocchũm, rẹ feliciter geſta vinctum Iugurthã adduxit. Ea re (vt erat iuuenis, & gloriæ paulo auidius affectator) neque felicitatẽ modice tulit, & Iugurthæ imaginem, vt fuerat traditus, in annulo quem geſtabat inſculpſit. Eam rem crimini dans Syllæ Marius, amicitiam eius poſthac aſpernatus eſt: ad Catulum ille atq; Metellum claros tum viros, alioqui infeſtiores Mario, ſeſe contulit, nec multo pòſt Marium autoritate deiecit, & o-
D pibus omnibus exuit, concitato iam illo bello ciuili, ex quo parum abfuit quo minus Romana res funditus euerſa periret. Pompeium tamen Sylla iuuenẽ adhuc ipſe ſubuexit, cui aduenienti detecto capite ſolitus memoratur aſſurgere. Multas idem imperitandi occaſiones reliquæ iuuentuti ſuppeditauit, nonnullos aliquando vel languidiores excitando, vel inuitos inducendo, vel denique per ſe animatos vehementius irritando. Quibus artibus militares ordines, quibus ille præeſſet, ambitionis atque cupiditatis & æmulationis compleuit,

compleuit: quippe cui nō tam cordi erat vt vnus cun- A
ctis imperitaret quàm vt inter multos magiſtros & claros, primus ipſe atque maximus haberetur. Eiuſcemodi itaque viros ſequi oportet, & his inniti, non velut regulus Æſopi, qui humeris vectus aquilæ, derepente ſubuolauit, & illam præuenit. Neque enim ab illis ſurripienda eſt gloria, ſed beneuolentiæ ac amicitiæ ductu accipienda: quando præſertim ne imperare quidem quiſpiam rectè poteſt, ni prius ipſe rite ſeruierit, vt inquit Plato. Conſequēs eſt vt de amicitia recte B
atque ſancte conſtituatur, exploſa ſimul cum Themi- 1444
ſtoclis, tum verò Cleonis ſententia. Hic enim vt primùm rempub. attingere deſtinauit, vocatis amicis omnibus, ſoluere ſe velle dixit amicitiæ vincula, ſubdiditque rationem: ſolere amicitias pleraque recta & iuſta ſubuertere, quòd homines rempub. adminiſtrantes, vtpote affectu & mollitie occupatos quadam, ſæpenumero à via deducit recti officii. Ei longe melius fuiſſet, auaritiam & cōtentionem omnem animi procul eiicere, & ſeſe omni prorſus inuidia atque impro- C
bitate deputare. Neque enim his ciuibus opus eſt qui beneuolos atque amicos habeant nullos, ſed qui temperati & frugi ſint. Nunc verò amicos fugandos abigendóſque ille quidem duxit, ſed centum ſe capitibus adulantium, atque quoquouerſus palpantium circundatum atque lingentium (vt aiunt comici) nō intelligebat, vt qui modeſtis ac probis grauē atque trucem ſe exhiberet, idem rurſus multitudini imperitæ ſubiectum, atque in gratiam incōditi vulgi ſenectutis mer-
cenarium corruptorem præberet: &, quod omniū tur- D
piſſimum eſt, colluuionem populi morbidam, vt aduerſus optimos quoſque per inſidias conſpirarent, miris artibus concitaret. Themiſtocles autem ei qui recte honeſtéque ipſum rem communem geſturum affirmarat, vt qui æquum ſe omnibus parémque præſtiturus eſſet, Dic meliora, inquit: nolim equidem in magiſtratu gerendo talem me eſſe, & ea ratione ad hoc aſcendere ſoliū, vt nihil à me amplius habituri eſſent amici quàm inimici. Nempe ne is quidem recte, nec

A enim debuit ciuitatem & munus commune, ſuis adductus ſtudiis, ſuis ipſe obſequutus affectibus, amicis permittere, & tam perperã priuatis obſtringere rationibus. Quanquam idem petenti ab ſe Simonidi neſcio quid quod minus videretur honeſtum, Nec poetã (inquit) ſibi videri bonum, qui inconcinnum quippiã & abſonum caneret: nec magiſtratũ frugi, qui contra ius fáſque cuipiam inſeruiret. Iniquũ profectò & miſerãdum omnino videri poteſt, ſi gubernator nauis nautas deligit, nauis præfectus rectoré qui puppi inſideat qui clauum ſcite pertractet, qui e re ſua nunc malum erigat, & antemnam intendat, nunc ingruente vento vela in altum det: ſi architectus item magiſtérque operum operarios conducit, atque redemptorum delectum habet, non qui opus corrumpãt diſtorqueántve, ſed qui attentè iuſſa excipiant, pérque affabrè munia exequantur: ciuilis autem vir præſtantiſſimus opifex, (vt inquit Pindarus) ſimulatque reipub. capeſſit guber B nacula, non deliget ſibi miniſtros iiſdem ſecum affectos ſtudiis, eadem voluntate coniunctos, eodé veluti C numine ad honeſti cultũ & virtutis amoré impulſos.

1445 Etenim ſi eorum vtetur opera, quorũ ſtudia atque rationes diuerſæ & diſſentaneæ ſint, quorũ ad aliud alius vi & iniuria perpetrandum pro ſtudio impellat & flectat, nihilo mihi differre videbitur ab eo qui opificem agens, imperitè & temere perpendiculis ac normis vtatur, nõ quibus opus dirigat & pulchrè abſoluat, ſed quibus omnino deſtruat & deprauet. Amici enim habendi ſunt iis qui rempub. adminiſtrant, pro inſtrumentis animatis & ratione vtentibus: quos ſicubi forD tè aberrent, non tanquã comites ipſi ſequi debemus: quin maximopere attendendum eſt, ita eos eſſe affectos, vt ſponte ſua etiam abſentibus nobis ab officio non diſcedant. Id enim fuit quod Soloni vitio datum animos ciuium pupugit, & vehementer offendit. Animo enim quum deſtinaſſet legem ferre, qua, qui ære alieno impliciti eſſent, à ſarcina leuarentur, quam leniendæ rei cauſa ſiſachthian, (hoc eſt nouas decretas tabulas appellauit) cõmunicauit antea rem hanc cum

amicis: illi rem nefandam protinus commenti ſunt, A
quippe legis ferundæ tempus præuertūt, & grande æs
alienum contrahunt, vt paulo pòſt promulgata lege,
creditoribus ipſis imponerent, effecerúntque facinus,
ampliſſimis ædibus atque magnificis prædiis coëm-
ptis ea quam modò interuertiſſent pecunia. Hinc So-
lon peſſime audiuit, perinde ac ſi ille iniuriam intuliſ-
ſet, quæ potius ab amicis ei illata fuerat. Ageſilaus
verò ita ſtudioſus amicorum extitiſſe commemora-
tur, vt ſeipſum ſæpe imbecillum atque abiectiſſimum B
faceret, in morem Euripidei Pegaſi pauens, atque lon-
gè amplius æquo cedēs. Calamitoſis enim amicis pau-
lo ſtudioſius & vberius opem ferendo, iniurius ipſe vt
videretur ſæpenumero committebat. Phœbidam ac-
cuſatum quòd iniuſſu ſenatus Cadmeam demolitus
eſſet, pœna exemit, & vt ſaluus fieret autor extitit, ſub-
dens, eiuſcemodi res quandoque ex tempore ac ra-
ptim per ſe patrare neceſſe eſſe. Sphodriæ præterea,
quòd Athenienſibus, non modò per id tempus ami-
cis, verumetiam ſociis & fœdere iunctis, agrum Atti- C
cum inuaſiſſet, in iudicio ſalute periclitanti affuit, & vt
abſolueretur effecit, pueri amatoriis precibus molli-
ter atque indecorè inductus. Fertur ad hæc epiſtola
quædam eius ad tyrannum quendam pro amico Ni-
cia in hæc verba, Niciam, ſi inſons eſt, dimitte: ſin
ſons, mihi dimitte: omnino verò dimitte. At verò Pho-
cion ne genero quidem Charillo, repetundarum di- 1436
cturo cauſam, adeſſe ſuſtinuit, inquiens, Equidem mi-
hi generum te, vt hominem iuſtum & probum opta-
ui. Quæ quum dixiſſet, deſerto genero, continuò in- D
de ſeſe proripuit. Timoleo Corinthius, vt fratrē, quò
tyrannide abſtineret, monitis atque precibus induce-
re atque perſuadere nequiuit, his ſubinde nauauit o-
peram qui illum interemerunt. Non igitur ara tenus,
(vt Pericles dixiſſe fertur) iura amicitiæ ſunt ſeruan-
da, ſcilicet ne amico peieres, ſed omnibus legibus, o-
mni iure, cunctis denique rebus officium eſt ciuis cu-
ſtodiendū, vbi neglectum aliquid ad magnā aliquam
noxam, & reipub. detrimentum referri queat: vt illud

A referri poterit,Sphodriam atque Phœbidam Lacedæ-
monios Ageſilai opera debitas non luiſſe pœnas:hi e-
nim potiſſimùm Spartã ad cladem illam Leuctricam
viſi ſunt attraxiſſe. Verùm in amicos, leue quippiam
committentes,acerbe & grauiter vt animaduertas,ra-
tio ciuilis non cogit:quin ſaluis rebus maximis, & in
tuto poſitis,per ciuitatem & rempublicam licet amicis
adſis,& opem feras,quando præſertim id efficere po-
tes citra inuidiam: hoc eſt,ſi candidatis & honorẽ pe-
B tentibus præſto ſis, ſi adminiſtrationem vllam cõmit-
1428 tas,ſi legationem iis cures vnde gloriam conſequi poſ-
ſint,& humanitatis ſpecimen dare reconciliandis ci-
uitatibus,& diſcordiarũ tollendis ſeminibus. Verùm
vbi res vlla præponitur,magna quidem illa atque illu-
ſtris,ſed operoſa & ardua, laborũ & operis ſocium ti-
bi aſſume amicum,vt Diomedes: *Quòd ſi alterum mi-
hi iubetis vt adiungam,poſtea qui poſſum diui obliuiſci
Vlyſſis?* Cui quidem Vlyſſes gratiam perquam cõmo-
dè & amice retulit, inquiens ad Neſtorem, *Quos vi-
des adductos equos ò ſenex, Thracii ſunt,quorum domi-
C num fortis Diomedes extinxit:comites præterea omnes
duodenos haud inſtrenuos.* Et reuera amicis ſi tribuas
laudem,nihil te minus quàm illos quos laudes deco-
rare videbere. At teipſum omnino amare ſine riuali,
ſolitudinis id comes eſt, autore Platone. Quamobrẽ
cuiuſque rei humaniter abs te,benignè, honeſtè, co-
miter perpetratæ, gratiam amicis quoque impertias
oportet, vt ii de quibus ſis benemeritus,eoſdem ami-
cos tuos,te hortante maximè,vtpote adiutores & cõ-
ſiliorum participes, amare, laudare, & beneuolentia
D pariter proſequi animũ inducant. Ex contrariò,quo-
1447 rumuis amicorum inepta & incommoda poſtulata a-
moueas ipſe depelláſque neceſſe eſt: non tamen acer-
bè & truciter,ſed placidè leniterque cõmonefacien-
do,quæ abs te petunt non eſſe digna quæ ab illis im-
petrentur,quando à virtute atque exiſtimatione eo-
rum iure abhorrere videri poſſunt. Proinde lepidiſſi-
mè omnium Epaminondas negaſſe fertur roganti Pe-
lopidæ vt cauponem quendam vinctũ atque conditũ

ſolueret,quem idem nô multo pôſt illa quam adamabat orante dimiſit, ſubdens, orata eiuſcemodi conuenientius meretriculas quàm viros claros atque prætorios aſſequi oportere. Moleſtè Cato atque acerbè oranti Catulo cenſori,Catoni ipſi conſuetudine,amicitia,familiaritate arctè coniuncto, vt quendam iudicio eius obnoxium (erat autem quæſtor) dimitteret, Turpe eſt (inquit) te qui iuuentuti bene inſtituendæ autor eſſe debebas, à lictorib' & miniſtris irrideri noſtris. Potuit certè verbi detracta aſperitate atque amaritudine re ipſa orata refutare amici, & ſimul oſtendere,moleſtè ſe id atque inuitû facere, ſeueritate legum coactum,& iuris vi. Præclarum profectò illud atque honeſti præferens ſpeciem, inter honores magiſtratúſque publicos amicorum inopiæ per occaſionē opitulari. Themiſtoclem Athenienſem legimus, vbi feliciter aduerſus barbaros pugnatum eſſet, quû in hoſtem mortuum incurriſſet,torque atque monili & reliquo ornatu indutum,ipſum quidem ſponte prætериiſſe,ad amicum autem quendam conuerſum, Accipe iſta,dixiſſe,tu:non enim Themiſtocles es. Plerunque enim hanc bene de amicis merendi commoditatem ratio ciuilis permittit:nec omnes ſunt Menemachi, vt aliis cauſam honeſtè defendendam demandes,quæ ſit ſcilicet aliquam allatura mercedem: aliis diuitem quidem & opulentum,ſed alioqui patrocinio & diligentia indigentem commendes, nonnullis opus aliquod publicum redimere cupientibus, vel locationem curantibus operam des. Epaminondam accepimus cuidam egeno iuſſiſſe, ab amico diuitiis affluente talentum vnum peteret:à quo petitor ille facilè impetrauit. Percontanti poſthac,quid ita? Quia is quidē (inquit) quum homo frugi ſit,inopia rerum premitur: tu verò diues pleraque de publico peculatus. Ageſilaum Xenophon memorat ſolitû libenter amicis locupletandis operam dare,qui tamen opes atque diuitias minimi faceret. Sed quoniam omnibus corydalibus (vt inquit Simonides) criſtas enaſci neceſſe eſt, & quæuis reipublicæ adminiſtratio in inimicitias & diſſidia quædā 1448

A affert, maximè de his quoque conſiderandum videtur ei qui in repub. aliqua ratione verſetur. Ariſtides atque Themiſtocles vulgo laudantur, ſoliti quoties ſiue legati ſeu imperatores publicitus mitterentur, priuatam ſimultatem & omnes inimicitiarũ rationes in finibus agri Athenienſis deponere, reſumpturi ſi ita videretur in reditu. Conſilium etiam Cretinæ Magnetis plerique vehementer probatur, quum inter ipſum atque Hermiam, honorũ quidem cupidum & animo

B promptum virum, ſed exiguis fretum viribus, inimicitiæ acriter & contentioſe exercerentur, extitit Mithridaticum bellum. Animaduerterat Cretinas ciuitatem eiuſcemodi bello ſalute periclitari, proinde iubet Hermiæ gubernandam ciuitatem ſuſciperet, eáque ſalutariter vteretur: ſe enim è medio ſummoturum, atque aliò profecturum iam deſtinaſſe. Quòd ſi alteras mallet ſuſcipere partes, ciuitate ipſe decederet, illi imperium & gubernacula reipub. relinqueret: metuendũ nanque ſummopere ne ob ambitionẽ & inteſtinæ contentio-

C nis ſtudia, ciuitas ipſa funditus interiret. Accepit conditionem Hermias, & optione propoſita, Cretinã belliccoſiorẽ profeſſus, & magis idoneum cui ſalus rerum committeretur, acceptáque vxore & liberis ciuitate abiit. Quem Cretinas comiter & humaniter proſequutus, iis opibus iuuit atque ornauit, quas ſolum vertentibus, quàm domi obſeſſis, magis vſui futuras exiſtimauit. Porrò ciuitatem, extremis iam periculis proximam, præter ſpem omnium fortiſſimè eſt tutatus. Etenim ſi hæc exclamare, Amo liberos, ſed patriã ma-

D gis amo, generoſi ac celſi animi eſſe exiſtimatur: cur non id cuiuis facillimum dictu, Odi illum atque malè afficere cupio, ſed vehementer patriam amo? nolle enim eas inimicitias tollere, quibus etiã amicus ſit periturus, immanis eſt nimirum & admodum feri. Quare præclarè Cato & Phocion, quorum neuter inimicitias animo concipiendas ducebat, ſiquid in gerẽda repub. diſcreparet: quin pro ſuggeſto, & in publicis certaminibus, hoc durus vterque & inexorabilis habitus eſt, quòd præfractè nimis nuſquã proclinandũ cenſebant,

Ariſtides & Themiſtocles inimicitias deponunt. resp. cauſa.

Cretinas resp. cauſa cedit Hermiæ

Hermias Cretinæ reipub. cauſa.

Inimicitiæ ... resp. cauſa ponenda.

vnde reipub. cõmoda prodi pacto aliquo viderentur. A
Cæterùm in rebus priuatis, omni ſimultate longè abiecta, eorum ipſorum conſuetudine comiter atque humaniter vtebantur, à quorum rationibus in repub. vehementiſſimè abhorrebant: & rectè quidem. nullus enim ciuis pro inimico habendus eſt, niſi is ciuitati & rei cõmuni hoſtis ſit, atque eiuſcemodi qualis Ariſtio, 1449
& Nabis, & Catilina, tanquam morbus aliquis & vomica reipub. natus. Porrò ſiqui alicubi diſſonãt atque diſcrepare videntur intenſione laxationéque, hos amicè & placidè velut muſicum admodum atq; concinnitatem oportet reducere: nõ ſiquis aliquatenus peccat, B
iracundè protinus hunc, duriter atq; per cõtumeliam adoriri, quin autore Homero mitius & moratius pertrctare, Te ſcilicet equidẽ cæteros prudentia anteire arbitror. Item, Te certe ſcio meliorẽ iſta oratione excogitare facile poſſe. His & ſimilibus eſt vtendum, vbi moderatè quippiam amicus egit dixítve, ne aut honores eorum moleſtè ipſi ferre videamur, aut rerũ præclarè ab iis geſtarum laudes parcè attingere. Hac ratione improbitatem aliquando deteſtantibus nobis, C
vbi vituperandi quippiam locus appareat, fides habebitur, vt iis qui virtutis commẽdatione nunc decorem & dignitatem pro veritate exaggerare, nunc improbitatem vituperare videri poſſimus. Equidem à viro ciuili alienũ minimè puto, in re honeſta & iuſta vel inimicis & aduerſariis teſtimonio præſto eſſe, & in iudicio aduerſus calumniatores eos tueri, & falſò obiecta refellere crimina, quæ ſcilicet ab reorum inſtitutis &rationibus abhorrere penitus videantur. Quod non D
multo antè à Nerone factitatum accepimus, quàm Thraſean occideret. Exercebantur miris modis inter ipſum atque Thraſean inimicitiæ: verùm cuidam multa criminoſe iactanti, atque Thraſean perperam iudicaſſe cauſam ſuam aienti, obſtitit Nero, tantúmque abfuit vt criminibus de inimico contra veritatem aſſentiretur, vt exclamarit, Vtinam tam me Thraſeas diligat, quàm iudex æquus & rectus eſt. E diuerſo non parum ciuili rationi cõducit, ſi amicũ, facinus quodpiã

A admittentem, libere increpes, præſertim ſi alicuius inimici quidem, ſed paulo integriore vita hominis mentionem habeas, dicáſque, At ille non id patratum dictúmve voluiſſet. Potes etiã per occaſionem eos quos à recta ratione viuendi vllibi videas aberrare, parentum virtutis ſummonere: vt Homerus, Næ parum ſibi ſimilem Tydeus natum progenuit. Et ad Scipionem Africanum Appius, quum in comitiis inter eos diſceptaretur, Quàm (inquit) Paule, præ indignatione iráq;
B ſub terra ingemiſceres, ſi filium tuum cenſorem agentem ſentires Philonico publicano comite ad magiſtratum domo deduci, domum rurſus eodem ipſo conſequente reduci. Iis rationibus tractata res, vt errantes corrigere, ita correctoribus ornamento eſſe atque laudi poteſt. Ciuili proinde animo Neſtor Sophocleus la-
1450 ceſſitus Aiacis iurgiis, reſpondere videtur, Non incuſo (inquiens) te qui recte agis, perperam loquens. Cato aduerſatus erat Pompeio, rempub. cum Cæſare (vt aiebat) labefactanti, atque ei impie vim afferre conan-
C ti: at ſimul ad bellum deuentum eſt, idem iuſſit imperium Pompeio omnino demandandum eſſe, ſubdens, eorundem eſſe & magna mala ciere, & ſedare. Enimuero vituperatio ſi mixta eſt cum laude, quæ ingenuitatem, non contumeliam videatur prætendere, neque iram & prope furorem exuſcitet, ſed pœnitentum veluti morſum inducat, lene id negotium eſt, & res obſequioſa videtur: e contrario maledicendi atque obiurgandi profuſa licentia, rempub. tuentibus & principibus ciuitatis dedecori eſt. Proinde animaduertere li-
D cet quæ in Æſchinem Demoſthenes, contrà quæ in eundem dixit Æſchines, rurſus quænam Hyperides in Demadem ſcripta edidit: ea certe Solon, aut Pericles, Lycurgus Lacedæmonius, Pittacúſve Leſbius nequaquam dixiſſet: quanquam etiam Demoſthenes eiuſcemodi maledicentia in accuſatoriis duntaxat atque forenſibus cauſis vtitur. Cæterùm orationes Philippicæ omni omnino ſcurrili dicacitate carere videntur: quæ quidem res præterquam quòd omnem confundit curiam, forum atque conciones perturbat, plus quoque

maledictorum autoribus dedecoris ignominiæque af- A
ferre videtur, quàm iis in quos euomunt. Præclarę ita-
que Phocion, maledico & dicace quodā multa aduer-
ſus eum concionem habentem iactante petulantiſſi-
mè, intermiſſa oratione ſubſtitit, & curſum illum ver-
borū inhibuit, donec vix aliquando ille conticuit: tum
imperturbato animo Phocion pulpitum rurſus con-
ſcendit, inde ſuperiorem orationem continenter pro-
ſequutus, De equeſtribus (inquit) atque pedeſtribus
copiis iam audiſtis: reliquum eſt vt de velitibus & le- B
uis armaturæ milite diſſeram. Et quia pleriſque id non
videtur toleratu facile, propterea quòd laceſſentū pe-
tulantia opportunitate reſpondendi haud incommo-
dè ſæpenumero retundi poſſe atque refutari videtur.
Res proinde verbo debet eſſe breuiſſima, ira excande-
ſcentiáque carere, lenitatē præferre, vt ioco atque le-
pidè laceſſentem remordeas. Quemadmodum enim
emiſſa ſemel tela, ſi in emiſſorem eadem reuehantur,
ſoliditate quadam & robore eius qui prior petitus eſt,
retorqueri videntur: ita virtute atque prudentia laceſ- C
ſiti & petiti, cauillum iniectum ad autorem ipſum re-
dire videri poteſt, vt illud Epaminondæ in Calliſtra- 1451
tum, OEdipodis & Oreſtæ parricidium, Thebanis ſi-
mul & Argiuis exprobrantem, Horum (inquit) patra-
tores facinorum ciuitatibus noſtris nos quidem exa-
gitauimus, vos verò extorres & profugos excepiſtis.
Antalcides Spartiata Athenienſi cuidam Lacedæmo-
niis exprobranti, ſæpe à Cephiſo Attici agri monte
depulſis: At Lacedæmonii (inquit) nunquam ab Eu-
rota depulerunt Athenienſes. Facetiſſimè Phocion vo- D
ciferanti Demoſtheni, Perdēt te Athenienſes ſi inſanie-
rint: Te verò, (reſpondit) ſi ſani ſint. Craſſus orator,
obiectanti Domitio quòd muræna mortua, quam in
piſcina nutricaret, plorasſet, occurrit excipiens, Atqui
tu tribus elatis vxoribus ne lacrymatus quidem es.
Hæc & eiuſmodi etiam ad vitam priuatā vſui eſſe poſ-
ſunt. Quamobrem de his hactenus. Cæterùm ſunt
nonnulli ad rempub. capeſſendam ſic animati, vt eam
omnibus ex partibus amplexari velint, nihil omnino

A optimo ciui prætereundum exiſtimãtes,quod quidem aliqua ratione ad rempub. attineat,nec per eum ſtandum quo minus cuncta curanda diligenter ſuſcipiantur:id quod Cato viſus eſt ſentire. Laudatur perinde Epaminondas,qui Thebis inuidioſè atq; contemptim decretus telearchus, non neglexit munus, inquiens non modò magiſtratu virum oſtendi,verumetiã magiſtratum viro. Id itaque muneris amplitudine ipſe euexit,& clarum reddidit. Fiebat enim antehac parui,
B & penè pro nihilo habebatur, quòd angiportus & viam per vrbem ita curare neceſſe habebat,vt per cloacas & ſubterraneos riuulos purgamenta quæque extergerent,& eiuſcemodi quiſquiliarum illuuies. Nos ipſi quoque riſum fortè mouemus prætereuntibus,& noſtram operam circa eiuſmodi munia verſari quotidie inuiſentibus. Qua in re illud Antiſthenis memoria repetitum,poteſt nobis nunc auxilium ferre. Admiratione quidam ſummopere teneri videbatur,quòd Antiſthenes ipſe per forum obſonii & ſalſamenti ne-
C ſcio quid deferebat. Ad quẽ Antiſthenes, Deſine (inquit) mirari:mihiipſi enim hæc,non aliis fero. Equidem è diuerſo hoc nomine me defendere poſſum ſi qui accuſant:Si tegulis (inquã) dimetiendis,ſi calci lutóque ſubigendo,ſi comportandis lapillis ipſe impendere videor operam, & hiſce negotiolis modũ ſtatuere,non hæc priuatim mihi conficio,ſed publico operi præſum,atque adeo ipſe patriæ operam & induſtriam do. Pleraque enim ſunt,quæ ſi tu tibiipſi, aut per teipſum pertractes & agas,abiectus & ſordidus meritò
D exiſtimari poſſis:hæc eadem ſi ciuitati publicitus exhibere videaris,nõ illiberalis & degener, ſed generoſus ciuis haberi queas. Magni eſt enim atque perſtrenui
1452 animi, vel paruulas ciuitatis res curandas ſuſcipere. Quidam Themiſtoclis illud magnificum eſſe putant & glorioſum,quorum ſententiæ Critolaus peripateticus aſtipulari videtur. Iactaſſe enim Themiſtoclem hæc verba accepimus:quemadmodũ Salaminia & Paralos (ſic appellatæ naues Athenis) non ad quodlibet opus,ſed omnino pro magnis & neceſſariis reb' ſolitæ

erant è nauali produci, atque nauigationem aliquã initurę deduci, ita ſua ipſius opera rempub. vti debere, nõ ad quæuis, ſed pro maximo & ampliſſimo quoque munere, hac lege ſcilicet quã rerum dominus Deus & mundi totius rex vtitur. Magnas enim res Deum attingere, paruas fortunæ committere, Euripides eſt autor. Equidem ambitionem nimiam & cupiditatem Theagenis parũ probo. Certauerat ille ſæpe, atque in publicis ludorũ ſpectaculis Græciæ victor euaſerat, nec pugillari modò certamine, verùm lucta & curſu. Is inuitatus ad cœnam eam & epulum, quod de more heroum parẽtalibus exhiberi ſolebat, dum ſingulis cõuiuis portio quæcunque pro parte virili contingeret, ritè proponitur, ſe continere nequit quin exurgens diſco certaret, perinde atq; nulli id factitare ipſo præſente liceret. His artibus ad M CC corollas aggeſſit, quarũ pleraſq; paruo æſtimare haud iniuria poſſis. Itaq; nihil intereſt, mea quidem ſententia, inter illum & eos qui ad omnẽ reipub. partem ſe accinctos volũt, nempe qui ſui ſatietate multitudinem citò afficiunt, & pleriſque omnibus oneri atque moleſtiæ ſunt. Ad hæc ſi concupita adipiſcuntur, inuidiam concitant: ſin opinione falſi, & votis fruſtrati ſunt, facilè irridentur: & ſiquid curãdum ſibi conficiendúmque ſuſceperunt, incipientibus fortè admirationem & laudem attulit idipſum, progredientibus in ſubſannationem atque contemptum mutatur, & tale fit cuiuſmodi fuit illud Athenis. Metiochus in ore omnium erat vulgò iactantium, Metiochus ducit copias, Metiochus vias curat, Metiochus exercet panariũ, Metiochus farinam tractat, Metiochus præeſt omnibus, Metiochus ergo lugebit. Amicus is erat Periclis, cuius florente tunc autoritate & opibus, ad inuidiam vſque atque faſtidiũ abuti ſolitus memoratur. Enimuero operam qui reipub. dat, populo veluti amanti ita ſe exhibere debet, vt abſentis quandoque deſiderium ingens appareat: id quod Scipionem Africanum ex induſtria factitaſſe legimus. Ab vrbe ſæpenumero ſecedebat, ruſticare perdiu ſolitus, vt & inuidiæ quicquam detraheret, & reſpirandi locum illis præſtaret,

A qui ſplendore virtutis eius & gloria rerum geſtarum opprimi videbantur. Timeſias quoque Clazomenius,
1453 vir cætera frugi,& ciuis haud ineptus, ea cupiditate tamen vt cuncta ipſe per ſe agere atque curare appeteret,contraxerat inde odium ciuium, quod ipſum tantiſper latuit dum tale quippiam vſu euenit: Talum luſorium ex canali quodam extundebant pueri,qui partim ipſum ſinendum eſſe dicebant. At is qui ipſum feriebat,Vtinam(inquit)ita extunderem Timeſiæ cere-
B brum. Prætcribat illac tum fortè Timeſias, & verba excepi: nempe eum pueri ipſum eſſe non cognoſcebant. reputans rem ſecum diu,quorſum odia in ſe ciuium pertinerent,quandoquidem per paruulorũ ora talia volitarent,facilè intellexit. Conuerſus domum, rem omnem vxori narrat, atque confeſtim collectis ſarcinis,vxore comite rectà vrbe profectus ſolum vertit,quippe qui ſibi amplius in patria manendum nequaquam exiſtimauit. Non huic rei videtur valde abſimile,quod Themiſtocli Athenis accidiſſe fertur,qui
C tum ad ciues ſuos conuerſus, Quid, ô fortunati (inquit) beneficiis ſæpe affecti defatigamini? His dictis verò rectè quidam ſunt vſi,alii perperam videntur abuſi. Claro autem ciuî, & reipub. principi, nulla ciuilis muneris pars videtur prætermittenda, quin conſilio omnibus, beneuolentia, diligentia attendendum, & ſumma cura & ſtudio ſingula veſtiganda,ne tanquam ſacrum aliquod vas in naui ſepoſitus, ciuitatis nouiſſimos caſus, atque extremos vſus operiri videri poſſit. Et quemadmodum rectores præfecti nauium,alia ipſi
D ſuis conficiunt manibus, per alios,aliis velut inſtrumentis,vtuntur, atque in puppi ſedentes omnibus modum faciunt,ſiue circunferre quippiam,ſeu mutari,alióve transferri ſit opus, vtuntur nautis, proretis, iuſſoribus: eſt quando nonnullos ad ſe acceſſunt,quibus ſcilicet clauum & gubernacula ipſa committant: hoc pacto ciuem rem cõmunem adminiſtrantem, omnia circunſpicere,moderari omnibus decet: cedendo nõnunquam pro tempore,vt alii honores & ciuitatis munera capeſſant:vocando interdũ ad hæc quos idoneos

ad res ſubeundas conſpexerit, atque ciuiliter & amanter hortando. Neque enim par eſt vnũ ſe quempiam velle, qui munera omnia ciuitatis ſuis ipſe concionib', ſuis decretis, ſua demum autoritate, ſuaſione, conſilio, conficiat & abſoluat. Plerique enim eſſe debent fide, probitate, conſilio, vſu rerum præſtantes, quorũ ſingulis munera ſingula demandẽtur. Id quod Periclem vſurpaſſe accepimus. In expeditionibus foris opera potiſſimùm & imperio Menippi vti ſolebat: Ephialtæ artibus domi Areopagi ſenatum ſenſim deprimendo humiliorem effecit: autore Charino bellũ aduerſus Megarenſes vt decerneretur obtinuit: Lampona vt coloniam Thuriis deduceret ipſe curauit. Etenim autoritatis & virium in plures partes eiuſcemodi diſtributio, non modò inualeſcentem inuidiam minuere decurtaréque ſolet, verumetiam vt quæ reipub. vſui ſunt cõmodius peragantur, facilè efficere videtur. Vt enim manus in digitos diſtributa, non idcirco imbecillior redditur, quin ad omnem vſum aptior propterea eſt, & operis habilior artifex: ſic ad gerendam rempub. qui alios quoque munerum participes eſſe vult, efficacius is ſocietate adductus, opus abſoluere poteſt. Qui verò inexplebili quadam cupiditate gloriæ & potentiæ ſtudiorum vniuerſam rem ſibi arrogant, & commiſſam ſingulariter volunt, his plerunque præeſſe muneribus atque modum exhibere coguntur, ad quæ ipſi nec natura idonei, nec exercitatione & vſu accõmodati & apti ſunt: & vt Cleonem legimus ad copias ductitandas haud aptum fuiſſe, Philopœmenẽ ad rei naualis imperium, ad concionandum Annibalem, quorum quidem errata nulla ratione excuſari poſſunt: ad quos Euripideũ illud aptè accõmodari poteſt: Quum eſſes faber lignarius, rẽ ipſam lignariã minimè exercebas: quum oratione ad perſuadendum parum valeres, legationes inibas: quum in re familiari curanda inertia torperes, rempub. gubernare volebas: calculandi ratiocinandíque imperitiſſimus quũ eſſes, quæſtorem agebas: imbecillus & ſenex, ductitãdi copias & foris imperitandi ſtudio flagrabas. Atqui Pericles

A (beside line 1) · B (beside "tibus domi Areopagi") · 1454 (beside "réque ſolet") · C (beside "qui alios quoque") · D (beside "rum quidem errata")

A Cimonem in repub. adminiſtranda aſſumpſit ſocium,
quandoquidem ipſe rerum domi potiebatur, ille au-
tem inſtructis nauibus bellum aduerſus barbaros ge-
rebat: erat enim alter ad rempub. gubernandã aptior,
ad bellicas res alter natura ipſa accommodatior. Lau-
datur ſubinde Eubulus Anaphlyſtius, qui autoritate,
opinione, viribus, opibúſque maximè pollens, nihil
quod ad bellum & imperium pertineret, vnquam cu-
randum ſuſcepit: ærario duntaxat locupletando penè
B ſe addixit, vnde vectigalia publicóſque prouentus mi-
rum in modũ auxit, & rem communem apprimè his
rationibus ampliorem effecit. Iphicrates verò medi-
tando declamandóque domi, pleriſq; audientibus de-
riſui habitus eſt. Nam etſi eloquens erat, benéque &
aptè orare ſciebat, debuit tamen gloriam eam quære-
re, quæ repub. pace & bello adminiſtranda comparari
& gigni ſolet: cæterùm eiuſcemodi ſcholas & ſtudia
rhetoribus & ſophiſtis concedere. Et quoniam natura
id comparatum videtur, vt ſuſpiciones atque querelæ
C facilè conflentur ad vulgus & multitudinẽ, contra hos
potiſſimùm quibus autoribus reſpublica gubernetur,
& pleraque ab omni crimine atque factione ſummo-
ta ſuſpicionem tamen afferant per coniurationem at-
que ſeditionem tractari, quò fit vt ſodalitates & ami-
citiæ criminoſæ res videantur ac male audiant: eas ob
res inimicitiæ quidem reuera & aduerſus ciues diſſidia
nequaquam mihi videntur ſuſcipienda. Negotiũ Chii
illius Onomademi, viri ſane popularis, qui vt ſe autore
ac duce aduerſa in ciuitate factio ſuperata & victa
D fuit, omnes aduerſarios eiiciendos non cenſuit, vere-
1455 ri ſe inquiens ne aduerſæ factionis hominibus ad v-
num ciuitate exactis, inter amicos diſſidia fieri incipe-
rent: quod mihi quidem abſurdum omnino atque cõ-
ſilii inops negotiũ videtur. Proinde ſiquam aliquan-
do rem, magnam vtique & reipub. ſalutarem vulgus
ſuſpicari videtur, & prope formidabilem ducere, in
rem tum mihi futurum videtur, non omnes veluti ex
compoſito eidem aſtipulari ſententiæ, & idem ſentire
videri: quin cõſultò duobus tribúſve per diſſidii atque

contentionis ſpeciem renitentibus, rem in diſcepta- A
tionem adductam belle & leniter in commune tracta-
ri: ad extremum, hos ipſos qui contradicerent, velut
melioribus rationibus ſuperatos, priore deductos ſen-
tentia manus dare. Hac via facile allicias vulgus, &
tanquam vtilitatis cõmunis habita ratione perſuaſum
quocunque velis inducas. In paruis autem rebus quæ
non magnopere ſummam reipub. contingere viden-
tur, non erit ab re, ex ſententia animi ciues atque adeo
amicos inter ſe certare, explicatam ſingulis, nullibi o- B
mnino diſſimulatam ſententiã afferentibus. Hinc ma-
ximis in rebus populus inducetur, principibus ciuita-
tis ſententias ſuas dicentibus fidem habere, perſuaſus
ſanè ſingulos ſuo fretos conſilio ſaluti reipub. rectè
proſpicere, non omnes ex compoſito conſpiraſſe. Sa-
nè vir optimus & ciuilis, nunquam non natura ciui-
tati & multitudini præeſt, ea lege qua dux inter apes
exiſtit: quod eum qui rempublicam adminiſtrat, ani-
maduertere in primis oportet. Quos verò vulgò ap-
pellant magiſtratus, & quos decernunt honores, his C
equidem ſæpe ac nimis ſtudendum haud exiſtimo: ne-
que enim aut pulchrum aut populare videtur, ambi-
tioſe potentiam affectari: vt è diuerſo ciuile non eſt,
honores publicè & de more decretos repudiare, & vo
cantis munera patriæ detrectare: quandoquidem ci-
uis boni eſſe videtur, quodcunque patriæ munus ri-
tè delatum admittere, & id pro virili parte curare, e-
tiamſi humilius videatur quàm eius exiſtimationi cui
demandatur conueniat: quin hoc nomine maximè
ſuſcipi debet, atque paulo ſplendidius geri. Par enim D
eſt vt qui magnis honoribus decorati ſunt, ab iis mi-
nora munera viciſſim ornentur. Verùm in adipi-
ſcendis primis & maximis magiſtratibus, vt ſunt A-
thenis prætores, Rhodi prytanes, apud nos Bœotiæ
principatus, cedendum aliquando eſt, & nonnihil ali-
cubi per modeſtiam remittendum: inferioribus au-
tem honoribus maieſtas & ſplendor quidam ſtudioſe
abiiciendus, ne pari ratione aut in hiſce cõtemni faci-
le poſſe, aut in illis inuidiã nobis ipſi facere videamur.

A Ingredientem verò ſubeuntémq; quemuis magiſtratum, illa verſare in primis animo, atque adeo explicata habere oportet, quæ Periclem accepimus ſolitum ſeipſum, dum veſtem indueret ſubmonere, Attende Pericles, liberi ſunt quos ipſe regis, Græci ſunt, ciues Athenienſes. Super hæc id quoque haud abſurdè videtur adiiciendum, Regeris ipſe qui ciuitati præfectus es, proconſulibus vicariis Cæſaris ciuitate ſubiecta: nõ
1456 ſunt hi campi haſta parti, non antiquæ Sardis, nõ illa
B Lydorum potentia. Expeditiore tibi veſte vtendũ eſt, atque de prætorio ad tribunal & forum ſpectandum: non coronæ tibi eſt magnopere tribuendum, qui aliorum calceos vides capiti imminere tuo. Hiſtriones tibi ſunt imitandi, qui actioni atque certamini afferunt nonnihil ex ſe, affectus (inquam) exprimendis moribus atque venuſtatem agendi, cæterùm dictanti ſuggerentique verba poetæ ſedulò obſequuntur, nihil numeri, nihil modi omnino tranſgreſſi. Hac via tibi finibus ab iis præſcriptis ac traditis, qui rerum ſunt domi-
C ni non eſt excedendũ, quando exceſſus eiuſmodi non ſibila & riſum affert, ſed pleriſque velut ſæuiſſimus aſtitit tortor, ſecuris collum feriens: id quod Pardalæ noſtro accidiſſe ſcimus, præfinitos tranſgreſſo terminos. Alius in inſulam deportatus, factus eſt (vt inquit Solon) Phelegandrius Sicinitáve pro Athenienſe, genitale ſolum coactus vertere. Pueros quum videmus parentũ ſibi conniti induere calceos, ſeu corollas accommodare capiti, rem riſũ & ioco excipim⁹. At principes in vrbibus maiorum facta, & prudentiam, & a-
D ctiones, præſentibus temporibus ac rerum ſtatui nulla ratione congruentes, ſtolidè imitari præcipientes, concitant multitudinem, & ridicula facientes, nõ item riſu digna perpetiuntur, niſi penitus contemnantur. Nam pleraq; adhuc alia extãt ex factis antiquæ Græciæ, quæ temporibus hiſce haud incommode in vſum venire queant, quibúſque ætatis homines noſtræ bene inſtitui confirmarique poſſint. Etenim ei qui Athenis pro ſuggeſto orationem habeat, non abſurde cõmemorandum illud ſuggerendúmque videri poteſt,
non

non abſurdè commemorandum illud ſuggerendúm- A
que videri poteſt,nõ quibus rationibus bella ſuſcepta
& geſta profligata ſint, ſed qua clementia ſimul & ſa-
pientia amneſtia illa omniũ conſenſu decreta ſit, hoc
eſt iniuriarũ offenſionúmve, quæ triginta viris rẽpub.
occupantibꝰ, vltro citróque illatæ acceptæque eſſent,
obliuio. Referri etiã illud poteſt,quæ ſit mulcta irro-
gata Phrynicho,quòd tragœdiã recitaſſet, qua Mileti
cõtineretur excidiũ: ad hæc decreta pompa,quã ciues
coronati egerunt, accepto nuntio, Thebas oppidum B
dirutum antea,& prorſus collapſum, inſtaurari & re-
fici à Caſandro cœptum:quódque renuntiato Athenis
ad mille quingentos Argiuos interemptos, qui Lace-
dæmoniorum fauerent partibus, habito ſenatu, puri-
ficatorium poculum circunferri per curiam decretum
eſt. Denique quum per ſingulas domos exigenda ve-
ſtigaretur pecunia, eius domus conſulto præterita eſt
qui modò vxorem duxiſſet. Hæc nunc quoque ſectari
licet, atque ſtudere his artibus ad maiorũ inſtituta & 1457
mores proximè accedere. Cæterùm Marathona,Eu- C
rymedontem,Platæas,& ſuperiorum exempla tempo
rum,quæ vulgus omnino tumoris & inertis inflatio-
nis atque fremitus implere ſolet, prætermittenda,&
ad ſcholas ſophiſtarũ reiicienda videntur. Debet præ-
terea & ſe quiſque inſontem,& crimine omni vacan-
tem patriam quoque principibus ac dominis rerũ re-
præſentare,nec minore cura & ſtudio amicitiam ali-
cuius præpotentis rectè comparare, qua velut ſaburra
firmiter conſtitutus,eiúſque virtute innixus,certo pa- D
triæ præſidio ſit:præſertim quando Romani principes
ciuili quodam ſtudio, & innata quadam humanitate,
non inuiti,optimè de amicis mereri volunt,beneficẽ-
tiæ atque benignitati nati. Hac ratione fructus perci-
pi poſſunt vberrimi, cuiuſmodi Polybius & Panætius
reportauit,quorum vterque beneuolentia & conſue-
tudine Scipionis maximopere patriam adiuuit, & in-
genti felicitate affecit. Id Cæſar Auguſtus magnificè
præ ſe tulit. Alexãdria capta victor ingreſſurus vrbem,
amici cuiuſdam ciuis Alexandrini manum prehendit,

A atque cum eo honoris ergò familiariter confabulando intrauit. Timentibus reliquis ciuibus extrema, & ne in direptionem militi darentur, próque eo peſtem huiuſmodi ſuppliciter deprecantibus, parcere ſe inquit Auguſtus illis, & omne ius belli libenter condonare, cum vrbis magnitudinem miſeratum, tum verò conditoris Alexandri habita ratione, ad extremum, in gratiam illius amici familiaríſque ſui. Num cum eiuſcemodi gratia pecunioſiſſimi quique magiſtratus, atque
B locupletiſſimi quique prouinciarũ proconſulatus cõferri poſſunt? quibus plerique omnes adipiſcendis, ad aliena veſtibula, re familiari neglecta, conſenuiſſe videntur. An illud Euripideũ mutandum, & in hanc eſt ſententiam conuertendũ? Si vlli eſt rei inuigilandum, ſi domus aliorum frequẽtiſſimè adeundæ, ſi ſubdatum ſe quiſpiam conſuetudini principum vult, iuuandæ decorandæque patriæ gratia hæc facere pulcherrimum eſt, cæteris in rebus iuſtæ honeſtæque amicitiæ tuen-
C dæ & amplectendæ. Quòd ſi patriam quiſque pro virili parte obſequentem dominis exhibere videtur, teneri, non tamen eam idcirco ſeruituti penitus obſtringere, & abiectæ humilitati obnoxiam efficere debet, neque crure altero obligato, collum præterea vinculis eſt ſubmittẽdum. Plerique enim ſimul parua ac magna, nullo rerum diſcrimine, nullo delectu omnino habito, ad dominos referentes, probroſam patriæ ipſi aſtruere ſeruitutem videntur, vel potius labefactare, & veluti ſucceſſibus crebris euertere: quandoqui-
D dem eam paulatim meticuloſam & penitus cõſterna-
1458 tam reddunt, & rebus omnibus irritam atque inopem faciunt. Etenim quemadmodũ qui niſi adhibito medico, conſuetudine quadam adducti, nec cœnare, nec lauare, nec aliud quicquã per ſe agere ſciunt, ii ne valetudine quidem proſpera ſpõtè naturáque data frui audent: ita qui cuicunque reip. decernendæ, cuicunque cœtui habẽdo, omni ſimul adminiſtrationi cenſuram atque iudicium principis afferendum putant, ii dominis ſeſe & patriæ reliquã libertatẽ amplius quàm ipſi principes velint, ſubiiciunt. Qua in re contentioſorum

ambitio atque vehemens & immoderata honorũ cupido potiſſimùm in cauſa eſt: aut enim humiliores oppreſſos volũt, quoad ciuitate coacti relicta profugi abeant, aut mutuis inter ſe ipſi concertaminibus inflammati, indignè ferentes ſicubi ſuccumbere atque poſtputari videantur, principes ipſos ad res omnes adducũt, vnde ſenatus, iudicia, populus, magiſtratus omnis & reipub. ſpecies funditus euertitur. At verò qui rectè in ciuitatibus excellere volũt, inferiores ii ciues æquitate, facilitate, beneficẽtia allicere debent, potentiores obſequio, comitate, modeſtia lenire: omnes denique bonis rationibus pacatos atque cõſentientes retinere in ciuitate, vt, id quod maximè cupiunt, rebus omnib' tranſigendis præeſſe meritò poſſint, hac ciuili ratione & via vſi, tanquã medela quapiã ſecretorũ morborũ: & beneficio atque cõmodo reipub. quibuſdã aliquando cedere, quàm pertinaciter & obnixè damno & incommodo rei familiaris peruincere atq; obtinere præoptandum cenſeant, aliorũ vnumquenque precando, & ſingulos condocefaciendo, quàm pernicioſa ſit res ciuitatib' pertinax atque obſtinata contentio. Nunc verò nõnulli veriti ne ciuitas tribulibus vicinis atque collegis cũ honore ac bona gratia domi cedere videãtur, coguntur poſtea ad rhetorũ oſtia atque pragmaticorũ in manus, haud paruo damno atque dedecore, diſceptationes inde exortas deferre. Medici quidem morbos quos euellere penitus nequeunt, extrinſecus diuertendos ad corporis ſuperficiem putãt. Principes autem ciuitatũ, ſi pacatam omnino ciuitatẽ & perturbationibus vacuã tueri cõſeruareque haud poſſunt, in ea ipſa ciuitate ſupprimere atque abdere debent, & è repub. curandũ ſuſcipere quicquid turbulenti & morbidi, quicquid ſeditioſi ineſſe compererint, non foris vocare & exteris palàm facere, ne medico alieno & aduectitiis medicamentis in re tam ſecreta reſpublica indigere videri poſſit. Voluntas enim atque propoſitum ciuilis viri eiuſcemodi optandũ eſt, vt ciuitatis ſecuritatem, & rerum tranquillitatẽ omnium expetat & amplexetur: perturbationem omnem, & gloriæ inanis

A ad inſaniam vſq; cupiditatem omnibus viribus fugiat & declinet. Verùm ſi quæ aduerſæ res & dubiæ accidant, præſenti animo adſit, intrepida fiducia roboréque munitus. Quæ animi affectio facilè illos ſolet ſubire, qui pro patria hoſtibus repugnare, atque ad res difficiles & tempora dubia reniti & dimicare alacres inducuntur. Cauendúmque nobis ſummopere eſt, & in primis optandum ne ipſi nobis tempeſtatẽ aliquam concitemus, & malorum noſtrorum autores & prin-

1459

B cipes ſimus: verùm ſi quo caſu aduerſitas irruperit, vlla nobis arte ab officio diſcedendum non erit, neque periculoſè ciuitas commouenda, cui periclitanti atque labanti omnibus rationibus ſuppetias ferre debemus, eámque opera, ſtudio, induſtria, fide noſtra maximis tempeſtatibus fluctibúſque iactatam, velut ſacra anchora ſiſtere & firmare: quales tempeſtates Pergamenis olim Nerone, Rhodiis nuper Domitiano, Theſſalis antehac Auguſto imperatore acciderũt, qui viuum Petreium cremarunt. Hoc in loco profectò virum o-

C ptimum atque egregium ciuem nequaquam cõſpicarere vel ſilentio caſum prætereuntem, vel ſibi extimeſcentem, vel denique ſe inſtanti periculo eximentem, crimen atque facinus in alios transferẽdo, quin hunc ipſum nauigationem primùm omnium obeuntem, legationis onus ſuſcipientem, dicentémque ingenti fiducia illa, En patratores ſceleris aſſumus, auerte peſtẽ Apollô. Neque hoc modò, verùm etſi omnino facinoris expers ipſe ſit, paratus tamen accedat, vt vnus pro omnibus, ſi in vſum veniat, pœnas luat, molem eiuſ-

D modi magno ac forti animo ſuſcepturus: præclarum me hercle facinus, & quòd ſæpenumero vnius viri virtute, vnica præſentia animi, concitam iram retundere, vlciſcendi & pœnas ſumendi flagrantem cupiditatem reſtinguere, denique acerbitatem atque formidinem omnem fugare deiiceréque potuit. Eiuſmodi vſu eueniſſe accepimus Buli & Sperchi Lacedæmoniis à rege Perſarum. Simili ratione affectũ Pompeium, legimus defectionis pœnas à Mamertinis expoſcere atque omnino ſumere animatum. Aſtitit Stheno ille, & libera

remiſſáque fronte verba fecit, Non æquè nec iuſtè A
conſtituturum Pompeium,ſi vnius ob noxam pleroſ-
que inſontes damnandos capitis velit:ſe vnum eſſe qui
ciuitatem ad defectionem erexit, amicis quidem per-
ſuadendo,inimicis verò vim afferendo. His ita affecit
Pompeium,vt & ciuitati parcendo, & Sthenonem hu
maniter comitérque habendo, facilè induxerit ani-
mum. At hoſpes quidam Syllæ, virtute quidem ille ſi-
mili vſus eſt,ſed non Pompeio ſimilē Syllam adeptus,
fortiter atque ingenuè mortem obiit. Prænestū enim B
oppidum Sylla quum vi cepiſſet, ciuéſque ad vnū ne-
candos conſtituiſſet,vnum illum,qui hoſpes eius fue-
rat,hoſpitii nomine exemptum voluit: ille contrà,No
lo(inquit)occiſori patriæ ſalutis acceptæ gratiam ha-
bere.ſimúlque ciuium ſe turbæ immiſit, & vnà cum
reliquis trucidatus eſt. Verùm eiuſmodi caſus depre- 1460
cari maximè deuouerèque meliora ſperantem opor-
tet. Perſanctè autem pérque religioſe feceris,ſi quoſ-
cunque magiſtratus publicè gerentes,honore venera-
tionéque ſumma colas. Honos verò magiſtratibus il- C
le in primis habendus eſt, concordia atque conſenſu
collegarum,& quidem multo amplior quàm qui im-
poſitione coronæ atque purpura & auro contexta ve-
ſte comparatur. Proinde qui eadem feciſſe ſtipendia,
& eandem militiam iniiſſe, demum iiſdem adoleuiſſe
temporibus,amicitiæ hæc idonea ſatis initia eſſe pu-
tant,ſocietatem verò magiſtratus atque imperii, tan-
quam inimicitiarum atque diſſidii cauſas horrent atq;
auerſantur,iis id eueniat omnino neceſſe eſt vt vnum
è tribus malis effugere nequeant: aut enim collegam D
parem ſibi aut meliorem, aut inferiorē neceſſariò exi-
ſtimabunt. Si parem,per factionē diſſentire ab eo in-
cipient,ne cedere videantur:ſi præſtantiorem,inuidia
& liuore flagrabunt:ſi inferiorem,contemnent:quan-
doquidem diuerſa omnino ratione, præſtantioribus
morem gerere, inferiores ornare, paribus honorem
habere deberent,cæteros amplecti beneuolè atque o-
mnibus amicitiæ proſequi officiis. Nō enim per men-
ſam & inter pocula, nec in veſtibulis ipſis, ſocietatem

A eiuſmodi inuenerunt, ſed communi ciuitatis conſulto & publica ſuffragatione. Quo fit vt beneuolentiam hanc, decernente patria, veluti ius quoddam hæreditarium mutua charitate cõplexos perpetuò ſeruare atque tueri oporteat. Hinc Romæ Scipio malè dicitur audiſſe. in dedicatione nanque ædis Herculis, epulum quum ſplendidè & opiparè apparaſſet, amicos inuitauit omnes, collegam duntaxat Mumiũ præteriit. Etenim, quanuis non inter ſe cæteris rebus videbantur a-

B mare, par erat tamen ſocietatis atque collegii comiter & honorificè rationem habere. Si Scipioni itaque, viro certè cætera admirabili, comitatis parumper prætermiſſum officium, faſtus & ſuperbiæ notam inurere viſum eſt, quibus (quæſo) artibus modeſtus quiſquam alius & frugi homo haberi poſſit, qui exiſtimationi collegæ per inuidiam detrahat? qui alicubi aberranti per maleuolentiam inſultet? qui factis præclarè geſtis per æmulationem obtrectet? vel denique inde laudem benefactorum per ambitionem extorquens, ſibiipſi

C poſtea per impudentiam arroget & adſcribat? Equidem commemini iuuenem me quodam adhibito altero ſocio, legatum ad proconſulem decreto publico inſtitutum, ſocium verò caſu quodam reſtitiſſe, neque legationis munus ad exitum vſque proſequutum, me functum officio, & quæ publico nomine curanda ſuſceperam ex ſententia confeciſſe: domum regreſſo, ac legationis iam abſolutæ rationẽ publicè relaturo mihi patrem ſecretò iuſſiſſe, ne dicerẽ, Acceſſi, dixi, feci: ſed cõprehenſo collega, Acceſſim⁹, diximus, fecimus,

D haud ſecus atque ſi rebus omnibus ipſe quoque interfuiſſet, & operam mecum præſens conficiendis nego-

1461 tiis impendiſſet. hac enim ratione nihil nõ modeſtè atque humaniter fieri, nec modò haud inuidioſè rem to tam tractari, verumetiam nihil de exiſtimatione inde atque gloria detrahi. Hinc factũ plerunque, & à præſtantiſſimis & maximis vſurpatum eſt viris, vt rebus præclarè ab ſe & proſperè geſtis, ſortem fortunámque impertire oportere cenſuerint. Sic Timoleo, poſtquã tyrannos Siculos deiecit ac ſuſtulit, Fortunæ condidit

templũ quam magnificentiſſimé. Sic Pytho, admirantibus eum Athenienſib' & honore ac laude proſequẽtibus, quòd Cottin interemiſſet, Diis (inquit) habenda eſt gratia, quibus autoribus patratum facinus egregiè eſt, manu duntaxat & opera mea cõmodatò accepta. Iam verò Theopompus Lacedæmoniorum rex, affirmanti cuidam, propterea Spartã ſaluam & incolumẽ eſſe, quòd regibus vteretur imperãdi gnaris, Imò (inquit) & ciuibus & populo regib' obſequente. quãquam reuera ex altero alterum fit, atque vtrunque immutatim ſe continet. Proinde plurimorum hæc fertur ſententia, id maximè ad diſciplinã ciuilem inſtituendã attinere, vt principibus ciuitatis & rempub. rectè adminiſtrantibus, ciues quoque bene moratos & temperatos exhibeas. Plures enim vbique inueniri qui regantur quàm qui regunt. Rectoribus item rempub. adminiſtrandi, parui definitique temporis poteſtatem dari: hos verò qui in ciuitate verſantur, per omnẽ fermè vitam regendos exhiberi. Pulcherrimũ itaque & vtiliſſimum inſtitutũ ciuilis diſciplinæ hoc eſt, vt principibus magiſtratibúſque quiſque obtemperet, etiamſi opibus ac natalibus inferiores eſſe aliquatenus videantur. Indignum certè & vehementer abſurdum negotiũ, tragœdiarũ principem Theodorũ Polúmve, hiſtrionem aliquem mercenariũ humili quandoq; oratione affari, propterea quòd diadema & ſceptrum geſtat: in gubernanda verò republica atque rebus non confictis, ſed veris, magiſtratum idcirco à diuite quopiam & potente contemni & parui fieri, quòd priuatis non valet opibus, etiamſi rerum anguſtia & difficultate laborare videatur. Nempe hoc nomine dum exiſtimationi magiſtratus per contumeliam & contemptum detrahitur, reipub. ipſius dignitas deiici ac deprimi videtur, quandoquidem pro ſe quiſque maximè ipſam auctam & ornatã velle tenetur & debet, eíque ſuam ipſius gloriam, ſuam exiſtimationẽ adiicere. In Sparta ephoris reges cedebant, & ſiquis è reliquis ciuibus publicitus vocabatur, nõ ceſſim is neque otioſè, ſed curſim atq; perproperè accedebat per forũ, parendi ciuitati ſtudiũ

A præ ſe ferens, honoréque ſe in coaffici ratus, quòd imperio ciuitatis obtemperare alacer videretur. At verò
1462 ſunt alii, inſolentes profectò & prorſus agreſtes & inciuiles, qui tanquam inde ſibi nomẽ atque potentiam vendicent, in publicis certaminibus ad oſtentationem vſque ludorum magiſtros contemnunt, & contumelia conſultò afficiunt. In Dionyſiis pomparum principes & ductores obiurgant, prætores rident atque ſuggillant, & præfectis gymnicorũ ludorum inſultant: ſtulti
B ſanè, qui intelligere nequeunt, honorare quàm honorari quid præſtet, quàm ſæpenumero glorioſius & honorificentius ſit. Maius enim ornamentum & decus affert homini præpotenti in ciuitate, ſi magiſtratũ ipſe deducit, ac ei ſe comitem adhibet, quàm ſi ipſe contrà deducatur à magiſtratu: imò hoc inuidiam parit, illud ſolidam arguit gloriam, vt quæ à beneuolentia honorem habentium proficiſcitur, præterquam quòd etiam ciuitati ipſi dignitatem addit & decus. Pulchrum profectò ſpectaculum & iucundum, ſi prior is ad veſtibu-
C lum prætorii prætorem ſalute impertiat, atque eum amplexus ſpatiando per vrbẽ deambulet. Ciuile quoque illud popularéve, maledictum aliquod per iram perlatum æquo excipere animo, & non egerrimè ferre, & vel illud Diomedis per occaſionẽ ſubdere, Laus hinc & honos ſequetur. Vel illud Demoſthenis, At non modò Demoſthenes eſt, ſed ſtatutorum moderator, ſed pompæ agendæ princeps, ſed coronatus de more. Itaque vlciſcendi cupido in aliud eſt tẽpus reiicienda, vt alterutrum certè vſu veniat. Nam aut poſt-
D eaquam magiſtratu perfunctus fuerit, commodius iniuriam vleiſci poterimus, aut ſi intermiſſione perſequendæ iniuriæ ira interea leniatur, lucro id deputabimus. Quòd ſi de cõmodis reipub. agatur, omni tam ſtudio, opera, cura, fide & diligentia rei cõmuni proſpiciendum erit, & aduerſus quemuis magiſtratũ ſolertiſſime contendendum. Et ſi forte ii quibus reipub. gubernacula tradita ſunt, ea vrbanitate, modeſtia, prudentia videantur, vt facilè & ſine contentione quæ pro commodo reipub. dicantur excipiant, eos horũ quibus

ſit opus admonitos & plane edoctos oportet, quibus A
teipſum ita pollicitum velis atque depromptum, vt tua
rebus agendis opera vti queant: verùm ſiquã his ſub-
eſſe ſegnitiem & cunctationem intelligas, vel improbi-
tatem & fraudẽ ſuſpiceris, oratione, tum ſtudio, opera
ſedulò reipub. adſis neceſſe eſt. Reliquos quoque ci-
ues quibus forte res non vſque perſpecta eſt, periculi
admonitos imminentis oportet: nec vlla arte eſt negli
gendum, nec ciuitatis iura ac ſalus prodenda per ſpe-
ciem, ſcilicet non decere priuatum ciuem principum B
& magiſtratum gerentium res & munus paulo curio-
ſius diſquirere & ſcrutari, & hoc nomine adminiſtra-
tionem aliis rite traditam, ad ſe conari transferre. Pa-
rum hæc valere, nullúmq; obtinere locũ omnino de-
bent, vbi de ſalute rerum, & reipub. cõmodis agitur.
Pulcherrimo enim iure, quum nunquamnon rectè a-
genti, atque ciuitatis ſaluti & commodis præclarè pro-
ſpicienti, primæ reipub. haud iniuria deferuntur. Fui-
ſſe refert Xenophon in exercitu quendam, non impe-
ratorem quidem, non ducem, non præfectũ, ſed pru-
dentia, virtute, conſilio, magnitudine animi facilè prin C
cipẽ, qui talis extitit vt Græcos præſeruarit. Philopœ- 1463
menes quoque inter res præclarè à ſe geſtas, illo maxi
me facinore claruit, quòd quũ Agis Lacedæmoniorũ
rex copias ad Meſſenam oppidum admouiſſet, & Achi
uorum dux reformidans congreſſum ſuppetias ferre
recuſaret, ipſe iniuſſu imperatoris ſtrenuis quibuſque
voluntariis acceptis, atque in aciẽ directis, hoſtes irru-
pit, & ciuitatem ſalute periclitantem hac via metu at-
que periculo liberauit. Non tamen pro quibuſuis, exi-
guis ſcilicet & parui momenti rebus, nouitati ſtuden- D
dum eſt, & ordo ac modus rerum omnium pertur-
bandus, ſed aut pro neceſſariis, & quæ dilationẽ ſine
pernicie ferre nõ poſſint, quale Philopœmenis fuit ne-
gotium: aut pro rebus illuſtribus & præclaris, cuiuſmo
di fuit Epaminondæ. Is enim contra legem definito
ſibi imperio, tẽpori quadrimeſtre ſpatium addidit, in-
greſſúſque Laconicam res Meſſenæ confecit. His ra-
tionibus extraordinariè innouandũ aliquid eſt, vt vel

A neceſſitatis prætextu, ſiquâ occurrendum erit vitupe-
rationi atque querelis, accuſationem deprecari poſſis,
vel magnitudine atque decore facinoris inceptũ com
modè compenſare. Celebratur vbique gentiũ Iaſonis
illa Theſſalorum tyranni ſententia, quam vſurpaſſe in
eos ſolitus traditur, quibus vllam moleſtiã aut vim in-
tuliſſet: Qui magnis in rebus iuſtitiæ ſe cultorẽ haberi
vult, eum ius aliquando in paruos violare neceſſe eſſe.
Quanquam eiuſmodi verba eueſtigio intelligi poſſunt
B præpotentis cuiuſpiam eſſe, cupiditate & vi, nõ ratio-
ne & lege res adminiſtrare volentis. Hoc verò rectè
ciuile præceptum eſt, parua plerunque quibuſdam ra-
tione concedenda eſſe, vt & maioribus reſiſtere abſti-
neréve poſſis, & eos qui ad peccandum paulo petulã-
tius propẽſi videntur, facilè coerceas & retardes. Is
enim moroſum atque prorſus difficilẽ populum effi-
cere ſolet, qui gubernacula reipub. tenens, nimium in
omni re ſe & vehementer ſeuerũ, aſperum, atque in-
exorabilem exhibet, nemini vnquam cedens, nihil vl-
C li condonans. Aſſuefacit nimirum is & inducit popu-
lum, vt pertinaciter atque contentioſè renitatur atque
repugnet. Enimuero laxandus eſt aliquãdo (vt aiunt)
pes, & fluctibus obſequendum, quãdo præſertim ma-
gna ventorũ ac ingens vis, nunc properè obſecundan
tiũ, nunc reflantiũ ingruit: & cum lepidè atque ſcitè
alludendum aſſentiendúmque deorum ſolennibus lu-
dis atque ſpectaculis celebrãdis, tum verò diſſimulan-
dum, atque conſultò nõnihil prætereundũ, tanquam
nec videris quicquan, nec audiueris: id quod domi ple
D runque puerorũ errata de induſtria non obſeruantes,
quaſi neſciamus intelligamúſve, factitare ſolem*. Hinc
maximè obiurgandi caſtigandíq; acrimonia & loquẽ-
di libertas, non velut medicamentũ identidem vſurpa-
tum, ſeu vetus atque abolitum, próque e o parũ efficax
parúmque potens, ſed vt vigens raritate ac fidem fa-
ciens, eos qui maiora grauioráque cõmeriti ſunt, ve-
hementius taxat, atque acrius mordere & pungere po
teſt. Alexander ſororem cum quodam honeſta iuue-
1464 ne forma conſueſcere quũ accepiſſet, haud rem gra-

uatè tuliſſe fertur, dixiſſéque, concedendum aliquatenus illi quoque eſſe, regno vt fruatur: quanquam non rectè, neque pro dignitate & officio videtur eiuſcemodi factis concedere, quem minimè oportuit petulantiam & perniciem, regni fruitionē exiſtimare. Porrò vir ciuilis nequaquam pro viribus populo permittendum cenſebit vt in ciues per contumeliam ſæuiat, aliena bona diripiat, publica peculetur, vel perperam diſsipet, ſuadendo potius, condocefaciendo, terrendo deniq; petulātiæ omni atq; libidini repugnabit. Quales cupiditates ac peſtes Cleon & pauit & auxit, aculeatúmque fucum (vt inquit Plato) in ciuitatē inuexit. Quòd ſi vulgus aliquando verus aliquod & patrium feſtum vel dei ſolenne prætendens, ſpectationem largitionémve aliquam non admodum ſumptuoſam, & benignitatem haud abſurdā videtur expetere, licet ei tum per magiſtratus & principes ciuitatis cōmoditate hac iucunditatéque frui. Pleraque enim eiuſmodi rebus à Pericle aut Demetrio principe geſtis in eſſe comperiuntur. Cimon quoque traditur deambulacris ſpatioſis, platanis ordine conſitis atque in verſum dilatis, forum variè exornaſſe. Catonē item accepimus, vt populum Rom. animaduertit ad mutationem reipub. pernicioſè propenſiorem, Catilina rebus nouis ſtudente, & Caio Cæſare variis ſtimulāte artibus, retuliſſe in ſenatu, perſuaſiſſéque vt largitio decerneretur, quæ inopia & anguſtia rerum laborātibus diſtributim exhiberetur: hoc nomine tumultum ſedatum, hac via ſeditionis ſuppreſſa ſemina, atque turbulentorum ciuium inhibitum impetum. Etenim quemadmodum medici eſt, magna ex parte corruptiore ſanguine diminuto, parum ægroto deinceps innocui & ſalubris cibi afferre: ſic vir ciuilis & reipub. princeps, dempta prius ignominia, damnóve ciuitatis ſummoto, leui deinde gratia & humanitate quaſcunque moleſtias & querelas leniet atque ſolabitur. Erit quandoque in rem, quòd populum intelligas nimio flagitare ſtudio, id aliorſum traducere: quod Demadem feciſſe accepimus. Ei quæſtorem agenti, & prouentus ciuitatis curanti, Athenienſes viſi ſunt

A ſtudio quodam inducti, auxiliares triremes iis velle mittere, qui modò ab Alexandro deſciuerant. Iubentibus itaq; pecunias depromeret, & ſine mora repræſentaret, Sunt (inquit) vobis viri Athenienſes paratæ pecuniæ, quas equidem in congiis depoſueram, quò ſinguli dimidium minæ acciperetis. Verùm ſi ad iſta
1465 mauultis erogari eas, per me liceat veſtris abutamini, & ad quæ complacitum eſt impendatis. Hac arte populi ſubſtitit impetus, & ne diſtributione illa frauda-
B retur, expeditionem poſthabuit, & in Alexandrũ nihil criminis commiſit. Pleraque enim incõmoda non recta excutiendi via amoliri atque depellere poſſis, vt ad ea propulſanda inſinuatione & ambiũdi artificio opus ſit. Qua ratione vſum Phocionem accepimus. Iuſſus enim copias in Bœótiam ducere, quæ tum expeditio non ei è repub. fieri videbatur, edixit vt qui ex ephebis ad ſexageſimum annum in ciuitate eſſent, ipſum continuò ſequerentur. Reclamantibus verò ſenioribus, & ætatem excuſantibus, nihil inquit abſurdi edi-
C cto contineri ſuo: ſiquidem ipſe octoginta natus annos copias ductitans vnà profecturus eſſet. Hac ratione vulgi ſtudia retundere poteris, ſiquando legationem videris importune flagitari, eiuſmodi decernendo qui ad munus obeundum parum tibi idonei videantur, eáſque ſarcinas ac vaſa deferant iubendo, quæ impedimento magis atque deornamento proficiſcentibus, quàm vel decori vel vſui omnino futura ſint. Ad hæc teipſum vnà peregre profecturũ pollicebere, modò quæ conſtituiſſes in expedito ſint. Maximè verò o-
D mnium eos huc puto trahendos, & iis id quicquid eſt negotii committẽdum, qui ſuis inducti ſtudiis, harum rerum autores hortatoréſque potiſſimùm videbantur exiſtere: qui ſi munus recuſent, rem totam, cuius ſe autores voluerunt, ipſi deſtruant: ſin ſuſcipiant, laborib⁹ difficultatibúſque quoquouerſus impliciti, ſuæ ipſorum dementiæ & temeritatis pœnas primi omnium luant. Quòd ſi quod opus ingens ac vtile curandum proponitur, ad quod conficiendum opera & diligentia multa opus ſit, hîc annitendũ eſt vt optimos ami-

corum tuorum,quibus rem perpetrandam commit- A
tas,deligas,vel ex idoneis omnino eos deſumas,qui fa
cilitate atque manſuetudine maximè præſtent: vt qui
non per contentionem ſibi inuicem refragando, ſed
conſentientes atque concordes negotium ſint abſolu
turi,nempe prudentia ſine ſtudio æmulationis adhibi-
ta. Quinetiam tuam ipſius naturam expertus, ſiquid
offeratur agendum,ad quod efficiendum alios te ma-
gis idoneos futuros intelligas, illis vt qui plus valituri
& rem commodius tractaturi ſint, adminiſtrationem B
& munus committes. Quam viam Diomedem ſequu-
tum accepimus,qui caſtra hoſtium exploratum quum
mitteretur,poſthabitis fortioribus, eum ſibi delegit ſo
cium,qui prudentia maximè præſtaret. Natura enim
comparatum videtur vt inter eos æmulatio conten-
tioſa non innaſcatur, qui diuerſa virtute, diuerſis viri-
bus, non eodem ſtudii genere, operam rei cuipiam
dant,ac eam diſparibus quidem artibus, verùm pari
diligentia voluntatéque curant. Quòd ſi fortè cauſam
dicturus,ſeu legationem initurus,tu teipſum ad dicen C
dum intelligas parum idoneum, virum dicendi peri-
tum adiutorem tibi ſociúmq; muneris deſumere de-
bes,vt Pelopidas Epaminondam. Sin ad alliciendum
oratione populum parum es natus, & à gratificandi 1466
ratione alienatior, lepidum aliquem atque obſequio-
ſum delige tibi,vt Callicratidam facere ſolitum legi-
mus. Si verò ad labores tolerandos imbecilli tu es in-
efficacíque corpore, induſtrium accipe & robuſtum,
vt quondam Lamachum Nicias. His artibus Geryo-
nem admirandum accepimus. qui enim multa crura, D
pleraſque manus oculóſque habere dicebatur, vnico
cuncta animo conſilióque adminiſtrabat. Itaque rei-
pub. gubernatores non modò ad vſum ciuitatis cor-
pora conferre debent,verùm quoque fortunas,vires,
vniuerſas copias,concordibus atque conſentientibus
animis contribuere,vt pro ſe quiſque eandē rem qui-
bus poſſit & ſciat curando excellat: non quemadmo-
dum Argonautæ,relicto Hercule, coacti poſtea ſunt
muliebri ductu veneficiis & incantationib' ſeſe ſaluos

A facere, & aureũ vellus furari. Neque templum intrare volentibus, foris eſt aurũ omittendũ, & ferrũ velut nullius rei introferendũ: & quoniam iuris dicendi tribunal, velut cõmune omnibus templũ patet, Iouis cõſiliarii vrbiúmq; cuſtodis, & Themidis ac Iuſtitiæ iudiciorũ præſidis & domicilium, e veſtigio quenque inde mouere oportet morbum auaritiæ, omnémque comparandarum diuitiarũ ſolicitudinem, tanquam ferrum ferrugine obſitum, ab animo amolitum, ad mercatu-

B ram & nundinas atque fœneratores & caupones reiicere, & ſeipſum aliorſum vertere ad recta munera expeditum, admonitum prius & pro comperto habentẽ, eius ſemper corruptã futurã rationem vitæ, qui ſemel depeculari rempublicam, legere ſacra, expilare ſepulchra, bona amicorũ ſurripere, negare credita, cliẽtes prodere, falſo teſtimoniũ dicere animum induxit: hũc (inquam) futurũ conſiliarium perfidum, iudicẽ irreligioſum, in magiſtratu gerendo quæſtui & muneribus inhiantem, nullius (vt ſemel dixerim) iniuriæ omnino

C expertem. qua de re mihi haud videtur pluribus diſſerendum verbis. Ambitio verò etſi ſpecioſior videri poteſt auaritia & lucrifaciẽdi cupiditate, nihilo tamẽ minus mihi videtur pernicioſa reipublicæ: quippe cui maior ineſt audacia, & quæ non deiectis neque ignauis innaſcitur animis, ſed nouis, vigẽtibus & iuuenilibus. accedit plerunque obſecũdatio quædam & fauor populi, quo fit vt extollantur magis & intumeſcant, nec contineri proinde poſſint, nec facilè à quouis ſe tractari permittant. Plato quidem ait, adoleſcentes à primis

D omnino annis admonendos eſſe, aurum extrinſecus vel geſtare vel poſſidere nefas eſſe ei qui illud intrin-

1467 ſecus & animo ipſo immixtum natura haberet: virtutem (vt mea fert opinio) hoc nomine volens ſignificare, cuius primordia quædam, & velut ſemina homini innata, ad conſummationem eius pertinent. Ea ratione commonefaciendos exiſtimo, qui cupiditate honorum, & morbo ambitionis laborant, eiuſmodi aurum ab ſe poſſideri, quod nulla aſperſum labecula, omni peſte vacuum, nec inuidia vlla corrũpi, nec notari

macula, nec ſordibus vllis contaminari queat: quin A
memoria rerum priuatim publicéque honeſtè geſtarũ
indies augeatur & creſcat. Quamobrem non depictis
opus eſt imaginibus, non fictilibus ſignis, non ex ære
conflatis ſtatuis, in quibus id quod apparet probaríq;
poteſt, totũ alienum & foris affictum eſt: quandoqui-
dem nõ is ab inuiſentibꝰ laudatur, cui ſtat opus, & aut
pictus vel factus, aut denique fabrefactus atq; compa-
ctus tubicen fortè quiſpiã vel ſatelles, ſed is cõmen-
datur qui fecit. Proinde Cato referta iam vrbe Roma B
ſignis & ſtatuis, ſuam ipſius ſiſti vſpiam non permiſit,
malle inquiẽs cauſam, cur ſibi nõ ſteterit ſtatua, quàm
cur ſtet, requiri. Ii enim honores inuidioſi ſunt, arbi-
trantúrque vulgò homines iis ſe debere gratiã, qui nõ
accipiunt: è contrario eos qui acceperunt, ipſis graues
eſſe, dum quaſi mercedem ea ab iis efflagitant, quibus
indigere ipſi videtur. Et vt qui prætervectus Syrtes, ad
fretum delatus & æſtuaria, poſtea nauim euertit, nihil
operæpretium is feciſſe videatur: ita qui quæſtor æra-
rium conſeruauit, prouentus publicos auxit, conſul C
deinde factus & ampliori præfectus muneri, repetun-
darum peculatúſve damnatus eſt. Nam etſi ſub rupes
præaltas, celſúmque promontorium depulſus videtur,
mergitur tamen nihilominus & peſſundatur. Magnus
igitur ille qui nulla eiuſmodi rerum indigens, fugit ea
& deprecatur, & omnino pro nihilo ducit. Quòd ſi
gratiam & benignitatem populi ſtudio huc prolapſi,
repudiare facile, & ea carere non poſſis, ſatis ſit tibi
titulus & tabella, decretúmque publicum & herba,
perinde atque ſi inter ciues decertaretur, non præ- D
mio argenteo ingentis propoſito pretii, ſed de re ſan-
cta certè, & ad corollam vſque pertinente. Cuiuſmo-
di Epimenidem ex arce donatum accepimus, poſt-
eaquam expurgarat vrbem. Anaxagoras verò publi-
cè decretis honoribus animo magno repudiatis, id ſi-
bi omnino poſtulaſſe cõmemoratur, vt quo die mor-
tem obiret, pueris qui diſciplinis & artibus operam
darent, permitteretur feriatos otiari & ludere. Septem
etiam Perſis qui magos interemerant, eorũmq; ſoboli 1468

A honoris cauſa illud decretum eſt, vt anteriore capitis parte tiaram geſtarent:id enim ſigni facinus patraturi inter ſe ex oppoſito dederant. Honòs verò Pittaco habitus ciuile aliquid præ ſe fert. Iuſſus enim quantum vellet ex eo agro ſibi acciperet,quem ipſe ciuibus vendicarat, quantum iaculum, quod ipſe iaculatus erat, pertranſiit,tantundem accepit. Publius verò Romanus tantundem agri ſibi quæſitum voluit, quantũ ipſe qui claudus eſſet vno die peragraſſet arando. Honos B enim non rei præclarè geſtæ merces eſſe debet, ſed ſignum permanſuræ rei ad multum tempus, vt illi ſuperius memorati honores diu manſerunt. Ex trecentis autem ſtatuis Demetrio Phalereo honoris erectis cauſa, nullam ærugo attigit, nullam ſqualor ſordidauit,nullam vetuſtas attriuit,quippe quæ adhuc illo viuente ſubuerſæ omnes ſublatæq; ſunt. Demadis item ſtatuas deiectas,in matulas per contumeliam conflatas accepimus. Plerique alii eiuſcemodi honores in contumeliam verſi,moleſti odioſique habiti ſunt: nec C per improbitatem tantùm eorum quibus decreti fuerant,verum etiam vaſtitas & amplitudo immoderata, cur antiquarentur, cauſa extitit. Proinde fortiſſimus atque firmiſſimus honoribus cuſtos, modeſtia adhibenda eſt. Prægrandes enim honores, vtpote ſuperbi & tumidi,æquè vt ſtatuæ vaſtæ & immoderatæ proceritatis,citò ſimul & facilè corruũt. Appello autẽ nunc honores, quos vulgus ſic æſtimat. Empedocle enim autore,quod vulgo fas dicitur,ſic ego quoque accipio. Nam honorẽ verum & ſolidum, & gratiam quæ eo-D rum continetur beneuolentia, qui beneficiorum memores,& gratiæ referendæ ſtudioſiſſimi ſunt, ciuilis vir nequaquam deſpiciet neque cõmittet vt quaſi exiſtimari negligat,& ne ſuis videatur placere, honorem ex induſtria fugitet & deuitet: quod ſenſit Democritus, quando ne canum quidem alluſio velut ſalutatio, neque equorum propemodum beneuolentiæ ſpecies venatoribus equiſonibúſque res omnino repudianda videtur:quippe quam iucundam & vtilem arbitrãtur, putántque affectionem eiuſmodi cicurib' animalibus inculcandam,

inculcandam, & penitus inſerendam eſſe:qualis commemoratur Lyſimachi canis, quales equos Achillis in Patroclum fuiſſe poeta refert. Mihi proinde præclarius cum apibus agi videtur, ſi cultores altoréſque ſuos ſalutare, & manſuetò accipere conſueſcant, quàm ſi infeſtis eos aculeis petant. Nunc verò apes quidem fumo vexatæ pœnas poſſeſſoribus temeritatis atque ferociæ dant, equi laſciuientes & duri fræno domantur, contumaces canes coercentur collaribus, & quocunque vel inuiti aguntur. Hominem verò homini nil aliud manſuetum & mitem reddit quàm beneuolentiæ fides, iuſtitiæ & probitatis certa opinio. Quocirca rectè Demoſthenes ſenſiſſe videtur, qui id maximè ſalutare ciuitatibus & firmum præſidium cenſet, vt tyrannis nullam liberi populi fidem habeant. Etenim pars illa animi, qua fidem habemus aliis, & credulitate afficimur, lubrica nimirum eſt, & facillimè falli inducíque poteſt. Et vt Caſſandræ vaticinatio propterea nihil profuit patriæ, quòd erat apud ciues in gloria, & fides ei non habebatur, (ſic enim dicere adducitur, Incaſſum me deus voluit vaticinari, quando ante cladem inſana habita, poſt calamitatem ſapiens ſum appellata) ita fides Archytæ habita, & in Batũ beneuolentia ciuium, magnopere iis profuit qui eorum opera & conſilio vſi, ſunt. Proinde primum & maximum omnium, quæ exiſtimationi bonorum ciuium attribui poſſunt, fides certè eſt, quæ gradum ad agendum conſtituit, & aditum magna capeſſentibus præſtat, propugnat ſecũdo loco, armátque & inſtruit bonos beneuolentia ciuium aduerſum obtrectatores & improbos: quandoquidem (iuxta illud poeticum) vt mater ab infante ſuaui ſomno ſopito abigit muſcas, ita liuorem atque inuidiam procul propellit & amolitur. Æquat præterea vires, & parem plebeium patriciis, ignobilem illuſtribus, inopem diuitibus, & magiſtratibus priuatum facit: atque (vt ſemel dixerim) virtute veritatéque accedente, reſpub. certis flatib' & ſecundis gubernanda ſuſcipitur. Quæ res tibi, ſi animaduertas exempla, notéſque, memoria rerum ratione contraria & diuerſa hominũ affectione

A (margin, line 1); 1469 (margin, line 6); B (margin, line 11); C (margin, line 19); D (margin, line 27)

A geſtarum, facilè compertior apparebit & euidentior. Dionyſii vxorem ſtupratam, liberóſq; prius omnifaria cōtumelia fœdè affectos, interemptos demum accipimus: ad extremum concrematis corporibus, in mare de naui cinerem ſparſum. At Menandro regi Bactrorum, homini frugi atque mitiſſimo, in expeditione & caſtris vita defuncto, cunctæ ciuitates regni, cunctiq; populi inferias de more & iuſta magnificè communi cōſenſu ſoluerūt. Poſtremò de reliquiis quum diu decertatum eſſet quibus potiſſimùm cōmendarētur, vix B tandem inter omnes conuenit, vt æquè partitæ ſingulis 1470 diſtribuerētur rata pro parte, nempe quò monumentum illius viri apud omnes pariter cum veneratione exiſteret. Agrigentini cōtrà tyrannide Phalaridis liberati, publicè ſanciuerunt, nulli cæruleo colore veſtimentum geſtare liceret, ideo quòd tyrāni ſatellites, & corporis eius ſtipatores, eo colore ſubligaculis vti ſoliti erant. Perſæ ad hāc vſque diem homines vnco naſo & amant, & pulchritudine præditos arbitrātur, in honorem Cyri, qui eiuſmodi naſo fuiſſe traditur. Quo fit vt C amor ille validiſſimus atque ſanctiſſimus omnium meritò habeatur, quem per virtutem quiſpiam à ciuibus & popularibus ſibi comparat. Honores autem qui ſpectaculorum, largitionum, atque gladiatorum editione cōſtantur, falſò quidem hi honores appellari videntur, quippe qui à meretriciis adulationibus nihil diſtant. Natura ſemper id multitudini comparatū in promptu eſt, vt eroganti gratificantíque ſtatim arrideatur, & inſtabilis atque vnius diei ingentis gloriolæ ſpecies confeſtim exhibeatur. Rectè itaque mihi naturam multitu-D dinis cōſpicatus videtur qui primus dixit, largitionum corruptelæ inductione libertatem populorū interiiſſe. Vis enim omnis & robur frangitur multitudinis cupiditate accipiendi ſuperatæ & victæ. Quanquam corruptores vulgi admonendi mihi videntur, ſeipſos primos iis artibus perdere atque peſſundare, quando magno pretio honores eiuſmodi ementes, ferocius efficiunt vulgus, oſtendúntque ipſum rerum potiri, & dandi auferendíque munera poteſtatem penes eum poſitam

eſſe. Verùm non idcirco circa munificentiam & benignitatem ciuilem ſordidè aut parcè erit agendum, vbi ſcilicet rebus ſuppeditãtibus legum atque morum permiſſu fieri poſſit: maiore enim odio diuitem populus ſuggillare & perſequi ſolet, nihil per benignitatem & gratiam depromentem, quàm inopem & egenum qui bona ſurripiat publica & ſuppilet: hoc enim neceſſitate acerba domina ſtimulante, illud malignitate atq; contemptu fieri arbitrantur. Eſto itaque munificentia talis, quæ primò gratuitò & liberaliter, non alicuius recti cauſa appareat: hac enim ratione ii quos affeceris beneficio, admirantur te, & facilè capiũtur. Secundo loco, oblata occaſione prætendendæ vrbanitatis frugalitatíſque, venerare deos, & per pietatem in honorem eorum opibus tuis vtare. Magnopere enim affici multitudo ſolet, & in opinionem adduci colendos venerandóſque eſſe immortales deos, quando pietatem eorũm conſpiciunt, quos ipſi maximi ducũt, tam magnificè & alacriter diuina proſequentium, atque tot ſumptus haud grauatè impendentium. Et certè, vt inquit Plato, modulationem & cantum, cum Lydium tum verò Phrygium adimi adoleſcentibus oportere, quos liberaliter inſtitutos velis, quòd alter luctu atque conqueſtionibus deiicit atque affligit animum, alter ad libidinem & luxuriam irritat, & præcipitem agit: ſic principem ciuitatis facere decet, vt ambitionẽ & ſumptus, quibus alitus irritatúſque animus, atrocior & ferocior fit, & ſcurrilitate quadam prodiga luxuriari videtur, omni ſtudio de ciuitate procul depellat atq; eiiciat. Quòd ſi minus effici fortè id poteſt, ab iis certè abhorreat, atque eos declinet, & iis refragetur pro viribus qui talia expetũt, & pernicioſiſſimè ſtudent. Modicos verò temperatóſque ſumptus ſemper putet idoneos bene moratæ ciuitati, quorũ finis neceſſarius honeſtúſve ſit, & vſus iucundus & gratus, modò noxa omnino atque cõtumelia vacet. Et ſi fortè tibi adeo mediocres fortunæ ſunt, vt niſi centro & linea (vt aiunt) permẽſæ, ad ea quibus tibi opus ſit, ſuppeditare minimè queant, nõ erit illiberale, nõ animi omnino ſummiſſi

A (beside line 1); B (beside "cauſa appareat"); 1471 and C (beside "ptus haud grauatè" / "Plato"); D (beside "abhorreat")

A & humilis, inuoluntariam inopiam confiteri, dehinc locupletum ſumptibus cedere, ne contentionis inani ſtudio ad grande æs alienum conflandum ineptè cogare, vnde teipſum non modò miſerandum omnibus, verumetiã irridẽdum exhibeas. difficultate enim rerum implicitus, occultam diu & abditam inopiam tenere quî poteris? Nãque ſiue amicis moleſtiam & negotium exhibueris, ſiue creditoribus adulando alluſeris, deprehendaris vtcunque neceſſe eſt, indicéſque teipſum nõ modò nullam gloriam, nullas hac via tibi
B opes parare, verùm contemptum & dedecus adipiſci. Conducet itaque rebus tuis Phocionis atque Lamachi memoria ſæpenumero vſurpata: quorum alter flagitantibus quibuſdam Athenis, vt ad ſacram rem faciendam quippiam etiam ipſe pro virili parte tribueret, & diu quaſi daturo applaudentibus, Iniurius & impudẽs (inquit) profectò ſim, ſi ad rem diuinam vobis depoſcentibus aliquid dare animum induxero, huic autem Callicli (digito creditorem oſtendens) nihil reddidero. Lamachus verò in imperij expenſum referre ſo-
C litus traditur, quantulum ſibi in veſtimentum atque crepidulas expendiſſet. Ermoni Theſſali magiſtratum præ inopia deprecanti, lagenam vini ſingulis mẽſibus, & farinulæ modium de publico decreuerunt. His rationibus fit vt neque fateri inopiam dedecori ſit, & in ciuitatibus non deſint qui poſſint benignè & lautè ac-
1472 cipere inopes, ſi dicendi fiduciam ac fidem ex virtute habuerint. Quamobrem cõtineat ſe quiſque maximè, & rebus ſic conſulat, ſic modum conſtituat, vt nec in campum pedes aduerſus equites dimicaturus deſcen-
D dat, nec in ſpectaculis, epulis, & in ſcena inops, cum locupletibus de magnificẽtia & gloria certaturus. Sanè virtute innixus, animi præſentia rationéque fretus, ciuitatem regere pergat, vt inde non modò dignitas & maieſtas quædam exoriatur, verùm gratia quoque & beneuolentia rectè concilietur: res profectò diuitiis Crœſi optatior longè atque præſtantior. Frugi nanque moderatúſque vir, non inſolens, non nimium ſui amãs, nemini in ciuitate oneri eſſe poteſt, nulli acerbus

& grauis, nulli viſu infeſtior: nam & affabilis eſt, & A
natura cõmunis, atque adire & accedere volẽtibus facilis, cuius domus non obſerata, non occluſa, ſed patens eſt omnibus, quò ſe quiſque velut è tempeſtate & fluctibus in portum tutò recipere poſſit. Nec humanitatem duntaxat his rebus affert, quibus curandis ope ſimul & opera opus eſt, verumetiam vota proſperè adſequẽtibus lætum ſe & hilarem exhibet, rurſus offenſis & aduerſitate vlla affectis dolentem & mœſtum. Nuſquam vlli moleſtus occurrit, nemini per importunitatem impedimento eſt, non longo ſeruorum & comitum agmine inſolens, non in balneis & theatris occupatione locorum curioſus, non deliciis & nimio ſumptu inſignis, & propterea inuiſus & grauis, ſed æquus & lenis moribus, veſte, victu, educatione liberorum, vxoris atque familiæ cultu, ſimul modeſtia & humanitate, rebúſque omnibus talis vt facilè agnoſcere poſſis popularem hominem, qui ſe vnum de cœtu haberi ciuium ex animo ſtudeat, qui beneuolum ſe & fidelem conſiliarium dubitatione æſtuantibus præbeat, C
afflictis patronum ſine mercede, cõnubiis amicitiíſque committendis facilem aptúmque cõciliatorem. Hunc magnam partem diei in curia reipublicæ, in foro amicis imperturi quotidie videre licebit, reliquum vitæ ſpatium ea ratione diſpenſare, vt curas, ſolicitudinem, atque deſideria ciuitatis ad ſe vndecunque conuertere, atque pro viribus componere, & ad meliorem conditionem redigere prompto & alacri animo pergat, imitatus Cæciam, qui flando nubila ad ſe contrahere fertur. Non enim ceſſationem & otium (quod plerique D
paſſim facere ſolẽt) quæritat, ſed reipub. præclarè adminiſtrãdæ omnem operam, atque adeo vitam ipſam impendit: quibus artibus ciues ad ſe conuertere vult, edoctos atque bene admonitos, quæ ſit boni ciuis in rempublicam cura, qualis prudentia, rurſus cuiuſmodi aliorũ ſint falſæ adulterinæq; adulationes, & pernicioſæ illecebræ. Etenim aſſentatores Demetrii alios non 1473
appellandos reges cẽſebant: quippe qui Seleucum elephantorum magiſtrum, Lyſimachum gazæ & ærarii

A cuſtodem, Ptolemæum nauarchum, Agathoclem præfectum inſularum dictitare cōſueuerunt. Populus certè, etſi prudentem & bonum ciuem initio fortè ſpernere, atque nonnunquam paruifacere videatur, percognita tamen animaduerſaque ſimplicitate veritatéque morum eius, eum poſtea ciuilem omnino virum, eum popularem, eum ciuitatis principem arbitrantur. Ex reliquis chorearum atque pomparum ductorem alium, epularum alium præbitorem, ludorum hūc magiſtrum, & aliàs alium arbitrantur & vocant. Et vt in
B conuiuiis vſu venit, Callias Alcibiadéſve epulum præber, & ſumptum facit, Socrates autem obſeruatur, ad Socratem omnes congerunt oculos: ſic in ſanis & liberis ciuitatibus Iſmenias erogat & largitur, Lichas apparat præbétque cœnas, Niceratus dux eſt pomparum, & choreas aptè committit: verùm Epaminondas, Ariſtides, Lyſander, magiſtratus gerunt, copias ductitant, imperiis vbique fungūtur, domi ac foris rempub. adminiſtrant. Huc itaque intueri oportet, non animis deiici, non expaueſcere & penè conſternari gloriolam
C ſpectantem, quæ fauore atque applauſu vulgari, de theatris, de culina, de popina, de ſtrage hominum repentè exorta, & fragiliter comparata ſit. Proinde nihil honorabile, nihil honeſtū, nihil præclarum & graue in ſe, nihil ſolidum continens, non diu manſura, parum victura, vnà cum ludis gladiatoriis & ſcenis ipſa quoque meritò peritura funditus eſt. Qui apiaria curant, & ipſis apibus è re & vſu nutriendis operam ſedulò dant, quas ingenti bombo & ſtrepitu de cellulis conſpicantur prodire, validas eas atque vberes eſſe coniectant.
D Quem verò Deus ciuilis & ratione prædit examinis curæ atque cultui præfecit, quiete is atque manſuetudine populi felicitatem eius potiſſimū metitur, & coniectura conſequitur. Et reliqua quidem Solonis præcepta & inſtituta amplexabitur ac admittet, poſtremò pro viribus imitabitur: illud autem admirabitur certè, & hærebit diu & dubitabit, qua tandem vir ille ratione adductus lege cauēdum duxerit, qui ſciſſa ciuitate per ſeditionem bifariā, neutri ſe parti addixerit, inter igno-

minioſos eum oportere referri. Non enim corpore a- A
liquo affecto & morbido, de membris iam morbo &
uitio occupatis, initium cõualeſcendi & ſalus ſperatur
progredi poſſe: quin vbi vis validiorum membrorum 1474
præualere inceperit, inde velut quoddam tẽperamen-
tum proficiſcens, vires ſerpentis iam morbi reprimit,
& indies magis retundit. Natura dehinc opitulãte im-
mutatio fit, & membra languore iam læſa ad ſalutem
priſtinam redeunt. Sanè populo ſeditionis vitio labo-
ranti, non tamen graui & deplorato, ſed quod curari
aliquatenus inhiberíque queat, ex partibus ſanis certè B
& bene valẽtibus temperamentum ſalubre afferri de-
bet, atque in hac medendi ratione perſeuerandum eſt,
ac penitus inſiſtendum. Etenim vis atque virtus bene
valentium partium, aptè, atque (vt ita dicam) familiari-
ter in mẽbra morbida influẽs, mirum agit in modum.
Pleræque autem ciuitates omnibus perturbatæ parti-
bus, nulla vi foris compulſæ, nullam malorum caſti-
gationem adeptæ, radicitus ſubuerſæ interierunt. Ciui-
bus itaque pereũtibus, nullo ſenſu moueri, nihil dole-
re, trãquillitatem animi atque adeo indolentiam præ- C
dicare, vitam otioſam, tãquam beatam verbis extolle-
re, perinde vtiq; eſt ac aliorũ miſeriis oblectari, & gau-
dere calamitatibus videare. Imò Theramenis cothur-
nũ induere debes, vt vtriſq; conuenias, neutris tamen
addictus: qua ratione videberis neutris iniuriam face-
re, & propterea non alienus: vtriſq; opitulari, proinde
cõmunis: nec concitabis aduerſum te vllam inuidiam,
ſcilicet quia ſis ſolus expers malorũ, cæteris calamitate
afflictis, quippe qui vicem vtrorunq; pariter indolere
videri poſſis. Iam verò optimũ & potiſſimũ omnium D
illud eſt, longè latéque proſpicere nequando ſeditio
vlla erumpat, opus profectò orationis & diſciplinæ ci-
uilis maximũ & pulcherrimum. Etenim ciuitatibus illa
ſunt bona optãda maximè, pax, inquam, libertas, fera-
citas cum agrorum tum verò hominũ, poſtremò con-
cordia. At ad pacẽ comparãdam hac tẽpeſtate, nullius
boni ciuis auxilio ciuitates indigere videtur, fugato iã
& de medio omni genere belli ſublato, tum inteſtini

A tum barbari. Libertatis verò tantundem poſſidetur, quantùm rerum domini impartiendum populis arbitrantur: amplius autem optare, vtique non eſt vtile. Feracitatem atque prouentus agrorum, anni temperiem, & clementiam cœli, mulierum partus, & parentibus ſimiles natos, prognatis incolumitatem & ſoſpitatem, modeſtiſſimus quiſque ſibi ac ciuibus à diis immortalibus poſtulabit. Reliquum ergo eſt, quod viro ciuili nulla re inferius exiſtimãdum videtur, vt rebus adminiſtrationi ciuium ſubiectis ita vtatur vir bonus, ſic mo
B deretur, vt amicitiæ & conſenſus inter ciues conciliari, contentiones & inimicitiæ tolli penitus videantur:
1475 & (quod in amicorum diſſidiis vſu venit) qui ſe priorem iniuria affectum putat, eum priorem quoque adeas, atque oratione ſoleris, oſtendáſque te vnà ſecum dolere, & iniuriam æquè ferre. His iactis, mœrorem lenire incipito, hominémque docere non eos commẽdari ſolitos qui aliis iniuriam intulerint, quíve pertinaciter & obnixè ſuperare cõtendant, ſed qui illatam iniuriam animo æquo, vel certè forti tuliſſe videntur.
C Hi enim non modò manſuetudine & morum facilitate, verùm quoque prudentia & animi magnitudine præſtant, propterea quòd paruis rebus cedentes, maximis atque pulcherrimis obtinẽt & euincunt. Ad hæc priuatim ſingulos publicéque vniuerſos admonitos & doctos oportet, conditionem imbecillitatémque rerũ præſentium Græciæ cernere. Bene enim cum ſapientibus agi exiſtimandum eſt, ſi quietè ac concorditer vitam agere liceat, quandoquidem nil ſors præclarum reliquum fecit, de quo in medium decertetur. Quis e-
D nim principatus, quod imperium, quæ gloriæ materies iis qui ſuperſunt relicta eſt? quæ omnino agendi poteſtas, quam quoduis decretum proconſulis facilè non inuertat, & deſtruere poſſit? quæue, etiamſi integra permaneat, digna haberi & idonea poſſit, cui magnopere ſtudeas, & operam naues? Enimuero nõ ſemper incendia de ſacris publicíſve ædibus initium ſumũt, ſed ſæpenumero e domuncula, lucerna parumper neglecta, ingens erumpit flamma: vel ignis ſenſim

conceptus, palea deinde & fomentis refocillatus mirum in modũ ardere incipit, & primis quibuſque correptis longius ſerpere, & maximam ſtragem dare. Ita ſeditiones in ciuitatibus non magnæ ſemper contentiones, nec de publicis rebus diſſidia incendere concitaréque ſolẽt, verùm plerunque priuatis creatæ offenſionibus, in publicam peſtem certãdo progreſſæ ſunt, ſtudiis & contentionibus mutuis auctæ. Quas ob res principem ciuitatis & virum ciuilem oportet eiuſcemodi parua futuræ cladis initia nihilo ſegnius præuenire, itáque curanda & opprimenda ſuſcipere, vt aut nuſquam exiſtere poſſint, aut ſi qua extiterint præfocentur, ne paulatim aſſumptis viribus luculenter ſuccreſcant, poſtremò ſuapte magnitudine rempub. taxẽt & occupent. Quòd ſi tolli penitus nequeant, ad eos ſaltem reiiciantur, è quorum priuatis ſtudiis & diſſenſionibus ortum ſumpſiſſe videntur. Attẽdendum præterea ſibi ducat, & aliis prædicandum, ſæpe vſu venire, priuatis & paruis neglectis rebus initiò, nulla cura, nullis medicamentis adhibitis, inde calamitates etiam publicas extitiſſe. Delphis maximam idcirco ſeditionem ortam accepimus, quòd Orgilaus Phalidis filius Cratetis ducturus filiam, dum rem ſacram de more facere vult, cratera ſtantem inter libandum vltrò fortéque derepente ruptum animaduertit: portẽtum hoc deuouẽdum ratus, infectis nuptiis, relicta ſponſa, cum patre inde confeſtim abiit. Ea re Crates infenſus, Orgilaum & fratrem non multo pòſt ſacrificantes adortus præcipites dedit. Iterum amicos familiaréſque ſupplices in templo Prouidentiæ, impetu dato, oppreſſit. Poſtremò multis talibus perpetratis, Delphi Cratetem & factionis eius homines ex compoſito aggreſſi interemerunt, déque pecuniis nuncupatis piacularibus, inferiora templa ædificarũt. Adoleſcens Syracuſis quidam amatæ adoleſcentis amici profecti peregrè, ſibi creditæ, ſtuprum intulit: rediens ille reſciuit facinus, vlturúſque iniuriam, inuicem vxorem amici ſtuprauit. Re vulgari cœpta, maior natu ciuis in ſenatum retulit, vtrunque ab vrbe eliminari, priuſquam ciuitas velut

Margin letters: A (line 1), B (line 11), C (line 21), 147 (line 26), D (line 32)

A contagio ſceleris infecta, ad diuerſa propenſa ſtudia,
& ad inteſtinas hinc profecta inimicitias ſeipſam euer
tat: cæterùm perſuadere ſenatum potis non fuit, quin
potius orta hinc ſeditione, in diuerſaſque partes ciui-
bus raptis, quæ fuerat egregia ciuitas, maximis impli-
cita malis, variíſque agitata calamitatibus demũ cor-
ruit. Iam ipſe tu tibi domi tenes certa exempla, inimi
citias (inquam) Pardali atque Tyrrheni. Qua in re pa-
rum abfuit quo minus vrbs Sardes euerteretur, de
B paruis priuatíſque cauſis, in ſeditionem & bellum in-
teſtinum impulſa. Ciuilem itaque virum eiuſmodi tan-
quã in corpore aliquo vitia quæ poſſunt emanare la-
tius, nequaquã contemnere & floccifacere decet, ſed
prouiſa eminus ſtatim opprimenda ſuſcipere. Qui e-
nim hæc proſpicit, is ea quæ magna ſunt, parua effice-
re, & parua ipſa in nihilum redigere poſſit, vt inquit
Cato. Ad quæ perſuadẽda nulla mihi videri poteſt po-
tior ratio quàm ſi inducas animum, in tuis priuatis di-
ſceptationibus manſuetũ teipſum & exorabilem ex-
C hibere, atque in primis perſiſtere cauſis, nulla per con
tentionem concitandæ iræ gratia adiecta materia, nul-
lis irritatis affectibus, quibus negotium magis exaſpe-
retur, & æquo acerbius fiat. Iam lucta cæſtibúſque
certantium manus loris vinciri leniter & pauxillum
prohiberi conſueuit, nempe vt ictus molliter emittan-
tur, & inflicta vulnera non magnũ dolorem afferant,
ne certatores doloris commóti ſenſu, ad grauem &
penè inſanabilem pugnandi excandeſcentiam proue-
1477 hantur. Simili ratione in foro & ciuilibus cõtrouerſiis
D ſat erit, nudis explicatíſque rationibus cauſam ſimpli-
citer agere, non confictis ad libidinem criminibus,
congeſtis maledictis vndique & iurgiis atque minis
admixtis, tanquam veneno tela inficere, eáque præa-
cuta in aduerſarium per inſidias iactitare, quo fit vt
cauſæ ſuapte natura leues atque priuatæ, ad publica
crimina, deploratámque luem ſtudio & contentione
trahantur. Qui verò ſe talem in cauſis propriis exhi-
bere poteſt, is profectò facilè perſuadere aliis, vt ſe vo-

lentes libentéſque dicto eius audientes exhibeant, A quando maximè publicæ ipſæ contentiones & controuerſiæ, ſi priuatas offenſiones ſubducas ac demas, leuiores effici ſolent, nec moleſtum quippiam inſanabiléve omnino afferre.

PLVTARCHI DE TRIBUS reipublicæ generibus, Monarchia, Democratia, & Oligarchia, hoc eſt, regia, populari, & paucorum poteſtate, B

GYBERTO LONGOLIO interprete.

QVVM diſputationem heſterni diei, C qua apud vos ſum vſus, in hoc iudiciũ afferre pararẽ, viſus ſum mihi per ſomnium ciuilis virtutis ad me loquentis vocem audire,

Aurea panguntur primordia carmine ſacro.

Ac ita quidem ad politiam oratio per admonitionem conuerſa: quoniam Attico, quam polliciti eramus, adhortando doctrinã exædificauimus, & nunc quoque ab illo ſuſcepta rerũ communiũ adminiſtratio eſt, quia D hortatu & impulſu opus habet, vt à nobis præceptis reipublicæ inſtructus habeat quibus (quatenus ab homine confici poteſt) & populi commodis in tranquillitate inſeruiat, & ipſe ſimul honore & iuſtitia ornatus, rem familiarem tueatur. Quod autem ad ea quæ dicturi ſumus maximè cõducit, & conſequitur ea quæ diximus, id verò expendendum eſt: quæ nimirum ſit

A optima reip. adminiſtrandæ ratio. Nam quemadmodum vitæ humanæ non eſt genus vnum, ſic è reip. generibus, (eſt enim popularis politia vita quædã) optimam proponere neceſſe eſt. Quare vir politicus hanc deliget, aut ex reliquis illam quæ ad hanc proximè accedit, ſi prioris compos fieri nequit. Politia autem, aliquando proborum hominum in ciuitatẽ receptio nominatur. Hunc in modum publicis ſuffragiis Alexandro politiam Megarenſes impartierunt. Hoc autem
B officii genus quum homini ſuperbo riſum concitaret, reſponderunt nullum ante id temporis mortaliũ, præter Herculem, ſuffragiis communibus ciuitate donatum. Demiratus hoc Alexander, quod offerebatur (quia rarum inter eximia collocandum arbitrabatur) accepit. Præterea hominis ciuilis, qui rempub. adminiſtrat, vitæ rationem politiam nuncupant: ſic Periclis, ſic Biantis politiam in laude ponimus, at Hyperboli & Cleonis vituperamus. Quinetiam plerique facinus aliquod in repub. ſolerter, ingenioſè, præclarè factum,
C velut pecuniæ conficiendæ vias noſſe, bellũ extinguere, ſuffragium ferre, politiam eſſe dixerunt, quo pacto vulgò hanc aut illam hodie politiam, quum in negotiis quæ in repub. neceſſaria ſunt, occupatus aliquis ſit, adminiſtraſſe dicimus. Præter has autem ſignificationes omnes, & ſtatum & ordinem ciuitatis, quem in rebus gubernandis tenemus, ſignificat. In hunc modum tria politiæ genera conſtituimus, quæ à Græcis μοναρχία, ὀλιγαρχία & δημοκρατία (*à noſtris ferè Regia vel Vnius, Paucorum vel Optimatum, & Popularis po-*
D *teſtas*) nũcupantur. Quæ quidem quam habeant inter ſe comparationem, in tertio hiſtoriæ ſuæ libro explicuit Herodotus. Mihi certè videntur eſſe reipub. ſumma quædam genera. Nam quemadmodum in muſicis formulis, quum modi primi vel nimium remittuntur, vel intenduntur, ſubinde abſurdas & diſcrepantes voces (quòd modum vel non aſſequantur vel tranſeant) audire contingit: ita quoque in his fieri credendũ eſt. Gentium autem imperiis poteſtates iſtas quamplurimùm, & in primis quæ in his valuere, attribuũt. Nam

regnum apud Perſas collocant: cui qui præerat, nulli A
obnoxius, per ſe poterat omnia. Lacedæmonii pau-
corum poteſtatem, ſed optimatum, in qua vnuſquiſ-
que pro ſuo arbitrio conſultabat, præ reliquis delege-
runt. Contenti verò populari ſtatu Athenienſes, pro
libertate ex legibus ſui quodammodo iuris effecti fue-
re. In his autem omnibus quum error aliquis fuerit
commiſſus, dum ſcilicet peruertuntur, & immodera-
tione efferuntur, non iam amplius hoc nomine cen-
ſendæ, ſed tyrannides, dominationes, plebis violenti B
in agendo conatus, appellandæ ſunt: vbi regnum iniu-
riam quæ ſe compeſci non patitur, paucorum verò po
teſtas arrogantiam, & popularis ſtatus quiduis agendi 1479
licentiam, deinde æqualitas immoderationẽ pepere-
rit, omnes autem amentiam. Quemadmodum verò
muſices harmoniæque peritus, quouis inſtrumẽto ap-
poſitè vti quanquam norit (nam artificioſè cantus le-
ges adaptans, vt quodque natiuum ſonitum dum pul-
ſatur reddat, induſtria facit) attamen Platonis conſilio
inſtrumentis & pſalteriis, quæ multorũ ſonorum cõ-
centus ſeruare poſſunt, pectidibus inquam, ſambucis, C
barbitis, tribonis relictis, lyram & citharam aliis præ-
feret: ad hũc modum vir politicus, quum opus erit, &
commodè ad Laconicam paucorum poteſtatem ſe ac-
commodans, Lycurgi inſtitutum imitatus, eiuſdẽ po-
teſtatis honoríſque alios multos quietam modeſtám-
que vitam agentes probabit: & populari poteſtate tan-
quam variorum ſonorum & multiplici chordarum nu
mero inſtrumentis ſe applicans, quædam remittet,
quædam, prout ratio temporis poſtulat, intendet. Nec D
ita tamen remiſſionẽ probabit, vt animo forti, quum
opus erit, contrà inſtando obniti & obſiſtere nõ auſit.
Quòd ſi autem optio eligendi illi fuerit cõceſſa, vt ex
inſtrumentis, ita ex reip. generibus non aliud ſibi, Pla
tonem auſcultans, deligat, quàm vnius poteſtatẽ, quæ
reuera ſola perfectam illam & rectam virtutis æquabi-
lem rationem retinet: neque ad vim, neque ad gratiã,
ſi vtilitas non poſcat, accommodari poteſt. At politiæ
reliquæ quotquot ſunt, non minus imperio ſubiectam

A quàm imperantem, neque tam iubentem quàm iuſſibus parentem adminiſtrationem habent, quum apud eos à quibus robur & firmitatem expectare debeant, nihil ſit firmum & ſtabile. Hinc eſt quòd ſubinde Æſchyli illud, quo vſus eſt ad fortunam Demetrius, qui ab expugnandis vrbibus Poliorcetes dictus eſt, quum ſe ab imperio abdicarit, vſurpare cogatur,

Tu me extuliſti, tu me deinde deiicis.

B

PLVTARCHI QVOD non oporteat fœnerari,

BILIBALDO PIRCKHEYMERO, patricio ac ſenatore Nurembergenſi, interprete.

C

1480 PLATO in Legibus, aquam alienam vicinis haurire non permittit, ni ſuis in fundis ad argillam vſque terram effoderint, regionémque aqua carentem inuenerint. Etenim argilla naturam quum habeat denſam ac pinguem, humiditatem conceptam ſuſtinet, nec facilè emittit. Eos enim aquam alienam tum demum au-
D ferre decet, quum propriã poſſidere haud valent. Indigentiæ enim legem fauere æquum eſt. Proinde oſtenſum eſt, in re pecuniaria quoque legem eſſe quæ inhibeat homines ſub vſura mutuari, ad alienóſq; accedere puteos, ni antea domi exactiſſimè ſubſtantiam eorum ſcrutati fuerint, ac tanquam ex prato florido collegerint, quid eis vtile, quídve neceſſarium exiſtat. Nunc autem deliciis ac mollitie ſeu prodigalitate diffluentes, minus rectè iis quæ poſſident fruuntur, ſed

ab aliis vt plurimùm quibus non indigent, mutuò ſu- A
munt. Cuius rei manifeſtum eſt indicium, quòd ob indigentiam non fœnerantur, ſed ita demum quum rem opulentam aliquam comparare volunt. Ideóque teſtes adhibent, ac cautionem præſtant, nequis credat eos neceſſitate coactos, fœnebrem ſumere pecuniam. Et quid numularium ſeu negotiatorem colis, quum ex proprio peculio mutuari queas? Pocula habes, paropſides argenteas, pelues? ſubijcias hæc neceſſitati. At men-
ſam amœna Aulis vel Tenedos figulinis inſtruet vaſcu- B
lis, argenteis longè mundioribus, neque moleſtum ac grauem vſuræ odorem olentibus, quæ tanquam rubigo quotidie ſumptuoſitatem defœdat. Inſuper haud
neomeniæ calendarúmve recordaberis, qui dies, etſi 1481
ſacratiſſimi exiſtant, nefaſti tamen ac execrandi ab vſurariis redduntur. Nam pignora illis præſtita nec Iupiter ipſe, poſſeſſionum & prædiorum præſes, ſaluare poſſet. Atqui vendere, pretiúmq; ſumere erubeſcunt, de rebus verò propriis vſurã perſoluere non verecundantur. Cæterùm Pericles ille deæ ornatum quadraginta auri puri talentis diſtrahere haud turpe duxit,
quoniam (vt aiebat) illo in belli vſum conſumpto, rur- C
ſus non deteriorem reddere poſſet. Proinde nos quoque tanquã in obſidionis neceſſitate, fœneratoris hoſtilis præſidiũ minimè recipiamus, nec cernere cogamur cuncta noſtra in ſeruitutem rapi, ſed menſæ, cubilis, ſupellectilis, ac diætæ ſuperflua abſcindamus, nóſque liberos ſeruemus, vt quum pinguior fortuna aſpirauerit, nobis rurſus ea reſtituere valeamus. Equidem Romanorũ vxores Pythio Apollini muliebrem
mundum primitias dono dederunt, vnde aureus cra- D
ter Delphos miſſus eſt. Carthaginenſium quoque mulieres capita raſerunt, ac capillos in machinarum ac inſtrumentorum vſum, pro patria impendere non dubitauerunt: nos verò dum pudet eſſe præditos animo ſua ſorte contento, oppignerationibus & contractibꝰ in ſeruitutem nos addicimus: quum deceat contrà facere vt intra ea quæ vſui ſunt contracti & conglobati, ex inutilium ac ſuperuacuarum rerum abſciſſione ſeu

A venditione, libertatis templum nobis ipſis, liberis, ac
vxoribus ædificemus. Siquidem in Epheſo Diana ob-
æratis, quum in illius confugerint templum, aſylum
ac ſecuritatem à fœneratoribus præſtat: at frugalitatis
aſylum, & inacceſſibile quidem, vbique modeſtis patet,
regionem latam, ac multi otii, hilarem & idoneam
præbens. Quemadmodum enim Medico in bello, li-
gneum murum deum Atheniẽſibus donare Pythia re-
ſpondit, illíque dimiſſa regione ac ciuitate, poſſeſſio-
B néſque ac domos negligentes, ad naues ob libertatem
1482 confugerunt: ita & nobis deus ligneam tribuit men-
ſam, peluim figulinam, veſtitum frugalem, ſi ſaltem in
libertate viuere velimus. Porrò

Si phaleratus equus deſit tibi fræna remordens,
Et currus velox, auro decoratus & oſtro,

cæteráque id genus, quæ velociter fœneratores inua-
dunt ac diripiunt, at aſino fortuito, aut caballo quopiã
inſidens, hoſtilem ac tyrannicum fuge daniſtam, non
ignem ac aquam, inſtar Medi, exigentem, ſed libertatẽ
C inuadentem, mulctámque inſcribentem, & quum nõ
reddis, negotiũ faceſſentem: ſin verò offers, haud ac-
cipientem: vbi verò vendis, vili pretio licitantem: quòd
ſi non vendis, cogentem: & quum iure contenderis,
obuiam euntem: ſi verò ſubterfugeris, impellentem:
& quum ad fores acceſſeris, excludẽtem: vbi verò do-
mi manſeris, inſectantem, ac oſtium pulſantem. Sa-
pienter igitur apud Athenienſes Solon prohibuit, ne
corpora pro debitis pignori darentur, ne tandem om-
nes in ſeruitutem redigerẽtur. Eſſet ſanè grauiſſimum,
D ſeruire tam iniquis, barbaris, ac agreſtibus ſeruis, qua-
les Plato ait, ignitos ac pœnarum exactores, improbo-
rum animas apud inferos torquere. Etenim illi quoq;
forum, impiorũ ſedes debitoribus miſeris eſſe demon
ſtrant, vulturum inſtar eos deuorantes, ac laniantes, i-
míſque viſceribus roſtrum condentes: cæteris autem,
velut Tantalis, inſiſtentes, eos ne ex propriis quid gu-
ſtare ſeu tangere valeant, vindemiantes & fruges com-
portantes, arcent. Proinde, quemadmodum Darius
Datem & Artaphernem catenis ac vinculis inſtructos,
quibuſ-

quibuſcum captiui alligarentur, Athenas miſit, ita illi A
vaſa chirographis & obligationibus plena, tanquam
laqueos in Græciam inferentes, ciuitates miſeras trāſ-
currunt, implicant ac expilant, non vt Triptolemus
domeſticum fructum ſeminantes, ſed debitorum ra-
dices admodum laborioſas, fœnebres, & ineuitabiles
plantantes, quæ in gyrum pullulantes ac germinātes,
ciuitates ſuffocent & euertant. Porrò lepores ſimul
párere, in vtero geſtare & concipere feruntur: at maſti- 148
giarum illorum ac barbarorum vſura, antequam con- B
ceperit, parit. Dantes etenim confeſtim repetunt, &
ponentes tollunt, ex eóque fœnerant, quod antea pro
verſura extorſerunt. Et vt eſt apud Meſenios in pro-
uerbio,

Eſt Pylus ante Pylum, ſequitur Pylus altera tandem:
ita & de fœneratoribus dici poteſt,

Vſurā fugat vſura, vſura altera reſtat. Quid quòd
naturalia quoque derident, qui aſſerūt ex nihilo nihil
gigni poſſe? quādoquidem apud illos ex eo quod non
eſt, neque vnquam fuit, vſura generatur. Proinde pu- C
blicanos agere turpe ducunt, quanuis lege permitten-
te: ipſi verò præter legem publicanos agentes fœne-
rantur, ſeu (vt verius dicā) fœnerando debita compi-
lant. Qui enim plus quàm expēſum eſt, ſcribit, debitū
compilare rectè dici poteſt. Equidē Perſæ ſecundum
arbitrantur delictū mentiri, primum verò debitorem
eſſe: quandoquidem qui debent, vt plurimum mentiri
coguntur. At longè plus fœneratores in ſuis epheme-
ridibus nugantur ac imponunt, ſcribentes miſero illi
tantum mutuaſſe, quum tamen multo minus accepe- D
rit. Siquidem mendacium cauſa lucri, non neceſſitate,
neque ob indigentiā ab illis fieri ſolet, ſed propter in-
ſatiabilitatem: quæ tamen in fine ipſis infructuoſa ac
inutilis exiſtit, pernicioſa verò miſeris & iniuria affe-
ctis: minimè etenim agros quos debitoribus abſtule-
runt, colunt, neque domos ex quibus illos eiecere, in-
habitant, nec menſas apponunt, nec veſtibus illorum
induuntur, ſed primò debitores perdunt, inde deluſos
venantur. Paſcuntur enim tanquam ignis furens, ac

A aſſiduè auctus,pernicie ac vaſtitate infeliciter pereuntium,ex alio alium conſumentes. Quinimo etſi vorſura ſua ignem aſſiduè nutriant, illúmque ſufflando accendant,minimè tamen plus habent, præter id ſolum quòd ſuccedenti tempore cognoſcere poſſunt, quot debitores peſſum dedêre,quot bonis ſpoliauere, vnde extorſerint, quóve congregatum & cumulatum collocauerint argentum. Et hæc haud exiſtimate me tanquam fœneratorum hoſtem enarrare,

B *(Nanque meos nec equos,mihi nec rapuere iuuécos.)*

1484 ſed vt oſtenderem illis,qui adeo parati ſunt fœnebrem ſumere pecuniam,quantum illiberalitatis ac turpitudinis res ea in ſe contineat,quódque vſuræ ſuccumbere,extremæ ſit dementiæ ac mollitiei. Habes? Ne fœnereris,quoniam non indiges. Non habes? Ne fœnereris,quoniã ſatisfacere haud poteris. Ita vtraque per ſe diligenter conſideremus.Fertur Cato ad ſenẽ quendam improbum dixiſſe,Cur, homo,ſenectuti tot malis ac incommodis degrauatæ, ſcelerum quoque turpitudinem imponis? Pariter & tu, paupertati cui tot
C adſunt mala,ærumnas quæ ex vſuris & debitis ortum habere ſolent,ne accumula, néve paupertati ſecuritatẽ aufer,qua ſolùm à diuitiis differre videtur.Hic enim valebit adagium facetũ,Capram geſtare non valeo,bouem tamen ſuperimponitis. Paupertatẽ ferre non potes,& tamen longè grauius tibiipſi onus, fœneratorẽ ſcilicet imponis,etiam diuitibus intolerabile.Quo pacto igitur effugiam? inquis. Rogas? quum manus habeas,pedes habeas, vocem habeas, homo exiſtas, cui
D peculiare eſt amare ac amari,gratificari ac gratiam recipere, literas doce, pueros inſtrue, ianitoris officio fungere,nauiga,renauiga: nihil horũ adeo turpe, nihilve tam moleſtum quàm audire, Redde. Rutilius ille Romæ aliquando Muſonium quum conueniſſet, Muſoni (inquit) Iupiter ſeruator,quem tu imitaris ac ſequeris,non fœneratur. Et Muſonius ſubridẽs, Nec fœnerat quidem,reſpondit. Rutilius etenim quum ipſe fœneraret, illi quòd fœneraretur improperabat. Quàm Stoicalis petulans hæc dementia? Cur enim

Iouem ſeruatorem è cælo detrahere neceſſe eſt,ac rebus comparare manifeſtis,quum nec hirundines, nec formicæ fœnerentur, quibus natura neque manus, nec ſermonem,nec artem tribuit? Solent homines intellectus abundantia ac ſolertia, equos, canes, perdices, lepores, graculos inſtruere. Cur igitur teipſum non excitas,indocilior graculis exiſtens,raucior perdice, ingeneroſior cane? Nam ſi à nullo homine iuueris,orando tamẽ,delectãdo,ac cuſtodiendo emergere potes.Nónne cernis quemadmodũ multa ſubminiſtret terra,multáque pontus? Proinde Micyllũ aſpexi, Crates inquit,lanam cum vxore verberantem,& aſpera pugna famẽ fugientem. Rex Antigonus quum aliquando Cleanthẽ Athenis conſpexiſſet,ita interrogare cœpit, Molis adhuc Cleanthes? Cui ille,Molo (inquit) rex, ídq; vitæ ſuſtentandæ gratia facio,ne ſolus à philoſophia deſiſtere cogar. Quanta verò animi magnitudine præditus erat vir ille qui manib' quas piſtrino ac molæ locauerat, de aſtris, ſole, luna,ac diis ſcribebat? Nobis verò ſeruilia hæc videntur opera:atq; vt ſcilicet liberi ſimus, fœneramur,vilibúſque adulamur hominibus,ſtipamus,cibamus,dona ac tributa perſoluimus. Atqui non ob paupertatẽ vſura præſtari ſolet, (nemo enim inopi fœnerat) ſed propter ſumptuoſitatem: nam ſi vitæ neceſſariis contenti eſſemus, minimè vſurariorũ genus peſſimum inueniretur,quemadmodum nec Cẽtauri nec Gorgones. At deliciæ fœneratores fecerunt,non ſecus ac aurifices,vnguentarios, ac tinctores. Haud enim vini ac panis gratia vſuram debemus, ſed ob fundos, mancipia,iumenta,triclinia ac menſas, liberalitérque expendentes ac dilapidãtes, gloriam ſterilẽ ac ingratam quærimus. Etenim qui ſemel in fœneratorũ incidunt voraginem,ſemper debitores remanent, aliũ ex alio, tanquã equus frænatus aſcẽſorem,ſuſcipiẽtes. Cæterùm refugium nullũ ad paſcua illa & prata patet, ſed tanquã fatis acti, & cæliuagi illi Empedoclis dæmones, miſeri errant, Impellit æther nanque eos in pontum atrũ, Pontus ſubhinc in continentémque proiicit, Tellus eos rurſus agit

A 1485 B C D

A ſolem in rapidum, Hic ætheris dehinc implicat vertigini. Alium verò ex alio ſuſcipit fœnerator vel inſtitor Corinthius, inde Patrenſis, poſtea Athenienſis,
1486 quoad tandem ab omnibus exenteratus, penitus in vſuras diſſoluatur & religetur. Quemadmodum enim eum qui in lutũ ceciderit, vel aſſurgere, vel ita permanere oportet, ne ſi madido ac humido corpore ſe circumagat ſeu volutet, maiori inquinatione defœdetur: ita in tranſcriptionibus & mutui permutationibus, qui
B vſuræ ſe immergũt ac irretiunt, ſemper grauiores fiũt, nihilque à cholericis diſtant, qui contempta cura, ac medici neglecto præcepto, tantũ aſſiduè humoris colligunt, vt ab infirmitate tandem liberari valeant minimé. Pariter & illi purgari haud ſuſtinent, ſed ſemper ac omni anni tempore cũ dolore ac torſione vſuram offerentes, confeſtim vſura altera affluente ac inſtante, iterum nauſeant & capite grauantur, quum eos, vbi euaſiſſent, puros & liberos eſſe deceret. Nunc verò ad opulentiores & molliores ſermonem conuertam, di-
C centes, At ſeruis, lare, ac domo carebimus. Veluti ſi æger hydropicus & tumefactus ad medicum diceret, Si aquam bibero, extenuabor ac macreſcam. Sed cur id facere recuſas, dummodo ſanitatem adipiſcaris? Et tu quoque ſeruis careas, vt non ſeruus fias: ſiſque poſſeſſionis expers, ne alterius poſſeſſio efficiaris. Vulturum præterea ſermonem audi. Nam altero vomente & dicente ſe viſcera eiicere, alter reſpondit, Nunquid id graue? Non enim propria, ſed mortui quem nuper dilaniauimus, viſcera euomis. Pariter & debitores fun-
D dos ſuos ac domos proprias haud vendunt, ſed fœneratoris, quem iuxta legem dominũ ſibi conſtituerunt. Atqui per Iouem (dicet quiſpiam) pater hunc agrum mihi dereliquit. Nimirum & libertatẽ quoque ac ingenuitatem pater tibi tribuit, quarum longè rationem maiorẽ te habere decet. Nam & manus tibi & pedes, qui te genuit, fecit: at quum marcent, etiam merces illi qui amputat, perſoluitur. Porrò Calypſo Vlyſſem veſtem induit odoriferam, ab immortali corpore redo-
1487 lentem, donum & memoriam amicitiæ illius. At quum

euerſa naui, vdo & graui indumento in profundum A
traheretur, illam exuit ac abiecit, nudóque pectore ti-
gno innixus, in terram nando euaſit: periculo verò
liberatus, nec victu nec veſtitu caruit. Atqui nónne
tempeſtas apud debitores oritur, quum fœnerator e-
lapſo tempore inſtat? dicens, Redde,

Tum denſat nubes, pontum quoque turbat ab imo,

Cúmq; Euro incubuit Zephyrúſq; Notúſque furentes,
vſuris vſuras impellentibus. At ille aſpera deprehenſus
tempeſtate, tam grauiter ſpirantibus reſiſtere conatur B
flatibus: quum verò enatare vel effugere haud poteſt,
ſimul cum amicis ac fideiuſſoribus diſparens, in pro-
fundũ mergitur. Proinde Crates ille Thebanus quã-
uis nullo ære alieno obſtrictus, à neminéve moleſta-
tus, ob curas tamen ſolùm domeſticas moleſtiáſque
familiares, ſubſtantiam octo reliquit talentorũ, ſum-
ptóque pallio ac pera, in philoſophiã ac paupertatem
confugit. Anaxagoras quoque non infertili ſe abdi-
cauit fundo. Sed quid illos enarrare neceſſe eſt? Siqui-
dem Philoxenus melopœus (*id eſt lyricus poeta*) vi- C
tam ac domum opulentiſſimam in colonia Sicula hæ-
reditate nactus, quum delicias, voluptates, ac indige-
nam conſideraſſet inelegantiam, Per deos (inquit) bo
na hæc haud me perdent, ſed ego illa; aliíſque hæredi-
tate relicta, enauigauit. At debitores, quanuis ære alie-
no quotidie degrauentur, tributum perſoluant, ſerui-
tuti ſubiaceant, ac argento emungantur, ſuſtinent ta-
men ac tolerant, tanquam Phineus, harpyias illas pen-
natas paſcentes. Fœneratores autem aſſiduè victum
diripiunt ac auferunt, non hora debita, ſed ante ver- D
num tempus frumentum ementes, ac priuſquam oli-
ua decidat, oleum ac vinũ colligentes. Tanti (inquit)
recepi: & ſcribendo pretium perſoluit. At racemus ad-
huc firmiter pendet, Arcturi ſidus expectans, ſub quo
vindemia peragatur.

Crates. Tom. 6 p. 50.

A

PLVTARCHI Galba.

GVILIELMO XYLANDRO, Auguſtano, interprete.

B IPHICRATES quidem Athenienſis in mercenario milite cum diuitiarum tum voluptatum cupiditatem requirit, vt ſumptus quærens qui ad voluptates perfruendas ſuppeditent, tanto audacius pericula adeat. Plerique exercitum veluti validum corpus, nullo proprio impetu, ſed ducis tantùm motibus cieri debere aſſerunt. Quapropter ferunt Æmilium Paulum, quum C is exercitum in Macedonia accepiſſet loquacitatis & curioſitatis plenum, & ſe curis muneribúſque imperatoriis ingerentem, præcepiſſe ei vt vnuſquiſq; manum promptam & acutum gladium præſtaret, ſibi reliqua curæ fore. Platoni etiam bonum ducem nihil efficere poſſe perhibenti, niſi eodem modo affectum & moderatum habeat exercitum, virtutémque obtemperandi haud minus quàm regiam exiſtimanti indigere generoſa indole & educatione philoſophica, quæ præſertim concinnè temperet manſuetudine vehementiam D iracundiámque animi: cum alii multi caſus teſtimonium perhibent, tum ea quæ poſt Neronis obitum acciderunt Romanis. oſtendúntque ea nihil eſſe in imperio terribilius exercitu, qui impetibus ab imperitia profectis, nulláque ratione aut conſilio coercitis feratur. Demades, Macedonicum exercitum, Alexandro vita functo, Cyclopi excæcato conferebat, videns eum multis inordinatis & incertis agitari motibus. Romanorum verò imperium iiſdem affectum eſt malis atq; motibus, quibus Titanas ferunt: ſimul & in multas di

uulſum partes, & in ſeſe paſſim mutuò incidens, neque A
id tantum ambitione deſignatorũ imperatorum, quã- 1489
tum auaritia & libidine militũ, imperatorẽ imperato-
re, velut clauũ clauo expellentiũ. Dionyſius Pheræum
illum, qui tyrannide per decẽ tantùm menſes in Theſ-
ſalos obtenta, interfectus fuit, tragicũ vocabat tyran-
num, ſubitæ mutationi illudens. At verò palatiũ, Cæ-
ſarum domus, breuiori temporis ſpatio quatuor impe-
ratores excepit, militib' tanquã in ſcena modò intro-
ducentib' aliquem, modò educentibus. Id vnicũ con- B
ſolabatur eos qui in calamitatem incidetãt, quòd non
aliam vindictã expetendam ſibi ab autoribus maloꝝ,
ſed ipſos ab ſeipſis interfici cernebãt. Primus eo modo
pœnas luit Nymphidius Sabinus, & quidẽ iuſtiſſimas:
qui primus animos hominũ ineſcauerat, docuerátque
mutatione Cæſaris magnum præmiũ quærere: & pul-
cherrimum facinus, defectionẽ ſcilicet à Nerone, mer
cede promiſſa, in proditionẽ verterat. Is enim Nym-
phidius, præfectus (vti demõſtrauimus) aulæ cum Ti-
gellino, vt primùm Nero rebus ſuis deploratis videba- C
tur in Ægyptũ fuga abiturus, perinde acſi is iam pro-
fugiſſet, militibus perſuaſit vti Galbam imperatorem
crearẽt: promiſitque eius rei gratia aulicis & prætoriis
(vt vocant) militibus viritim denarios ſepties mille D.
iis autem qui in prouinciis militabant, MCCL. quã pe-
cuniam, niſi plurimo pluribus quàm Nero maleficiis
totum humanũ genus affeciſſet, nullo modo cõparare
poterat. Ea promiſſio primùm Neronẽ, mox Galbam
perdidit: quorum alterũ ſpe accipiendi deſignarunt, al-
terum quòd non pendebat, necauerũt, ac poſtea quæ- D
rentes eum qui tantundẽ daret, prius quàm voto poti-
rentur, inter defectiones & proditiones perierũt ipſi.
Singula euenta cõmemorare, amplioris eſt hiſtoriæ:
quæ autem digna memoratu Cæſaribus acciderunt, 1490
prætermittenda mihi nequaquam duxi. Sulpitium
Galbam, priuatorum omnium opulentiſſimũ, in do-
mum Cæſarum intraſſe conſtat. Quum eſſet autem
ob nobilitatem gentis Seruiorum magni nominis, ma
iores tamen ſibi ſumebat ſpiritus, propterea quòd ad

A Catulum ſtemma ſuum pertineret, hominem virtute & gloria inter æquales primum, ſed qui potentiã vltrò aliis conceſſiſſet. Liuiam quoque Auguſti vxorem cognatione attingebat: eáque ita operam dante, conſul ex palatio progreſſus eſt. Fertur quũ exercitui in Germania præclarè præfuiſſet, tum ita proconſul Africam gubernaſſe, vt inter paucos laudem meruerit. Frugalitas eius in victu, & in ſumptibus faciẽdis parſimonia, imperium adepto tanquã ſordes vitio data eſt: ea enim
B inanis opinio modeſtiam eius temperantiámque conſequebatur. Miſſus eſt ad regendam Hiſpaniam à Nerone, nondum ſibi à ciuib' magnæ exiſtimationis metuere docto: vtque eo minus timeretur, ad manſuetudinem ingenii, qua præditus videbatur, ſenectus accedebat. Quum autem ſcelerati procuratores Neronis crudeliter prouincias lacerarent, quia nihil aliud poterat auxilii ferre, manifeſta tamẽ ſua miſeratione & indignatione vtcunque reſpirandi occaſionẽ, iis qui damnabantur vendebátúrq;, præbuit. Quúmque in Ne-
C ronem carmina componerentur, & paſſim circumferrentur atque cantarẽtur, non prohibuit, neque, vt procuratores, indignè tulit. Propterea gratior erat acceptiórque hominibus, iam diuturnitate etiam temporis familiaris factus. Octauum enim iam annum prouinciæ præerat, quum Iunius Vindex Galliæ præfect' contra Neronem inſurrexit. Sanè ferunt ad eum à Vindice, etiam antequam palàm deficeret, literas miſſas: quibus ille quum non fideret, non diuulgaſſe tamen rem, neque more aliorum feciſſe, qui epiſtolas ad
D ſe ſcriptas ad Neronem miſerunt, & quantum in ipſis
1491 fuit, conſilia Vindicis irrita fecerunt. Qui ipſi tamen deinde quum eius actioni ſocios ſe adiungerent, faſſi ſunt ſe non minus eius quàm Neronis proditores fuiſſe. Sed poſtquam Vindex manifeſtum bellum parans ad eum ſcripſit, hortans vt imperium ſuſciperet, ſéque valido corpori caput quærenti imponeret, Galliæ nimirum, quæ centum hominum millia in armis haberet & armare plura poſſet: ibi tum Galba deliberationem cum amicis inſtituit. Pars eorum expe-

ctandum cenſebant, tantiſper dum appareret qui motus Romæ ad nouas res exiſterent. T. autem Iunius prætoriæ cohortis dux, Quid deliberatis (inquit) ô Galba? Equidem quærere an Neroni fidem ſeruemus, iam ſeruantium eſt. Ergo Neronem pro hoſte haud dubiè habentibus, nequaquam Vindicis ſocietas eſt dimittenda: aut profectò accuſandus ſtatim eſt, bellóque petendus, quòd te Romanorum imperatorem, quàm Neronem tyrannũ eſſe mauult. Proinde edicto diem Galba indicauit, quo manumiſſioni eſſet vacaturus. Interim rumor diſſipatus multitudinem hominum acciuit, nouarum rerum cupidam. Itaque priuſquam tribunal planè conſcenderet, vna omnium voce imperator eſt ſalutatus. Quo ille in præſentia nomine repudiato, in Neronem inuectus clariſſimíſque eorũ quos ille necauerat deploratis, profeſſus eſt ſe ſuam patriæ prudentiam vtendam dare, neque vel cæſaris, vel imperatoris, ſed legati S.P.Q.R. nomen accipere. Prudenter Vindicem egiſſe, quòd Galbæ ſummam rerum detulit, ipſe Neronis teſtimonio comprobauit. Simulans enim is ſe Vindicem contemnere, neque quicquam curare motus Gallicos: ſimul ac de Galba inaudiit, menſam, vt tum à balneo prandebat, ſubuertit. Veruntamen quum ſenatus Galbam hoſtem decreuiſſet, ludendi & ſe animoſum oſtentandi cauſa amicis dixit, Non incommodum ſibi pecunia indigenti conſilium quaſi omine quodam oſtẽſum. Nam & Gallorum ſubactorum bona ſibi prædæ ceſſura: & Galbæ iam hoſtis iudicati opes vendere ſibi licere. Atque hoc vt fieret, ſtatim mandauit. Quo audito Galba bona Neronis, quæ is in Hiſpania habebat, proſcripſit, multóſque ad emendum promptiores reperit. Quũ à Nerone multi deficerent, omnéſque propemodum Galbæ ſe adiungerẽt, ſoli aliud in Africa Clodius Macer, in Gallia Germanicarum legionum præfectus Virginius Rufus, ſed diuerſo tamẽ conſilio, agebant. Clodius, qui rapinis & cædibus graſſatus fuerat, propter crudelitatem ſuam & auaritiam eo in ſtatu erat, vt cõſtaret eum neque retinere neque dimittere imperium

A B C 1492 D

A poſſe. Virginius potẽtiſſimarum præfectus legionum,
& ab iis ſæpe imperator ſalutatus, neque ſe imperium
accepturum, neque cuiquam iniuſſu ſenatus tradi pa-
ſſurum affirmabat. Hæc initiò haud mediocriter Gal-
bam perturbabant. Sed vbi Vindicis ac Rufi exercitus
vi quodammodo duces, tanquam aurigas habenarum
impotentes, ad magnam conſerendam pugnam per-
pulerunt: quum in ea Vindex x x millibus Gallorum
ſuorum amiſſis, mortem ſibi conſciuiſſet, rumórque e-
ſſet Rufi milites tanta victoria elatos in hoc conſenſi-
B ſſe, vt vel ducem ſuum imperatorem crearent, vel illo
detrectante, rurſus ad Neronem deficerent, extremo
in metu conſtitutus Galba, Virginium per literas hor-
tatus eſt vt ſibi ſociũ ſe adiũgeret in libertate imperió-
que Romanis cõſeruando. Ipſe cũ amicis Cluniam Hi-
1493 ſpaniæ oppidũ reuerſus, magis pœnitentia factorũ &
deſiderio priſtini cõſuetíque otii, quàm rebus neceſſa-
riis parandis deditus, tempus traxit. Erat tũ æſtas. Pau-
lò ante occaſum ſolis eò Siculus quidã peruenit liber-
C tus, ſeptimo quàm Roma abierat die. Is quum ſeorſim
decũbere Galbã accepiſſet, illico ad cõclaue eius con-
tendit, inuitíſque cubiculariis ingreſſus, renũtiauit ei,
viuente etiamnũ Nerone, ſed latente, à militibus pri-
mùm, deinde à populo etiam & ſenatu Galbam impe-
ratorẽ dictũ: paulo pòſt de obitu Neronis allatũ nun-
tium: cui tamen non antè fidem adhibuerit quàm ipſe
ad cadauer accurriſſet. eo viſo demũ ſe diſceſſiſſe. Hic
nuntius Galbæ animũ erexit, eóque confirmatorũ ho-
minũ multitudo ad ipſum cõfluebat: tametſi celeritas
D videbatur incredibilis. Sed duabus pòſt diebus Titus
cũ multis aliis à caſtris venit, ſingillatim ea quæ decre-
uiſſet ſenatus, annũtians. Atq; is quidẽ honeſtũ ad locũ
euectus eſt: liberto ius aurei annuli Galba dedit, ac de-
inceps Martianus Vicellus nominatus, primus potẽtia
inter libertos fuit. At Romæ Nymphidi' Sabinus nõ
ſenſim aut paulatim, ſed ſimul ac ſemel totam ad ſe re-
rum ſummam rapiebat. Quippe & Galbæ ſenectutem
(natus is tũ erat annos L X X I I I) exprobrabat, ob quã
vix ſatis virium haberet vti lectica Romam geſtaretur.

& milites iampridem bene erga ipſum affecti, ac tum A
ab vno dependentes, Galbam debitorem ſuum, Sabinũ ob magnitudinem promiſſi donarii benefactorem putabant. Ergo Sabinus ſtatim Tigellino collegæ ſuo mandat vti gladium deponat, ipſe conuiuiis conſulares & principes viros excipit, Galbæ nomine eos à ſe vocari adhuc prætexẽs: & ſubornat multos, qui in caſtris 1494
autumarent mittendos eſſe ad Galbam, qui petant vt Nymphidium perpetuum prætorii præfectum abſque collega eſſe vellet. Aucta deinde hominis eſt confiden- B
tia ſenatus decretis ad honorem ei & potẽtiam facientibus, quum & benefactor appellaretur, & quotidie ad fores eius cõcurſans ſenatus, autorem eum ſententiæ ac cõfirmatorem decretorum rogaret. Ita breui temporis ſpatio effectũ eſt vt non inuidioſus modò iis qui eum colebant, ſed & formidabilis exiſteret. Quúmque publicos famulos conſules deſtinaſſent, qui decreta ad imperatorem perferrent, iiſq; obſignata diplomata tradidiſſent, quibus agnitis, ſingularum vrbium magiſtratus diſpoſitis vehiculis iter tabellariorum accelerarẽt, haud mediocriter indignatus eſt quòd nõ ab ipſo militibus ſigillóque acceptis iſti miſſi eſſent: quúmque de C
animaduertẽdo in conſules iá deliberaret, excuſatione eorum & deprecatione eſt mitigatus. Populo autem vt rem gratam præſtaret, liberum fecit vt in quoſcunque Neronianos incidiſſet, eos ad ſupplicium raperet. Itaque Spicillum gladiatorem ſtatuis Neronis, quæ tũ in foro trahebantur, ſubiectũ necarunt: Aponium ex delatoribus vnũ, in vultum proſtratũ ſuperinductis ſaxa vehentibus carris interfecerũt: multos alios diſcerpſerunt, ínq; his aliquot inſontes. Ita vt Mauriſcus, vir & re ipſa & opinione optimus, ad ſenatum dixerit, vereri D
ſe ne mox Neronẽ eſſent deſiderati. Interim Nymphidius ad maiorem ſubinde ſpem veniẽs, non abhorruit filius C. Cæſaris Caligulæ vocari. Is enim (vt creditum eſt) adoleſcens adhuc cum Sabini matre rem habuerat, muliere formæ nõ inelegantis, quam priùs veſtes ſuere mercede ſolitam Calliſtus eius libertus duxerat. Sed videbatur nato iam Nymphidio Caligula cum

A ea coiiſſe: credebatúrque Sabinus Martiani gladiatoris filius, quem ob famam Nymphidia amaſſet. & verò forma hunc magis referebat. Enimuero Nymphidiæ filium ſe eſſe profeſſus, ſibíque ſoli excidium Neronis adſcribens, neque tamen ſatis præmii eam ob rem ſe adeptum putans, quòd tantis honoribus affectus, tantas opes conſequutus, cum Sporo Neronis (quem ſtatim à rogo adhuc ardente Nerone acciuerat: locóque vxoris habebat, Poppæóque ei nomẽ fecerat) dormiret, ad ſucceſſionem imperii adſpirauit: & alia quidem

1495

B ipſe Romæ clanculum cum opera amicorũ cõficiebat, tũ verò per mulieres quaſdã, ſenatoriiq; ordinis viros. Vnum verò de amicis ſuis Gellianum in Hiſpaniam miſit, exploratum vt res ſe ibi haberent. Galbæ autem poſt mortem Neronis omnia ſuccedebant. Virginius modò Rufus, de quo nihil certi conſtabat, anxium tenebat: ne qui præter hoc quòd magno & fortiſſimo præerat exercitui, nuper etiam victo Vindice gloriam auxiſſet, Galliámque, magnam Romani imperii partem, & ad defectionem declinatam in ſua haberet po-

C teſtate, imperium deferentibus obtemperaret. Neque ſanè tum quiſquam maiori quàm Virginius Rufus, gloria fuit: exiſtimabatúrque & moleſta tyrannide, & Gallicis bellis ſublatis maximum rebus Romanis momentum attuliſſe. Verùm is tunc inſtitutum ſuum ſeruans, ſenatui electionem imperatoris integram reſeruabat. Quanquam Nerone mortuo & vrgeret rurſus multitudo, & quidam tribunorum militum qui aderãt ad tabernaculum ſtricto enſe eum vel imperium, vel enſem admittere iuſſiſſet. Sed quum Fabius Valens v-

D nius legionis dux, primus Galbæ, vt imperatori, ſuos ſacramento obligauit, literæque Roma, quibus S.C. continebatur, venerunt, magnò quidem labore, ſed tamen perſuaſit ſuis Virginius, vt Galbam imperato-

1496 rem agnoſcerent: miſſúmque ſibi ſucceſſorem Flaccũ Hordeonium admittens, traditis ei copiis, ipſe Galbæ iam accedenti occurrit, ac ſe comitem ei addidit, & neque ira eius manifeſta, neque vllo honore acceptus eſt. Id fiebat partim quòd ipſe Galba virum eum reue-

rebatur:partim quòd amici eius Virginio inuidebant, A
præcipuè T.Iunius,qui dum ſe ei obſtare putabat,non animaduertit ſe bono Virginii genio operam nauare, iam eum bellis aliíſque malis, quibus cæteri erant obnoxii duces,ſubtrahenti,ínque vita tranquilla & ſenectute pacis otiíque plena collocare molienti. Galbam apud Narbonem Galliæ vrbem miſſi à ſenatu Romano legati conuenerunt, ſalutatúmque hortati ſunt vt quamprimum populo ipſum deſideranti ſe oſtēderet. His ſe & in congreſſibus colloquiiſque comem popularémque præbuit: & quum ad conuiuia multū ſplendidiſſimi apparatus ſuppeteret, quem ex Neroniana B
ſupellectile ei Nymphidius miſerat, nihil illis, ſed ſuis tantùm vſus rebus laudem inuenit, magnanimúſque & ab ineptiis vulgaribus alienus eſt creditus. Mox autem Iunius præclaras iſtas virtutes, ciuilémque faſtus vacuitatem populari auræ captandæ facere dicens, fictámque eſſe elegantiā, perſuaſit ei vt pecunia Neroniana vteretur, ínque conuiuiis ſplendorem regium adhiberet. Omnino autem Galbam ſenem apparebat ſenſim eò deductū iri,vt totus Iunii in poteſtate eſſet. C
Erat is Iunius non modò pecuniæ mancipium, ita vt nemo quiſquam magis, ſed & impudicitiæ obnoxius. Quippe iuuenis adhuc ſub Caluiſio Sabino prima merens ſtipendia, ducis vxorem, mulierem impudicam, noctu veſte militari indutam in caſtra deduxerat, & apud principia conſtuprauerat:eiúſque rei cauſa à Caligula Cæſare in vincula coniectus, fortunæ beneficio 1497
euaſerat,illo mortuo. Idem apud Claudium Cæſarem cœnās,furtim poculum argenteum ſuſtulerat. Re cognita Cæſar eum poſtridie ad cœnam iterum vocauit, D
mandauitque famulis vt nullum ei argenteum, tantùm figlina pocula apponerent. Atque hoc quidem ob moderationem animi Cæſaris comicam, riſu magis quàm ira dignum videri poteſt. Ea autem quæ tum quum Galbam in ſua haberet manu, & plurimum poſſet,perpetrauit, tragicis malis atque grauiſſimis calamitatibus, quà cauſam, quà prætextum præbuerunt. Nymphidius enim,quū Gellianus, quem ſpeculatum

A resGalbæ miſſum fuiſſe demonſtrauimus,reuerſus renunciaſſet prætorio præfectum eſſe Cornelium Laconem,omnia autem nutu Iunii agi,ſibi nũquam licuiſſe propius Galbæ aſſiſtere, aut ſeorſim eum compellare, ſed ſuſpectũ fuiſſe habitũ ab omnib9 & excluſum,perturbatus eſt:conductiſque in vnũ ducibus copiarũ retulit,Galbam quidem bonũ eſſe moderatũmq; ſenem, verùm ſuis minimè vti cõſiliis,à Iunio & Lacone non rectè regi. Itaque, priuſquam hi ad eam,in qua fuerat antè Tigellinus,peruenirẽt potẽtiam,mittendos ad eũ

B nomine militum legatos, qui oſtenderẽt eũ,ſi tantùm duos iſtos ſuos amicos amouiſſet,omnibus gratiorèm iucũdiorémque aduenturũ. Non perſuaſum hoc amicis Nymphidii. videbatur enim abſurdũ & ineptum, ſenem imperatorem , inſtar adoleſcentis qui primum poteſtatis guſtũ perciperet, docere velle quibus vti vel non vti deberet amicis. Itaque alia rem aggreſſus via, Galbam per epiſtolas terret: modò in vrbe multa eſſe parum fida atque tuta, modò in Africa Clodium Macrũ vecturam rei frumẽtariæ intercluſiſſe, modò Ger-

C manicas legiones rebus nouis eſſe intẽtas,modò de iis

1498 quæ in Syria erant & Iudæa eadem referri ſcribens. Quum verò Galba ei nõ magnopere animum fidémque adhiberet, maturiùs inuadendi imperii conſilium cepit: tametſi Clodius Celſus Antiochẽſis,vir prudẽs, eique beneuolus & fidus,dehortaretur,dicẽs,ſibi non videri vllam fore Romæ familiam quæ Nymphidium eſſet Cæſarem appellatura. Sed Galbam & alii deridebant, & Mithridates Ponticus in caluitiem rugáſque Galbæ ludẽs, in præſentia aiebat eum à Romanis pro

D aliquo haberi: vbi primùm in conſpectum veniſſet,omnes iudicaturos eas dies quibus Cæſaris nomen obtinuiſſet,opprobrium eſſe Romanis. Proinde ſtatuerũt Nymphidium in caſtra circa mediũ noctis deductum, imperatorem ſalutare. Primus de tribunis militũ Antonius Honoratus,ſub veſperam militibus ſuis congregatis, & ſeipſum & ipſos incuſauit,qui tam breui temporis ſpatio tam ſæpe mutati eſſent, nullo melioris conditionis aſſequendæ propoſito , ſed quaſi genio

quodam ab vna proditione ad aliam compellente. A
Iam priora(inquit) iſta flagitiis Neronis excuſare po-
ſſumus:Galbam autem nunc prodituri,quam(quæſo)
ei cædem matris aut vxoris obiiciemus, quod ſceni-
corum miniſteriorum aut tragœdiarum actarum de-
decus? Et verò ne ipſum quidem Neronem propter
iſta deſerere ſuſtinuimus: Nymphidio obtemperaui-
mus,qui eum nobis deſtitutis,in Ægyptum profugiſſe
affirmauit. Vtrum ergo Neronis cædi Galbæ cædem
addemus, & Nymphidiæ filio pro Cæſare accepto,
ducentem à Liuia genus iugulabimus, quemadmo- B
dum antè Agrippina natum interfecimus: an verò di-
gnam factis ſuis pœnam Nymphidio irrogantes, vl-
tores nos Neronis, Galbæ cuſtodes fideles bonóſque
præſtabimus? Aſſenſi ſunt huic orationi omnes, ac-
ceſſerúntque etiam cæteros, hortantes vt fidem im-
peratori datam ſeruarent, & pleroſque ſibi adiunxe-
runt. Sublato clamore, Nymphidius ſiue (vt qui-
dam tradunt) vocari iam ſe à militibus ratus, ſiue vt
tumultuantes & adhuc ambigentes compeſcere oc- 1499
cuparet, multis prælucentibus facibus progreditur, C
orationem in libello ſcriptam à Cingonio Varrone
geſtans, quam memoriæ mandarat, vt ea milites al-
loqueretur. Portas autem caſtrorum clauſas videns,
multóſque circa muros in armis adſtare, territus ac-
cedit, ac quid ſibi velint, cuiúſque iuſſu in armis ſint,
perquirit. Ab omnibus vna voce occlamatum eſt,
Galbam ſe imperatorem agnoſcere: atque ipſe quo-
que idem acclamat, ſuóſque ita facere iubet. Intro-
miſſus deinde per portam cum paucis, haſta petitur,
quam Septimius obiecto ante ipſum ſcuto excepit:re- D
liquis autem ſtrictis enſibus, impetum facientibus, in
militis cuiuſdam tabernaculo obtruncatur.Cadauer in
medium protractum cancellis ſeptum eſt,interdiúque
ſpectaculo iis qui vellent propoſitum. Húc ad modũ
Nymphidio ſublato,Galba rę cognita,etiã eos qui cũ
ipſo cõſpiraſſent interfici iuſſit,niſi quivolũtarja morte
ſupplicium antè cepiſſent.In his fuit etiam Cingonius,
quem orationis autorem fuiſſe diximus: & Mithrida-

A tes Ponticus. Exiſtimabatur autem vt non iniuſtè, ita
præter leges tamẽ & morem populi viros haud obſcu-
ros indicta cauſa necauiſſe. Alium enim imperii eius
vultum vniuerſi ſperauerant, decepti crebris magiſtra-
tuum ſermonibus de Galba. Auxit offenſas mori iuſſus
Petronius Turpilianus, vir conſularis, & notæ in Ne-
ronem fidei. Quòd in Africa Clodium Macrum opera
Treboniani, & Fonteium in Germania miniſterio Fa-
bii Valentis necauit, eo defendi potuit, quòd ab iis ar-
ma exercitúſque tenentibus ſibi metuiſſet: ſed Turpi-
B lianum ſenem nudum & inermem nihil obſtabat quin
audiret, ſi, quam præ ſe ferebat moderationem, re ipſa
oſtendere voluiſſet. Quum Romam contendens Gal-
ba, ab vrbe circa XXV ſtadia abeſſet, tumultum offen-
dit remigum, qui viam occupauerant, & vndique cir-
cunfundebantur. Hos è claſſe in legionem conſcripſe-
rat Nero: túmque aderant, & confirmari ſibi ius mili-
tiæ volebant, magno cum tumultu & clamore ſigna
1500 legioni locúmque poſtulantes, eóſque qui obuiam
imperatori præceſſerant, neque conſpici ab eo, neque
C exaudiri ſinentes. Quum rem in aliud tempus reiice-
ret, dilationem negationis eſſe ſpeciem dicentes, ſuc-
cenſuerunt, nullóque clamandi fine facto inſequuti
ſunt: nonnulli etiam gladios ſtrinxerunt. In eos equita-
tum immiſit Galba: quem illi non ſubſiſtentes, partim
ſtatim, partim in fuga obtriti ſunt. Neque id lætum
auſpicatúmve Galbæ omen fuit, tot per cadauera in
vrbem intranti: & quum antè eum nonnulli propter
ſenectam & imbecillitatem deſpexiſſent, vniuerſis tum
terribilis eſt viſus. Vt autem oſtenderet ſe plurimùm
D à prodigalitate Neronis in donando abeſſe, videtur à
decoro aberraſſe. Cano enim, nobili admodum, tibi-
cini ad cœnam canenti, quum probaſſet eum ac lau-
daſſet, iuſſis afferri ſuis loculis, aliquot aureos de iis
depromptos dono dedit, de ſuo ei ſe hos, nõ de publi-
co largiri addens. Munera quæ Nero ſcenicis & xyſti-
cis dederat, exigi ſeuerè, decima tantùm parte iis reli-
cta, iuſſit. Quúmque pauca admodum & lentè recipe-
ret (plerique enim ea quæ accepiſſent, iam cõſumpſe-
rant:

rant: vtpote homines leues, & in die viuentes) in eos A
inquirebat, qui ab iis aliquid vel emiſſent vel accepiſſent, ab iiſque repetebat. Ea res quum finem nullum haberet, latéque & ad multos pertineret, malè audiuit Galba: in Iunium autem inuidia & odium exarſit, qui quum præparcũ omnibus & illiberalem effeciſſet principem, ipſe prodigè vtens, omnia & acciperet & vẽderet. 1501
Nam quemadmodum Heſiodus iubet initio & fine dolii ſaturari, ita Iunius videns imbecillẽ eſſe & ſenem Galbam, eius fortuna ſe implebat, ſimul eam & incipere & deſinere ratus. Iniuria autem ſeni fiebat, quum B
& Iunius malè res adminiſtraret, & ſiquid Galba præclarum inſtituiſſet, prohiberet atque criminaretur. Cuius generis eſt, quòd quum Galba Neronianos emiſſarios necari iuberet, inter quos erant Eleus, Polycletus, Petinus, Patrobius, populúſque iis per forum ad ſupplicium ductis plauſum daret, pulchrámque eam eſſe & diis acceptam pompam vociferaretur, poſcíque ad ſupplicium à diis hominibúſque præceptorem tyrannidis Tigellinum, hunc Iunius, magnis ab eo muneribus acceptis obligatus, pœnæ eripuit. Et verò Tur- C
pilianus nullam aliam ob culpam, niſi quòd Neronem talem ducem non prodidiſſet neque odio habuiſſet, morte eſt affectus: Tigellinus, qui & ita informauerat Neronem, vt cæde dignus eſſet, & ita à ſe inſtitutum deſeruerat atque prodiderat, ſuppliciũ euaſit. magno argumento nihil à Iunio donis datis non poſſe obtineri. Nullum enim maiori deſiderio ſpectaculum populus expetierat, quàm vt Tigellinum videret ad ſupplicium duci: & quum in theatris & circis finem eius flagitandi nullum faceret, edicto imperator increpuit, D
Tigellino affirmãs haud diuturnam vitam fore, móxque eum tabe extinctum iri: populúmque deprecans ne ſuo imperio ſæuitiæ maculam aſperſam vellet. Grauiter hoc ferente populo, ludibrio illi eius indignationem habẽtes, Tigellinus quidem pro ſalute ſua ſacrificauit: Iunius autem à cœna ab imperatore digreſſus ad Tigellinum comeſſatum iuit, filiam ſecum ſuam, tum marito viduam, ducens. Ei mulieri Tigellinus de-

A cies H-S propinauit, pellicúmq; primariæ iuſſit vt mo-
1502 nile ſuum collo detractum, ei appenderet, quod D.C ſeſtertia æquaſſe pretio traditur. Inde factum eſt vt etiam quæ rectè agerentur, in reprehenſiones incurrerent. Adeo vt quum Gallis, qui Vindicem adiuuerant, tributum eſſet remiſſum, & ciuitas donata, videretur id non humanitate imperatoris, ſed corrupto muneribus Iunio impetraſſe. Hæc erant quæ populo Galbæ dominationem inuiſam reddebant. Milites verò, quum donariũ promiſſum non perſolueretur, initiò ſpes du-
B cebat, fore vt, ſi non totum, attamen quantum Nero dediſſet, à Galba acciperent. Sed vbi eorũ indignatione percepta, vocem magno imperatore dignam emiſit Galba, Solitum ſe militem legere, non emere, immane cõtra ſe militum odiũ concitauit. Non enim ipſum modò priuare eos promiſſo, ſed legem etiam exemplúmque idem faciendi ſubſequuturis Cæſaribus præſcribere cenſebant. Sed motus Romæ adhuc obſcuri, & ipſa Galbæ præſentis verecundia cunctationem hæſitationémque nouas res molientibus iniiciebat: repri-
C mebantúrque vtcunque & tegebantur odia, quòd nullum apertum mutandarum rerum extabat initium. Cæterùm qui priùs ſub Virginio, tum ſub Flacco in Germania merebãt milites, ob pugnam contra Vindicem factam magna ſibi præmia polliciti, neq; adepti quicquam, à ducibus ſuis placari nullo modo poterãt; Flaccum autem corporis ob continentem podagram impotentem, rerúmque ignarum, omnino contemnebant. Quin & ludis quibuſdam tribunis militum & cẽturionibus, more Romano imperatori Galbæ felici-
D tatem optantibus, plerique milites initiò tumultuati, perſeuerantibus illis in voto, occlamauerũt, Si quidem dignus eſt. Mittebãtur & literæ ad Galbam à procuratoribus, quibus oſtendebant Tigellino ſubditas le-
1503 giones eodem genere contumeliæ vti. Itaque ſibi metuens Galba, vt qui non ob ſenium modò, ſed orbitatem, contemptui haberetur, adoptandum ſibi aliquem priuatum iuuenem, regníque ſucceſſorem faciendum ſtatuit. Erat M.Otho, vir genere non obſcuro diues,

verùm ita luxu & voluptatum ſtudio ab ineunte ætate A
perditus, vt infamia pari vix quiſquam Romanorum
laboraret. Quemadmodum verò Alexandrum Homerus
ſæpenumero ab vxore nominat, vocátq; maritum
Tyndaridos pulchris ornatæ crinibus,— quòd is vir
nihil aliud ad gloriam ſibi conducens haberet: ſic Otho
Romæ nuptiis Poppææ nobilitatus fuit. Hanc
Nero, matrimonio tum iunctam Criſpino, amabat:
adhuc tamen vxorem ſuam reuerens, ac matrem metuens,
Othonem ſubmiſit, qui de adulterio Poppæam
ſolicitaret. (nam Othone amico & conuictore vtebatur, B
luxuria eius delectatus: ac ſæpe ab eo ſordium
& illiberalitatis cauſa dicteriis impetitus, gratum habebat.
Ac ferunt quodam tempore Othonem, quum
à Nerone eſſet pretioſiſſimo vnguento aſperſus, quo
is ſe vnxerat, poſtridie conuiuio accepto domi ſuæ
Nerone, ſubitò variis ex partibus argenteos aureóſque
aperuiſſe tubulos, qui aquæ inſtar vnguentum effunderent.)
Eam Otho primùm ſpe de coniugio Neronis
illectam conſtuprauit, vtque ad ſe, marito deſerto,
veniret perſuaſit. Quum verò ad ipſum vxoris C
nomine ſe ea contuliſſet, nequaquam æquo animo
tulit, iuxtà ſecum ea Neronem potiri: ferúntque hanc
æmulationem Poppææ quoque non ingratam fuiſſe,
quæ & abſente Othone Neronem excluſerit, ſiue vt
ſatietati voluptatis præueniret, ſiue à nuptiis cæſarianis
abhorrens, & tamen, ob impudicitiam, amorem
eius non recuſans. Certè in diſcrimen vitæ propter
eam Otho venit: mirúmque eſt, Neronem, qui propter
Poppææ nuptias vxori ſororíque necem intuliſſet,
Othoni peperciſſe. Sed id beneuolentia Senecæ D
conſequutus eſt, qui Neroni perſuaſit vt eũ in Luſitaniam
præfectum prouinciæ mitteret. Non ingratum
ſe ibi, neque moleſtum ſubditis Otho geſſit, nimirum 1504
intelligens eam præfecturam ſibi ad prætexẽdum exilium,
inuidiámque eius nominis mitigandam obtigiſſe.
Quum defeciſſet Galba, primus ipſe omnium præfectorum
ad eũ defecerat: & quãtum auri argentíq; in
vaſis menſiſq; habebat, ad eũ attulerat, ac nomiſma tũ

A cudenti concidendum præbuerat: famulos etiam,qui periti eſſent elegãteradminiſtrare ea quæ ad vitæ vſum quotidianum pertinẽt,dono dederat. Cæteris quoque in rebus fidum ſe ei præſtiterat,ſingularémque rerum peritiam ei probauerat, ínque itinere Romam verſus per multos dies eodẽ vehiculo cũ imperatore vectus fuerat. Ea cõſuetudine itineris etiã T.Iunium ſibi deuinxerat colloquio & donis,eóque maximè quòd primas illi vltrò partes cõcedebat, itaque & ſecundas ipſe eius opera obtinebat,& citra inuidiam ſuam indigenti-
B bus operã nauabat, comẽ ſe omnibus & facilem præbẽs. Præſertim verò militibus adſtipulabatur, eorúmque multos ad gradũ aliquem honoris & imperia prouehebat,quà ipſo ab imperatore id impetrãs,quà Iunii & libertorum Iceli Aſiaticique (qui tum in aula plurimum poterãt)opera cõficiens.Quoties Galbam cõuiuio acciperet,ſemper cohortem cuſtodiæ cauſa comitantem, viritim aureo donabat: quo facto quũ videretur honorare Cæſarem, occultè corrumpebat ſibíque deuinciebat milites. Enimuero Galba deliberante de
C ſucceſſore adoptãdo, Iunius Othonem cõmendauit: ne hoc quidẽ gratis. Nam ita cũ Othone pactus erat, vt is,filius Galbæ & ſucceſſor deſignatus, filiam ſuam vxorẽ duceret.Galba autem nunquam obſcurè præ ſe tulerat,magis de re publica ſe quàm de priuata eſſe ſolicitũ,neq; cũ adoptare ſibi velle qui ipſi iucũdiſſimus, ſed qui reip.eſſet cõmodiſſimus: imò ne ſuarũ quidem facultatũ hæredem ex aſſe videbatur delecturus Othonem,intẽperantem ſciẽs eſſe & luxurioſum, & ære a-
1505 lieno bis millies ſeſtertiũm obrutũ.Itaq; Iunio placidè
D & cũ ſilẽtio audito,deliberationem aliud in tẽpus diſtulit:ſe & Iuniũ coſſ.in proximũ annũ deſignauit:omninóq; exiſtimabatur tũc imperii ſucceſſorẽ proditurus: & militibus de Othone, poſthabitis omnibus, aliis ad eam rẽ euehendo ſpes grata erat. Cunctãtem adhuc & deliberantem Galbam, Germanicorũ militũ defectio erũpens occupauit.Etenim quũ vniuerſi milites,ob nõ repræſentatũ donariũ Galbæ eſſent infenſi,Germanici peculiares afferebãt cauſas, abiectum ignominioſè

Virginiũ Rufum: Gallos, qui contra ipſos pugnaſſent, A
donis affectos: punitos, qui nõ adiunxiſſent ſe Vindici:
huic ſoli Galbam gratias agere, eiúſq; defuncti colere
honoré, & publicis exequiis venerari, quaſi eius opera
eſſet Romanorũ imperator creatus. His ſermonibus a-
pertè iã tota caſtra peruagãtibus, Kal. Ianuariæ appe-
tierunt. Ibi milites, quũ eos Flaccus cõuocaſſet vt pro
more in nomen imperatoris iurarét, ſtatuas Galbæ ag-
greſſi deiecerunt: quúmque in S.P.Q.R. nomen iura-
ſſent, digreſſi ſunt. Secũdum hoc ducib' metus incidit,
ne ob contéptionem magiſtratuũ ad defectionem res B
deueniret. Tũ quidam eorũ, Quid agimus (inquit) cõ-
militones? neque aliũ ducem quærimus, & præſentem
recuſamus, vt nõ Galbam, ſed omnino imperiũ videa-
mur ſubterfugere? Quin nos Flaccũ Hordeoniũ, qui
nihil eſt aliud quàm vmbra & imago Galbæ, miſſum
facimus? Abeſt vnius diei iter à nobis Vitellius, alterius
Germaniæ præfectus, patre natus cenſura & tribus cõ
ſulatibus inſigni, & eo qui collega quodãmodo Clau-
dii Cæſaris in imperio fuerit: atq; ipſe paupertaté, quã
nõnulli probro dãt, præclarũ habet bonitatis magna- C
nimitatiſque argumentũ. Agedũ, deligamus hunc du-
cem, oſtẽdamúſq; omnib' hominibus, nos in deligen-
do imperatore Hiſpanis Luſitaníſq; eſſe potiores. Hæc 1506
quũ partim militum probaſſent, partim nondũ acce-
piſſent, quidam ſignifer occultè ſe ſubducens, Vitellio
noctu indicauit, multos ſecũ habẽti cõuiuas. Rumore
in caſtra didito, primus Fabius Valẽs vnius dux legio-
nis, poſtridie multis cũ equitibus accurrit, & Vitellium
imperatorem ſalutauit. At verò Vitellius, qui prioribus
diebus recuſare eum titulum viſus fuerat, magnitudine D
imperii deterritus, tunc (vt ferunt) vino cibóque meri-
diano repletus, progreſſus eſt, repudiatóque Cæſaris
nomine, Germanici accepit. Statim quoque Flacci le-
giones, præclaris illis & ad populi in remp. beneuolẽtiã
accõmodatis iuramẽtis valere iuſſis, Vitellio imperato
ri ſe facturas imperata ſacramẽto cõfirmarũt. Hoc mo-
do Vitelli' in Germania imperator eſt declarat'. Cæte-
rùm Galba, nuntiis de ea rerum mutatione allatis,

A adoptationem non vlteriùs differẽdam ſenſit:animaduerténſque alios Dolabellæ,alios Othoni eũ locũ ambire,neutrũ eorum probans,ſubitò,nullóque ea de re verbo facto,Piſonem acciuit, Craſſi & Piſonis (quos Nero interfecerat) ſobolem, iuuenem cum indole ad virtutem optima, tum moribus compoſitis ac grauibus præditum: cúmque vt Cæſarem & ſucceſſorẽ ſibi deſignaret,in caſtra deſcendit. Non magna modò egredientem prodigia ſunt conſequuta,ſed & quum in caſtris quædam perorare,quædam etiam de ſcripto re-

B citare cœpiſſet, tãta fulgurum tonitruúmque multitudo,tantum imbris & caliginis incidit vrbi & caſtris,vt facilè appareret infauſtam adoptionem diis non probari. Erant ſanè & militum animi tum maleuolentia ſuffuſi, quòd ne tum quidem promiſſum ipſis donum repræſentaretur. Qui negotio ei intererant, ex vultu

1507 Piſonis vocéque coniiciebant eum nullo modo territum,cogitabundum tamen accipere id beneficium:idque mirabantur. In Othonis etiam vultu multa apparebant indicia, infenſo animo ferẽtis ſpectantæ ſe fru-

C ſtratũ rei,qua primus omniũ dignus habitus,& tãtum non potitus, quòd ea excidiſſet,id odii & maleuolẽtiæ Galbæ erga ſe documentũ interpretabatur. Verumtamen & Piſonem metuẽs,&Galbæ iratus,& Iunio ſuccenſens, variis repletus affectibus diſcedebat. Neque enim vates & Chaldæi,quos ſecum habebat, planè eũ deſperare patiebãtur:Ptolemæus præſertim,qui ſæpenumero magna cõtentione affirmarat,Nõ occiſum iri à Nerone Othonem, ſed ſuperfuturũ ei, & Romanis imperaturum: quorum prius quũ exitus probaſſet, ne

D de poſteriori quidem abiiciendam ſpem cenſebat. Eodem plurimum cõducebant ii qui occultè vicem eius dolebant,tãquam malam gratiã experti: & plurimi de ſociis Nymphidii ac Tigellini,olim magno honore potiti,tũc abiecti & humiles,ad eũ ſe conferebãt,augentes irritãtéſq; eius indignationẽ.Inter hos erant Veturius & Barbius, Opion alter,alter Teſſeranus:(ita nominant eos qui per nuntios & ſpeculatores miniſteria obeunt)atque vnà Onomaſtus Othonis libertus,alios pecunia,alios pollicitando ſubruebat,iam antè corru-

ptos,& opportunitatẽ quærẽtes. Alioquin enim exer- A
citus ſanus quatriduo corrũpi non potuiſſet:neq; inter
adoptionem & cædem Galbæ plus tẽporis interuenit.
Sexto enim die interfectus eſt cum Piſone: qui dies eſt
ad XVIII Kal.Februar.Eo die quum amicis præſenti-
bus in palatio rem diuinam faceret Galba, Vmbricius
aruſpex ſimul atque exta in manus ſumpſit, nõ obſcu-
rè,ſed palàm magnũ motũ, capitiſque imperatoris im- 1568
pendens periculum ſe videre dixit.Et quidem deûs O-
thonem Galbæ tantum non manu apprehendendum
obtulerat,adſtãtem à tergo Galbæ, animóque pertur- B
bato,& vultu præ metu variè ſeſe mutante,ea audien-
tem quæ Vmbricius referebat atque oſtẽdebat: quum
ſubitò ei à tergo aſſiſtẽs Onomaſtus libertus, domum
redire,& ibi operiri fabros iuſſit.Hæc autem erat teſſe-
ra temporis, qua edita occurrere Othonem militibus
cõuenerat.Itaque dicens ſe domum antiquam emiſſe,
& ciuibus velle quæ ruinoſa viderentur oſtendere,diſ-
ceſſit: ac per Tiberii domum deſcendens in forum
perrexit, quo loco milliariũ eſt aureum.Ferũt primos
qui eũ ibi exceperint, imperatorémq; ſalutarint, haud
plures XXIII fuiſſe. Itaque,etiã nequaquã mollis ho- C
mo,aut animi effœminati, ſed audax intrepidúſq; re-
bus aduerſis,tamen tũc pertimuit.Profugere volẽtem,
milites nõ dimiſerũt, ſed nudis gladiis lecticã prouehi
iuſſerunt,quanquam identidem clamitantẽ, actũ de ſe
eſſe, & lecticarios vt accelerarẽt fugã hortãtem. Nã &
exaudiuerãt quidã vocem,ob paucitatem eorũ qui ad-
erãt facinori, mirãtes magis quàm perturbati. Ita per
forũ vehenti,alii totidẽ occurrerũt,hiſq; deinceps ter-
ni quaterníq; alii ſe adiunxerũt, tandémq; agmine fa- D
cto vniuerſi,ſtrictos protẽdentes gladios, Cæſarem eũ
appellarũt. Ferũt tribunũ militum Martialem, cui eo
die cuſtodia caſtrorum ceſſerat,non conſcium conſpi-
rationis, inopinata tamen re perculſum, eos intromiſi
ſſe. Othoni, vt ſemel in caſtra peruenit, reſtitit nemo:
quos enim quæ agerentur latebant, ii, dedita ad hoc
opera, inter conſcios detenti ſparſim ſinguli bíníque,
metu primùm,deinde perſuaſi acceſſerunt.Statim hæc

A in palatium Galbæ renuntiata ſunt, præſente adhuc
1509 aruſpice, manibúſque exta tenente, adeo vt qui omni-
no ab is genus diuinatione aliòquin abhorrerent, tum
prodigiũ admirati ſint. Concurrente à foro promiſcua
turba, Galbæ Iunius & Laco & libertorum quidam
cum ſtrictis enſibus adſtiterunt, Piſo progreſſus ſtipa-
tores aulam cuſtodientes compellauit: miſſus etiam
Celſus Marius, vir egregius, ad præoccupandos ani-
mos Illyricæ cohortis in porticu Vipſania tendentis.
Quum progredi Galba vellet, Celſo etiam & Lacone
B hortantibus, acritérque Iunium id prohibentem in-
crepantibus, rumor increbruit, Othonem in caſtris e-
ſſe cæſum: paulóque pòſt Iulius Atticus, ſpiculatorum
non poſtremus viſus eſt ſtricto cum gladio accurrere,
interfectum à ſe Cæſaris hoſtem vociferans, ac per ob-
ſtantes ad ipſum Galbam ſe proripuit, gladium ei
cruentatum demonſtrans. Quúmque in eum intuitus
Galba dixiſſet, Et quis tibi hoc mandauit? Fides, re-
ſpondit, & ſacramentum quo me obligaui: acclaman-
te populo bene factum eſſe, atque applaudente. Pro-
C inde conſcenſa lectica, prouectus eſt Galba vt Ioui ſa-
crificaret, & ſe ciuibus oſtenderet. Vt in forum perue-
nit, aduerſi inſtar venti fama ei occurrit, potitum ca-
ſtris Othonem. Cæterùm in tanta hominum turba, a-
liis retrò ire, aliis procedere, aliis bono eſſe animo, a-
liis diffidere rebus iubentibus, iactata hinc inde tan-
quam æſtu & vndis lectica, & modò hàc, modò illàc
incitata: primùm equites, deinde armati pedites per
Pauli Baſilicam in forum irruperunt, contentáque vo-
ce vno omnes ore priuatum cedere è medio iuſſerunt.
D Plerique curſim abierunt, non vt fuga diſſipati, ſed
1510 porticus & edita fori loca, tanquam ſpectaculi cauſa,
occuparunt. Primus Atilius Vergilio ſtatuam Galbæ
humo affixit: eo initio belli arrepto, eminùs iaculis le-
ctica impetita eſt: quúmque id fruſtra eſſet, ſtrictis in
eam gladiis impetum fecerunt. Nemo Galbam tuta-
tus eſt, nemo ſubſtitit, vno excepto viro, quem ſolum
tot inter hominum millia dignum Romano imperio
ſol conſpexit. Sempronius is fuit Denſus, centurio,

nullo priuatim Galbæ beneficio obſtrictus: ſed pro legibus tum honeſtatéque propugnans, ante lecticam adſtitit, primúmque arrepto palmite vitis, quo meritos verberibus plectunt centuriones, eum attollens alta voce monuit incurrentes, vti imperatori parcerent: deinde manum iis conſerentibus, ſtricto gladio tantiſper vim propulſauit dum poplitem ſuffoſſus conciderer. Galbam lectica apud Curtium lacum delapſum (erat autem thorace armatus) incurſione facta milites ictibus impetierunt. atque is iugulū protendens, Hoc agite, dixit: ſi quidē ita ex re populi Romani eſt. Multa accepit vulnera in pedes & brachia: iugulatus eſt (vt plerique memorant) à Camurio XV legionis milite: alii Terentio adſcribunt, alii Arcadio, alii Fabio Fabulo. Atque hunc ferunt caput Galbæ occultatū veſtimento (quòd ob caluitiem teneri aliter vix poſſet) ad Othonē detuliſſe: ac ſociis non permittentibus celari, ſed omnibus oſtentari tam præclarum facinus volentibus, haſtæ præfixiſſe ſenis caput, eiúſque principis boni, pontificis max. atque conſulis, eáque vibrata Bacchæ in modum diſcurriſſe, ſubinde ſe cōuertentem, quaſſantémque haſtam cruore madentē. Othonem verò capite Galbæ viſo, fama eſt exclamaſſe, Nihil eſt hoc, ô commilitones: caput Piſonis mihi oſtendite. Eſtque id paulò pòſt allatū. Nam Piſo ſauciatus fugerat, inſequentibúſque hoſtibus à Murco quodam apud ædem Veſtæ interfectus fuerat. Iugulatus eſt etiam T. Iunius, faſſus ſe coniurationis in Galbam ſocium fuiſſe: quippe necari ſe præter Othonis ſententiam vociferabatur. Nihilominus & huius caput & Laconis amputata milites ad Othonem attulerunt, præmiū eo nomine poſcentes. Nam (vt ait Archilochus)

A

B

C

1511

D

—ſeptem enim
Cecidere caſi: fortuito in hos pede
Incidimus. at nunc mille noſtrum vindicant
Cædem ſibi illam:— ita tunc quoque multi qui cædibus nō interfuiſſent, manibus & gladiis cruētatis ſe oſtentarunt Othoni, libelliſque exhibitis præmia popoſcerunt. Sanè ex iis libellis CXX poſtea in-

A uenti ſunt, quos omnes Vitellius conquiſitos interfe-
cit. Venit & Marius Celſus in caſtra: quem quũ multi
accuſarent, quòd ad ferendum Galbæ auxilium mili-
tes eſſet hortatus, & vulgus necare vellet, Otho pro-
hibuit. Non auſus tamen contradicere palàm, nõ tam
ſubitò occidendum dixit, ſed prius ex eo quædam ne-
ceſſaria cognitu expiſcanda. Iuſſit itaque vinctum aſ-
ſeruari, iiſque tradidit quorũ ſumma credebatur fi-
des. Statim concilium eſt conuocatum, & quaſi vel
B ipſi mutati eſſent, vel dii alii extitiſſent, conuenientes
in vnum, iuramento ſe in nomen Othonis obſtrinxe-
runt, quod ipſe quoque iurauit, & non ſeruauit, Cæ-
ſarémque eum & Auguſtum appellauerunt; cadaueri-
bus capite truncatis cõſulari veſtitu adhuc in foro ia-
centibus. Capitibus quum ad ſatietatem vſque ſe ob-
lectaſſent, Iunii caput filiæ eius bis mille denariis ven-
diderunt: Piſonis, vxori reddiderunt, non quidem
cranium requirenti: Galbæ, Patrobii ſeruis dono de-
derunt: iíque id quum omnibus contumeliis ludibri-
C íſque affeciſſent, in Seſtertium proiecerunt; (locus eſt
quò abiiciuntur eorum capita, qui Cæſarum iuſſu
ſupplicio afficiuntur) Corpus Galbæ permiſſu Otho-
1512 nis Eluidius Priſcus ſuſtulit, noctu Argiuus libertus
ſepeliuit.

Hac vſus eſt fortuna Galba, vir neque generis no-
bilitate, neque opum ſplendore cuiquam æqualium
ſecundus, & qui ſua ætate quinque imperatoribus re-
rum potitis omnium eorum in principatu cum ho-
nore & gloria vixerit: magíſque autoritate ſua quàm
D potentia Neronem exciderit. Quúmque ſocios eius
facinoris nemo imperatoris titulo ſit dignatus; (quan-
quam id ſibi ipſi arrogarent) Galba & vocatus eſt ad
imperium, & oblatum imperatoris titulum accepit,
Vindicíſque conatui nomen ſuum accommodans,
qui prius nouarum rerum molitio & motus defectió-
que appellabatur, effecit vt ducem autoritate prædi-
tum nactus, pro ciuili bello haberetur. Itaque non ſe
res in ſuam accepiſſe poteſtatem ratus, ſed ſe ipſum iis
tribuiſſe, ita imperare iis quos iam Nymphidius Ti-

gellinúſque cicurauerant, vt priſcis Romanis Scipio, A
Fabricius & Camillus, intendit. Subrutus autem ſenectute, in armis & caſtris quidem integrum ſe & antiqui moris imperatorem geſſit: Iunio autem, Laconi & libertis omnia venalia habentibus, ſe cõmittens atque dedens, (quemadmodum Nero inſatiabilibus ſeſe hominibus addixerat) neminem qui imperium eius deſideraret, multos qui mortem miſerarentur, reliquit.

B

PLVTARCHI
Otho.

GVILIELMO XYLANDRO Auguſtano, interprete. C

PRIMA luce nouus imperator in 1513
capitolium progreſſus, rem ſacram fecit. Iuſſit deinde ad ſe adduci Marium Celſum, eúmque ſalutauit, & comiter colloquutus, hortatus eſt, vt magis cauſæ, *ob quam in vincula eſſet conditus*, obliuiſci, quàm dimiſſionis meminiſſe vellet. Reſponſum eſt à Celſo neque parum ingenuè neque imprudenter, ipſam cul- D
pam ingenii ſui eſſe documentum: obliuiſci proinde ſe fidei, quam Galbæ nullo ipſius merito ſeruaſſet. Admirati vtrunque præſentes ſunt, & collaudauit exercitus. In ſenatu Otho multa benignè populariterque loquutus, conſulatus ſibi deſtinati partẽ Virginio Ruſo aſſignauit. Honores eorum quos cõſules Nero aut Galba deſignauerant, ratos habuit: ſacerdotiis eos qui ætate aut gloria reliquis anteirent, ornauit: quos ſub Nerone in exiliũ ꝓfectos Galba reſtituerat, iis omnia

A bona, quæcunque non diuendita reperiſſet, reddidit. Quo factum eſt vt ciuium primi atque præſtantiſſimi, qui prius exhorruerant, non hominem rati, ſed pœnam quandam aut impurũ genium reipub. incidiſſe, in meliorẽ tum ſpem venerint, imperio lætum quaſi vultum quendam oſtendente. Interim Romanos vniuerſos nihil tanta affecit lætitia, eique magis conciliauit, quàm ſumptum de Tigellino ſupplicium. Ille quidem iampridem ipſo pœnæ metu pœnas luebat, quas
B tanquam publicum debitũ expoſcebat ciuitas, varióque inſanabiliũ morborũ genere: tum ſceleratas eius
1514 & infandas inter ſcorta & impuras mulieres volutationes, quas moribundi hominis libido etiamnũ affectabat, vel pro extremo ſupplicio, multiſque mortib^9 pares interpretabãtur homines cordati: Nihilominus vulgò indignè ferebant, frui adhuc conſpectu ſolis eum propter quem tot tantique viri eius conſpectu eſſent priuati. Miſit igitur qui eum trucidaret Otho in Sinueſſanum agrum: (nam ibi commorabatur,
C nauibus in portu ſtantibus, ac de vlteriore fuga cogitabat) primùm multo oblato auro tentauit percuſſorem: ſed quum fruſtra id eſſet, nihilominus id ei dono dedit, orauitque vt tantiſper operiretur dum ipſe ſibi mentũ raderet: eóque impetrato, fauces ipſe ſibi præcidit. Hac Cæſar iuſtiſſima voluptate oblata populo, ipſe priuatarum iniuriarũ cauſa neminem quenquam offendit. In gratiã quoque multitudinis, Neronis cognomentum, quod ei primùm in theatris tribuebatur, non repudiauit: & quum à nonnullis ſtatuæ Neronis
D in publicũ reponerentur, non prohibuit. Porrò Claudius Rufus autor eſt, allata in Hiſpaniã eſſe diplomata per tabellarios, in quibus Othonis nomini diuum Neronis nomen fuerit adſcriptum. Tamen quũ offendi ea re animos optimatũ ſentiret, deſiit. Hunc in modum conſtituto imperio, mercenarii milites difficiles ſeſe præbuerunt, hortantes Othonem ne principibus in repub. viris crederet, ſed ab iis ſibi caueret, & corũ conſiliis obſtaret: ſiue omnino beneuolentia imperatoris adducti, ab iis ei metuebãt, ſiue hinc mouendarũ

turbarum & bellorum materiam quærebant. Miſſus A
ab Othone ad decimamſeptimã cohortem Criſpinus,
vt milites quoſdam adduceret. Is quum noctu ſe pararet,
armáque vehiculis imponeret, ferociſſimus quiſque
militum vociferari cœpit, nihil boni molientem
adeſſe Criſpinum, ſenatum res nouas agitare, arma
contra Cæſarem, non pro Cæſare in vrbẽ aduehi. Eo
rumore omnes attingente atque irritante, alii currus 1515
inhibuerũt, alii centuriones duos & ipſum Criſpinum
prohibentes vim, occiderunt; omnéſque illico armis B
ſumptis, & ſeſe mutuò ad ferendam Cæſari opem cohortati,
Romam contenderunt. Ibi quum audirent
cum Cæſare L X X X ſenatores cœnare, tempus ſibi
oblatum vociferantes, omnes ſimul inimicos Cæſaris
trucidandi, ad palatium ſe ſe proripuerũt. Vrbs verò in
præſentem direptionis metum coniecta, turbarũ erat
plena. Otho animi anxius & metuebat ſenatoribus, &
ab ipſis metuebatur, cernens eos ob ipſius nutu depen
dêre mutos conſternatóſque: quidam etiam cum vxoribus
ad cœnam venerant. Mittit ergo præfectos qui C
milites alloquerentur ac ſedarent: ſimúlque conuiuas
excitos per aliud oſtium dimittit: paulóque antè ii effugerunt
quàm milites perruptis ſtipatorum cuſtodiis
in cœnaculum venerunt, quærentes quónam inimici
Cæſaris euaſiſſent: quum quidem Otho rectus in
lecto ſtans, multis verbis, multis precibus, ac ne lacrymis
quidem ſuppreſſis, ægrè tandem obtinuit vt in caſtra
redirent. Poſtridie ſingulos quinis nummûm millibus
donauit: & ingreſſus in caſtra, multitudinem beneuolentiæ
erga ſe & promptitudinis ergò collaudauit: D
paucos autem quoſdã occultè in caſtris mala conſilia
miſcere, ſuámque moderationem animi, & militum
conſtantiam ab iis calumniis obiici queſtus, orauit
vt in iis puniendis ſibi adeſſent. Laudantibus omnibus
& punire ſontes iubentibus, in duos tantùm, quorum
ſupplicio neminem offenſum iri intelligeret, animaduertit,
atque ita digreſſus eſt. Quidam diligentes
iam Othonem, eíque fidentes, quũ in hæc intuerẽtur,
ita immutatum hominem mirabantur: alii neceſſitate

A compulſum eum iſta agere ſentiebant, tempori inſeruientem, fauorémque multitudinis propter impen-
1516 dentia bella captantem. Iam enim annuntiabatur Vitellium nomen copiáſque imperatoris aſſumpſiſſe, atque identidem pterophori (*tabellariorum celerum id nomen eſt*) aduentabant, aliquid illi acceſſiſſe referentes. Alii Pannoniæ, Dalmatiæ, Myſicæque exercitus ducéſque imperatorem Othonem pronuntiaſſe indicabant, & amicæ à Muciano Veſpaſianóque afferebâ-
B tur literæ, quorum alter in Syria, alter in Iudæa magnum exercitum regebat. His animatus, Vitellium per epiſtolam hortatus eſt ne ſummam imperii affectaret, ſed ſua ſorte contentus eſſet: ſimul ſe ei magnam pecuniam daturum promittens, & vrbem, in qua otioſus ſuauiſſimâ ageret vitam. Reſcribens Vitellius, initiò latenter eum ſubſannauit: pòſt irritatis animis, multa mutua per literas cõuitia laſciuè impudicéque fecerũt, non quidem vana obiicientes, ſtultè tamen adeóque ridiculè alter alteri ea exprobrantes, quæ difficile iu-
C dicatu eſt vtri eorum minora adfuerint, luxuriâ ſcilicet, mollitiem, belli imperitiâ, priſtinæque paupertatis & æris alieni molem. Multa eo tempore prodigia, pleraque rumore & autore incerto referebantur. In Capitolio quidem Victoriam bigis inſiſtentem habenas manu dimiſiſſe, veluti retinere non valentem, omnes viderunt. In Tiberina inſula C. Iulii Cæſaris ſtatua, nullo vel terræ motu vel vento impulſa, ab occidua parte ad ortum ſolis ſe conuertit. Quod iis eueniſſe diebus ferunt, quibus Veſpaſianus palàm ſibi ſummâ
D rerum vindicare eſt aggreſſus. Tiberis autem exundationem plerique in oſtentum infelix rapuerunt, eo quidem factam tempore quo maximè turgent fluuii: ſed nunquam ita excreuerat, neque vlla vnquam eluuione tantum damni dederat. Nam cum magnâ vrbis partem proluit, tum eum præſertim locum vbi frumentum venale reponebatur, oppleuit, magnámque
1317 permultorum dierum difficultatem effecit. Quũ renuntiaretur, Alpes iam à Cecina & Valente Vitellii legatis occupatas eſſe, Romæ Dolabella vir patricius

militibus in ſuſpicionem tentatarum nouarum rerum A
venit: quem Otho, ſiue eius, ſiue alterius metu, Aquinum ſepoſuit. Deligens autem de principibus viris, qui ſecum comites irent, inter hos L. quoque Vitellium, hoſtis ſui fratrem eſſe voluit, neque auctum honore, neque eo quem tum gerebat, ſpoliatum. Matri quoque & vxori Vitellii accuratè proſpexit. Vrbi præfecit Flauium Sabinum, Veſpaſiani fratrem: ſiue Neronis id honori tribuens, qui Sabinum ea dignatione affecerat, pòſt à Galba ei adempta, ſiue ornando Sa- B
bino, ſtudium ſuũ fidémque Veſpaſiano demonſtrans. Et Otho quidem ipſe Brixelli, quod eſt Italiæ ad Padum flumen oppidum ſubſtitit: duces copiarum emiſit Marium Celſum, Suetonium Paulinum, Gallum & Spurinam, viros illuſtres, ſed qui rem ſuo arbitrio gerere nequirent ob militum contumaciam atque ferociam, nemini præter vnum imperatorem obtemperare dignantium. Idem malum hoſtiles quoque exercitus tenebat. Verùm hi periti pugnarum erant, laborémque ob conſuetudinem non fugiebant. Otho- C
niani molles erant, in otio & pace educati, & plurimum temporis in theatris ac cõuentibus feſtiuis verſati, ſuperbóque inflati faſtu, miniſteria detractabant, non vt ad ferendum impares, ſed tanquam ſe indigna. Spurinam cogere tentantem, parum abſuit quin 1518
interficerent: nullo quidem contumeliæ in eum genere & petulantiæ abſtinuerunt, proditorem, Cæſariſque rerum ac temporum peſtem vocantes: quidam etiam noctu ebrii ad tentorium eius adiuerunt, viaticúmque popoſcerunt, eundum ſibi eius accuſandi D
gratia ad Cæſarem dicentes. Rebus Othonis & Spurinæ profuit exprobratio militum Vitellianorum, à quibus Placentiæ obſidebantur. Vitelliani enim muros aggredientes, Othonianos propugnaculis adſtantes ſubſannebant, ſcenicos eos, & ſaltatores, & Pythiorum Olympiorúmque ſpectatores ignominioſè vocitantes, ac qui bellum pugnámque nunquam ne vidiſſent quidem, eo tantùm ſuperbientes, quòd inermis ſenis (Galbam notabant) caput amputaſſent,

A ad certamen apertum deſcendere, cúmque viris di-
micare nunquam auſi. His conuitiis Othoniani ita
perturbati inflammatíque ſunt, vt ad Spurinam ſup-
plicum modo venerint, nullúmque ſe laborem, nul-
lum periculum ſubterfugere profeſſi ſint, duceret
modò ipſos, & imperaret. Acriter Vitellianis mœ-
nia oppugnantibus, multáſque machinas adhibenti-
bus, vicêre tamen milites Spurinæ, hoſtéque magna
cum cæde profligato, florentiſſimam Italiæ vrbẽ ſer-
B uarunt. Erant alioqui Othonis milites alteris multo
1470 gratiores, & publicè priuatímque acceptiores. Dux e-
rat Vitellianorum Cecina, ne habitu quidem popula-
ris, ſed moleſtus peregrino apparatu, vir magna cor-
poris mole, qui braccas & manicas indutus Gallico
modo legiones alloquebatur: vxorem eius equo ve-
hentem, ſplendidéque ornatam, delecti equites comi-
tabantur. Eius collega Fabius Valens tanta laborabat
auaritia, vt neque rapinis hoſtilibus, neque depecula-
tione & donis à ſocii accipiendis expleri poſſet: quin
C etiam pugnæ tempus neglexiſſe fertur, pecuniæ corra-
dendæ cauſa lentius proficiſcens. Alii tamen Cecinæ
eam culpam imputant, qui feſtinans ante aduentum
Fabii potiri victoria, cum alia leuiora peccata admiſe-
rit, tum illo prælio neque tempeſtiuè neque ſtrenuè
facto, propè rem Vitellianam peſſundederit. Quum
enim repulſus à Placentia Cremonam, vrbem ipſam
quoque magnam & opulentam, peteret, primùm An-
nius Gallus, qui ad ferendas Spurinæ ſuppetias Pla-
centiam ducebat, audita in itinere victoria collegæ, &
D Cremonæ cognito periculo, eò traduxit exercitum, &
prope hoſtem cōſedit: eodémque deinde cæteri etiam
Othoniani duces peruenerunt. Locis ſylueſtribus Ce-
cina multos milites abdidit, equitibus præmiſſis, qui
hoſtibus manum conſerentibus docti erant paulatim
retrocedere & ſubterfugere, tantiſperdum eos in in-
ſidias pertraherent. Id quum ex transfugis comperiſ-
ſet Celſus, cum bonis equitibus obuiam factus, Ce-
cinæ equites profligauit: cautéque inſequutus, eos qui
in inſidiis latebant circumuenit, iíſque perturbatis pe-

ditatum

ditatum caſtris exciuit. Quòd ſi is maturè equites ſubſequutus, præſtò fuiſſet, ea die potuiſſe Cecinæ milites occidione cædi creditū eſt. Nunc Paulinus ſerò & lentè ſuccurrens, dum nimium cautus eſt, nō conuenienter exiſtimationi ſuæ rem geſſiſſe culpatus eſt. Et multi militum proditionis eum inſimulabant, Othonémq; irritabant, iactantes ſe victoria potitos, ſed ducum malitia, ne ea obtineretur, effectū. Otho non tam credens hoc quàm non credere ſe diſſimulans, Titianum fratrem ſuum ad exercitus miſit, & Proculum præfectum penes quem erat ſumma rerū, Titiano titulum gerente: comitabatur vnà Celſus & Paulinus, amicorum & conſiliariorum nomine, nulla poteſtate præditi. Apud hoſtes quoque tumultus erat. Maximè autem vt relatum eſt de pugna apud inſidias commiſſa, Valenti ſuccenſebatur eiúſque militibus, quòd non ſubſidio ſuis veniſſent, tótque homines perire paſſi eſſent. Et Valēs ægrè exoratis militibus iam eum ſaxis petere aggredientibus, caſtra mouit, & cū Cecina ſe cōiunxit. Otho Bebriacum in caſtra venit, quod eſt propinquū Cremonæ oppidulū. Ibi propoſita de prælio deliberatione, Proculus & Titianus decertandū cenſuerunt, exercitibus ad hoc alacribus, & recenti victoria: neq; copiarum vigorem deſidendo hebetandū, expectandúmve dum ex Gallia ipſe veniret Vitellius. contrà Paulinus hoſtibus ea omnia in promptu eſſe, quibus freti pugnam ſint commiſſuri, deeſſe nihil. Othoni haud pauciores præſentibus copias ex Myſia & Pannonia expectandas, modò ſuo, non hoſtium, tempori intentus eſſe velit. Neque verò minus ad pugnandum alacritatis habituros pluribus accedentibus eos qui nunc minoribus viribus fidant, imò tanto acriores fore, & ex abundanti certaturos. Iam cunctationem ipſis commodam, omnium rerum copia affluentibus, Vitellianis in hoſtico morantibus tempus penuriam neceſſariarum rerum allaturum. Huic ſuffragatus eſt Marius Celſus. Et Annius Gallus abſens (ab equo enim delapſus curabatur) per literas ab Othone ſententiam rogatus, nō feſtinandū, ſed expectādas è Myſia copias cenſuit,

A B 1520 C D

A quæ iam eſſent in itinere. Vicit tamen eorũ ſententia, qui ad pugnã hortabãtur. Cauſæ eius rei multæ à multis referũtur. Palàm autem prætoriani milites tunc ſe-
1521 mel ſeriã experti militiã, deſiderio vitæ quam in vrbe extra bellum in otio & feſtiuitatibus egerãt, contineri nullo modo quibant, pugnã accelerãtes, & primo impetu à ſe ſublimes abripi hoſtes poſſe ſibi perſuadẽtes. Ipſe etiam Otho videtur incertitudinem euentus non ſuſtinere amplius expectando potuiſſe, inſolentia &
B mollitie victus, quoties magnitudinẽ periculi ſecum perpenderet: itaque oneri cogitationũ ſuccumbẽs, veluti de præcipitio quodam clauſis oculis, ita ſe & res in diſcrimen euentus miſit. atque ita narrabat Secundus rhetor, qui ei fuit ab epiſtolis. Non defuere qui affirmarent, vtrinque exercitibus ſæpe incidiſſe cogitationem in vnum conueniendi, ac de cõmuni ſentẽtia ex ducibus Romanis, qui tum maximè gloria florerent, optimo imperiũ deferendi: ſin id nõ ſuccederet, ſenatu conuocato, ei poteſtatẽ deligendi imperatoris cõmit-
C tendi. Neque profectò vero abſimile eſt, quũ vterque deſignatorũ imperatorum infamia laboraret, veris & exercitatis, ſanáque mente præditis militib' huiuſmodi cogitatiões ad animũ accidiſſe. Indignam rem eſſe ac turpiſſimã, ea quæ olim ciues propter Syllã & Marium, tum Cæſarẽ ac Pompeium inuicẽ ſe paſſos doluerint, nunc ea tolerare vt vel Vitellio gulæ ebrietatíſque, vel Othoni luxuriæ prodigalitatíſque ſumptibus futurũ imperium pararent. Hæc illos ſentire animaduerſum Celſo. Itaque eũ, mora iniecta, ſperaſſe
D abſque pugna poſſe rem confici: eorundémque metu Othonem prælium acceleraſſe. Abiit ergo rurſus Brixellum Otho: inque eo grauiter peccauit, nõ tantùm quia ſe, cuius verecũdia & ſtudio plurimùm mouebãtur, totique ab eo dependebant, ipſis ſubtraxit: ſed & quòd fortiſſimum quenque & ſtrenuiſſimũ equitum peditúmque ſtipandi corporis cauſa ſecum abducens,
1522 veluti corpus quoddam exercitus abſtulit. Iiſdem diebus apud Padum pugnatũ eſt. Traiectum moliebatur Cecina, pontémque eius rei gratia ſtruebat: Othoniani

in eo prohibendo laborabant, quúmque reſcindere opus hoſtium nō poſſent, faces pice & ſulfure plenas in id iaculabantur. Sed ventus traiectui incumbens, materiam præparatā accendit, & fumus primùm, mox flāma erumpēs, à vēto in Othonianos eſt lata, ita vt perturbati & proſilientes in amnē, & naues ſubuerterint, & corpora cum riſu hoſtibus obiecerint. Ac Germani apud inſulā quæ in flumine modica eſt, gladiatores Othonis adorti, multos eorū interfecerunt. His ita actis, quum Bebriaci morantes Othoni milites irati pugnā poſcerent, produxit eos Bebriaco procul ad L ſtadia, & caſtra poſuit adeo imperitè, vt quanquā verno tempore anni, & tot circùm amnibus, penuria tamē aquæ fatigarentur. Poſtridie volentem in hoſtes (à quibus haud minus C ſtadiis aberant) ducere, Paulinus prohibebat, operiendū affirmans, neque defatigandū exercitum, ſtatímve ex itinere pugnā cōmittendum cum hominibus, qui dum ipſi tantū iter cum iumentis ſuis ac calonibus perficerent, interim per otiū arma aptare, & aciem inſtruere poſſent. Diſputantibus adhuc ducibus eques Numida interuenit, literas ab Othone afferens, quibus iubebat ſuos omni ſublata mora in hoſtem pergere. Cecina hoſtiū aduentu cognito perturbat', ſubitò & operibus & fluuio relicto in caſtra ſe recipit. Pleriſque militū iam armatis, & teſſerā à Valente doctis, dum in ordinē legiones cōponerentur, equitum optimorum turma præmittitur in hoſtem. Duces Othonianorū, incertum qua occaſione in eam venerant opinionē, fore vt Vitelliani duces ad ipſos tranſirent. Itaque eos, quum inuicē appropinquaſſent agmina, amicè ſalutarunt, cōmilitoneſq; appellarunt: quam ſalutationem quū Vitelliani non benignè, ſed hoſtili murmure accepiſſent, ſalutatores quidem conſternati ſunt, cæteri autē proditionis eos ſuſpectos habuere. Id primùm Othonianos perturbauit, iam præſente hoſte. Sed & reliquorū nihil ſuo ordine geſtū: quum & impedimenta pugnantibus permiſſa multum cōfuſionis parerēt, & ipſa loci natura aciem diuelleret, foſſis ac ſulcis referti. A quibus ſibi metuentes, coacti ſunt

A B C 1523 D

A promiſcuè & cateruatim cum hoſtib' congredi. Duæ tãtùm legiones, Vitelliana(nomine Rapax) & Othoniana(nomine Adiutrix)aperto in campo iuſta pugna diu decertauerũt. Erãt autem Othoniani robuſti quidem & animoſi, cæterùm belli rudes, neque in aciem antè vnquam deducti: Vitelliani, multis prælijs aſſuefacti, ſenes iam erant, & langueſcente robore. Itaque impetu facto Othoniani eos pepulerũt, aquilámq; eripuerunt, omnib' propè qui in prima acie ſtabant, tru-
B cidatis. At Vitelliani ſimul pudore, ſimul ira conciti, in hoſtem irruerunt: & legato Orphidio necato, multis ſignis potiti ſunt. Gladiatoribus, qui & peritiam & audaciam ſecum ad pugnam afferre videbantur, Batauos induxit Alphenus Varus, equitum Germanorum optimos, in inſula natos, quá Rhenus circunfluit. Hos
1524 pauci gladiatorũ ſubſtiterunt, plerique ad flumen fugientes, in cohortes hoſtium inſtructas ibi inciderunt, ab iiſque defendentes ſeſe, vniuerſi occiſi ſunt. Turpiſſimè omnium ſe geſſerunt prætoriani milites, ne dum
C ad manus quidem perueniretur, ſubſiſtere auſi, ſed fuga per nondum ſuperatos ſe proripientes, eos quoque metu & perturbatione impleuerunt. Multi tamen Othonianorũ ſibi oppoſitis ſuperatis, per hoſtes iam victores in caſtra perruperũt. De ducibus neque Proculus neque Suetonius caſtra intrare auſi, ſed declinauerunt ea, metu militũ iam tum cladis culpam in ductores conferentium. Annius Gallus eos qui in vrbem ex pugna conueniebant collegit, animóſque eorum confirmabat, incerta victoria diſceſſum, & multis partibus
D ſuperatos hoſtes aſſerens. Marius Celſus primarijs viris conuocatis, deliberare eos in cõmune iuſſit: quippe tanta accepta clade, tótque interemptis ciuibus, ne Othonem quidem ipſum, ſi quidẽ vir bonus ſit, vltrà fortunam experiri cogitaturũ. Quando Scipio etiam & Cato, quòd Cæſari Pharſalico prælio victori cõcedere noluiſſent, malè audiuerint, vt qui nulla neceſſitate adacti multos bonóſque viros in Africa perdidiſſent: tametſi ij ꝓ libertate patriæ decertarint. Fortunã quidẽ, quum anceps ſit, tantum tamen in bonos non poſſe,

vt rebus aduerſis bene de euentis conſultandi faculta- A
tem eis eripiat. Hanc eius orationẽ probauerunt prin-
cipes:& quum tentatis militum animis,pacem eos vi-
derunt deſiderare,Titianúſque de concordia ineunda
legatos mittendos cenſerent,placuit vt Celſus & Gal-
lus irent,ac de ea re cum Cecina & Valente colloque-
rentur.Proficiſcẽtibus ipſis centuriones Vitelliani ob-
uiam facti ſunt,caſtra ſuorum iam verſus Bebriacum
mota renuntiantes,ſe autẽ pacificationis cauſa miſſos
à ducibus,quos collaudatos Celſus ſecũ reuerti, & ad B
Cecinam adire iuſſit. Quum appropinquaſſent Vitel- 1525
lianis,in graue periculũ Celſus venit.Nam equites ab
eo antè apud inſidias ſuperati tum præmiſſi erãt,ipſóque
conſpecto,ſtatim clamorẽ ſuſtulerunt,impetúmq;
in eum fecerunt: centuriones ante Celſum conſiſten-
tes,eos arcuerunt, & reliquis etiam ductorib' ſublato
clamore parcere eos iubentibus,Cecina re cognita ce-
leriter accurrit,tumultúſque equitum compeſcuit,ſalu
tatúmque amicè Celſum ſecum ad Bebriacum addu-
xit. Interim factum mutauit Titianus, militéſq; quos C
inueniebat ferociẽtes,rurſus in muros ſuſtulit,reliquis
vt auxilium ferrent iuſſis. Sed quum Cecina equo ad-
uectus dextram protendiſſet,nemo Titianum curauit,
alii de muris Vitellianos ſalutauerunt, alii apertis por-
tis egreſſi ſuos adierunt:ab omni temperatum eſt ma-
leficio,blandè mutuò accepti, vniuerſi in nomen Vi-
tellii iurarunt. Hoc modo pugnam factã plerique eo-
rum perhibent qui interfuerunt, ipſi quoque fatentes
propter confuſionem & inæqualitatẽ non ſatis ſibi de
omnibus conſtare.Mihi autẽ Meſtrius Florus vir con- D
ſularis,per eum campum vbi pugnatũ eſt,iter facienti,
ſenem quendã oſtendit (qui tunc adoleſcens cum O-
thone non ſua voluntate,ſed coactus fuerat) referen-
tem ſe poſt prælium eò accedentẽ vidiſſe tantum cada
uerum cumulum,vt qui in ſuperficie iacerẽt,aduerſa-
rios attingerent: ſéque cauſam eius rei quærentẽ,neq;
ipſum inuenire,neque ex alio quoquã cognoſcere po-
tuiſſe. Sanè apparet bellis ciuilibus plures in pugna
necari,quàm aliàs:eo quòd nemo viuus capitur,quum

A eiuſmodi mancipiorum nullus ſit vſus. Iſtius tamẽ ca-
1526 dauerum congeriei cauſa difficulter colligi poteſt. Ad
Othonem obſcurus primùm cladis nuntius eſt allatus:
deinde & ſaucii à prælio quidã venerũt. Hic minus mi
retur aliquis amicos eius, animũ deſpondere prohibẽ-
tes, verbiſque confirmãtes. Militũ incredibilis fuit fi-
des. Nemo eorũ neque diſceſſit, neque ad victorem ſe
contulit, neque viſus eſt rebus imperatoris deſperatis,
de ſuo ſolicitus: omnes ad fores eius ſe contulerũt, im-
B peratorẽ ſalutarunt, magna cum voce & ſummis pre-
cibus contenderũt, ſupplices etiam & lacrymantes, ne
deſerere ipſos aut prodere hoſtibus vellet, ſed vti dum
animi adhuc corporáq; ipſorũ ſpirarent. Quin & vnus
de obſcurioribus gladiũ intendens, Scias (inquit) Cæ-
ſar, hoc modo omnes pro te paratos. Itáque loquutus,
ſeipſum eo tranſadegit. Nihil horũ Othonẽ inflexit,
ſed ſereno cõſtantíque vultu oculos per omnes partes
circunferens, Hunc (inquit) ô cõmilitones diẽ, felicio-
rem illa qua me imperatorẽ creauiſtis, iudico, tales vos
C cernens, tantarúmq; rerum appetentes. Sed nolite me
maiori bono ſpoliare, quod morte pro tot támque bo
nis ciuibus oppetẽda præclarè ſum cõſequuturus. Nã
ſi dignus imperio Romano fui, oportet me vitã meam
patriæ impendere. Neque me præterit victoriã hoſti-
bus, neque firmã eſſe neque conſtantẽ. Refertur exer
citum ad nos ex Myſia venientẽ, iam mare Adriaticum
conſcendiſſe, ac paucorum à nobis dierum itinere ab-
eſſe: à noſtra parte Aſia eſt, & Syria & Ægyptus, & cõ-
tra Iudæos bellum gerentes copiæ: liberi & coniuges
D hoſtium in manu noſtra ſunt. Sed enim non contra
Annibalem, aut Pyrrhum, aut Cimbros bellum pro
1527 Italia, ſed contra gerimus: & vtrinque ſeu vincentes,
ſeu victi, patriam iniuria afficimus, cui damno eſt vi-
ctoris bonum. Pro certo habete, mori mihi eſſe hone-
ſtius quàm imperare. Neque enim tantum Romanis
prodero, victoriam obtinens, quantũ, ſi me ipſum pa-
triæ impendam; mortéque mea pacem ei & concor-
diam redimẽs efficiã ne rurſus talem diẽ Italia videat.
Hæc loquutus, reiectis iis qui obſtare & dehortari in-

tenderent, diſcedere amicos iuſſit, & quotquot aderãt A
ſenatorii ordinis, & abſentes quoque & per literas ad
ciuitates miſſas eos cõmendauit, quo tutius & hone-
ſtius domum redirent. Fratris deinde filium Cocceia-
num, adoleſcentem etiamnum, ad ſe vocauit, bonóque
eſſe animo iuſſit, neque ſibi à Vitellio metuere, cuius
ipſe matrẽ, liberos vxorémque, tanquam ſuos, incolu-
mes præſtitiſſet. Ideo autem (aiebat) te nondum ado-
ptaui: ſed id in eum finẽ diſtuli, vt recorderis Cæſarem
adoptionẽ non probaſſe, vt eo victore collega imperii B
eſſes, neque, ſiquid ei aduerſi accidiſſet, prior perires.
Id modò extremũ tibi præceptum ſcias, ne patruũ ti-
bi Cæſarem fuiſſe aut obliuiſcare vnquã, aut nimium
memineris. His peractis, paulo pòſt tumultũ & voci-
ferationẽ apud fores exaudiuit. Nam milites ſenato-
ribus abire parantibus, necem minabantur, ſi deſtitue-
re imperatorẽ pergerent neq; manerẽt. Quibus me-
tuens Otho, rurſus conſpiciendũ ſe præbuit, progre-
ſſúſque milites nõ iam orans, ſed truci vultu, in tumul
tuantes præſertim intuens, aſperáque voce diſcedere C
iuſſit, obtemperantes & perterritos. Veſperaſcente die
ſitim aquæ hauſtu modico reſtinxit. Duos habebat pu
giones: horum vtrunque quum diu pertentaſſet, alte-
ro reddito, alterum ſub axilla tenuit. Famulis deinde 1528
vocatis, ac familiariter compellatis, pecuniam diſtri-
buit, plus vni, alteri minus, neque id quòd tanquam a-
lieno parceret, ſed vt pro merito vnicuique daretur
ſolicitus. His dimiſſis reliquum noctis ſomno exegit,
ita vt cubicularii quoque ſtertentem exaudirent. Pri-
mo manè vocato liberto, cui mandauerat negotium D
ſenatorum expediendorum, percontatus eſt vt res ha-
berent: auditóque ſingulis quantum opus eſſet obtigi-
ſſe, Abi iam nunc (inquit) te militibus oſtende, ne te
meæ necis adiutorẽ illi putantes, mala morte afficiãt.
Eo digreſſo in gladiũ erectum, ac vtraq; manu ſuffual-
tum incubuit: ſemélq; tantũ ad dolorẽ vulneris inge-
muit. Quem gemitũ quũ qui extra cubiculũ erant, ex-
audiuiſſent, ſublato à pueris eiulatu, ilicò tota caſtra &
vrbem luctus peruaſit, militéſq; cum clamore & lamẽ-

A tatione ad fores accurrerunt, grauiſſimo dolore perculſi, ſibiq; ipſis maledicentes qui non cuſtodiuiſſent imperatorem, ac pro ipſis mori prohibuiſſent. Nemo omnino eorũ ad hoſtes (quanquã in ꝓximo ii eſſent) defecit: quin potius cõpoſito cadauere, & extructo rogo, armati funus extulerunt, gloriæq; ſibi ducebãt qui feretro ſubire occupaſſent: cæteri, pars vulnus imperatoris deoſculati ſunt, in cadauer incumbẽtes, pars manus attigerũt, pars eminus adorauerunt, nõnulli facibus in rogũ coniectis ſeipſos iugulauerũt. Et quidem
B neque vllo euidenti beneficio erãt ab eo affecti, neque erat cur graue aliquod malũ à victore expectarent, ſed videtur nulli vnquã tyranno tã acer atque inſanus imperandi amor innatus fuiſſe, quantũ illi obtemperãdi Othoni habuerũt, quãdo ne mortuo quidẽ deſideriũ eius apud ipſos deſiit, ſed permãſit, inque extremũ ad-
1529 uerſus Vitelliũ odium vertit. Sed reliqua ſuum locum habent, quò referãtur. Reliquiis terræ mandatis, ſepulchrum impoſitũ eſt, neq; mole neque inſcriptione in-
C uidioſum. Vidi ipſe quũ Brixelli eſſem, & monumentum modicũ & inſcriptionẽ hanc, MARCI OTHONIS. Obiit anno ætatis XXXVII, quũ imperaſſet menſes tres. Neque deteriores neq; pauciores mortis ſuæ laudatores, quàm vitæ vituperatores reliquit. Vita enim Neroni nihil præſtitit, morte lõgè honeſtius obita. Milites verò, Pollione præfectorum altero ſtatim eos iurare in nomẽ Vitellii iubente, grauiter fremuerũt. Auditóque nõnullos ſenatorii ordinis adhuc adeſſe, dimiſſis reliquis, Virginio Rufo moleſtiã exhi-
D buerũt, armati ad domũ eius veniẽtes, euocantéſq; vt vel imperiũ in ipſos ſuſciperet, vel legatus cauſam eorũ ageret. At Virginius imperiũ quod in victores renuiſſet, in victos accipere, dementis eſſe iudicabat: periculoſum verò ad Germanos legati munere fungi, quibus vim multis in reb⁹ feciſſe videbatur. Itaque per aliud oſtiũ nemine obſeruante ſe ſubduxit. Eo cognito, milites ſacramẽto ſe obligari Vitellio paſſi ſunt, & impetrata venia Cecinæ ſe coniunxerunt.

PLVTARCHI VITAE decem rhetorum,

ROBERTO BRITANNO interprete.

ANTIPHON. I. B

ANTIPHON, patrem quidem 1530
habuit Sophilum, ipſe verò fuit Rha-
mnuſius. Is à patre eruditus (rheto-
ricem enim profitebatur : vnde etiam
ei Alcibiadem,quum adhuc eſſet ado-
leſcens, aiunt diſcendi cauſa operam
dediſſe) bonitate ingenii ac naturæ vim facultatémq;
dicendi nactus, (vt nonnulli affirmant) ſe ad rempu-
blicam contulit, ludúmque inſtituit, & à Socrate in
diſputationibus non cōtendendi cauſa, ſed refutandi, C
diſſentiebat, vt eſt apud Xenophōtem in cōmentariis
factorum & dictorũ Socratis;orationéſq; ſcripſit quaſ-
dam rogantibus ciuibus, quibus in iudiciis pro ſe vte-
rentur.Ex his qui ante hunc fuerunt,nemo fuit,cuius
oratio in genere iudiciali verſaretur: ſed ne ex his qui-
dem qui in illius incidiſſent ætatem, eo quòd ſcribere
ſoliti non eſſent,non Themiſtoclis,non Ariſtidis,non
Periclis,licet his multa & varia argumenta ad ſcriben-
dum tempora ſuppeditarēt. Neque tamen imbecilli-
tate à ſcribendo abſtinebant,vt licet cognoſcere ex iis D
quæ ab hiſtoricis de vnoquoque eorum ſunt dicta, de
quibus antè mentionem feci. Equidem quoſcunque
poſſumus ex vetuſtiſſimis repetentes meminiſſe, qui
eandem orationis formam tractarent, eos ad Anti-
phontem iam ſenem reſpexiſſe reperiemus,vt Alcibia-
dem, vt Critiam, vt Lyſiam, vt Archinoum. Primus
verò rhetoricum artificiũ tradidit,factus ſolers & pru- 1531
dēs,ob ídque Neſtor vocabatur. Cæcilius verò in eo

A libro quem ipſe priuato ſuo ſtudio ſcripſit,dicit ſe con-
iectura moueri vt exiſtimet hunc Thucydidis ſcriptio-
nem ſibi ad imitandum propoſuiſſe, ob ídque ab eo
valde laudatur Antiphon. Hic & accuratè dicebat, &
ad perſuadendum aptè & callidè inueniebat, erátque
in rebus dubiis verſutus, & ex occulto aggrediebatur,
& ad leges & cõmiſerationes orationẽ maximè ſplen-
didam contorquebat. Fuit autem bello Perſico,& iiſ-
dem quibus Gorgias Sophiſta temporibus,paulo eo iu
nior:éſtque tempore productus donec popularis reip.
B ſtatus à quadraginta tyrannis euerſus fuit, cuius rei i-
dem ipſe videtur autor fuiſſe,quũ quidem duabus præ-
fectus nauibus ac dux,multis reportatis victoriis,mul-
tis ſocietatibus conſtitutis, armatíſque ab eo robuſtis
hominibus,ac ſexaginta impletis nauibus,ipſe legatus
perſæpe Lacedæmonem proficiſceretur quo tempo-
re Etionia muris eſt munita. Poſtquam verò quadra-
ginta tyranni euerſi ſunt,is cum Archiptolemo vno ex
quadraginta deprehenſus, proditioníſque damnatus,
ſine ſepultura proiectus fuit, cúmque poſteris ſuis
C publicarum tabularũ autoritate infamia notatus. Alii
verò à triginta ſublatum fuiſſe ſcribunt,ſicuti Lyſias in
ea quam ſcripſit pro Antiphontis filia oratione. Huic
enim erat filiola,cuius hæreditatem cõtrouerſam Ca-
læſchrus fecit. Quòd verò à triginta ſit interfect',ſcri-
bit Theopompus x v Philippica.Hic autem patre Ly-
ſidonida mitior fuit:& Cratinus de eo,vt de nõ malo,
in Pityne mentionem facit.Quomodo igitur ſi(vt an-
tea eſt dictum) à triginta eſt antè interfectus, fieri po-
teſt vt rurſus cum quadraginta tyrannis fuerit? Eſt &
D alia de eius morte opinio, eũ iam ſenem Syracuſas na-
uigaſſe,quo tempore ſuperioris Dionyſii tyrannis cõ-
ualuit: & quæſtione mota inter epulas,quódnam eſſet
optimum æs,multíſque varias opiniones ea de re affe-
rentibus,dixiſſe illum,hoc optimum eſſe quo Harmo-
dii & Ariſtogitonis ſtatuæ eſſent cõflatæ.Quod quum
1532 audiſſet Dionyſius, ac ſecũ reputaret orationem illam
ad inuadendum ſpectare,illum occidi iuſſit.Alii hanc
cauſam iubendi vt occideretur,fuiſſe aiunt,quòd illius

comœdias linguà & conuitiis proſcinderent.Feruntur A
verò huius rhetoris orationes ſexaginta,ex quib' quin-
que & viginti falſò illi attribui ſcribit Cæcilius. Hic
quũ ſub Platone eſſet,pecuniæ ſtudio vnà cum Piſan-
dro ſcripſit comœdias. Fertur etiã tragœdias ſcripſiſſe
& priuato quodam ſtudio, & cum Dionyſio tyranno:
quúmque ad poeticam adhuc incumberet,artem me-
dendi dolori compoſuit, vt quemadmodum ægris ac
morbo afflictis à medicis curatio petitur, ſic ars illa iis
qui dolore premerentur,tanquam medicina aliqua e-
ſſet.Atque is quum ædes Corinthi iuxta forum ædifi- B
caſſet,his hãc inſcriptionem in veſtibulo addidit,Poſſe
ſe mœrore ac luctu oppreſſos,verbis leuare:quúmque
doloris cauſas didiciſſet,laborantes ſolabatur.Sed quũ
hanc artis rationem humiliorẽ quàm vt ſibi cõueniret
arbitraretur, ad rhetoricem animum ſtudiúmque ap-
plicuit. Nec verò deſunt, qui eum librum qui eſt ſcri-
ptus à Glauco Rhegino de poetis, Antiphonti adſcri-
bãt. In primis autem laudatur liber quem de Herodo-
to, & contra Eraſiſtratum de ſimulachris, & is quem
de accuſatione pro ſeipſo ſcripſit,& is quo Demoſthe- C
nem ducem accuſat,quòd cõtra leges aliquid promul-
gaſſet.Scripta quoque ab eo contra Hippocratem me-
dicum oratio eſt, cúmque indicta cauſa damnauit de-
cretum quod factum eſt Theopompo remp.obtinen-
te:quo etiam quadraginta tyranni cõciderunt. Decre-
tum autem quo Antiphon fuit iudicatus,Cæcilius tra-
dit hoc modo: Viſum ſenatui eſt vna & vigeſima die
magiſtratus:ſcripſit Demonicus Alopecẽſis:Philoſtra-
tus Pellenenſis exercitum eduxit: Andro de viris illis
egit,quos duces oſtendũt legationem obiiſſe apud La- D
cedæmonios,cum damno atque incommodo ciuitatis
Athenienſium, & ab exercitu nauigare cum naue ho-
ſtili,ac terra pedib' iter per Deceliã facere, Archepto-
lemũ ſcilicet & Onomaclè & Antiphõtem cõprehen-
dere,atq; in iudiciũ adducere,vt pœnas dent: eos verò
exhibeãt duces,& ſecũ decẽ,quos illis videbitur,ex or-
dine ſenatorio delectos ſumãt,vt de præſentibus cauſis 1533
iudiciũ fieri poſſit. Ipſos verò conuocent theſmothetæ

A poſtero die, & introducant: qui poſteaquam introducti & in ius vocati fuerint, tum proditionis eos accuſent patroni decem, de quibus eſt dictum, & duces, & alii, ſicui ita videatur. Quum verò contra eos feretur ſentẽtia, ea ad hanc legem dirigatur, quæ de proditoribus eſt lata. Hoc ſubſcribitur decreto, hæc proditionis erat mulcta. Vtinam Archeptolemus Hippodami filius Agrylethenſis adeſſet: vtinam & Antiphon Sophili filius Rhamnuſius adeſſet. In hos ita eſt animaduerſum, vt vndecim viris tradantur, bonáque in ærarium referantur,

B ac decima pars deæ adiudicetur, vtque domus diruantur, limitéſque in circuitu ponantur, addita inſcriptione, eas Archeptolemi & Antiphontis proditorum eſſe: magiſtratus verò dicti demarchi domum ad eandem legem publicare, neque licere Archeptolemum Athenis, neque vlla in regione in qua dominentur Athenienſes, ſepelire, & infamem eſſe Archeptolemum & Antiphontem, & genus ipſorum, ſiqui aut ſpurii aut legitimi fuerint. Quòd ſiquis eorum aliquem, quos aut Archeptolemus aut Antiphon ge-

C nuerit, adoptet, is infamis eſto. Hæc verò in columna ænea ſcribere, cui & decreta imponãtur quæ de Phrynicho ſunt facta.

ANDOCIDES. II.

ANdocides, patre natus erat Leogoro, qui Athenienſibus ineundæ pacis cum Lacedæmoniis aliquando autor fuit. Natione verò Cydathenæus vel Thoreus, genere eupatridarum, atque à Mercurio, vt ſcribit Hellanicus. Κηρύκων enim genus (*id eſt Caduceatorum, qui familiæ iure quodam hoc magiſtratu funge-*

D *bantur*) ad eum attinebat. Quo factum eſt vt quum Corcyræi contra Corinthios contenderent, ſe parauerit aliquando cum Glauco, vt inſtructis viginti nauibus, illis ſuppetias ferret. Poſtea verò impietatis accuſatus, quòd etiam ipſe Mercurios cõcidiſſet, ac my-

1534 ſteria Cereris violaſſet, quum antea diſſoluta atque immoderata fuiſſet vita, quódque noctu laſciuiens ſacrarum imaginum ornamenta fregiſſet, vocatus eſt in ius. Poſteaquàm verò ſeruum dedere recuſauit, quem ac-

cuſatores in quæſtionem petebant, ferunt delatum e- A
ſſe, & ad oblatam ſecundæ accuſationis cauſam in ſu-
ſpicionem perpetrati facinoris veniſſe. Ea autem paulo
poſt expeditionem in Siciliam accidit. His de rebus
quum eſſet factum iudicium, elapſus eſt, quum ſe ſce-
leris autores indicaturum promitteret. Itaque omni
ſtudio curáque intentus, eos reperit qui in ſacra iniu-
rioſi fuiſſent, in quibus patrem etiam indicauit: quúm-
que cæteros omnes conuiciſſet, perfecit vt extremo
ſupplicio afficerentur: patrem verò, licet iam vinctum,
liberauit, quum illum multas vtilitates ciuitati allatu- B
rum polliceretur: nec verò aliter accidit. Multos enim
Leogoras conuicit, qui pecunias publicas in priuatum
vſum conuerterent, & aliis quibuſdam flagitiis eſſent
obnoxii. Hiſce de cauſis, accuſatione & pœna liberatus
eſt. Quum verò Andocides ob eas res quas in republi-
ca geſſiſſet, magnam gloriam eſſet conſequutus, nauiũ
& ipſe gubernator & adminiſtrator eſt factus: ac Cypri
regibus, multíſque aliis illuſtribus hoſpitio fuit con-
iunctus, quum Ariſtidis filiam, vnam ex ciuibus conſo-
brinam ſuam, clam domeſticis & familiaribus eduxit, C
& ad Cypri regem dono miſit. Cuius rei cauſa quum
videret ſe in ius mox vocatum iri, rurſus illam è Cypro
eſt furatus: eúmque deprehenſum rex in vincula con-
iecit. Quũ verò aufugiſſet, venit in ciuitatem quo tem-
pore quadringenti viri remp. adminiſtrabant: à quibus
quum eſſet vinctus, aufugit, ac rurſus euerſo illo pau-
corum dominatu in exiliũ pulſus eſt, iam tum triginta
tyrannis imperium accipientibus. Hoc exilii tempore
Elidem incoluit, & quum Thraſybuli familiares in ci-
uitatem redirent, ipſe quoque eſt reuerſus. Miſſus verò D
pro pace ad Lacedæmonios, quum improbè videre- 1535
tur in hoc inſtituto verſatus, aufugit. De his omnibus
facilè licet ex orationibus quas ſcripſit, intelligere:
quarum aliæ quidem defenſionem continẽt de ſacris,
aliæ in totum deprecationis partibus funguntur. Ipſius
verò de indicatione eorum qui ſacra violaſſent, ex-
tat oratio, & contra Phæacem, & pro pace defenſio.
Atque illis quidem temporibus militauit cum Socrate

A philoſopho. Principium verò naſcendi illi fuit Olympiade ſeptuageſima octaua, principe in republica Athenienſium Theogenide. Ex quo conſtat ipſum centum annis Lyſia antiquiorem fuiſſe. Porro ab illo denominatur etiam Mercurii ſtatua, quam Andocidis appellant. Ea enim quamuis à tribu Ægeide extructa & ſacrata ſit, ab Andocide tamen nomen habet, quòd ille ſtatuæ proximè habitaret. Idem ipſe choro cyclico dithyrambico certanti ſuæ tribui ſumptus miniſtrauit palmámque adeptus, tripodem dicauit, excelſóque in
B loco ſtatuit, Porino Selino oppoſitum. Simplici autem dicendi genere, nullóque verborum aut figurarum apparatu in ſuis orationibus vtitur.

LYSIAS. III.

LYſias, patrem habuit Cephalum Lyſanium Cephali filium. Is natione Syracuſanus fuit. Quum verò Athenarum deſiderio teneretur, ſéque in eam ciuitatem transferri cuperet, ſuaſione præſertim Periclis Xanthippi filii, qui ei amicitia ac hoſpitio coniunctus
C erat, diues admodum, vel (vt nonnullis videtur) Syracuſis elapſus, quum in his Gelo tyrannidem exerceret, Athenas venit quo tempore Philocles cum Phraſicle princeps in repub. eſſet, ſecundo anno poſt octogeſimam & ſecũdam Olympiadem. Primùm quidem cum clariſſimis Athenienſium erudiebatur: poſtquam verò ciuitas coloniam ad Sybarim miſit illam quæ Thurii denominata eſt, abiit cum fratre Polemarcho ſeniore, (huic enim alii erãt duo, Eudidus & Brachillus) patre iam mortuo annos natus quindecim, Praxitele in rep.
D dominante, vt hæreditatis particeps fieret, atque illic
1536 manſit. Vbi quũ apud Tiſiam & Niciam Syracuſanos inſtitueretur, quúmq; domum cõparaſſet, ac hæreditatem eſſet conſequutus, egit in ciuitate annos tres & ſexaginta, donec Clearchus rempub. obtineret. Deinceps verò Callia dominante, ſecunda & nonageſima Olympiade, propter illas quæ Siciliæ cauſa Athenienſibus acciderant, calamitates, motúque cum ab aliis ſociis facto, tum ab iis maximè qui Italiam incole-

bant,accuſatus quòd partes Athenienſium ſequeretur, A
cum aliis tribus eſt expulſus. Athenas verò quum ve-
niſſet,Callia præfecto reipub.poſt Cleocritum,quum
iam quadringenti viri rempub. ſub ſuam ditionem re-
degiſſent, in ea egit. Quũ autem naualis pugna apud
Ægos flumen eſſet commiſſa, ac triginta viri rempub.
recepiſſent, annis ſeptem elapſis inde declinauit, pri-
uatus ſuis facultatibus, ac fratre Polemarcho. Ipſe au-
tem per domum vtrinque ianuam habentem effugiẽs,
in qua aſſeruabatur tanquam iam extremo afficiẽdus
ſupplicio,egit Megaris. Tribulibus verò ad illius redi- B
tum incumbẽtibus, quòd ipſe vtiliſſimus omnium ci-
uitati viſus eſſet, data mille drachmarum pecunia, ac
clypeis ducentis,miſſúſque cum Hermane ſubſidiarios
milites mercede conduxiſſet trecentos & duos,quód-
que ſuaſiſſet Thraſylæo Elienſi quẽ hoſpitio excepe-
rat, vt aliquot talenta daret, his de cauſis quum ſcri-
pſiſſet Thraſybulus ius ciuitatis illi poſt reditum dan-
dum eſſe, quum nullus eſſet in repub.magiſtratus an-
te Euclidem, populus Athenienſis donum ratum ha-
buit. Quum verò Archinus eum accuſaſſet quòd con- C
tra leges feciſſet, quum legem antè quàm lata eſſet,
promulgauit, ſuccubuit, ac reliquum tempus à re-
pub. remotus conſumpſit, æquali cum cæteris ciui-
bus iure vtens: obiítque annos natus tres & octogin-
ta, vel (vt nonnulli ferunt) ſex & ſeptuaginta, aut,
(vt quidam)ſupra octoginta: vidítque Demoſthenem
adoleſcẽtem.Natum autem ferunt Philocle magiſtra-
tum gerente.Illius aiunt orationes trecentas & vigin-
tiquinque:ex his autem legitimas eſſe ducentas & tri-
ginta,ſicuti refert Dionyſius & Cæcilius: in quibus bis D
tãtùm victus fuiſſe dicitur.Eſt verò ipſius quoque ora- 1537
tio,quam de decreto inſcripſit Archinus, quo reip.ra-
tionem cõplectebatur.Scripſit aliam etiam contra tri-
ginta tyrannos.Erat autem ad perſuadẽdum perappo-
ſitus,& in orationibus quas multis priuatis hominibus
dabat,breuiſſimus. Scripſit item artificiũ rhetoricum,
& conciones,& epiſtolas,& encomia, & epitaphia,&
amatoria,& Socratis defenſionem, quæ eſt in iudices

mœdiis ab Ariſtophane & Stratide transfertur. Natus A
autem eſt octogeſimaſexta Olympiade,quum quidem
Lyſimachus Myrrhimuſius annos natus eſſet duos &
viginti, ac Platone ſeptem annis ſenior. Puer quidem
quũ eſſet, erudiebatur nihilo ſegnius quàm quiſquam
Athenienſium,ac Prodicum Chium audiebat, & Gor-
giam Leontinum, & Tiſiam Syracuſium, & Thera-
menem rhetorem: quem quum triginta tyranni
comprehendiſſent, atque ad Veſtam conſiliariam
confugeret,ſolus, cæteris conturbatis,ad ferendum
auxilium ſurrexit, ac diu quidem initio conticuit: de- B
inde ipſum deprecatus eſt Theramenes, quum ita di-
ceret, acerbius id ſibi ad dolorem fore, ſiquis amico-
rum ſua cauſa calamitatem ſubiret. Illius ferunt artes
quaſdam eſſe,quas ſibi cõparauit quum à calumniato-
ribus in iudiciis premeretur.Hæ ſunt Botonis nomine
inſcriptæ. Cauſa verò reipub.non attingẽdæ,quum ad
virilem ætatem perueniſſet,fuit vocis gracilitas,& mi-
nimè expedita & ſoluta linguæ tarditas, & timiditas
quædam, & earum calamitatum contemplatio quæ
maioribus ſuis in bello contra Lacedæmonios acci- C
derant. In cæteris conſtãter ſtetiſſe eſt viſus. Tantúm-
que vna habita oratione de retributione, ludóque in-
ſtituto, & re deliberata animóq; agitata,philoſophari
& ſcribere eſt aggreſſus, ac panegyricum & quaſdam
in genere deliberatiuo legit orationes quas ſcripſerat:
alias verò aliis parauit,ratus ita Græcos ad ea quæ offi
cio honeſtatíq; ſunt cõſentanea,poſſe incitare. Quod
inſtitutum quum minimè fœliciter ſuccederet,deſtitit
poſtea aliis orationes ſcribere. Ludum autem tenuit
primùm in Chio, quum (vt nonnulli tradunt)nouem D
haberet auditores; ex quo quum videret numeratam
mercedem, collacrymans inquit, Vt meipſum his
præbui vendendum! Is verò ſui copiam fecit iis qui 1539
volebant,primúſque ſermones ad diſputandum para-
tos, ab iis qui de rep.tractant, diſtinxit, quibus potiſ-
ſimam dedit operam: magiſtratus etiam in Chio con-
ſtituit,& patriæ ſuam adminiſtrandæ reipub.rationem
tradidit. Argenti autem tantum quantum ex ſophiſtis

A nemo, comparauit, vt etiam in trierarchorum nume-
rum peruenerit. Auditores habuit centum : multos
quidem alios, ſed in primis Timotheum Cononiæ fi-
lium, quocum multas adiit ciuitates, quum illas ſcri-
beret epiſtolas quæ ſunt à Timotheo miſſæ ad Athe-
niēſes : ex quo talentum dono accepit ex iis quæ è Sa-
mo miſſæ eſſent, pecuniis. Dedit ſe quoq; illi ad audien-
dum Theopompus Chius, & Ephorus Cumæus, &
Aſclepiades, qui tragœdias ſcripſit, & Theodectes Pha-
ſilites, qui etiam tragœdias poſtea ſcripſit. Huius eſt mo
B numentum ad Cyamitin iter facientibus, iuxta ſacram
viam quæ ducit Eleuſinem, in cæteris nunc diſſipatum
& deletum: intus clariſſimos poetarum ſecum conſti-
tuit, ex quibus ſoli extant Homerus, Leodamus Athe-
nienſis, & Lacritus, qui autor legum Atheniēſibus fe-
rendarum fuit. Ferunt autem nonnulli Hyperidem, &
Iſæum, & Demoſthenem, quum rhetoricem doceret,
ad Iſocratē ſtudioſè acceſſiſſe, eíque dixiſſe, ſe quidem
mille drachmas quibus docebat, præbere nō poſſe: da-
turos verò ducentas, vt quintam artis partem diſcerēt.
C Iſocratem autem reſpondiſſe, Artem non in fruſta di-
ſſecamus, ô Demoſthenes, ſed quemadmodū pulchros
piſces integros vendimus, ſic, ſi diſcere voles tu, totam
artem facultatis dicēdi vēdam. Mortuus verò eſt Chæ-
ronida remp. obtinente, quum ille ad palæſtram Hip-
pocratis nuntios de calamitate apud Chæroniam ac-
cepta audiſſet, ſéque ipſum è vita quatridui abſtinentia
exegit, tria verſuum Euripidis præfatus initia: Danaus
quinquaginta filiarum pater : Pelops Tantalius ad Pi-
ſam veniens: Sidoniam vrbem Cadmus aliquando re-
D linquēs. Octauo & nonageſimo vitæ anno, vel (vt non-
1540 nullis videtur) cēteſimo, quum Græciam quater vide-
re ſeruiētem, pati nullo modo poſſet. Anno antequam
mortuus eſt, vel (vt nōnulli ferūt) quatuor, ſcripſit Pā-
athenaicum : Panegyricū verò annis decem, alii quin-
decim dicunt, quem ex Gorgia Leontino, & Lyſia ex-
cerpſiſſe, ſibíque adſcripſiſſe ferunt. Ipſam de retribu-
tione orationem ſcripſit annos natus duos & octogin-
ta: illas ad Philippum, paulo antequam eſt mortuus.

Quum verò iam eſſet effœta ætate, filium ex Plathane Hippiæ rhetoris filia adoptauit. Ex his autem tribus quos ex vxore habuit, minimus natu ſatis vberes magnáſque tenuit diuitias, non ſolùm quòd à familiaribus &ipſi notis hominibus exigeret pecuniam, verum etiam quòd à Nicocle rege Cypri, qui ipſe erat Euagoræ filius, viginti talenta pro ſcripta à ſe illi oratione accepit. Quæ res quũ illi magnam cõflaret inuidiam, ter ad trierarchicũ munus deſignatus, bis quidem filii opera, imbecillitatis excuſatione deprecatus eſt: tertiò verò, quum ſuſcepiſſet, conſumpſit non pauca. Quum verò pater diceret ſe ſolum ſeruum cum filio miſiſſe, Enimuero diſcede: (inquit) nã pro vno duos habiturus es ſeruos. Certauit verò in eo certamine quod eſt ab Artemiſia ad Mauſoli ſepulchrum cõſtitutum. Huius laudatio non extat. Scripſit quoque Helenæ encomium, & aliud quo Areopagitas laudat. Alii quidem aiunt hunc, quum nouem dies à cibo abſtinuiſſet, è vita exceſſiſſe: alii quatuor, quum illa vidiſſet ſepulchra, quæ iis qui ad Chæroniam bello cecidiſſent, confecta eſſent. Scripſit autem & Aphareus eius filius orationes. Sepultus quidem eſt cum propinquis, propè verò Cynoſarges in tumulo ad læuam: cúmque illo filius, paterque Theodorus, & mater, & Anaco huius ſoror, amita oratoris, atque Aphareus filius adoptiuus, & patruelis eius Socrates filius Anacus, quæ fuit ſoror Iſocratis, & eius frater Theodorus, qui eodem erat nomine quo pater, & nepotes pueri Apharei quem adoptauerat, & huius pater Theodorus, vxórque Plathane, Apharei adoptiui mater. Et quidem iuxta hos erant menſæ ſex, quæ nunc minimè extant. Ipſius verò Iſocratis in monumento erat aries cubitorum ſex, ſuper quem erat apum domuncula cubitis alta ſeptem, cõiecturaliter atque ænigmaticè addita, quæ ipſa quoque periit. Erat etiam ipſius menſa, quæ poetas continebat: & ipſius præceptores, in quibus Gorgiam ad ſphæram aſtrologicam reſpicientem, ipſúmque Iſocratem ei adſtãtem videre erat. Eſt & illius in Eleuſine

A ænea erecta ſtatua ante porticum ſub Timotheo Cononis filio, cui ita inſcribitur: Timotheus honorem amicitiæ deferens atque hoſpitalitati, de abusillis Iſocratis imaginem poſuit: quod opus Leocharem fabrum autorem agnoſcebat. Feruntur autem huius orationes ſexaginta, ex quibus illius ſunt propriæ quinque & viginti, vt ſentit Dionyſius: vt verò Cæcilius, octo & viginti: aliæ falſò huic adſcribuntur. Ab oſtentatione autem planè abhorrebat: ita vt quum aliquando ad eum tres diſcendi cauſa acceſſiſſent, duos quidem admiſerit,
B tertium verò reiecerit, quum ita diceret, in poſterum ſe venturum eſſe, nunc quidem ſibi ex prominentibus ædificii partibus eſſe ſpectandum. Solitus verò eſt familiaribus dicere, ſe quidem decem minis docere: illi verò qui vocis firmitatem, & animi in dicendo fortitudinem ipſum doceret, ſe decem millia minarum daturum: & quum interrogaretur cur ipſe qui doceret alios, ſibi docendo non eſſet ſatis, reſpondit, coticulas quidem ipſas ſecare non poſſe, eas tamen ferro ſecandi vim ac facultatem dare. Sunt verò
C qui eum artes ſcripſiſſe dicãt: alii, qui non arte aut via, ſed exercitatione vſum contendant. A ciue mercedem exegit nunquam, familiaribus autem iniungebat qui ſe ad conciones conferrent, vt dicta exciperẽt eorum qui concionem haberent, ad ſéque deferrent. Socratis mortem immoderatè ferre eſt viſus, vt atratus ipſe ſequenti die in publicum prodierit. Quum autem rurſus non nemo interrogaret quæ vis eſſet rhetorices, reſpondit, poſſe de paruis rebus amplè, de magnis etiam ſummiſſè dicere. Quum autem aliquando in con
D uiuio apud Nicocreontem Cypri tyrãnum eſſet, eúmque qui adeſſent, hortarentur vt diſputaret: reſpondit,
1542 Quibus ſum ad dicendum vehemens, nunc deeſt tempus: quibus verò nunc tempus adeſt, his ego vehemens non ſum. Sophoclem verò tragicum quum videret amoris ſtudio puerũ ſectari, Decet, Sophocles, (inquit) non ſolùm manus, verumetiam oculos in poteſtate habere. Quum autem Cunæus Ephorus è ſchola inerter ac ſine vllo fructu diſceſſiſſet, quúmq; à patre cum

ſecunda mercede miſſus rurſus luderet, bigam ipſum A
appellauit. Hunc tamen virum coluit ſatis: cuius rei
cauſam ipſe reddidit. Fuit verò ad venerem pronus, ita
vt quum ceruical croco haberet madefactum, etiam
ſubſtramine circa lectum extẽſo vteretur. Iuuenis qui-
dem quum eſſet, vxorem non duxit, ætate verò ingra-
ueſcente cum amica verſabatur, quæ ipſa Lagiſce ap-
pellabatur. Ex hac filiolam habuit, quæ duodecim nata
annos, antequam nuberet, extremum vitæ obiit diem.
Poſtea Plathanem Hippiæ rhetoris vxorem in matri-
monium adſciuit, quum illa filios haberet tres, ex qui- B
bus Aphareũ (vt eſt antè dictũ) adoptauit, cuius etiã fi-
lius æneam iuxta Olympium tanquã in colũna erexit
ſtatuam. Huic eiuſmodi addita inſcriptio eſt: Aphareus
patris Iſocratis hãc poſuit ſtatuam honoris deorum &
parentum gratia. Fertur quoque adhuc puer examina-
tor fuiſſe: eſtque eius in ſphæriſtra ſacerdotum poſita
ſtatua, ex qua intelligi poteſt hunc puerum adhuc exa-
minatorem fuiſſe, vt nõnulli affirmare non dubitarũt.
Bis tota vita in certamen eſt vocatus: primùm quidem
quum ad retributionem illum Megaclides cõuocauit, C
cui reſpõdendi facultatem morbus præcidit, ſed miſſo
filio ſuperior fuit in cauſa: ſecundò verò, quum ad re-
tributionem triremium cauſa ſuſceptam à Lyſimacho
eſt vocatus: à quo quum victus eſſet, trierarchiæ onus
ſubiit. Erat quoque ipſius picta imago in eo loco quem
Athenienſes πομπεῖον appellant. Hic verò Aphareus ſcri-
pſit quidem orationes, ſed paucas, in genere iudiciali
& deliberatiuo. Scripſit quoque tragœdias ſeptem &
triginta, ex quibus duas inter ſe contrarias fecit. Exor-
ſus autem docere à Lyſiſtrato vſq; ad Soſigenem an- D
nos octo & viginti, doctrinas vrbanas propoſuit ſex, 1543
& bis præmium reportauit propoſitis aliis duabus Le-
naïcis, Dionyſii & aliorum opera. Matris verò Iſocra-
tis & Theodori, eiuſdémque ſororis Nacûs imagines
in ſumma arce ſunt poſitæ: ex quibus illa quæ eſt ma-
tris, nunc ad Hygiam poſita eſt, illa Nacûs, non extat.
Habuit liberos Alexandrum quidem ex Cœno, Vſi-
clem verò ex Lyſia.

A ISAEVS. V.

ISæus,genere erat Chalcidẽſis.Athenas verò miſſus,
Lyſiæ præceptori operam dedit propter nominis ſi-
militudinem,& in rebus agẽdis calliditatem.Itaq; niſi
quis valde peritus ſtyli eorũ fuerit,in multis orationibꝰ
diſcernere vtrius rhetorum ſint,nõ poſſit.Floruit verò
poſt Poleponeſiacũ bellũ, vt licet ex ipſius orationibus
cõiicere,& vſq; ad Philippi imperium peruenit.Is otii
fugiẽdi cauſa Demoſthenem decem milliũ drachmarũ
pretio inſtituit, ob idque maximè excelluit. Ipſi verò
B Demoſthenis exhortatorias ſcripſit orationes, vt ferũt
nonnulli. Orationes reliquit quatuor & ſexaginta, ex
quibus quinquaginta ſunt legitimæ, & eius propriæ.
Scripſit item priuatas artes. Primus verò ſchematis vti
cœpit,& ad vrbanitatẽ animi ſentẽtiam & cogitationẽ
cõuertere:quod maximè imitatur Demoſthenes. Hu-
ius quoq; in Theſeo meminit Theopõpus comicus.

AESCHINES. VI.

AEſchines,natꝰ patre eſt Atrometo,qui initiò quũ
ſub triginta tyrannis exularet, ipſe poſtea vnà cũ
C aliis populũ ad priſtinam libertatẽ reuocauit: Glauco-
thea matre,tribu verò Cothocides, neque genere neq;
opibꝰ celebris.Adoleſcẽs quũ eſſet ac robuſtus viribꝰ,
ad gymnaſia ſtudiũ laborémq; cõtulit. Poſtea quũ vo-
cis firmitate ac robore valeret,ſe in tragœdiis exercuit:
1544 &(vt Demoſthenes dicit) ſubſcribens,ac tertias agens
partes in bacchanalibus Ariſtodemi arbitratu ſemper
fuit,colligẽs in otio veteres tragœdias: ac puer adhuc
literas didicit,patre doctore ac magiſtro: adoleſcénſq;
in vario bellorũ genere militauit. Hũc nõnulli Iſocra-
D tem & Platonẽ audiſſe ferũt,Cæcilius quidem Leoda-
mantẽ dicit.Verſatúſq; in rep.eſt nõ obſcurè,propter-
ea quòd Demoſtheni Demoſtheníſq; ſuffragatoribus
aduerſaretur. Legationes obiit & multas alias, & ad
Philippũ de pace: in qua accuſatus à Demoſthene eſt,
quòd illius cauſa Phocẽſes euerſi eſſent, quódque ipſe
autor belli introducẽdi fuiſſet, quũ ab Amphictyonibꝰ
ad Amphiſſeos legatus eſt creatus, ipſiq; Amphictyo-
nes portũ ſtruxiſſent,quo facto ad Philippum cõfuge-

runt,& Philippus adiutore Æſchine res ipſas eſt aggre- A
ſſus,ac Phocidem cepit.Sed ſentẽtia patrocinantis Eu-
buli Spinthari Proualluſii, qui tũ ſummã apud popu-
lum poteſtatem obtinebat, ſubleuatus, triginta ſuffra-
giis euaſit. Sunt qui dicant rhetores orationes defen-
dẽdi capitis cauſa aliis ſcripſiſſe, ſed calamitate ea quæ
ad Chæroniam accepta eſt, iudicia ſunt intermiſſa.
Poſtea verò quum Philippo mortuo Alexander impe-
tum in Aſiam faceret, Cteſiphontem in ius vocauit,
quòd decernendis Demoſtheni honoribus ipſe contra
leges ſcripſiſſet: quo in certamine quum quintam ſu- B
ffragiorum partem non obtinuiſſet, Rhodum confu-
git, quum à mulcta mille drachmarum perſoluẽda, ad
quam fuerat damnatus, animo ac voluntate abhorre-
rẽt. Alii tunc infamiæ notatum dicunt, quòd ciuitate
exire nollet, & ad Alexandrũ Epheſum ſe recipere: quo
mortuo, rebúſque Athenienſium vario tumultu agita-
tis, ipſe Rhodum abiit: ludóque in ea vrbe inſtituto, o-
mnibus qui vellent, ſe ad docendum dedit. Is oſten-
tationis ſtudio habitam à ſe cõtra Cteſiphontem ora-
tionem Rhodiis recitauit: quúmque omnes miraren- C
tur potuiſſe illum his pro ſe in iudicio dictis ſuperari:
Minimè ſanè (inquit) mirati eſſetis Rhodii, ſi contra ea
dicentem Demoſthenem audiſſetis. Scholámque illic
reliquit, quæ Rhodiacus ludus eſt appellata. Deinde
Samũ nauigans, atque in inſula habitans, non ita mul- 1545
to pòſt eſt mortuus. Fuit autem voce canora & valida:
quod tum ex iis quæ dicit Demoſthenes, tum ex De-
mocharis oratione intelligi poteſt. Illius verò oratio-
nes ferũtur quatuor, Cõtra Timarchũ, Pro legatione,
Contra Cteſiphõtem: hæque ſolæ ſunt legitimæ. Nam D
ea quæ Deliaca inſcribitur, Æſchinis non eſt propria.
Profectus quidem eſt ad cauſam dicẽdam pro ſacris in
Delo patronus cõſtitutus, ſed eam non habuit oratio-
nem: huius enim in locum (vt dicit Demoſthenes) Hy-
perides eſt ſubrogatus. Fratres verò Aphobũ & Demo-
charem habuit, vt ipſe idẽ eſt autor. Primus verò Athe-
nienſibus illam in Thamynis victoriam ſecũdam nun-
tiauit, quo factum eſt vt corona à populo donaretur.

A Alii autem dicũt Æſchinem nullo præceptore aut ma-
giſtro vſum eſſe, ſed ex eo quòd ſcribam ageret in fo-
ro, iudiciorum formam ac modum calluiſſe. Primùm
quidem apud populum habuit orationes cõtra Philip-
pum: quúmque ex eo magnam conſequutus eſſet glo-
riam, decreta eſt illi ad Arcades legatio: ad quos quum
veniſſet, cum motum eorum animis attulit, vt innume
rabiles contra Philippum conſpirarent. Timarcho ve-
rò adulterii actionem intendit: qui, deſerto certamine,
vitam laqueo ſibi ipſe aptato finiuit, vt quodam loco
B ſcribit Demoſthenes. Delectus quoque eſt legatus ad
Philippũ pro pace cõtra Cteſiphontem & Demoſthe-
nem: in qua ſe ipſe, quàm Demoſthenes, geſſit præſtan-
tius. Decimus ipſe poſtea legatus, confirmata iuramen-
tis pace, iudicio (vt antè diximus) liberatus eſt.

LYCVRGVS. VII.

Lycurgus, patrem habuit Lycophronem Lycurgi
filiũ, quẽ triginta tyrãni interfecerũt. Huius mor-
tis cauſa fuit Ariſtodemus Bethenſis, qui quæſturam
Græciæ nactus, quũ popularem in rep. ſtatũ valere vi-
C deret, fuga ſe à populi aſpectu ac iudicio abripuit. Tri-
bu verò Butades, genere Eteobutes fuit. Primùm qui-
dem philoſophiæ ſtudio ſe dedidit, in quo magiſtro eſt
vſus Platone philoſopho. Deinde factus Iſocrati fami-
1546 liaris, verſabatur in rep. præclarè, cum dicẽdo, tum fa-
ciendo: & iam illius fidei pecuniarũ adminiſtratio ac
diſpẽſatio erat cõmiſſa. Quæſtor verò eſt creat' ad triũ
quinquenniorũ ſpatiũ decem & quatuor milliũ talen-
torum, vel (vt nõnulli aiunt) decem & octo milliũ ſex-
cẽtûm quinquaginta. Atq; hũc honorem quũ illi Stra-
D tocles rhetor decreuiſſet, primùm quidẽ eſt electus: de-
inde quũ lege præſcriptũ eſſet ne quis vltra quinquen-
niũ publicæ pecuniæ curã adminiſtraret, quodã ex a-
micis ad huius honoris prærogatiuã adſcripto, ipſe o-
peram ſtudiũmque in regenda ac diſpenſanda pecunia
nauauit. Huius ad res gerendas incredibilis fuit con-
ſtantia & hyeme & æſtate, & ad bellicos apparatus
delectus, rempub. multis rebus meliorem & firmio-
rem reddidit, triremẽſque populo trecentas inſtruxit,

& in Lycio gymnaſium fecit, palæſtrámque ædificauit, A
ac ſpectaculum præfectorum in Bacchanalibus conſummauit. Tantámque huic priuati homines in depoſito fidem habuerunt, vt ducentorum & quinquaginta talentorũ cuſtodiam tenuerit, pluráq; quæ ad pompam luſtrationémque facerẽt, tum ex auro tum ex argento ciuitati comparauit, & Victoriæ ſtatuas aureas, multáque inchoata neque planè perfecta opera abſoluit, & naualia, & rerum repoſitorium neceſſariarum: ipſéque & fundamentorum iaciendorum in ſtadio Pa- B
nathenaïco, & eiuſdẽ ſtadii perficiendi autor fuit: eam quoque reipub. attulit vtilitatem, quòd alueũ qui erat Athenienſibus permoleſtus, æqualẽ fecit: ad quod cõficiendum, fundum à Dinio quodã accepit: qui quum illum prius poſſideret, tamen quò ipſi Lycurgo gratificaretur, eum fundum reipub. in perpetuum obligauit. Penes hunc fuit ciuitatis cuſtodia, & ſceleratos cõprehendi poteſtas: quos omnes ita eiecit, vt ſophiſtarum nõnulli dicerent Lycurgum non atramento, ſed fato calamum contra improbos illinentem conſcribe- C
re. Itaque quum eſſet ab Alexandro poſtulatus, populus nequaquam hunc dedendum exiſtimauit. Legationes obiit cum Polyeucto & Demoſthene ad Peloponeſum, aliáſque ciuitates nonnullas, quo tempore Philippus ſecundum bellum geſſit contra Athenienſes. Magna ſemper fuit Athenis gloria, ſempérque 1547
æquitatis laude valuit, vt in iudiciis Lycurgum nominaſſe, patrono videretur eſſe auxilium. Tulit verò leges, vnam vt de comœdiis certamen controuerſum continuò in theatro celebraretur: in quo qui eſſet vi- D
ctor, in ciuitatem adſcriberetur, quũ antè adſcribi ius non eſſet: certaménque relictum reſtituit. Tum illam, vt Æſchyli, Sophoclis, Euripidis poetarũ ſtatuæ ex ære conflatæ erigerentur, útque eorum tragœdiæ publicis mandatæ tabulis ſeruarentur. Hanc quoque, vt recitatis tragœdiis legere ex aduerſo contra eas liceret: neque eis tamen ius reſpondendi daretur. Tulit etiam legem vt nemini neque Athenienſium neque Athenas incolentium hominẽ liberum ad ſeruitutem

A ex captiuis ſine prioris domini ſententia emere lice-
ret. Ad hoc etiam vt Neptuni certamen nõ minus tri-
bus anniuerſariis choris pompíſque in Piræo fieret,vi-
ctoréſque non paucioribus quàm decem minis dona-
rentur: qui ſecundo loco victores iudicarentur, octo:
qui tertio,ſex. Tulit quoque,ne mulier Eleuſinẽ vehi-
culo iter faceret,ne tenuiores ditiorib' eſſent inferio-
res. Si verò aliqua eſſet deprehenſa, ſex millibus dra-
chmarum mulctaretur. Cui legi quum vxor non pa-
B ruiſſet,idque calumniatores atque inuidi deprehendi-
ſſent,his Lycurgus talentũ dedit:quúmque poſtero die
ea de cauſa apud populũ accuſaretur,Ego dediſſe (in-
quit)non accepiſſe viſus ſum pecuniam. Quũ autem
vectigalium exactor manus in Xenocratem philoſo-
phum inieciſſet,eúmque ad carcerẽ abduceret,huic fa
ctus obuius baculum in caput intulit,ipſúmque Xeno
cratem liberauit: illum verò inhoneſti atque indecori
facinoris autorẽ in carcerẽ coniici iuſſit. Hanc ob cau
ſam quũ eſſet collaudatus Lycurgus, paucíſq; elapſis
C dieb' Lycurgi filii Xenocrati obuii fuiſſent, Nõ tardè
(inquit)ô filii,patri veſtro gratiam habui. A multis e-
nim laudatur,quòd quum vix opitulari potuerit,auxi-
lium tulerit tamẽ. Tulit verò & decreta,Euclide quo-
1548 dam Olynthio vſus,homine ad iſtam decretorũ ratio-
nem appoſitiſſimo. Quum verò abundaret diuitiis,e-
ſſétque bene nũmatus & copioſus, veſtem vnã gere-
bat & æſtate & hyeme,quã quũ temporis ratio ac ne-
ceſſitas poſtularet,induebat. Is dies noctéſque cogita-
tione rerum erat erectus, quòd eum natura ad res ex
D tempore ſuſcipiendas & gerendas nõ ſatis aptum ge-
nuiſſet: & quò facilius excitaretur, & cogitatione vti
poſſet,lectulum habebat ſuppoſitũ, in quo pellis tan-
tùm villoſa erat, & puluinar. Quúmq; nõ nemo eum
accuſaret,quòd ſtudio verborũ intentus,ſophiſtis mer
cedẽ daret. Verùm (inquit)ſiquis liberos me ipſo me-
liores facturũ ſe recipiat,huic ego nõ mille drachmas,
ſed dimidiam facultatũ partem dabo. Erat in eo ſum-
ma in loquendo libertas propter generoſitatẽ. Quum
aliquando Athenienſes ipſum concionantem non ad-

mitterẽt, eiectus exclamauit, O flagrum Corcyræum A
quàm multis talentis es dignum! Rurſus quũ Alexan-
drum in numero deorũ reponerent, Et qualis (inquit)
hic deus, cuius templũ qui egrediẽtur, aqua eos aſper-
gi oportebit? Is quum animam exhalaſſet, traditi ſunt
ipſius liberi vndecimuiris, accuſante Meneſæchmo,
Thraſycle verò accuſationem ſcribente. Sed quum
Demoſthenes, quandiu fuit in exilio, per literas Athe-
nienſibus ſignificaret illos malè audire propter Lycur
gi liberos, facti populum pœnituit, ſuntque illi dimiſſi, B
quum eos Democles, qui fuit Theophraſti diſcipulus,
defenderet. Ipſe verò & ex conſanguineis nõnulli pu-
blicis ſepulchris ſunt decorati: ſũtque ipſorum monu
menta corã Pæonia Minerua in hortis Melanthii phi-
loſophi, menſæ conſtructæ, Lycurgi ac liberorũ ipſius
inſcriptæ nomine, quæ ad noſtram vſque ætatem per-
uenerunt. Quódque eſt maximum, millia præter du-
centa talenta quotannis in reditum conſtituit, ſexagin
ta antea quum tantùm eſſent. Quũ verò inſtare mors
videretur, cuperétque rerum à ſe in republica geſta- C
rum rationem reddere, ſe in ſenatum deferri iuſſit: in
quo qui illũ auderet accuſare, præter Meneſæchmũ,
inuentus eſt nemo: cuius criminationes quum refuta-
ſſet, ipſe domum eſt reductus, ac tota vita iuſtus habi- 1549
tus, hominúmque laudatus ſermonibus, exceſſit è vi-
ta, quum nulli certamini vnquam ſuccubuiſſet, licet
multorum accuſatorum inuidiam conatúmque ſub-
iiſſet. Filios autem habuit tres ex Calliſtone Abronis
filia, ſorore autem Calæi filii itidem Abronis Batethẽ-
ſis, qui rerum militarium Græciæ quæſturam admini- D
ſtrabat, quo tẽpore Charondas reipublicæ guberna-
cula tenebat. De hac affinitate facit mentionem Di-
narchus in illa contra Paſtium oratione. Liberos reli-
quit Abronem, Lycurgum, Lycophronem: ex quibus
Abron & Lycurgus ſine liberis ſunt mortui, ſed Abrõ
celebris clarúſque in republica fuit. Lycophron verò
Calliſtomachen in vxorem duxit, Philippi Aïxenis di-
cti filiam, ex eáque Calliſtonem genuit. Hac verò du-
cta in vxorem Cleombrotus Acarnenſis Dinocratis

A filius ſuſcepit Lycophronem. Iſtum quidem auus Lycophron in adoptionem adſciuit. Hic autem, nullo relicto filio, eſt mortuus. Poſt mortem Lycophronis vxorem ſibi adiunxit Calliſtonem Socratis filiam, filiúmque habuit Symmachum, qui Ariſtonymum, qui Charmidem, qui Philippen genuit. Ex iſta & Lyſandro Medius eſt natus, qui & ipſe ex Eumolpidis interpres eſt factus. Huius & Timotheæ Glauci filiæ liberi fuerũt Laodamia & Medius, qui ſacris Ne-
B ptuni Erechthei præfuit: & Philippe, quæ ſecundò ſacra Mineruæ tenuit. Hanc prius in vxorem duxit Diocles Melittenſis, ex eáque habuit Dioclem, qui contra armatos milites exercitum duxit. Hic liberos ſuſcepit Philippiden & Nicoſtraten vxore Hediſte Abronis filia. Themiſtocles autem qui Theophraſti filius fuit, δᾳδοῦχος, (*id eſt Cereris ſacerdotum vnus, qui* δᾳδοῦχοι, *q. Facigeri dicebantur*) Nicoſtraten ſibi quum ſumpſiſſet vxorẽ, ex ea Theophraſtũ & Dioclem habuit. Ordinauit verò ſacra Neptuni Erechthei. Huius rhe-
C toris orationes feruntur quindecim: ſæpéque à populo eſt corona donatus, & ſtatuas cõſequutus. Ipſius vero ænea ſtatua in Ceramico eſt poſita, ex decreto quod factum eſt Anaxicrate rempublicam obtinente: cuius quoque autoritate victũ & ipſe in Prytaneo accepit, & Lycurgus, & maximus natu ipſius conſangui-
1550 neorum: Lycurgóque mortuo Lycophron qui natu erat maximus, de huiuſmodi dono contendit. Orationes verò pro ſacris habuit multas, vocauítque in ius Autolycum Areopagitem, & Lyſiclem ducem, & De-
D madem Demii filium, & Meneſæchmum, multóſque alios, contra quos omnes victoriam reportauit. Accuſauit quoque Diphilum, quòd is media columnarum capita argenteo metallo confecta, quæ impoſita onera ſuſtinebant, auferret, atque ita non ſine magna legum imminutione ad ſummas diuitias perueniſſet: cuiuſmodi facinus quum extremo ſupplicio vindicaretur, is vt periret effecit, drachmáſque quinquaginta ex ipſius facultatibus ſingulis ciuibus diſtribuit: quarum ſumma ad talenta centum & ſexaginta excreuit, vel (vt

nonnulli aiunt) minam. Accuſauit quoque Ariſtogitonem & Cleocratem & Autolycum, quòd ii quũ ſerui eſſent, ſe tamen pro liberis gererent. Vocabatur verò Lycurgus. Ibis Lycurgo, Xenophonti noctua adſcribebatur. Ducebãt enim genus ab Erechtheo Terræ filio, & Hephæſto. Proximè autem ducebant à Lycomede & Lycurgo, quos populus publicis ſepulchris cohoneſtauit. Ipſaque generis deductio eorum qui ſacra Neptuno faciebãt, in tabula eximia eſt Erechtheo poſita, quæ ab Iſmenio Chalcidenſi eſt picta, & Lycurgi ſtatuæ è ligno cõfectæ, ipſiúſque liberorũ Abronis, Lycurgi, Lycophronis, quas Timarchus & Cephiſodotus Praxitelis filii confecerant. Hanc verò tabulam poſuit Abron eius filius, ſortitus ex genere illam in ſacris obeundis dignitatẽ atque excellentiã, quam fratri Lycophroni ceſſit: ob ídque Abron porrigẽs illi tridentem pingitur. Omnium verò quæ adminiſtrauit & rexit, deſcriptionem fecit, eámque in columna ante palæſtram ab eo conſtructam poſuit, vt iis qui vellent, inſpiciendi poteſtas eſſet. Nemo ſanè hunc virũ fraudis conuincere potuit. Scripſit quoque vt Neoptolemus Anticlis filius corona donaretur, eíque ſtatua erigeretur, quòd Apollinis arã in foro ex oraculo ab eo edito ſe inauraturum fuerit pollicitus. Honores etiam Diotimo Diopithis filio, qui Euonymus cognominabatur, decreuit, quo tempore Creſicles in repub. gubernanda erat princeps.

A B C

DEMOSTHENES. VIII.

DEmoſthenes Demoſthenis & Cleobules filius, tribu Pæanienſis, relictus à patre quũ eſſet annos natus ſeptẽ, & ſoror quindecim, totum illud tempus quo patre orbatus fuit, apud matrem egit, quũ ſe Iſocrati ad audiendum daret, vt nonnulli aiunt: vt verò plurimi, Iſæo Chalcidenſi, qui ipſe Iſocratis erat diſcipulus, quum is Athenis ageret, ſtudio æmulandi Thucydidis & Platonis philoſophi incenſus: quem (vt nõnullis videtur) primùm ſibi magiſtrũ propoſuit. Vt verò Hegeſias Magnes refert, quum Calliſtratus Aphidnæus rhetor illuſtris, & præfectus equitũ aram Mer-

1551 D

A curio in foro poneret, habiturúſque apud populum
orationem eſſet, rogauit pædagogum vt hunc audire
liceret: quem quum audiſſet, cœpit amare illius dictio-
nem, cúmque breue ad tempus audiuit, donec abfuit
ab vrbe. Poſteaquam verò Calliſtratus in Thraciam
confugit, tum Demoſthenes factus adoleſcens, Iſocra-
tem & Platonem audiuit: deinde Iſæo audiẽdo, quem
domum receperat, quinquennio elaborauit, propoſi-
tis ſibi ad imitandum illius orationibus. Vt verò Cte-
ſibius ſcribit in eo libro qui eſt inſcriptus De philoſo-
B phia, à Callia Syracuſano Zethi Amphipolitani, à Ca-
ricle autem Caryſtii Alcidamantis accepit orationes,
quas imitandi cauſa diligenter lectitabat. Quum verò
ad legitimam ætatem perueniſſet, ac pauciora quàm
eſſet æquum, à tutoribus recepiſſet, qui tres erãt, nimi-
rum Aphobus, Theripides, Demophon vel Demeas,
quo tempore Timocrates reipublicæ præerat, eos tu-
telæ malè geſtæ accuſauit, in primíſque Demophon-
tem, qui matris ipſius erat frater: atque à ſingulis talen
C ta decem mulctæ cauſa poſtulauit, ipſóſq; vicit. Ipſam
verò condemnationẽ paruifecit, aliis quidem pecunia,
aliis verò etiam gratia liberatis. Quum autem Ariſto-
phon iam propter ſenectutem dignitati quã habebat,
non poſſet eſſe ſatis, choragus Demoſthenes eſt factus,
ac Midiam Anagyraſium, qui illũ choragi officio fun-
gentem percuſſerat, in ius vocauit: acceptíſque tribus
1552 drachmarum millibus, ab accuſatione deſtitit. Nec ve-
rò deſunt qui dicant eum in ſpeluncam deſcendere ſo
litum, in eáque eloquentiam exercere, abraſa dimidia
parte capitis, quò ſibi exeundi facultatẽ præriperet: &
D lecto recumbere perangusto, vt celeriter excitaretur,
& ita facultatem dicendi conſequeretur. Et quum hu-
merum exercendo indecorè moueret, obeliſco, vel (vt
nonnullis videtur) gladiolo è laquearibus ſuſpenſo co
ercebat, vt timore ab ea deformitate ceſſaret, ſéque in
decenti geſtu contineret. Ac iam quũ in dicendo pro-
ficere videretur, iuſtæ magnitudinis ſpeculum ſibi cõ-
parauit, in quo ſeipſe contẽplans meditabatur, vt quæ
à natura deeſſent, ſtudio & diligentia conſequeretur.

Iſque circa Phalericum reſpiciens, ad ipſos fluctuum A
impetus atque acceſſus meditabatur, vt ſiquando po-
pulus tumultu concitaretur, ſedẽ ipſe retineret, neque
de gradu deiiceretur. Quúmque anguſto eſſet ſpiritu,
fertur Neoptolemo hiſtrioni decẽ millia drachmarũ
dediſſe, vt integras periodos forti ac longo ſpiritu enũ
tiaret. Quum verò ſe tum ad rempub. contuliſſet, quũ
in duas partes ciues diuiſi eſſent, vt alii pro Philippo
ſtarent, alii populi bonorúmque omniũ vtilitati ſtude-
rent, eam partem delegit quæ Philippo aduerſaretur: B
ſempérq; vt iis qui à Philippo premerentur, ſubſidium
ferret ciuitas, autor & dux conſulendo fuit, eandẽ ra-
tionem adminiſtrandæ reipub. ſequutus, quam & Hy
perides, & Nauſicles, & Polyeuctus, & Diotimus. Ex
quo etiam ciuitati ſocios fecit Thebanos, Eubœenſes,
Corcyræos, Corinthios, Bœotios, multos præterea a-
lios. Quũ verò aliquando cõcionando indecorè exci-
diſſet, præ dolore domũ abiit: cui quũ fortè Eunomus
Thriaſius, iam ſenex, factus eſſet obuius, adhortatus il-
lùm eſt, in primíſque Andronicus hiſtrio, quũ ita dice- C
ret, orationes illius pulchras ac ſplendidas eſſe, actio-
nem tantùm deeſſe, eorúmque meminiſſet quæ in cõ-
cione ab ipſo dicta eſſent. Cuius oratione permotus
Demoſthenes, ſeipſum Andronico tradidit. Ex quo
interrogatus quid primum in dicendo eſſet, reſpõdit,
actionẽ: quid ſecundum & tertiũ, ſimul actionẽ reſpõ-
dit. Quũ verò rurſus in concionẽ accederet, ac nõnul- 1553
la iuueniliter proferret, exibilatus eſt, vt & Antiphanes
& Timocles illũ in comœdiis exagitarint. Per terrã,
per fontes, per fluuios, per latices, hoc pacto quũ iura- D
ret, apud populum tumultũ conciuit. Iurauit quoque
pro Aſclepiòn, antepenultima acuta Aſclépion: oſten-
dítq; ea quæ diceret rectè dicere, quòd ipſe deus quie-
tus eſſet ac beneuolus: in quo ſæpe tumultus populi
eſt cõcitatus. Quum verò otium ac ſtudium audiendo
Eubolidem dialecticũ Mileſium cõſumeret, omnia in
quibus ipſe deficere & claudicare videretur, emẽdauit.
Quúmq; eſſet in cõuentu Olympico, audirétq; Lama
chum Terinæi filiũ, Philippi atque Alexãdri encomiũ

A recitantẽ,atq; in Thebanos & Olynthios inuehentẽ, aſſurgens veterum poetarum de rebus ab Olynthiis & Thebanis præclarè geſtis teſtimonia protulit, ita vt in cæteris Lamachus ſilentio ſibi impoſito etiam ex conuentu fugeret. Quũ verò eſſent qui habitas à Demoſthene contra Philippum cõciones ad eum ipsum deferrent,ferunt illum dixiſſe, Ego iam tum quũ Demoſthenẽ audiui, decreui cum viro mihi bellum eſſe. Ipſius quidem orationes militibus propter bellicas co

B pias,quæ in his ineſſe viderentur:Iſocratis verò athletis perſimiles eſſe dicebat,quòd hæ quandã talem delectationem afferrent,qualem è theatris percipere homines ſolent. Quum autem eſſet annos natus ſeptem & triginta,iis qui à Dexitheo contra Callimachum diſputabant, ſub quo legati ab Olynthiis ad petendas ſuppetias venerant,poſteaquam bello à Philippo premerentur,auxilium ferendum eſſe ſuaſit: deinceps verò quo tempore Plato eſt mortuus, Philippus Olynthios euertit. Nouit ſanè etiam Demoſthenem Xeno-

C phon ille Socraticus, & puerum, & robuſta iam ætate. Hic quidem res Græciæ poſt pugnam apud Mantineam duce Chariclide corruentes, ſemper in aliquo vigore tenuit & ſuſtentauit, tutoribúſque prius in ius vocatis, ſuperior fuit in cauſa. Quum verò poſt condemnationem Æſchines fugeret, illum equo Demoſthenes eſt proſequutus:quúmq; Æſchines ſe iam cõprehendi putaret,ob ídque prolaberetur,illum erigẽs

1554 Demoſthenes eſt conſolatus, eíque talentum argenti dedit. Hic vt populus exercitum in Thaſo aleret,con-

D ſuluit, ad ídque ipſe trierarchus nauigauit. Annonæ autem præfectus quum eſſet,in eúmque actio furti eſſet intenta,liberatus eo iudicio eſt. Quum verò Elatiam Philippus occuparet, ipſe cum iis qui pugnauerant in Chæronia,exiit, ex quo ordinẽ relinquere eſt viſus. Quum fugientis chlamydem Batus coerceret, tum Demoſthenes cõuerſus, Viuũ (inquit) cape. Notatum hoc in clypeo habuit ac ſignatum, Bona fortuna:orationémque habuit in eorum funere qui in bello cecidiſſent. Poſtea verò quum ad vrbis refectionem

ſtudio

ſtudio curáque intẽtus eſſet, murorũ curator delectus, A
ex priuatis facultatibus ad eam rem expenſas fecit minas centum: ad ſpectacula autem mille contulit, triremésque conſcendit: atque omni ex aditu ad ſocios nauigans, pecunias coegit: quas ob res perſæpe ipſe corona eſt donatus, primùm quidem à Demomele, Ariſtonico, Hyperide, corona aurea: poſtremùm verò à Cteſiphonte. Quúmque decretum illud tanquã contra leges factũ Diodotus atque Æſchines accuſaſſent, ipſe pro ſe defenſione vſus ita vicit, vt actor ſeptimam B
ſuffragiorum partem non acceperit. Ac quum Alexander iterum in Aſiam exercitum dućtaret, Harpalúſque Athenas cum pecuniis facultatibúſque fugeret, hunc quidem primò recipere prohibuit, deinde poſteaquã nauigio eſt ingreſſus, acceptis mille daricis acquieuit. Quúmque Athenienſes hominem Antipatro dedere vellent, repugnauit, ſcripſitque vt ea quam ſecum attulerat Harpalus, pecunia in ſumma arce deponeretur, útq; Harpalus eius ipſius pecuniæ numerum ac ſummam diceret. Quod quum populus approba- C
ſſet, dixit Harpalus ſeptingenta ac quinquaginta eſſe talenta, vel paulo plura, vt refert Philochorus. Poſtea autem quum Harpalus è carcere aufugiſſet (in eo enim aſſeruabatur donec aliquis ab Alexandro veniret) ac in Cretam, vel (vt alii aiunt) in Tænarũ agri Laconici oppidum iter faceret, accuſatus Demoſthenes corruptelæ eſt, eo quòd neque numerum depoſitæ pecuniæ, neque cuſtodum carceris negligẽtiam 1555
indicaſſet: vocatúſque in iudiciũ ab Hyperide, Pythæo, Meneſæchmo, Himeræo, Patrocle: quorũ opera effe- D
ctum eſt vt Areopagitarum ſentẽtia condemnaretur: victúſque aufugit, quum mulctæ ſoluendæ non eſſet futurus ſatis, accuſatúſque eſt quòd triginta talenta accepiſſet: vel (vt nonnulli aiunt) non expectato iudicio. Poſtea verò quum Athenienſes Polyeuctum legatum ad Arcades miſiſſent, vt eos à Macedonum ſocietate deterreret, neque Polyeuctus perſuadere poſſet, prodiẽs Demoſthenes: & vnà dicẽdi partes aſſumens perſuaſit. Cuius rei cauſa quũ eum admirandũ quendam

A hominem omnes ducerent, paucis elapſis diebus decretum de illo reuocando eſt factum, ex eóque miſſa eſt triremis quæ illum adueheret: decreuéruntque Athenienſes vt triginta illa talenta quib^9 mulctatus fuerat Demoſthenes, ex ærario ad ſtruendam aram Ioui ſalutari in Piræo conferrentur, atque ita liberaretur. Hoc decretum ſcripſit Demon Pæanieus Demoſthenis conſobrinus, qui tum rurſus rempublicam adminiſtrabat. Quũ ad Lamiam Græci Antipatrũ conuo-
B carent, cœpiſſéntque Athenienſes ob proſperũ nuntium ſacra diis facere, tum Demoſthenes verſus ad Ageſiſtratũ, qui erat vnus è ſociis, Athenienſes (inquit) non eandem quã alii habẽt de ipſis rebus ſententiam. Scio enim Athenienſes ad dicendũ eſſe inſtructos, & in ſtadio certare & ſcire & poſſe, in curſu autẽ pleniore & maiore nõ poſſe. Quúmque Pharſalum cepiſſet Antipater, minaretúrq; niſi Athenienſes rhetores dederent, ſe vrbem euerſurũ, Demoſthenes relicta ciuitate, ſibi ſalutẽ fuga quæſiit: ac primùm quidẽ in Ægi-
C nam confugiens, ad Acræũ conſedit. Sed quũ vereretur, ne nõ ſatis opportunus hic locus capiti ac vitæ ſeruandæ eſſet, ſe in Calabriã tranſtulit. Quũ autem Athenienſes rhetores ipſúmque Demoſthenem dedere ſtatuiſſent, in Neptuni tẽplo conſedit: quúmq; ad eum Archias, qui Phygadotherus cognomento dicebatur, & Anaximeni rhetori ſucceſſerat, accederet, ei ſuaderet vt exurgeret, tanquam ipſi Antipatro amicus eſſet futurus: huic Demoſthenes, Neq; quũ tragœdias (in
1556 quit) ageres, mihi perſuaſiſti, neq; nũc cõſulẽs perſua-
D debis. Et quũ Archias vim inferre conaretur, prohibuerunt ii qui ad vrbis cuſtodiã erant conſtituti. Tum Demoſthenes, Non ſalutis (inquit) egẽs in Calabriam confugi, ſed vt impietatis & violentiæ in deos, Macedones conuincerem. Refert quidem Demetrius Magnes in illius ſtatua carmẽ elegiacũ primùm ab ipſo, poſtea ab Athenienſibus ſcriptum fuiſſe,

Hic ſi quantum animo, tantum valuiſſet & armis,
Græcorum haud Macedo perdomuiſſet opes.

Illius imago iuxta aram duodecim deorum eſt poſita,

manu atque opera Polyeucti confecta:atque (vt nonnullis videtur)repertũ eſt hoc ſcriptum,Demoſthenes Antipatro ſalutem dicit.Genus verò mortis quo obiit, tradit Philochorus,hunc ſcilicet epoto veneno obiiſſe. Huic aſſenſus Satyrus,dicit eum calamum momordiſſe,quo epiſtolam ſcribere cœperat,eóq; guſtato mortuum eſſe. Eratoſthenes autem ſcribit hunc, quũ iandiu Macedones formidaret,in circulo concauo quem circum brachium ferebat,venenũ ſeruaſſe. Sunt verò qui eum compreſſo ſpiritu mortem ſibi conſciuiſſe dicant:alii venenũ quod in baltheo tegebatur,guſtaſſe. Quum verò Philippus extremũ vitæ diem obiiſſet,venit in publicũ ſplendida veſte indutus, licet ipſius filia adoleſcentula paulo antè mortua fuiſſet, propter eam quam ex Macedonis morte capiebat, voluptatẽ. Thebanis autem quũ bellum contra Alexandrum gererẽt, adiutorem ſe præbuit,ſempérque Græcos cõtra illum confirmauit. Itaque Thebas quũ euertiſſet, hunc ſibi dari ab Athenienſibus petiit:minitatúſq; eſt niſi darẽt. Quúmq; in Perſas exercitũ duceret, ac claſſem ab Athenienſib' poſtularet,Demoſthenes contradixit,quũ ita diceret,Incertum eſſe an non etiam cõtra eos qui præbuiſſent, vteretur. Liberos ex vna vxore reliquit duos,quæ ipſa erat filia cuiuſdam eorũ qui celebrem Heliodorum propinquitate contingebant: filiámque vnam quæ puella adhuc quũ eſſet, antequã nupſit,eſt mortua. Habuit verò etiam ſororem quæ nupta Lachi Leuconei nepoti Democharẽ genuit, virum & in rebus bellicis perſtrenuum,& oratione forenſi nullo inferiorem. Eſt autem ipſius imago in Prytaneo dextrà iter facientibus ad Veſtam. Primus qui huic ſuccinctus fuerat gladius,vnà cum veſte extat.eo enim habitu orationem habuiſſe fertur, quum Antipater rhetores ab Athenienſibus poſtulauit. Ac vix ita multo pòſt Athenienſes in Prytaneo victum propinquis Demoſthenis præbuerunt: mortuóque ſtatuam in foro erexerunt, quo tempore princeps in republica erat Gorgias: cuius muneris petendi autor fuit Demochares illius nepos: cui ipſi rurſus Laches Leuconeus

A (beside line 1) B (beside "dicant") C (beside "Quúmq;") 1557 (beside "mortua. Habuit") D (beside "feriorem")

A Democharis filius idem munus petiit,quum Pythara-
tus rempublicam obtineret,decimo die poſt illam hu-
ius imaginis in foro poſitionem : & victum decretum
in Prytaneo & ipſi,& conſanguineorum ſemper natu
maximo: & primum conſeſſum in omnibus certami-
nibus, ſúntque decreta pro vtriſque deſcripta. Hæc
verò Democharis imago in Prytaneũ eſt adducta , de
qua antè mentionem fecimus. Feruntur autẽ oratio-
nes huius propriæ ſexagintaquinque. Nec deſunt qui
B illum luxurioſè vixiſſe dicant, hiſque eum vſum veſti-
bus quæ magis mulierum quàm virorum viderentur:
ſolitúmque in dies comeſſationes inſtituere,& magno
cum luxu & apparatu viuere, quo factũ eſt vt Batalus
appellaretur. Alii verò appellatione facta per diminu-
tionem à nomine nutricis detorta, hunc ita ad contu-
meliã appellatũ aiũt. Diogenes autẽ Canis cognomẽ-
to,iſtũ aliquando verecundantẽ,quòd eſſet in caupo-
na,videns,eúmque ſecedentem, Quanto magis (in-
quit)ſeceſſeris,tãto magis in caupona eris. Hunc qui-
C dem propius contemplans,Scythã in orationibus eſſe
dicebat,in pugnis verò vrbanum. Accepit autem au-
rum ab Ephialte qui fuit vnus ex iis qui populi mode-
randi habenas tenebant: qui miſſus ad regem legatus,
clàm venit cum pecunia , vt ea populi moderatoribus
diſtributa , bellum illud contra Philippum conſepeli-
ret : eúmque à rege acceptis daricorũ millibus tribus
priuatim corruptum ferunt. Anaxilam verò quendam
1558 Oritem,qui illi hoſpitio erat coniunctus,comprehen-
ſum,tanquã ſpeculatorẽ ab hoſtibus miſſum,in equu-
D leum coniecit: à quo quum ne verbum quidem ſic ex-
torquere poſſet,eum Vndecimuiris tradere conſtituit.
Quum autem aliquando in cõcione ab Athenienſib'
dicere eſſet prohibitus , dixit pauca habere ſe quæ illis
dicere optaret. Itaq; facto ab Athenienſibus ſilentio,
Adoleſcens(inquit)æſtatem ſimulatque vidit, aſinum
conduxit ex vrbe vſque Megara: quum autẽ dies me-
dius eſſet,ac ſol vehementer efferueſceret, eorũ vterq;
ſub vmbra aſini quieſcere cupiebat. Vrgebat verò al-
ter alterum : locator quidem quum diceret ſe aſinum

non vmbram locaſſe:conductor verò,quú ſe circa aſi- A
num omnem poteſtaté habere confirmaret. atq; hæc quum dixiſſet,abiit. Hunc autem quú Athenienſes cohiberent,oraréntque vt orationé hanc ad finem vſque proſequeretur: Deinde(inquit Demoſthenes) de aſini vmbra audire vultis,me verò de reb' neceſſariis dicentem audire recuſatis? Quum verò Polus hiſtrio verſus Demoſthenem diceret, ſe duorum dierum certamine talentum mercedis loco accepiſſe, Ego verò (inquit) vnius diei ſilétio talenta quinque pro mercede accepi. B
Quum autem concionando voce vteretur incongrûa atque inconcinna,eſſétq; tumultus concitatus,hiſtriones quidem ex voce,oratores verò ex ſententia ſpectari dixit oportere. Quúmque huic Polyeuctus probro daret,quòd aſſidua meditatione & cômentatione ad dicendum vteretur,Ego ſanè erubeſcerem(inquit) ſi, quum pro tanto támque potenti populo conſultem, ex tempore agerem. Scribunt quoque nunquá illum lychnum extinxiſſe,quo in diiudicandis orationib' vtebatur,donec ad quinquageſimum annum perueniſſet. C
Ipſe verò ſe aquæ potorem fuiſſe dicit. Nouit quoque ipſum Lyſias rhetor,viditq; Iſocrates dignitate in republica florentem, vſque ad eam pugnam quæ fuit in Chæronia. Videre eum etiam nônulli philoſophorum qui erant à Socrate. Plurimas verò orationes dixit ex tempore,quum ad eas perbellè natus videretur. Qui verò ipſum corona aurea donandum eſſe primus ſcripſerit,fuit Ariſtonicus Nicophanis filius Anagyraſius: interceſſit autem Diondas.

HYPERIDES. IX. D

HYperides,patre natus erat Glaucippo Dionyſii filio,tribu Colittenſis. Filium habuit eodem quo & pater erat nomine,rhetoré illum,& orationes ſcriptitantem:ex quo rurſus Alphinus eſt natus. Is quum 1559
Platonis philoſophi auditor vnà cum Lycurgo & Iſocrate fuiſſet,rempublicam Athenienſium tenuit, quo tempore Alexander rerum Græciæ eſt potitus: déque ducibus & triremibus quas ab Athenienſib' petiit,côtradixit. Idem nô dimittédi exercitus, qui in Tænaro

A erat,autor fuit: cuius rei cauſa beneuolo eſſe in eum animo Chares dux exercitus putabatur. Primùm verò mercede cauſas dixit. Quũ autem particeps fuiſſe cum Ephialte videretur pecuniarũ quib' Perſarum rex certorum hominum animos corruperat: delectus trierarchus quum Philippus Byzantiũ euertit, miſſus eſt vt Byzantiis eodẽ anno auxilium ferret. Cæteriſque omne munus functionémq; publicã fugientibus, ſolus ſuſtinuit choragum agere, expenſiſque ſuppeditare. Honores quibus donandus eſſet Demoſthenes, decreuit:

B quúmque ipſe reus legũ malè latarum à Dionda eſſet factus, aufugit. Amicus verò his quũ eſſet qui familiares erant Demoſtheni & Lyſicli & Lycurgo, ad extremũ vſque amicitiã illam non defendit, ſed poſteaquã Lyſicles & Lycurgus è viuis exceſſiſſent, iudiciúmque ſubiret Demoſthenes quòd ab Harpalo pecunia corruptus videretur, deſignatus ab omnibus (ſolus enim inuictus contra omnem corruptelam ſtetit) ipſum Demoſthenem accuſauit. Cæterùm ab Ariſtogitone

C legum malè latarũ actio cõtra hunc eſt intenta, quòd vt alienigenæ qui erant iuxta Chæroniam, ciues fierent, ſcripſiſſet, útque ſeruis libertas daretur, & ſacra & liberi & vxores in Piræũ deferrentur: quod ille iudiciũ fuga à ſuo capite declinauit. Quum autẽ accuſaretur quòd in decreto à ſe facto, multas leges prætermitteret, Niſi (inquit) Macedonum arma mihi tenebras offudiſſent, non ego decretum illud ſcripſiſſem, Pugna in Chæronia cõmiſſa. Ac poſtea quidem Philippus metu adductus huic ſublationem mortuo-

D rum conceſſit, quũ eam antea præconibus qui ex Lebadia venerant, denegaſſet. Iterum verò poſt illas ad Cranonem calamitates poſtulatus eſt ab Antipatro: quúmque eum populus daturus videretur, fugit è ciuitate ad Æginam cum iis qui condemnati fuiſſent.

1560 Quúmque Demoſtheni occurriſſet, propter illã quæ ex cauſæ dictione contra illum orta fuerat contentionem, illinc ſe abripiens, vi (licet ſimulachrũ amplexaretur) cõprehenſus in templo Neptuni ab Archia eſt, qui Phygadotherus nomine dicebatur, genere Thu-

rius, antea hiſtrio, tunc Antipatro auxiliũ ferens. Deinde quũ torqueretur, ſibi linguã corroſit, vt nihil eorum ꝑferre poſſet quæ occulta eſſe, reipub. intereſſet: atq; ita eſt mortuus, nono Pyanepſionis die. *(qui menſis October noſtris dicitur)* Hunc Hermippus linguam ſibi præcidiſſe quũ in Macedoniã ꝓficiſceretur, dicit, cúmq; ſine ſepultura proiectũ eſſe. Alphinoóq; ipſius cõſobrino, vel (vt nõnullis videtur) Glaucippei cuiuſdam filio, opera medici alicuius, nomine Philopithis, corporis poteſtatẽ eſſe datã, atq; ita vſſiſſe, tum oſſa ad cõſanguineos ꝓ legibus inſtitutíſq; Athenienſium ac Macedonũ reportaſſe. Non ſolùm enim eos exilio mulctare nocentes, ſed etiã prohibere ne in patria regione conſepeliãtur. Alii verò hunc abductũ vnà cum aliis in Cleonas mortuũ eſſe dicunt, quo in loco linguam ſibi præcidit, ſicuti antè eſt dictum. Quúmque oſſa conſanguinei accepiſſent, ea ſepulturæ honore vnà cum propinquis ante Hippadum portas cohoneſtarunt, vt refert Heliodorus tertio de monumentis libro. Nunc verò ſubuerſum eſt monumentũ, obſcurum ac ferè omnino deletum. Ab omnibus autem in concionibus habendis diuerſa vſus ratione traditur. Sunt qui hunc Demoſtheni anteponãt. Huius feruntur orationes ſeptuagintaſeptem: quarum quinquagintaduæ illius ſunt propriæ. Is ad venereã libidinem paulo erat procliuior, vt etiam introducta Myrrhine, amica luxui ſummo dedita, filiũ eiiceret: habebátque in Piræo Ariſtagorã, in Eleuſine in priuatis poſſeſſionibus Philtam Thebanã, quæ pro quæſtu viginti minas quotannis accipiebat. Huic nullus dies ab inambulatione in eo loco in quo piſces væniebant, vacabat. Quum autem Phryne ipſius amica, impietatis accuſata fuiſſet, de eo quoque, vt congruebat, quæſitum eſt num huius communis ſuſpicio ad eum pertineret: (hoc quidem ipſe initio orationis oſtendit) quúmque 1561 illa condemnationi proxima videretur, adduxit eam in medium, diſciſſáque veſte mulieris pectora iudicibus oſtendit: cuius pulchritudinem quum iudices intuerentur, liberata omni moleſtia eſt. Complexus

A etiam eſt libro quē clàm & occultè ſcripſit contra De-
moſthenē crimina,ſed ita vt deprehenſus fuerit. Nam
quum ipſe morbo ægrotaret, venit Demoſthenes ad
ædes illius, tanquam quid ageretur obſeruaturus: li-
brúmque qui contra ſe erat ſcriptus,arripuit. Quæ res
quum Hyperidi ſtomachum feciſſet, Hic quidem (in-
quit Demoſthenes) amicorum lædet neminē: hoſtem
verò, nequid contra me moliatur, deterrebit. Decreti
quoque ab eo honores ſunt Iolæ, qui ſe Alexandro
B venenum daturum promiſerat:fuítque ſocius ac partic-
ceps belli Lamiaci cum Demoſthene: funebrémque
pro iis qui eo in bello cecidiſſent, orationem magna
cum omnium admiratione habuit. Quum verò Phi-
lippus in Eubœa nauigare contenderet,Athenienſéſq;
ſibi ab eo metuerent, ex diſtributione triremes con-
fecit quadraginta: primúſque pro ſeipſo ac paruulo fi-
lio duas triremes dedit. Quúmque Delij inter ſe con-
tenderent vtros templo Apollinis Delphici præeſſe
neceſſe eſſet, delectúſque eſſet Æſchines qui de ea re
C diceret, decreuit Areopagitarum conſilium, vt ad id
muneris Hyperides vocaretur: éſtque ipſius Hyperidis
Deliaca inſcripta oratio. Obiit legationē ad Rhodios.
Quúmq; ab Antipatro legati veniſſent, ipſúmq; An-
tipatrum vt optimum laudarent, his ſe opponens Hy-
perides,Scimus (inquit) iſtum eſſe optimum:ſed tamē
nobis nihil opitmo domino eſt opus. Ferunt ſine a-
ctione ſolitum concionari,tantúmque rem, prout ge-
ſta eſſet,recenſere: neque tamen iudices moueri ani-
mo, aut moleſtè ferre vnquam ſunt viſi. Miſſus etiam
D eſt ad Elios, vt oratione Callipum athletam defende-
ret, in quem corrupti certaminis actio intendebatur:
ſuperiórque ex ea cauſa diſceſſit. At quum Phocionis
munificentiam accuſaſſet, quam Midias Midiæ filius
Anagyraſius retulerat, Xenio reip.gubernaculum te-
nente, Ianuarii die viceſimoquarto,cauſa cecidit.

DINARCHVS.

1562 Dinarchus,Socratis aut Soſtrati erat filius, indige-
na,vt quidem nonnullis videtur:vt quibuſdam,
Corinthius. Quum verò admodum adoleſcens Athe-

nas veniſſet, quo tempore in Aſiam duxit exercitum A
Alexander,ibi commoratus,Theophraſto,qui Ariſto-
teli in ludo ſucceſſerat, ſe ad audiendum dedit. Is ver-
ſatus cum Demetrio Phalereo eſt.Maximè verò ſe rei-
publicæ tradidit poſt Antipatri mortem,ex oratoribus
aliis quidem morte è medio ſublatis,aliis verò fuga e-
reptis. Hic quum Caſſandro amicitia eſſet coniunctus,
maximam vim argenti coaceruauit,venditis orationi-
bus quas rogantibus conſcripſit. Porro ſe quibuſq; cla
riſſimis oratoribus oppoſuit, non quum ad populum
procederet(neque enim poterat) ſed quum orationes B
iudicio aduerſus illos diſceptãtibus ſcriberet: ac quum
Harpalus effugit, plures ſcriptæ ſunt ab eo contra eos
qui accuſati pecuniarum ab hoſtibus acceptarũ eſſent,
eáſque accuſatoribus dedit. Poſt verò tempus illud
accuſatus quòd ad Caſſandrum & Antipatrum collo-
quẽdi gratia veniſſet, circa ipſum tempus quo Muny-
chia eſt capta,quum ab Antigono & Demetrio illa eſt
præſidiis munita,Anaxicrate reip.præfecto,ex faculta-
tibus conflata ingenti pecunia,fugit in Chalcidem.In
exilio verò quum manſiſſet annis quindecim, multis C
opibus comparatis rediit opera ac ſtudio familiarium
Theophraſti,qui illi,cæteríſque qui vnà exulabant,re-
ditum in patriam aperuerũt. Quum autem diuerteret
apud Proxenum eius ſocium,íſque iam ſenex,& ocu-
lorum acie debilis,argentum amiſiſſet,vellétque Pro-
xenus hoc ipſum inueſtigari,diem illi dixit:ac tum pri-
mùm in iudicio dixit,eáque extat oratio. Feruntur ve-
rò quatuor & ſexaginta orationes illius propriæ: harũ
nonnullæ à quibuſdam Ariſtogitoni adſcribuntur.Hy-
peridem hic volebat imitari,vel (vt nonnulli aiũt)De- D
moſthenem, propter incitatum & affectus plenum o-
rationis genus. Eiuſdem etiam ſchemata eſt imitatus.

DECRETA.

DEmochares Lachetis fili' Leucõtheus,petiit De- 1563
moſtheni Demoſthenis filio, Pæanienſi,ſtatuam
ære cõflatam in foro,ac victũ in Prytaneo,& primum
in certaminibus conſeſſum, tum ipſi, tum ex conſan-
guineis ſemper natu maximo, quòd is multa & præ-

A etiam eſt libro quē clàm & occultè ſcripſit contra Demoſthenē crimina, ſed ita vt deprehenſus fuerit. Nam quum ipſe morbo ægrotaret, venit Demoſthenes ad ædes illius, tanquam quid ageretur obſeruaturus: librúmque qui contra ſe erat ſcriptus, arripuit. Quæ res quum Hyperidi ſtomachum feciſſet, Hic quidem (inquit Demoſthenes) amicorum lædet neminē: hoſtem verò, nequid contra me moliatur, deterrebit. Decreti quoque ab eo honores ſunt Iolæ, qui ſe Alexandro
B venenum daturum promiſerat: fuitque ſocius ac particeps belli Lamiaci cum Demoſthene: funebrémque pro iis qui eo in bello cecidiſſent, orationem magna cum omnium admiratione habuit. Quum verò Philippus in Eubœa nauigare contenderet, Athenienſéſq; ſibi ab eo metuerent, ex diſtributione triremes confecit quadraginta: primúſque pro ſeipſo ac paruulo filio duas triremes dedit. Qúumque Delij inter ſe contenderent vtros templo Apollinis Delphici præeſſe neceſſe eſſet, delectúſque eſſet Æſchines qui de ea re
C diceret, decreuit Areopagitarum conſilium, vt ad id muneris Hyperides vocaretur: éſtque ipſius Hyperidis Deliaca inſcripta oratio. Obiit legationē ad Rhodios. Quúmq; ab Antipatro legati veniſſent, ipſúmq; Antipatrum vt optimum laudarent, his ſe opponens Hyperides, Scimus (inquit) iſtum eſſe optimum: ſed tamē nobis nihil opitmo domino eſt opus. Ferunt ſine actione ſolitum concionari, tantúmque rem, prout geſta eſſet, recenſere: neque tamen iudices moueri animo, aut moleſtè ferre vnquam ſunt viſi. Miſſus etiam
D eſt ad Elios, vt oratione Callipum athletam defenderet, in quem corrupti certaminis actio intendebatur: ſuperiórque ex ea cauſa diſceſſit. At quum Phocionis munificentiam accuſaſſet, quam Midias Midiæ filius Anagyraſius retulerat, Xenio reip. gubernaculum tenente, Ianuarii die viceſimoquarto, cauſa cecidit.

DINARCHVS.

1562 Dinarchus, Socratis aut Soſtrati erat filius, indigena, vt quidem nonnullis videtur: vt quibuſdam, Corinthius. Quum verò admodum adoleſcens Athe-

nas veniſſet, quo tempore in Aſiam duxit exercitum A
Alexander,ibi commoratus, Theophraſto,qui Ariſto-
teli in ludo ſucceſſerat, ſe ad audiendum dedit. Is ver-
ſatus cum Demetrio Phalereo eſt. Maximè verò ſe rei-
publicæ tradidit poſt Antipatri mortem,ex oratoribus
aliis quidem morte è medio ſublatis,aliis verò fuga e-
reptis. Hic quum Caſſandro amicitia eſſet coniunctus,
maximam vim argenti coaceruauit,venditis orationi-
bus quas rogantibus conſcripſit. Porro ſe quibuſq; cla
riſſimis oratoribus oppoſuit, non quum ad populum
procederet(neque enim poterat) ſed quum orationes B
judicio aduerſus illos diſceptãtibus ſcriberet: ac quum
Harpalus effugit, plures ſcriptæ ſunt ab eo contra eos
qui accuſati pecuniarum ab hoſtibus acceptarũ eſſent,
eáſque accuſatoribus dedit. Poſt verò tempus illud
accuſatus quòd ad Caſſandrum & Antipatrum collo-
quẽdi gratia veniſſet, circa ipſum tempus quo Muny-
chia eſt capta,quum ab Antigono & Demetrio illa eſt
præſidiis munita,Anaxicrate reip. præfecto,ex faculta-
tibus conflata ingenti pecunia,fugit in Chalcidem. In
exilio verò quum manſiſſet annis quindecim, multis C
opibus comparatis rediit opera ac ſtudio familiarium
Theophraſti,qui illi,cæteríſque qui vnà exulabant,re-
ditum in patriam aperuerũt. Quum autem diuerteret
apud Proxenum eius ſocium,íſque iam ſenex,& ocu-
lorum acie debilis,argentum amiſiſſet,vellétque Pro-
xenus hoc ipſum inueſtigari,diem illi dixit: ac tum pri-
mùm in iudicio dixit,eáque extat oratio. Feruntur ve-
rò quatuor & ſexaginta orationes illius propriæ: harũ
nonnullæ à quibuſdam Ariſtogitoni adſcribuntur. Hy-
peridem hic volebat imitari,vel (vt nonnulli aiũt) De- D
moſthenem, propter incitatum & affectus plenum o-
rationis genus. Eiuſdem etiam ſchemata eſt imitatus.

DECRETA.

DEmochares Lachetis fili' Leucõtheus, petiit De- 1563
moſtheni Demoſthenis filio, Pæanienſi, ſtatuam
ære cõflatam in foro,ac victũ in Prytaneo,& primum
in certaminibus conſeſſum, tum ipſi, tum ex conſan-
guineis ſemper natu maximo, quòd is multa & præ-

A clara in rempublicam Athenienſium contulerit, multáque reipublicæ ſapiẽter conſulendo attulerit, facultatéſque ad communem omnium vtilitatem conferre non dubitarit: quódque talenta octo & triremem dederit, quum populus Athenienſis Eubœam in libertatem vendicauit: triremémque alteram quum Cephiſodorus Byzantium nauigauit, & alteram quum Chares & Phocenſium duces Byzãtium ſunt miſſi: multóſque ex iis qui capti in Pydne, & Methone, & Olyntho à Philippo fuerant, redemerit: ſumptúſque viris fecerit, B quum Pandionidis à ſumptuum onere abhorrẽtibus, milites qui deerant, armauit, ac dedit: muríſque reficiendis à populo præfectus ac delectus, ipſe liberaliter atque ex ſuis facultatibus integrè tria talẽta ad hoc ipſum cõſumpſerit: duóſque aggeres circa Piræum defoſſos dederit: & poſt illam in Chæronia pugnã, talentum ad reipub. vtilitatem cõtulerit: & rurſus ad curam frumenti in ſumma annonæ caritate talentum porrexerit: quódque beneficẽtia & conſilio Thebanos, Eubœos, Corinthios, Megarenſes, Achæos, Locros, Byzantios, C Meſſenios, ſocios populo Athenienſi fecerit: copiáſque populo ac ſociis conſtituerit, peditum quidem decem millia, equites verò mille: conſtitutámque vt exteræ gentes ac nationes darent pecuniam (legationes obeundo) perſuaſerit, quo etiam factum eſt vt ſocii ad bellum, ipſius hortatu, plura quàm quinquaginta talenta reipublicæ ſubleuandæ cauſa contulerint: & ne Peloponneſii Alexandro contra Thebanos adiutores ſe præberẽt, datis pecuniis, obita etiam apud eos legatione, prohibuerit: tum etiam quòd multarum D aliarum rerum & pulcherrimarũ autor populo fuerit, & in reip. adminiſtratione omnium feliciſſimè, qui eadem ætate vixerũt, ad libertatem populíq; poteſtatem cõfirmandam verſatus ſit. Hic verò aufugit euerſo populo propter paucorum dominatum: óbiítq; in Cala-
1564 bria, propter eam qua erat erga populũ beneuolentia, quũ quidẽ eſſent miſſi milites ab Antipatro ad ipſum: iiſque nihilominus erga populum beneuolentiam illam ſolitam retinuerit: neque quum appropinquare

hoſtis aut periculm imminere videretur, quicquam A
populo Athenienſi indignum facere eſt viſus.

Princeps in republica Pytharatus Laches Leuconeus Democharis filius, munus à ſenatu populóque Athenienſi Demochari Lachetis filio, Leuconeo, petiit, ſtatuam nimirum æneam in foro, victúmque in Prytaneo, tum ipſi, tum ex conſanguineis ſemper ei qui eſſet natu maximus, & primum in certaminibus conſeſſum, quòd & beneficus in populum Athenienſem, & conſultor perbonus fuerit & ſcribendo, & rempublicam gubernando, & legationem obeundo: B
eáque contulerit in rempublicam beneficia, vt & muri illius opera refecti fuerint: & arma, & tela, & machinæ comparatæ: quódque quadriennali bello vrbem tutam ſecurámque ſeruarit, pacémque & fœdus ac ſocietatem cum Bœotiis inierit: quarum rerum cauſa ab iis qui populum euertiſſent, in exilium pulſus eſt, à quo poſtea, remp. adminiſtrante Diocle, reuocatus, primus contraxerit imperium, tum eorum qui bonis ſuis pepercerunt, tum eorum qui legationem ad Lyſimachum obierunt: & quòd ad populi vtilitatem at- C
que vſum triginta argenti talenta acceperit, & rurſus alia centum: legationémque decreuerit ad Ptolemæum in Ægyptum, ex qua qui nauigaſſent, quinquaginta talenta populo retulerunt: legationémque ad Antipatrum obierit, ex eáque viginti talenta argenti reportarit: atque Eleuſinem populo recuperarit, quum quidem populo ipſe perſuaſor, populus verò ad huius conſilium voti compos fuerit: & quòd propter democratiã fugerit, neque illas paucorum dominatus partes ſequi, neque populo euerſo vn- D
quam magiſtratum attingere ſit viſus: ſolúſque ex omnibus qui tum rempublicam tenebant, diuerſo à democratia inſtituto rempublicam mutari non ſiuerit: legéſque ac iudicia, ſenatus, facultatéſque omnium in ſumma tranquillitate conſeruarit, propter ſummam in republica moderanda prudentiam, neque 1565
vllo vnquam democratiam vel leuiſſimè læſerit aut dicto aut facto.

A Lycophron Butades, Lycurgi filius, adſcripſit victũ
ſibi in Prytaneo deberi, pro eo munere quod à popu-
lo Lycurgo Butadæ eſt datum: quo tempore Anaxi-
crates rempublicam obtinebat, atque Antiochis Pry-
taneo præeſſet. Stratocles Diomedius Euthydemæi fi-
lius dixit: Poſtquam Lycurgus Butades, Lycophronis
filius, à maioribus accepit propriam à longo tempore,
& domeſticam erga populum beneuolentiam, & pro-
aui ipſius Diomedes ac Lycurgus, quorum vita hono-
ribus à populo affecta, & mors publicis ſepulchris in
B Ceramico propter illorum virtutem decorata fuit: i-
pſéque Lycurgus quum reipublicæ præeſſet, multas &
pulchras leges patriæ tulit: factúſque publicæ pecuniæ
quæſtor, quinquennio ei muneri præfuit: diſtributíſ-
que ex communi reditu millibus octoginta & nonin-
gentis talentis, ac multo antè propter fidem à priuatis
hominibus mutuò accepta ingenti pecunia, ſexcentis
ſcilicet & quinquaginta talentis, ea quum reipublicæ
ratio vtilitáſque poſtularet, conſumpſit: in quibus o-
mnibus quum ſingulari æquitate & iuſtitia verſari eá-
C que adminiſtrare videretur, ſæpe à ciuitate corona eſt
donatus. Ad hoc etiã delectus à populo, permagnam
pecuniam in ſumma arce coaceruauit, deûmque or-
natu cohoneſtauit: ac victoriæ ſtatuas ſolido ex auro
conflatus, vaſáque ad pompam idonea, alia aurea, alia
argentea, ornatúmque aureum comparauit: vt centum
homines caniſtris onerati, ad ea ferenda & compor-
tanda deſiderarentur. Delectus autem ad belli appara-
tus, arma permulta, & telorum quinquaginta millia
in ſummam arcem intulit: ac triremes nauigabiles tre-
D centas parauit, quarum alias quidem refecit, alias verò
à principio in totum conſtruxit: præterea accepta quo-
tidianorum operum præfectura, naualia, atque arma-
mentarium, & theatrum Dionyſiacum perfecit, ſta-
diúmque Panathenaicum aliquando conſummauit, &
1566 gymnaſium ac lycium comparauit, multíſque aliis
rebus cõſtructis ciuitatem exornauit. Quúmque Ale-
xander rex vniuerſam euertiſſet Aſiam, totámq; Græ-
ciam ſuis auſpiciis tenere & regere optaret, Lycur-

gum ſuis conatibus aduerſantem, ſibi dari à populo A
petiit, quod populus propter metum de Alexandro conceptum recuſauit: & quum rerum in republica geſtarum rationem ciuitate libera, & in qua populus dominaretur, ſæpe redderet, integer atque inculpatus ſemper eſt viſus. Itaque vt omnes intelligant, quid ſit quamobrem ii qui pro populi poteſtate & libertate rempublicam ſibi ſumma æquitate regendam duxerint, & viui plurimi fiant, & mortui gratiarum actionem cum perpetua & ſingulari laudatione cōſequantur, bonis auibus viſum eſt populo laudare Lycurgum B
Butadem Lycophronis filium virtutis ergô, atque æquitatis: ipſiúſque ſtatuam ex ære in foro ſtatuere, excepto eo loco, in quo ne ponatur, lex interdicit: victúmq; in Prytaneo dare ei qui ex conſanguineis Lycurgi natu erit maximus, ídque non ad duos aut tres annos, ſed in perpetuum: ipſiúſque decreta rata eſſe omnia, eáque in columnis lapideis à populi ſcriba imponi, ſuſpendi, atque in ſumma arce iuxta anathemata collocari: ad perſcriptionem verò quæ fieret in columnis, populi quæſtorem quinquaginta drachmas da- C
re ex iis pecuniis quæ ad decreta vulgò à populo inſumi ſolent.

PLVTARCHI SCRIpta alia philoſophica, ex quibus multa ſunt phyſica.

A CAPITVM QVÆ HISCE QVINque de placitis philoſophorum libris continentur, Catalogus.

1608 CAPITA PRIMI libri.

Quid ſit natura. Caput I
In quo differant principiũ & elementum. II
De principiis. III
B *Quomodo coagmẽtatus mũdus.* IIII
An vnum vniuerſum. V
Vnde notionẽ Dei homines habuerint. VI
Quis Deus. VII
De geniis & heroibus. VIII
De materia. IX
De ideis. X
C *De cauſis.* XI
De corporibus. XII
De minutis corpuſculis. XIII
De formis. XIIII
De coloribus. XV
De ſectione corporũ. XVI
De mixtione & temperatura. XVII
De inani. XVIII
D *De loco.* XIX
De loculamento vel conceptaculo. XX
De tempore. XXI
De eſſentia temporis.
1609 XXII.
De motu. XXIII.
De ortu & interitu. XXIIII.
De neceſſitate. XXV
De ſubſtãtia neceſſitatis. XXVI.
De fato. XXVII
De ſubſtãtia fati XXVIII
De fortuna. XXIX
De natura. XXX

CAPITA LIBRI ſecundi.

De mundo. I
De forma mundi. II
Animánsne mundus. III.
An corruptionis immunis mundus. IIII
Vnde alatur mundus. V
A quo elemento adorſus fabricam mundi Deus. VI
De mundi ſtructura. VII
Quam ob cauſam mundus cernuus. VIII
De extrariis mundi partibus, & ſicubi vacuum. IX
Quæ mundi dextera, quæ læua partes. X
De cælo, & quæ eius ſubſtantia. XI
De cæli factione, & in quot ſecetur circulos. XII
Quæ ſtellarum ſubſtantia, & quomodo compoſitæ ſint. XIII
De formis ſtellarũ. XIIII

De ordine

De ordine & ſitu. XV
De ſtellarũ vectatione & motu. XVI
Vnde illuminentur ſtellæ. XVII
De ſtellis quæ Dioſcuri vocantur. XVIII
De ſignificatione aſsignatione ve ſiderũ, & quomodo hyẽs & æſtas fiat. XIX
De ſubſtantia ſolis. XX
De magnitudine ſolis. XXI
De forma ſolis. XXII
De ſolſtitio & bruma. XXIII
De deliquio ſolis. XXIIII
De ſubſtantia lunæ. XXV
De magnitudine lunæ. XXVI
De forma lunæ. XXVII
De illuminatione lunæ. XXVIII
De deliquio lunæ. XXIX
Quam ſpeciem præbeat luna, & cur terra videatur. XXX
De intercapedine lunæ qua à ſole diſtat. XXXI
De anno vertẽte, & quantus vniuſcuiuſque errantium magnus ſit annus. XXXII

CAPITA LIBRI tertii.

De lacteo circulo. I
De crinitis & emicãtibus trabibus, & aliis id genus. II A
De tonitruis, fulguribus, fulminibus, turbinibus & vorticibus. III
De nubibus, pluuiis, niuibus, & grandinibus. IIII
De arcu cæleſti. V
De virgulis. VI
De ventis. VII
De hyeme & æſtate. VIII
De terra, & quæ eius eſſentia, quantaque. IX B
De figura terræ. X
De ſitu terræ. XI
De inclinatione terræ. XII
De motione terræ. XIII
De dimenſione terræ, & quot eius circuli. XIIII
De terræ motibus. XV
De mari, vnde conſtet, & cur amarulẽtum. XVI C
Vnde reciprocationes maris, æſtuſque fiãt. XVII
De area. XVIII

CAPITA LIBRI quarti. 1545

De Nili exuperantia. I
De anima. II
An corpus anima, & quæ eius eſſentia. III
De partibus animæ. IIII D
Quid animæ principatus, & qua in parte. V
De motu animæ. VI
De immortalitate animæ. VII.
De ſenſib' ſenſilibúſq;. VIII
Veri necne ſint ſenſus, & viſa, id eſt phãtaſiæ. IX

A Quot ſint ſenſus. X
Quónam modo fiat ſenſus, & prænotio ſeu anticipatio, & rationis habitus. X I
Quid interſit inter phantaſiā, id eſt Viſum, & phantaſton, id eſt Viſi efficiēs, phantaſticónq; & phantaſma, id eſt Adulterinū
B inanéue Viſum. X I I
De Viſu, & quónam modo Videamus. X I I I
De ſpeciebus in ſpeculis editis. X I I I I
An Viſibiles tenebræ. X V
De auditu. X V I
De odoratu. X V I I
De guſtatu. X V I I I
De Voce. X I X
C An incorporea Vox, & quomodo fiat echo. X X
Vnde ſenſibilis anima, quídque eius principatus. X X I
De reſpiratione. X X I I
De affectionibus corporis, & an condoleſcat nécne
1611 illi anima. X X I I I

CAPITA LIBRI
D quinti.

De diuinatione. I
Quomodo ſomnia fiant. I I
Quænam genitalis ſeminis ſubſtantia. I I I
An corpus genitura. I I I I
An fœminæ ſemen emittant. V
Quomodo cōceptus fiāt. V I
Quomodo mares gignātur & fœminæ. V I I
Quomodo monſtra fiant. V I I I
Cur mulier frequētius Veneri indulgens non concipit. I X
Quomodo gemini trigeminique gignantur. X
Vnde exiſtāt parentum ſimilitudines & progenitorum. X I
Quomodo alienis ſimiles naſcantur, parentibus Verò nequaquam. X I I
Quibus modis ſterileſcant tum mulieres, tum Viri. X I I I.
Cur ſteriles mulæ. X I I I I
An infans in Vtero animans ſit. X V
Vnde alantur infantes in Vtero. X V I
Quid primum abſoluatur in Vtero. X V I I
Cur ſeptimeſtres infantes natales. X V I I I
De generatione animaliū, quomodo genita animalia, & an interitui obnoxia. X I X
Quot genera animantium, & num omnia ſenſu, rationéq; prædita ſint. X X
Quanto tandem tempore conformentur in Vtero animalia. X X I
Ex quibus elementis conſtent ſingulæ generales

corporis partes. XXII A
Vnde ſomnus fiat aut mors. XXIII
Quando & quomodo inci-piat homo perfici XXIIII
Vtrius tandem ſomnus aut mors, animæ, an corpo-ris. XXV
Quomodo augeſcãt ſtirpes, & an animantes ſint. XXVI
De vegetatione & auctu. XXVII
Vnde appetentiæ animali-bus fiant & voluptates. XXVIII
Quomodo fiat febris, & an adnatus, cõſectariuſque ſit affectus. XXIX
De proſpera aduerſaque valetudine, & ſenectu-te. XXX B

PLVTARCHI DE PLAcitis decretíſque philoſophorum naturalibus, liber primus.

GVLIELMO BVDAEO PARIſienſi, regio ſecretario, interprete. C

TRADITVRI naturæ enarrationem, neceſſariũ duximus in principio ſtatim tractationem philoſophiæ in partes diſtribuere, vt noſcamus & quid ſit philoſophia, & quota pars eius naturæ explicatio. Stoici igitur dicunt, Sapiẽtiam quidem, diuinarum humanarúmque rerum ſcientiam eſſe: philoſophiam verò, accommodatæ vitæ artis meditationem. Hanc autem vnam eſſe & D
eandem ſummam virtutem. Virtutes porrò generali- 1612
ſſimas tres, naturalem, moralem, rationalem. Ex quo & tripartitam philoſophiam. Eius enim partem vnam naturalem, aliam moralem, & rationalem aliam. Et naturalis quidem eſt (inquiunt) quum aut de mundo, aut de iis quæ in mundo ſunt, quærimus. Moralis in humanæ degendæ vitæ ratione occupata eſt. Rationalis in diſſerendi ratione, quam ipſam & dialecticam,

A id eſt ſermocinatricem vocant. Ariſtoteles autem & Theophraſtus, & ferè peripatetici, hoc modo philoſophiam partiti ſunt. Neceſſe eſt (inquiunt) cōſummatum virum, & eorum quæ ſunt, contemplatorem eſſe: & eorum quæ decent, actorem. Hoc autem ſic intelligere licet, ſi verbi gratia quæratur, animans nécne ſit ſol: eſſe enim videtur. Qui hoc igitur quærit, is cōtemplator eſt, quippe qui nihil aliud quàm id quod eſt, quærit. Si item quæratur, mundúſne infinitus ſit, & ſi quid eſt præter mundum. Hæc nanque omnia in con-
B templatione ſunt. Rurſum quæritur quomodo inſtituenda vita aut liberi, aut gerendus magiſtratus, aut ſanciendæ leges. Hæc igitur omnia agēdi gratia quæruntur, huiúſque modi vir, actuoſus eſt.

Quid ſit natura. I.

QVoniam igitur propoſita nobis eſt rerum naturalium cōſideratio, neceſſarium eſſe duximus explanare quid ſit natura. Etenim abſurdum ſit, eum qui de natura diſſerere conetur, huius ipſius ignorare naturæ potētiam. Eſt igitur natura (vt Ariſtoteli placuit)
C principium motus atque quietis duntaxat in quo primigeniè ineſt, non etiam per accidens. Siquidem quæ videntur omnia, quæ quidem neque à fortuna, neque à neceſſitate, neque à diuino numine aut huiuſmodi cauſam habent, naturalia dicuntur, ſuámque ipſorum naturam habent, veluti terra, ignis, aqua, aër, ſtirpes, animalia. Hæc præterea quæ fieri videmus, imbres, grandines, fulmina, turbines, venti: (hæc enim principium quoddam habent, vtpote quæ ante prima ſecula non fuerint, ſed ſuum ortum habeant) hæc igitur, ve-
D luti animantes, ſtirpes, generationis principiū habent,
1613 in eíſque natura principium in primis eſt, atque adeo motus, nedū quietis. Nam quæcūq; motus principiū habēt, eadem interitū quoque capere poſſunt. Meritò itaque natura motionis principium eſt atque quietis.

In quo differant principium & elementum. II.

ARiſtoteles igitur & Plato differre putant principium & elementum. Thales verò Mileſius idem eſſe arbitratur principium & elementum. Verùm hæc

magnopere differũt inuicem. Siquidem elemẽta compoſita ſunt, principia autem nec remur eſſe compoſita, nec cõfectum quiddam. Verbi gratia, elementa vocamus terram, aquam, aërem, ignem: principia verò propterea vocamus, quòd nihil ſe prius habeát, ex quo procreata ſint, alioqui principia non eſſent, verùm illud potius, ex quo genita eſſent. Terra autem & aqua priora quædam ſunt, ex quibus procreata ſunt: hyle nimirũ illa, *(id eſt ſylua)* rudis & informis, ſpeciéſque ipſa quam vocamus entelechian: *(id eſt actum quendam cõtinuum & perpetem)* necnon priuatio. Lapſus igitur Thales, principium dicens idem atque elementum eſſe. A B

De principiis. *III.*

VErumenimuero Thales ille Mileſius principium rerum aquam exiſtimauit eſſe. Is autem videtur philoſophiæ princeps fuiſſe, à quo quidem Ionica ſecta appellata eſt. Fuerunt enim plurimæ deinceps philoſophiæ ſucceſſiones. Hic diu in Ægypto philoſophatus, iam ſenior Miletum ſe contulit. Iſque ex aqua omnia ſenſit eſſe, & in aquam viciſſim redire. Adducitur C
autem huiuſmodi coniectura: primò, quòd animantiũ omnium principiũ genitura ſit eadem humida: ex quo ſimile eſſe veri, ex humore omnia principium ducere. Deinde, quòd ſtirpes omnes humido alantur, & ad frugem euadant, humoris autem expertia actutum areſcant. Poſtremò, quòd ipſe ſolis ignis ſiderúmque, aquarum expiramentis alatur, quinimò & mundus i- 1614
pſe. Qua de cauſa Homerum eandem mundi procreationem poſuiſſe vult:

Oceanus, de quo primùm ſunt omnia nata. D

Anaximander Mileſius, omniũ quæ ſunt, principium, naturæ infinitatem eſſe putat: ex hac enim omnia eſſe, & in hãc omnia tabeſcere: propterea & infinitos gigni mundos, & eos rurſum cadere in id vnde orti ſint. Nam cur (inquit) infinitum eſt? nempe vt ne quo deficiatur procreatio, quæ omnia conſtituit, à quáque omnia ſubſiſtentiam habent. Fallitur autem, vt qui non addat quid infinitas ſit, num aër ſit, an terra, an aqua,

A an alia quædam corpora. Fallitur igitur quum mate-
riam putet,efficiétem verò cauſam tollat.Infinitas au-
tem nihil aliud quàm materia eſt. Atqui materia effi-
cientia eſſe non poteſt,niſi efficiés ſubſit. Anaximenes
autem Mileſius principium rerum aerem eſſe dixit.Ex
eo enim omnia conſtare, in eúmque tandem reſolui:
Veluti anima(inquit)noſtra aer quum ſit, nos cōtinet
& tuetur, & mundum vniuerſum ſpiritus & aer com-
plectitur & continet.Dicuntur verò ſpiritus & aer mu-
tuo cognomento.Hallucinatus autem eſt & hic,vtpo-
B te qui ex ſimplici & vniformi aere & ſpiritu conſtare a-
nimalia opinatus ſit. Non enim vnicum rerum eſſe
principium poteſt materia, ex qua cuncta ſubſtantiam
ceperint,ſed efficientem quoque cauſam ſubdere ne-
ceſſe eſt: quemadmodum in faciendo poculo non ſat
eſt argentum, niſi efficiens quoque ipſum adſit, id eſt
vaſcularius, ſimiliter atque in ligno & ære, & alia id
genus materia. Anaxagoras Clazomenius principia
rerum particulas inter ſe ſimiles,quas ſimilaritates vo-
care poſſumus,arbitratus eſt. Inexplicatiſſimum enim
C ei videbatur, quónam modo ex eo quod nuſquam e-
ſſet,poſſet quid oriri: aut rurſum in id quod nullibi e-
ſſet,interire quid. Proinde cibū(inquit)ſumimus ſim-
plicem & vniformem,veluti cereale munus, aquámq;
bibimus.Hoc autem cibo alitur capillus,vena,arteria,
nerui,oſſa, & cæteræ item partes. Quæ quum ita ſint,
neceſſe habemus fateri, in illo ineſſe cibo quæ vſquam
1615 ſunt omnia, ex iiſque augeri omnia, atque in huiuſce-
modi eſſe alimento procreatriculas ſanguinis partes,
neruorúmque item, oſſiúmque, aliarúmque partium
D quas cogitatione percipere poſſumus. Quòd igitur ſi-
miles iis quæ procreātur eſſent in alimēto partes, pro-
pterea homœomerias, (*id eſt Similaritates*) vocauit,
quas principia rerū eſſe cēſuit. Atque has quidem inter
ſe ſimiles particulas,materiā: cauſam verò efficiētem,
mentem omnia ordinatè digerentem. Sic autem exor-
ditur: Vna(inquit)omnes res erāt,mens verò diſtraxit
illas,decentérque compoſuit. Itaque probādus hic vel
eo maximè,quòd materiæ opificem adiūxit.Archelaus

Apollodori filius Athenienſis aerem infinitum, & quæ A
circa eũ eſſent ſpiſſitudinem ac raritatem: horũ alterũ
ignem eſſe, alterum aquam. Hi omnes prædicti dein-
ceps ſibi ſuccedentes, Ionicam quæ dicitur ſectam à
Thalete impleuere. Rurſus ab alterius auſpicatu phi-
loſophiæ Pythagoras Mneſarchi, Samius, qui primus
philoſophiam hoc nomine appellauit, principia rerum
numeros eſſe cenſuit, & eorum ſymmetrias, id eſt ac-
commodatas proportiones, quas & harmonias, id eſt
concentus cohærentiáſque vocat, ex iiſque compoſita
elementa, quæ geometrica vocantur. Idem rurſus vni- B
tatem infinibilémque binarium inter principia ponit.
Spectant autem principia eius, alterum in efficientem
formalémque cauſam, quæ mens & idem Deus: alterũ
in patibilem materialémque, qui mundus eſt viſibilis.
Eſſe autem autumat numeri naturam denariũ: ad de-
cem enim omnes numerare tum Græcos, tùm barba-
ros: ad quæ quum peruenerint, rurſus ad vnitatem re-
dire. Cæterùm denarii vim in quaternario ſitam eſſe.
Huius autẽ cauſam ex eo intelligi poſſe. Si quis ab vno
profectus, numerali deinceps adiectione ad quatuor C
progrediatur, expleturũ eum denarium. Quòd ſi qua-
ternarium huiuſmodi adiectione excedat, vltra dena-
rium quoque excurſurum. Si quis (verbi gratia) vnum
ponat, & huic duo addat, & deinde tria, & iis denique
quatuor, hactenus denarium expleuerit. Quapropter 1616
numerus ſingulatim quidẽ collectus, in decem erit: ex
vi autem ſua ſpectatus, in quatuor. Vnde Pythagorei,
quaſi ſanctiſſimum quaternarius iuſiurandum eſſet, ita
aiebant:

Iuro per omnipotentem, animæ qui tetrada noſtræ D
Perpetuos fontes naturæ infudit habentem.

Noſtra (inquiunt) anima ex tetrade cõſtat. Siquidem
eſſe mentem, ſciẽtiam, opinionem, ſenſum. Ex quibus
ars omnis & ſciẽtia, nóſque ipſi rationis compotes ſu-
mus. Mens quidem igitur monas eſt, id eſt vnitas. hæc
enim ſingulariter ſpectatur: velut quum permulti ſint
homines, ſi hi partim, id eſt viritim conſiderentur,
ſenſu perſpici comprehendíque non poſſunt, vtpote

A infiniti. Verùm hoc ipſum ſolú intelligimus hominem vnum,cuius nullus ſimilis, non ſecus ac equum vnum ſolum intelligimus.Quòd ſi partim,id eſt non vniuerſim conſiderentur, infiniti ſunt. Hæ enim ſpecies generáque omnia ſingulariter perſpiciuntur,ideóque in vnoquoque eorum huiuſmodi definitionem reddunt: Animal(inquiunt) rationis particeps, aut animal hinnibile.Proinde mens idcirco monas eſt,qua hoc intelligimus. At dyas,*(id eſt binarius)*ſcientia eſt,infinibilis: meritò.Omnis enim demonſtratio,omníſque ſcientiæ B fiducia, omníſque inſuper ratiocinatio ex quibuſdam conceſſis id quod controuerſum eſt colligit, faciléque demõſtrat,quorum cõprehenſio ſcientia eſt.proptereà fuerit quidem fortaſſe dyas. Trias verò,*(id eſt ternio)* opinio eſt ex perceptione, nec immeritò:quippe multorũ eſt opinio:ac ternio multitudo, vt,O térque quatérque beati.Ideóque non admittit Pythagoras ternarium. Heraclitus atq; Hippaſus Metapõtinus vniuerſæ naturæ principiũ ignem dixerũt. Ex igne enim omnia naſci, & in ignem omnia deſinere, quo extincto, in C hanc mũdi formam omnia digeſta eſſe. Nam primùm craſſiſſimum quodque compactili in ſe nixu in terræ formam coactum: qua deinde ab igne ſoluta naturæ vi aquam confectam, denique aquæ ſuffitu aerem 1617 procreatum, ruſſúſque mũdum atque omnia corpora in vniuerſi olim cõflagratione ſolutum iri. Principium igitur ignis,quãdoquidem ex hoc omnia. Finis etiamnum ignis, quoniam in ipſum intereunt omnia. Epicurus Neoclis filius Athenienſis Democriti veſtigia philoſophando perſequutus, principia rerum corpora D dixit mẽte percepta,ſolida,nõ creata,ſempiterna,quæ nec corrumpi poſſent,nec contundi,nec informari ex parte,aut quouis modo immutari.Eſſe autẽ illa mente percepta,mouerique illa in inani, pérque inane,eſſéq; ipſum inane infinitum, vt corpora quoque infinita. Cæterùm tria iis accidere, formam, magnitudinem, pondus: quanquam Democritus tantùm illis dabat magnitudinem & formam. Epicurus nanque tertium addidit põdus. Neceſſe enim (inquit) moueri corpora

ponderis pulſu, alioqui mouere ſe nō poſſe. Eſſe autem A
huiuſmodi corporum, quas atomos vocant, compre-
henſibiles formas, non infinitas, neque hamatas eſſe,
nec vncinatas, nec anulatas. Nam id genus formas fa-
cilè contuſiles: atomos autem infrangibiles, impatibi-
les, ſuas verò habere formas mente perceptibiles. De-
nique atomos, id eſt indiuidua corpuſcula, non quia
minutiſſimæ ſint, ſed quia indiuiſibiles, quippe impa-
tibiles, inaniſque expertes. Itaque qui indiuiduum di-
cit, continuò infractum quoque dicit, impatibile, ina- B
nis expers. Empedocles Metonis Agrigentinus, ele-
menta quidem quatuor eſſe dixit, duas verò principa-
les potentias, amicitiam & diſſidium: harum illam eſſe
coniunctiuam, hoc diſſociatiuum. Sic enim inquit,

Quattuor in primis cunctarum ſemina rerum,
Iuppiter aethereus, Pluto inferus, almáque Iuno,
Neſtis, quae lacrymis hominum riuos alit vdis.

Iouem autem, intelligit feruorem & æthera: Almam
verò Iunonem, aëra, Plutonémque, terrã: Neſtin de-
nique humanóſque riuos, tanquam genituram & a- C
quam. Socrates Sophroniſci Athenienſis, Platóque 1618
Ariſtonis item Athenienſis (eædem enim de vniuerſo
vtriuſque ſententiæ) principia tria poſuerunt, deum,
materiam, ideam. Eſt autem deus mens. Materia verò
quod primũ generationi ſubiacet & corruptioni. Idea
autem ſubſtantia ſine corpore in diuinis ſenſis animi,
viſúque Dei. At Deus mens mundi. Ariſtoteles Nico-
machi Stagirites principia quidem entelechian, ſiue
ſpeciem, (*id eſt continuatam quandam motionem &
perennem*) materiam & priuationem. Elementa au- D
tem quatuor, quintum verò corpus quoddam immu-
tabile. Zeno Mnaſei filius, Citienſis, principia quidem
Deum & materiam, quorum illum agendi cauſam eſſe,
hanc patiendi. Elementa autem quatuor. Horum au-
tem ſecta Italica dicta eſt, nimirum propter Pythago-
ram, qui in Italia philoſophiam profeſſus eſt: migra-
uerat enim patria Samo, Polycratis tyrãnidi infenſus.

A *Quomodo coagmentatus mundus. IIII.*

MVndus autem coagmentatus eſt circunflexa for
ma,hoc propè modo configuratus. Quum in-
diuidua corpuſcula temerario fortuitóque motu aſſi-
duè celeritérque mouerentur, corpora in vnum mul-
ta glomerata ſunt,varia tum magnitudine,tum forma.
His vnum in locũ coactis, quæcunque maiuſcula gra-
uiuſculáque erant, penitus ſubſederunt. Quæ autem
minuta,rotunda, leuia, lubrica,hæc in concurſu cor-
B porum elidebantur,ſurſúmque verſus ferebantur. Si-
mulac autem,impulſiua illa vi & ſubuehente defecta,
ipſa non iam ſublimè efferebantur, nec deorſum ferri
poterant, ad loca appellebantur eorum capacia. hæc
autem erant in ambitu. Poſtea huiuſmodi corporum
coagmentũ vndiqùe circunflectebatur: in qua circun-
flexione complexa inter ſe corpuſcula cælum procrea-
1619 uere.Eadem naturæ vi,varia, vt prædictum eſt,indiui-
dua ſublimè deducta ſiderales naturas confecere. At
multitudine exhalatorum corporum impulſus aer e-
C liſúſque eſt:qui rurſus agitatu in ſpiritum verſus, ra-
pta ſecum verſabat ſidera: quæ eorum vertigo adhuc
ſublimis aſſeruata eſt. Ex conſidentibus porrò indiui-
duis concreta eſt terra: ex euectis autem,cælum,ignis,
aer,genita. Reſidua verò in terra materia multa, eá-
que ventorum impulſu ſtellarúmque auris addenſata,
quacunque rarius concreuerat terra, natura humoris
expreſſa eſt. Quæ fluxa quum eſſet, facilè concaua in
loca,ſéque concipere arceréque nata, delapſa eſt: aut
ſuapte etiam ipſa ſponte ſubſiſtens,alueos ſibi depre-
D ſſioribus in locis cauauit. Præcipuæ igitur mundi par-
tes hunc in modum genitæ ſunt.

An Vnum Vniuerſum. V.

ENimuero Stoici vnicum eſſe mundum cenſuerũt,
quem & vniuerſum eſſe dixerunt,& quicquid cor
pore conſtaret. Empedocles mundum vnum quidem,
verùm mundum non eſſe vniuerſum: eſſe autem per-
paruam naturæ vniuerſæ partem,reliquam verò & ma
gnam partem vacantem eſſe materiã. At Plato ex tri-
bus (vt videtur) vnum eſſe mundum conijcit, & vni-

uerſum vnum,quòd videri conſummatus non poſſit, A
niſi omnia comprehendat. Quòd niſi vnus ſit, exem-
plaris,id eſt Dei,ſimilis eſſe non poſſit: quòd denique
ſiquid extra eum eſt,perpetuò incolume eſſe nequeat.
Ad Platonem igitur reſponderi poteſt,mundum con-
ſummatum nō eſſe,nec omnia continere: alioqui ho-
mo quoque conſummatus eſſet, ſed nō omnia conti-
net. Exemplaria autem multa eſſe,quemadmodum in
ſtatuis,ædificiis,picturis. Nam quomodo perfectus,
ſiquid extra ipſum circunuerſari poteſt? Iam verò im- B
mortalis nō eſt,nec eſſe quidem poteſt,quippe qui na-
tiuus ſit. Metrodorus abſurdum eſſe ait, in latifundiis 1620
vnicam ſpicam naſci, vnúmque in infinito mundum.
Quòd autem innumeri ſint, ex hoc liquere,quòd in-
numerabiles ſint eorum cauſæ. Si enim quibuſdam
ſuis finibus finitus eſt mundus, cauſæ autem infinitæ
ex quibus conſtat, neceſſe eſt infinitos eſſe. Vbi enim
ſunt cauſæ,inibi effectus quoque:atqui cauſæ, indiui-
dua aut elementa.

Vnde notionem Dei homines habuerint. VI. C

STOici numinis eſſentiam hoc modo definiũt,igni-
tum ſpiritum,intelligentiæ participem,formã nul-
lam habentem,in quam verò cunque velit,ſe verten-
tem,omniáque aſſimulantem. Habuerunt autem no-
tionem eius à decentia primùm ſumptam eorum quæ
viſuntur. Nihil enim pulchri temere nec fortuitò fit:
fit autẽ adhibita arte quadam concinatrice. Pulchrum
verò eſſe mundũ ex forma, colore, amplitudine, ſtel-
larúmque mũdum ambientiũ varietate,patet.Globo-
ſus etiam,quæ in primis forma cenſetur:hæc enim ſua- D
rum ipſa partium ſimilis eſt. Rotundus autem quũ ſit,
partes etiamnũ rotũdas habet. Propterea inquit Plato,
Mens quæ in homine auguſtiſſima pars eſt, in capite
conſtituta eſt. Mundi quoq; color honeſtus eſt.cæru-
leo enim coloratus eſt, qui purpureo fuſcior, ſplen-
denti qualitate nitet, qua maximè gratia intẽſiſſimi vi
coloris immenſam adeò aeris vaſtitatẽ perrumpẽs, ex
tanto interuallo conſpicitur. Pulcher etiamnum mun-
dus ex amplitudine. Omnium enim rerum ambitus

A ſummus & obtentus in ſuo quiſque genere pulcherri-
mus eſt, vt in animante, vt in arbore. Abſoluût & cæ-
li decorem ea quæ in eo conſpicua ſunt. Obliquus e-
nim circulus variis diſtinctus eſt ſimulachris. In eo
cancer eſt, poſt quem leo, póſtque hunc virgo, ab hac
1621 chelæ, *(id eſt forcipata brachia ſcorpionis)* poſt quas ſcor
pius ipſe, ſagittarius & capricornus, à capricorno a-
quarius, ſtellatique duo piſces, ad hæc aries & taurus,
geminíque. Innumerabilia id genus alia Deus idem
per cæli conuexitates ſparſit. Vnde inquit Euripides,
B Stellantem cæli ſplendorem chronon, honeſtè diſtin-
ctum opus fabri periti. Profectò notitiã Dei hinc ma-
gnopere cepimus. Perpetuo enim tenore ſol, luna, re-
liquáque ſidera ſub terras merſa, vno exiſtunt denuo
colore, æqua prætere a magnitudine, ex iiſdémque lo-
cis, eodémque prorſus tempore. Proinde qui nobis
cultum deorũ tradidere, tres omnino ad hoc formas
inſtituerunt. Primam à natura ductam, ſecundam à
fabulis, tertiam legum autoritate teſtatam. Naturalis
C à philoſophis docetur, fabularis à poetis, legalis ab
vnaquaque ciuitate conſtitui ferè ſolet. Porrò hæc o-
mnis inſtitutio ſeptem in partes diſtribuitur. Prima ab
iis quæ ſuprà viſuntur, ducitur. Dei enim notionem ex
apparẽtibus primùm habuere ſtellis, quum ab his mi-
ræ rerum congruentiæ cauſas exiſtere viderent, veluti
ratas diei noctiſque vices, hyemíſque & æſtatis, ortúſ-
que & occaſus: ad hæc eorum quæ ex terra animarẽ-
tur, in frugéſve enaſcerentur. Idcirco cælum omnium
horum patrem arbitrati ſunt, terram verò matrem.
D Et aërem quidem propterea patrem, quòd aquarum
lapſus, ſeminis vicem præbeat: terrámque matrem,
quòd matris vice has excipiat, & deinde pariat. Cæte-
rùm ſtellas illi quum viderent perenni curſu irrequie-
tas, ſolémque & lunam luminis nobis autores eſſe, *ab
eo quod* θεᾶσθαι, *id eſt Spectare, dicũt, &* θεῖν, *id eſt Cur-
rere,* θεοὺς *(vnde nos deos)* appellauerunt. Altero ter-
tióque loco deos in commodos incommodóſque par-
titi ſunt: & commodantes quidem, Iouem, Iunonem,
Mercurium, Cererem: incõmodantes autem, Pœnas

Vltrices, Furias, Martem, quorum violenta noxiáque A
numina votis redimunt, à ſéque depellunt. Quarti
quintíque ordinis deos, cum gerendis rebus, tum ve- 1622
rò animi perturbationib' præfecerunt. His Amorem,
Venerem, Cupidinem: illis Spem, Iuſtitiam, Æquita-
tem. Sextum ſibi locum vendicant fictitia poetarum
numina. Heſiodus enim natiuis diis parentem conſti-
tuere volens, huiuſmodi eis genitores induxit, *Cœón-
que Creónque, Hyperiona, Iapetónque*. Propterea
hoc genus deorum fabulare vocatur. Septimæ poſtre- B
mæque notæ ac dignationis ſunt, qui humano more
geniti, propter ſuam in homines beneficentiam diui-
nos honores meruerunt: cuiuſmodi Hercules, Dioſco-
ridæ ſeu Tyndaridæ, Liber pater. Humana autem ſpe
cie hos eſſe deos propterea perhibent, quòd omnium
quæ ſunt, numen haud dubiè præpotentiſſimum eſt:
homo autem animantiū omnium honeſtiſſima eſt na-
tura, quippe virtute multifariam ornatus in mētis ſuæ
conſtitutione, quæ præſtantiſſima pars eſt. Hac de cau
ſa eos qui inter homines optimè vitam egerunt, præ- C
ſtabiliſſima eodem modo parte honeſtos eſſe ani-
maduerterunt.

Quis Deus. VII.

VErumenimuero nonnulli philoſophorū, quem-
admodum Diagoras Mileſius, Theodorus Cyre-
nenſis, Euemerus Tegeates, deos prorſus nullos eſſe
cenſuerunt. Euemerum autem Callimachus Cyrenē-
ſis in iambis ſuis taxat hunc in modum ſcribens, In
ſuburbanum delubrum cōferti ite, in quo iampridem
æreum qui finxit Iouem, inſolens ſenex, improba vo- D
lumina ſcribat. Hæc pro ea opinione dicta ſint, quæ
negat eſſe deos. Verùm Euripides tragicus hoc qui-
dem apertè in medium afferre noluit, videlicet verens
Areopagi iudicium. Significat autē hunc in modum:
Siſyphon enim huius autorem opinionis induxit, hu-
iuſmodíque ſentētiæ eius adſtipulatur ipſe. Fuit enim
enim tempus (inquit) quum ſoluta erat mortalium vi-
ta & belluina, violentiæque adminiſtra. Poſtea (in-
quit) exlex vita inductis antiquata eſt legibus. Pòſt vbi

A (inquit)manifeſtaria arcere delicta lex poterat, clàm verò delinquebant multi: tum quidã peritus vir men-
1623 daci adorſus oratione veritatem reſtringere, & ſuadere mortalibus quòd Deus eſſet inſeneſcibili perennans vita, qui hæc & audit & videt, mentéque præpollet, Tollamus(inquit) poetica deliramenta, congruenter Callimacho ita dicenti, Si Deum noſti, ſcito quoque quòd factu nil non Deo poſſibile. Atqui Deus non omnia poteſt: quandoquidem ſi Deus eſt, faciat (in-
B quit) atram niuem, ignem gelidum, & quod ſedet vt ſtet, vicéque verſa. Proinde Plato ille grandiloquus, Quum (inquit)Deus afformauit mundũ ad ſui exemplum ipſius: olet obſoleta (vt inquiunt Comici) Arcacadum Caſcorúmque nugamenta. Nam quo pacto Deus ſe intuens ipſe, mundum affinxit? aut quomodo globoſum, quum ſit etiam ipſe breuior homine? Anaxagoras autem hoc modo inquit, Promiſcuè ab initio manebant corpora, mens verò diuina digeſſit ea, omniúmque procreationes cõfecit. Plato non ma-
C nentia prima corpora, ſed temere huc illuc agitata poſuit. Animaduertens (inquit) Deus quòd rerum compoſitio inconditæ poſitioni obſtaret, omnia ordine digeſſit. Horum igitur vterque pariliter labitur, vel eò maximè quòd Deum res humanas procurare, aut hominum cauſa mundum conſtruxiſſe cenſuerunt. Animal enim cum beatum & ſenii expers, tum bonorum numeris omnibus cumulatum, omníſque omnino exors mali, cohærente quidem illa beatitudine ac perennitate, humanarum proculdubio rerum ſecu-
D rus eſt: alioqui qui miſer non ſit, ſi opificis ſtructoríſque more efferendas onerum moles ſubeat, architectandive mundi cura angatur? Tametſi Deus ille quẽ perhibent, ſuperiore illo æuo, quum corpora immota erant, aut non erat omnino, aut temere mouebatur, aut deniq; ſomno indulgebat, & rurſus inſomniæ, aut poſtremò horum neutri. Primum admitti nõ poteſt, quum Deus ſit æternus. Nec ſecundum. ſi enim ab æterno, ſomno indulgebat, mortuus erat, quum mors æternus ſit ſomnus. Quanquam ſomno opprimi Deus quî poteſt? Immortalitas enim, qua

Deus prædıtus eſt, cum eo quod proximè mortem A
accedit, multum admodum diffidet. Reſtat vt vigila-
rit Deus. Quod ſi eſt, vel quo deficiebatur ad beatitu- 1624
dinem indipiſcendam, aut omnibus eam partibus ex-
pleuerat. Illo modo beatus eſſe non poterat, quum
beatitudo non ſit, ſiquid eam deficiat. Hoc, nihilo ma-
gis. fruſtra enim hoc moliebatur, ſi rei nullius indi-
gus erat. Age verò ſi Deus eſt, huiúſque procuratio-
ne adminiſtrantur humana, quamobrem cum deter-
rimo quoque fortuna præclarè agere ſolet, cõtrà cum B
præſtantiſſimo quoque peſſimè? Ecce tibi Agame-
mnon, *Regnatórque bonus ſimul atque acerrimus ar-*
mis, ab adultero adulteráque exceptus, dolóque inter-
emptus eſt. Huic item cognatione iunctus Hercules,
quum de rebus humanis optimè meruiſſet, noxiis ple-
riſque monſtris orbe defæcato, à Deianira venenatus
& incautus cõfectus eſt. Thales, mundi mentem De-
um: Anaximander, cæleſtia ſidera deos eſſe: Demo-
critus, Deum, mentem ignitam, mundi animam. Py-
thagoras, principiorum monada quidem deum, qui C
bonum quoque, quæ eſt vnius natura, ménſque ipſa.
Infinibilem autem dyada, genium qui & malum, cir-
ca quam multitudo verſatur materialis. Eſt autem e-
tiamnum viſibilis mundus, Deus. Socrates & Plato v-
num, vnigenitum, ſuapte ipſum ſponte natum, ſingu-
lare, verum germanúmque bonum. Hæc autem no-
mina, omnia in mentem ſpectant. Mens igitur Deus,
abiuncta quædam forma, id eſt nulli omnino mate-
riæ mixta, nulli patibili rei coalita. Ariſtoteles ſum-
mum quidem Deum formam abiunctam, vniuer- D
ſi ſphæræ innitentem, æthereo corpore, quod ab i-
pſum quintum vocatur. Hoc autem in ſphæras diui-
ſo, natura quidem cohærentes, opinione autem ſe-
cretas, vnamquanque ſphærarum animal eſſe exiſti-
mat, ex anima corporéque conſtans, corpúſque æthe-
reum eſſe verſatiliter mobile, animam verò rationem
immobilem, motus cauſam efficientem. Stoici com-
muniter cenſent Deum ignem eſſe artificem, via pro-
cedentem in mundi creatione, vniuerſas ſeminales
intra ſe rationes complectentis, per quas omnia è fato

A fiunt. Spiritum inſuper per vniuerſum quidem mun-
1625 dum pertinentem, appellationes autẽ identidem mu-
tantem per vniuerſæ quam peruadit naturæ confinia.
Deum etiam mundum & ſtellas & terram ſupremám-
que omnium in æthere mentem. Epicurus ſpecie hu-
mana deos, cogitatione autem non ſenſu perſpectiles,
præ exiliſſima imaginum natura. Idem naturas qua-
tuor alias cenſet, genere quidem incorruptibiles, indi-
uidua, inane, infinitum, ſimilitudines. Hæ autem di-
B cuntur ſimilaritates & elementa.

De geniis & heroibus. VIII.

Conſequenter huic de diis commentationi, ge-
niorum heroúmque enarranda natura. Thales,
Pythagoras, Plato, Stoici, genios animales eſſe ſub-
ſtantias, eſſe etiam heroas, abſtractas à corporibus a-
nimas, bonos quidem bonas, malos verò prauas. Epi-
curus nihil non improbat horum.

De materia. IX.

Materia eſt quod primum generationi corruptio-
C níque ſubiacet, reliquiſque mutationibus. Tha-
letis Pythagoræque diſcipuli, Stoicíque, vertibilem, al-
terabilem, mutabilem, fluxámque omnẽ omnino ma-
teriam dicunt. Democritici impartibilia prima, indi-
uiduum, inane & quæ corpore carent. Ariſtoteles &
Plato materiam corpoream, informem, ſpecie, figura,
qualitate vacuam quantum in ſua ipſius natura ſitum
eſt, formarum tamen ſuſceptricem, vt nutricis matriſ-
que in ſigillis vicem impleat. Cæterùm qui aquam di-
cunt, aut terram, aut ignem materiam, iam non infor-
D mem illam dicunt, ſed corpus. Qui autem impartibi-
lia & indiuidua, informem.

De ideis. X.

1626 Idea, id eſt ſpecies, ſubſtãtia eſt vacua corporis, ipſa
quidem ex ſe non ſubſiſtens, materias verò infor-
mes effigians, cauſáque earum demonſtratrix. Socra-
tes & Plato ideas ſeiunctas à materia ſubſtantias exiſti
mant, in ſenſis viſiſque Dei, id eſt mentis, ſubſtantes.
Ariſtoteles ſpecies quidem & ideas reliquit, ſed neuti-
quam à materia diſiunctas. Stoici qui à Zenone origi-
nem

nem ducunt, notiones in animis noſtris anticipatas, A
ideas eſſe dixerunt.

De cauſis. XI.

CAuſa eſt ex qua effectus, vel propter quam cõtingit quid. Plato trifariam cauſam poſuit. Eſt enim (vt ipſe inquit) à qua, ex qua, ad quam. Præcipuam autem putat eam ex qua. Hæc autem eſt rerum efficiens, quæ eadem mẽs. Pythagoras, Ariſtoteles, primas quidem cauſas, corpore vacantes: quæ autem participatu ex accidentíque cauſæ ſunt, corporeæ eſſe ſubſtantiæ, B
vt ſit mundus corpus. Stoici cauſas omnes corporeas, vtpote ſpiritus.

De corporibus. XII.

COrpus eſt quod trifariam diuiſibile eſt, longitudine, latitudine, altitudine: vel concrementũ pulſum ſenſiliter admittens, duntaxat quantum è natura ſua eſt, vel quicquid locum obtinet. Plato, quod nec graue natura, nec leue in ſuo quidem loco ſitum, in alieno autem ſtatutum continuò nutum habet, ex nutúque momẽtum aut ad grauitatem aut ad leuitatem. C
Ariſtoteles terram rem prorſus grauiſſimam eſſe, vt leuiſſimam, ignem. Aerem autem & aquam aliter alibi. Stoici duo quidem ex quatuor elementis leuia, ignem & aerem: duo verò grauia, aquã & terram. Leuia enim ſunt natura, non nutu à proprio ipſorũ medio. Graue eſt autem quod in meditulliũ vergit, non graue meditullium. Epicurus incomprehenſa corpo- 1627
ra, & prima quidem ſimplicia: quæ autem ex iis concreta, omnia pondus habere. Indiuiduorũ autem partim ad lineam moueri, partim obliquare, nõnulla ſur- D
ſum verſus pulſu concuſſúque ferri.

De minimis corpuſculis. XIII.

EMpedocles ante quatuor elementa, fragmenta minutiſſima introduxit, tanquam elementorum elementa, ſimilaria, rotũda. Heraclitus ramenta quædam minima & impartilia.

De formis. XIIII.

FOrma, ſuperficies & circunſcriptio lineamẽtúmque corporis. Pythagorici globoſa elementorum

A quatuor corpora autumant, ignem autem ſupremum, turbinatum.

De coloribus. XV.

COlor, eſt corporis qualitas viſibilis. Pythagorici colorem vocabant ſuperficiem corporis. Empedocles, quod meatibus viſus cõgrueret. Plato, flammam ex corporibus prodeuntem, accommodatas viſui particulas habentem. Zeno Stoicus colores, primas materiæ configurationes. Pythagorei genera colorum, album, nigrum, rubens, luteum. Differentias autẽ co-
B lorum album & nigrũ, rubens ac luteum. Has autem fieri mixtionibus quibuſdam elementorum, eaſdémque in animantibus propter locorum cælorúmque varietates accipere.

De ſectione corporum. XVI.

QVi Thaletis Pythagoræque veſtigiis inſtiterunt, partibilia corpora in infinitum ſectilia dicunt. Alii indiuidua impartiliáque huiuſcemodi eſſe negant,
1628 nec ad infinitum ſectionem procedere. Ariſtoteles po-
C tentia quidem in infinitum, actu autem nequaquam.

De mixtione & temperatura. XVII.

VEtuſtiſſimi elementorũ mixturas alteratione fieri dicũt: Anaxagoras Democritúſque appoſitione. Empedocles ex minimis compagunculis elementa componit, quæ minutiſſima quædam ſunt, & tanquam elementorum elementa. Plato tria quidẽ corpora (negat enim illa aut iuſta eſſe, aut propriè vocari elementa) ignem, aerem, aquam, inter ſe vertibilia. Terram autem in eorum nullum immutari.

D *De inani. XVIII.*

QVi à Thalete ad Platonem vſque de philoſophia ſcripſere, inane omnes non agnouerunt. Vnde Empedocles,

Aut vacat, aut vacuũ eſt nihil omni prorſus in orbe.

Leucippus, Demetrius, Metrodorus, Epicurus, indiuidua quidem multitudine infinita, inane autem magnitudine infinitum. Stoici intra mundum vacui nihil eſſe, extra mundum verò immenſum. Ariſtoteles tantum eſſe vacui extra mundum, vt reſpirare cælum

poſſit, vtique quod ſit igneum. A

De loco. XIX.

PLato locum definit, id quod formas aſſumere natum eſt, tranſlatione quadam materiam dicens tanquam nutricem & ſuſceptricem. Ariſtoteles extremum continentis cum contento committens.

De loculamento ſeu conceptaculo. XX.

STοici & Epicurus differre inane, locũ, loculamentum: inane enim, vacuitatem eſſe corporis: locum
autem, quod obtinetur à corpore: loculamentum ve- B
rò, quod ex parte obtinetur, vt in vini vegete.

De tempore. XXI. 1629

PYthagoras, tempus ſphæram extremi ambientis eſſe. Plato, æui effigiem mobilem, vel mundanæ motionis intercapedinem. Eratoſthenes ſolis iter.

De eſſentia temporis. XXII.

PLato eſſentiam temporis cæli motum. Stoicorum plerique motionem ipſam. Philoſophi ferè ingenitum eſſe mundum. Plato genitum, quatenus ad de-
prehenſionis noſtræ captum pertinet. C

De motu. XXIII.

PYthagoras, Plato, motum differentiam eſſe quandam, aut alterationem in materia. Ariſtoteles, mobilis perpetem actum. Democritus, genus vnum motionis agnoſcitat, quod in obliquum vergit. Epicurus, motus genera duo, quod ad lineam, & quod per inflexum. Herophilus, motionum vnam quidem mente perceptibilem, alteram verò ſenſu. Heraclitus, quie-
tem ac conſiſtentiam ex vniuerſis naturis tollebat, vt D
quæ mortuorum eſſent. Mortuum verò dabat æternum quidem æternis, interiturum autem interituris.

De ortu & interitu. XXIIII.

PArmenides, Meliſſus, Zeno, generationem corruptionémque propterea ſuſtulerunt, quòd vniuerſum immobile arbitrarentur. Empedocles, Epicurus omnéſque quotquot ex minutulorũ congerie corporum conſtruxere mundum, concretiones quidem & diſſipationes introducunt, ortus autem & interitus,

A non proprié. Nõ enim ex qualitate per alterationem, verùm ex quantitate per congeriem fieri. Pythagoras, omnéſque quotquot patibilem materiã ponunt, creationes propriè internecionéſque fieri, quippe quæ alteratione elementorum conuerſionéque & ſolutione fiant.

De neceßitate. XXV.

THales: Validiſſimum quiddam neceſſitas, quippe quæ naturæ præualeat vniuerſæ. Pythagoras mũ
B dum neceſſitate circundatum inquit. Parmenides ac Democritus, omnia è neceſſitatis præſcripto fieri. Hãc autem eandem atque fatum eſſe, iuſtitiam præterea & prouidentiam, & mundi architectricem.

De eſſentia neceßitatis. XXVI.

PLato, euentorum partim prouidentiæ adſcribit, partim neceſſitati. Empedocles, neceſſitatis eſſentiam cauſam principiis elementiſque vtendis aptam. Democritus rerum diſſidentiam, internecionẽ & materiæ pulſum. Plato tum materiã, tum agentis ad ma-
C teriam habitum.

De fato. XXVII.

HEraclitus, omnia ex fati præſcripto euadere. Hãc autem eandem ac neceſſitatem eſſe. Plato fatum quidem admittit in humanis animis, degendáque hominum vita, ſed adhibet & cauſam à nobis proficiſcẽtem. Stoicis cum Platone conuenit: & neceſſitatem quidem fixam cauſam dicunt & violentam, fatum autem ratam ſtatámque cauſarum complexionẽ. In qua ipſa complexione adnexam eam quoque cauſam quæ
D à nobis proficiſcitur, vt ſint quædam fata, quædam verò refata.

De ſubſtantia fati. XXVIII.

HEraclitus, ſubſtantiam fati mentem per vniuerſæ eſſentiam naturæ permeantem. Eam autem eſſe æthereum corpus, ſemen procreationis vniuerſi. Plato, ſempiternam rationem, legémq; æternam vniuerſalis naturæ. Chryſippus potentiam ſpiritalem, certa quadam ratione vniuerſi conſtitutricem. Et rurſus in Definitionibus, Fatum eſt (inquit) mundi ratio, vel lex

eorum quæ in mundo prouidentia conſtituuntur: aut A
ratio, ad quam rationem omnia quæ fuere facta ſunt,
quæque ſunt, fiunt, fientque quæ futura ſunt. Stoici, 1631
cauſarum ſeriem, hoc eſt ordinem, & veluti ductum
reſtis intranſgreſſibilē. Poſidonius, fatum ſecundum,
Iouem tertium. Primum enim eſſe Iouem, ſecundum
naturam, tertium fatum.

De fortuna. XXIX.

PLato, fortunam cauſam in propoſitis conſtituitíſque per accidentiam & conſequutionem. Ariſtoteles, cauſam per accidens in iis quæ ex animi appetentia propter quid fiunt, obſcuram illam quidem & inſtabilem. Differre autem à fortuna ſpontaneum temerariúmque caſum. Quod enim à fortuna, idē à temeritate quoque fieri: hocq; gerendis in rebus eſſe. Quod autem temerarium ſpontinúmque fit, non continuò idem à fortuna fieri, idque citra omnem rerum adminiſtrationem vſuuenire. Porrò fortunam rationalium eſſe, ſuæ autem ſpontis caſum, tum rationalium, tum rationis expertium animantium, tum inanimatorum corporum. Epicurus, cauſam non ſibi conſtantē, perſonis, temporibus, modis. Anaxagoras & Stoici, indeprehenſam humano captui cauſam. Siquidem euentorum quædam è neceſſitate, quædam è fato, quædā ex libero & conſtituto, quædam è fortuna, nonnulla è ſuæ ſpontis caſu.

(B and C in the right margin.)

De natura. XXX.

EMpedocles, naturam quidem nihil eſſe, mixturam verò elementorum & diſcriminationem. Sic enim ſcribit in primo naturali, D

Dixero præterea, naturæ nullus in orbe
Eſt locus, & fictum lethi exitiabile nomen:
Sed modo miſceri, rurſus quoque mixta retexi.
Cuncta ferunt, homines ſed apud natura vocatur.

Anaxagoras ſimiliter, naturam, concretionem diſſipationémque, id eſt generationem & interitum.

A # PLVTARCHI DE PLACITIS DECRETIſQVE PHILOſOPHORVM NATVRALIBVS.

LIBER II.

1632 ABSOLVTA igitur principio-
rum elementorúmque enarratione,
necnon eorum quæ eiuſdem cum eis
B ordinis ſunt, flectendus protinus ad
eam ſtylus quæ de effectis diſſerit. Ab
eo autem quod omnium capaciſſimũ
eſt, potiſſimùm auſpicabimur.

De mundo. I.

PYthagoras, primus vniuerſorum complexionem, mundum vocauit, ob eam nimirum quæ in eo viſitur, elegantem rerum digeſtionem. Thales, Thaletíſque ſtudioſi, mundum vnum eſſe cenſuerunt. Democritus, Epicurus, eorúmque diſcipulus Metrodo-
C rus, innumerabiles in infinito mundos per omnẽ eius complexum in immenſum expatiantẽ. Empedocles, circinationẽ ſolis, circunſcriptionem eſſe mundi, hócque eius circunferens lineamentum. Seleucus, infinibilem mundũ. Diogenes, vniuerſum infinibile, mundum verò finitum. Stoici omne quicquid eſt, ab vniuerſo differre. Omne enim eſſe infinitum cum inani, vniuerſum autem abſque inani. Mundum proinde vnum, & idem non eſſe vniuerſum ac mundum.

De forma mundi. II.

D SToici globoſum mundum, alii turbinatum, nonnulli ouatum. Epicurus poſſe quoſdam globos eſſe mundos, poſſe etiam alios aliam ſortiri formam.

Animánſne mundus. III.

CÆteri quidem omnes, animantem mundum & prouidentia adminiſtratum. Democritus verò, E-
1633 picurus, & qui indiuidua cunque inducunt & inane, nec animatum, nec prouidentia adminiſtratũ, ſed natura quadã rationis exorte. Ariſtoteles nec vſquequaque animantẽ eſſe, nec ſenſibilem, nec rationis com-

potem, nec intellectus: deniq; ne prouidentia quidem regi. Cæleſtia enim horum omnium participia eſſe, vt quæ à ſuis ipſa ſphæris ambiantur animatis & ſpirabilibus: terræ autem obſeruantia, nullius nō eorum expertia, etſi decentis participantia compoſitionis, duntaxat accidentariæ, non etiam primigeniæ. A

An corruptionis immunis ſit mundus. IIII.

PYthagoras & Stoici, genitum à Deo mundum, & corruptioni obiectum, ſuæ quidem naturæ reſpectu, (vtpote qui ſenſibilis ſit propter corpulentiā) nec B ideo tamen interiturum: diuina enim eum continente natura perennaturum. Epicurus, interiturum: quippe genitum, vt animal, vt ſtirpem. Xenophanes, ingenitum, ſempiternum, corruptionis immunem. Ariſtoteles, ſublunarem mundi partem patibilem, vtpote in qua terræ proximantia marceſcant.

Vnde alatur mundus. V.

ARiſtoteles: Si alitur (inquit) mundus, interibit quoq;: atqui nulla prorſus indiget alimonia: ſempiternus igitur. Plato, ipſum ſibi mundum ex tabeſcen C tibus alimoniam per alterationem ſuggerere. Philolaus, bifariam corruptionem, tum ex cælo ignis defluxu, tum ex aqua lunari vertigine ex aere effuſa. Horū enim ſuffimenta, mundi eſſe alimoniam.

A quo elemento adorſus fabricam mundi Deus. VI.

PHyſici à terra mundi creationē Deum rentur auſpicatum, videlicet tanquam à centro: nam globi principium centrum. Pythagoras ab igne, quintóque elemento. Empedocles aerem primum diſcriminatum, D deinde ignem, poſt quem terram, ex qua verſatili, 1634 cæli impetu, adſtricta aquā excaturiiſſe, ex hácque rurſus vaporatū aerem. Et factū quidem cælum ex æthere, ſolem autē ex igne, terræ autē proxima ex aliis coagulata. Plato viſibilē mundum ad exemplum intellectilis mundi factum: viſilis autē mundi priorem quidem animā factam, poſterius verò corpulentum: huiúſq; quod ex igne terráq; cōſtat pri', deinde quod ex aere & aqua. Pythagoras, quinq; quū ſint ſolidæ figuræ

A quæ mathematicæ dicuntur, ex quadrantali terram factam: ex meta, ignem: ex octaëdro, (*id eſt octonorum ſenſuum corpore*) aerem: ex icoſaëdro verò, (*id eſt vicenorum*) aquam: ex dodecaëdro verò (*id eſt duodenos in ſitus ſeſsili*) vniuerſi globum. Plato in omnibus his Pythagoriſſat.

De mundi ſtructura. *VII.*

PArmenides, tanquam coronas inter ſe complexas, ex denſo raróque deinceps alterãtes, inuicémque
B ex lumine & caligine interſitis mixtas: eorum verò ſupremum ambitum muri inſtar ſolidum. Leucippus, Democritus, tunicam mundo membranámque obducunt. Epicurus, quorundam mundorũ ambitum rarum, quorundam ſpiſſum, eorúmque quoſdam cieri, quoſdam immotos eſſe. Plato, ignem primum confectum, deinde æthera, poſt quẽ aera, ab hócq; aquam, nouiſſimámque omnium terram. Aliquando autem æthera igni coniungit Ariſtoteles, primùm quidem aera impatibilem, quintum verò quoddam corpus,
C poſt quod patibilia, ignem, aerem, aquam: poſtremam autem terram. Horum verò cæleſtibus quidem orbicularem motionem tribuit, infra eos autem locatis, leuibus quidem ſurſumuerſum, grauibus verò deor-
1635 ſum. Empedocles nec vſquequaque manentia, nec ſtata elementorum loca, ſed omnia viciſſim alterius alterum capeſſere locum.

Quam ob cauſam cernuus mundus. *VIII.*

DIogenes, Anaxagoras, poſt mundi abſolutã compagem, animaliáque è terra educta, inclinatum
D quodammodo ſuapte ſponte mundum in auſtrinam ſui partem, fortaſſe hoc agente prouidentia, vt partim habitabilis, partim inhabitabilis eſſet, pro rigore æſtúve, eorúmque temperatione, per has atque illas mundi partes euariantibus. Empedocles, aere impetui ſolari cedente emotas vrſas, ſicque aquilonares erectas eſſe partes, contráque auſtrinas iiſſe peſſum, ex quo & vniuerſum mundum.

De extrariis mundi partibus, & nuncubi vacuum. IX. A

PYthagorei, extra mundum eſſe vacuũ, quo & vnde mundus reſpirat. Stoici, quo in conflagratione vniuerſi infinitum reſoluetur. Poſidonius non infinitum, ſed quantum ad diſſolutionem ſat eſt. In primo De inani Ariſtoteles vacuũ eſſe dixit. Plato nec extra mundum, nec intra, vacuum eſſe cenſuit.

Quæ mundi dextera, quæ læua partes. X.

PYthagoras, Plato, Ariſtoteles, dextera mundi, orientales dixere partes, à quibus initium motus: B læua autem, occiduas. Empedocles, dexteras mundi partes, ſolſtitiales: ſiniſtraſque, brumales.

De cælo, & quæ eius ſubſtantia. XI.

ANaximenes, circunferentiam cæli extimam, terream. Empedocles ſolidum eſſe cælum, ex aeréque conſtans, in cryſtalli duritiam ab igne compacto, igneam aereámque immenſitatem in vtroque hemiſphærio continens. Ariſtoteles, ex quinto corpore, vel 1636 ex igne, vel ex caloris rigoríſque mixtura.

De cæli ſectione, & in quot ſecetur circulos. XII. C

THales, Pythagoras, Pythagorei, vniuerſum globum quinque in circulos diſtributum eſſe, quas zonas (*id eſt Cingula*) vocãt. Appellatur autem eórum vnus arcticus, (*id eſt Vrſinus*) & ſemper ſublimis: alius ſolſtitialis, alius æquidialis, alius brumalis, poſtremus antarcticus, (*id eſt Vrſino obuerſus*) idémque abſtruſus. At qui obliquus ſigniférque dictus eſt, tribus mediis ſubditus eſt, pérque eos tranſuerſus attiguè fertur. Hos autem omnes ab vrſis & aquilone demetitur meridianus ad angulos iuſtos in oppoſitam è regione partem. D Signiferi verò obligationem Pythagoras primus animaduertiſſe fertur, tametſi hoc inuentum OEnopides Chius veluti proprium ſibi ipſe aſſerit.

Quæ ſiderum ſubſtantia, & quomodo compoſita ſint. XIII.

THales, globulenta quidem, ſed ignita ſidera. Empedocles, ignea, ex igne conſtantia, quem æther in ſe conceptum in prima eliſit elementorum diſcri-

A minatione. Anaxagoras circundatũ ætherem,igneum ſuapte eſſentia eſſe,ſuæ autem impetu vertiginis ſaxa à terra raptantem, ſuo ipſum igne in ſtellas ſuccendiſſe. Diogenes pumicoſa ſidera, mundique ſpiracula putat. Idémque rurſus inuiſibiles lapides ſæpenumero cælo deciduos in terra reſtingui perhibet, haud ſecus atque olim in Ægos flumen ſaxeam ſtellam igni ſimillimam dilapſam. Empedocles,inerrantes ſtellas cryſtallo adnexas eſſe, errantes autem ſolutas. Plato,maxima ex
1637 parte igneas , participantes verò aliorum quoque ele-
B mentorum ad glutinis inſtar. Xenophanes,ex nubibus ignitis concretas,extinctas autem interdiu,noctu carbonum modo recandeſcere:exortúſque & occaſus ſolis earum eſſe accenſus reſtinctúſque. Heraclitus & Pythagorei, vnamquanque ſtellam mundum eſſe terram ſuam ambientem,aerémque adeo & ætherem in infinito æthere. Huiuſmodi decreta in Orphicis eſſe perhibentur. Singulos enim mundos in ſingulas architectantur ſtellas. Epicurus nihil horum refellit,contingentibus adhærens.

C *De formis ſtellarum. XIIII.*

STοici,globoſas ſtellas,quemadmodũ & mundum, ſolem & lunam. Cleanthes,turbinales. Anaximenes, clauorum in modum cryſtallaceo quodam ſuffixas. Sunt qui bracteas eſſe ignitas putent,tanquam picturamenta.

De ordine & ſitu ſtellarum. XV.

XEnocrates vna eadémque in ſuperficie ſtellas moueri putat. Cæteri Stoicorum , varia inter ſe humilitate & ſublimitate. Democritus ſtatas,ſummas:
D de quibus erraticas,infráque has ſolem,luciferum,lunam. Plato poſt hærentium ſitum,primum phænonta dictum,qui eſt Saturni:ſecundum,phaethonta,qui Iouis:tertium,pyroenta,qui Martis:quartum,luciferum, qui Veneris : quintum,ſtilbonta, qui Mercurii : ſolem denique,ſextum : & ſeptimam,lunam. Mathematicorum quidam Platoni aſſentiuntur,quidam medium omnium ſolem. Anaximander, Metrodorus Chius, Crates, ſolem omnium ſupremum conſtitutum, poſt

quem lunam, infra hos errantes inerrantéſque. A

De ſtellarum vectatione & motu. XVI.

ANaxagoras, Democritus, Cleanthes, ab ortu ad 1638
occaſum ferri ſtellas omnes. Alcmæon & mathematici errantes inerrantibus ſtellis motu contrario, ab occaſu ſcilicet in ortum volui. Anaximander, circulis & orbibus in quibus quæque locata ſit, circunferri. Anaximenes, & ſupra terram & circum ipſam ſtellas eodem modo verti. Plato & mathematici, ſolem, Venerem, & Mercurium æqualibus motibus cieri. B

Vnde illuminentur ſtellæ. XVII.

METrodorus, omnes non errantes à ſole lumen habere. Heraclitus & Stoici, vaporibus è terra aſcendentibus ſtellas ali. Ariſtoteles, corpora cæleſtia alimento non indigere: neque enim corrumpi poſſe, ſed eſſe æterna. Plato & Stoici, vt mũdum vniuerſum, ſic aſtra quoque ex illis alimentum capere.

De ſtellis quæ Dioſcuri vocantur. XVIII.

XEnophanes, ſtellas quæ in nauigiorum ſummi- C
tatibus viſuntur, nubeculas eſſe ad motũ neſcio quem præterfluentes. Metrodorus, emicantes ex oculis fulgetras, quum pauidi perculſique cernunt.

De ſignificatione ſiderum, ſiue (vt nonnulli) aſſignatione, & quomodo hyems & æſtas fiant. XIX.

PLato, ſignificationes (*ita vocãt aeris inſignes mutationes*) æſtiuáſque & hybernas ſub ſtellarum
ortus occaſúſque fieri, ſolis, lunæ, reliquarũmque D
tum errantium, tum hærentium. Anaximenes, pro- 1639
pter lunam nihil, ſed propter ſolem modó. Eudoxus, Aratus, propter cũctas communiter ſtellas. Hoc enim in his verſibus inquit:

Nanque hæc ſigna Deus per cælum ſplendida fixit,
Sidera diſtinguens, totum prouidit in annum
Tempore quæque ſuo rerum ſtellantia ſigna.

A *De ſubſtantia ſolis.* XX.

ANaximāder, orbem eſſe dixit octo & viginti partibus terra maiorem, apſidem curriculi rotæ ſimilem habentem, cauam, ignis plenam. Huius quadam ex parte effulgere ignem, ſimiliter atque per tibiæ foramen ad nos emiſſum, quem eſſe ſolem. Xenophanes, ex igniculis ſolem coagmētatum ex humidis vaporibus collectis, aut nubem vſtulantem. Stoici, ignitum quid intelligentiæ particeps ex mari exiſtens, & permulto igne compactum. Anaxagoras, Democri-
B tus, Metrodorus, globum ferri candentem, aut ſaxum ignitum: Ariſtoteles, globum ex quinto corpore coactum: Philolaus Pythagoreus ſolem vitri modo perlucētem, accipere ab igne cæleſti ſplendorem, acceptúmque ad nos tranſmittere, & tanquam percolare: adeo cæleſtem ignem ſoli aſſimilem eſſe, ex quo prodire ſolem, & ſimile quid ſpeculi, tertiámque inde à ſpeculo lucem ad nos per reflexionem diſſipari: hāc enim nos ſolem vocare, quaſi imaginis imaginem. Empedocles, ſoles duos. Horum vnum quidem ignem primarium,
C (*& vt ita dicam, exemplarem*) è regione ſemper reflexi ſimulachri ſui conſtitutum. Hūc autem ſolem qui viſitur, repercuſſum ſimulachrum eſſe eius qui in altero eſt hemiſphærio, aere ignito illo quidem pleno, ab orbiculata verò illud terra in ſolem cryſtallinum repercuſſum, vnáque cum ignei illius motu raptum, ad ſum-
1640 mam effulgentiā eſſe ignis terram ambientis. Epicurus glebulentum ſpiſſamentum, pumicoſum, exeſos intra meatus ignitum.

De magnitudine ſolis. XXI.

D ANaximander, ſolem quidem terræ æqualem, circulum verò quo vectatur, & vnde ſpiraculum habet, ſepties & vicies terra maiorem. Anaxagoras, multis partibus Peloponneſo maiorem. Heraclitus, latitudine pedali. Epicurus, omnia prædicta probabilia eſſe dixit, aut etiam tantum eſſe quantulus apparet, maiuſculum, minuſculum.

De forma ſolis. XXII.

ANaximenes, dilatatilem ad modum lamæ ſolem.

Heraclitus,ſcaphæ modo leuiter pandum. Stoici,conglobatum, vt mundum,vt ſidera. Epicurus, prædicta omnia defendi poſſe. A

De ſolſtitio & bruma. XXIII.

ANaximenes, cõcretiore aere, & magis magíſque renitente relidi ſidera. Anaxagoras, aquilonalis aeris obliſu,quem ſol ipſe protrudẽs ſpiſſiorem ſenſim obnixiorémque facit. Empedocles, ſolem à ſphærico vectabulo ſuo arceri reflectiq; , nécnon à circulis ſolſtitiali brumalique. Diogenes ſolem quum ad tropicos peruenerit,occurſante æſtui rigore extingui.Stoici ſolem ſubiecti ſibi alimenti percurrere tractum, nec vltrà progredi: eſſe autem oceanũ terrámve,cuius expiratibus paſcitur. Plato, Pythagoras, Ariſtoteles, propter obliquitatem ſigniferi hoc exiſtimant fieri, per quem ſol tranſuerſus fertur,nécnon tropicis latera ſolis vtrinque cingentibus. Hæc autem omnia facilè in ſphæra cernuntur. B

De deliquio ſolis. XXIIII.

THales, primus ſolem deficere dixit, luna eum ad perpendiculum ſubeunte, vt quæ terroſa natura ſit:hoc autem ſpeculariter cerni ſubdito diſco. Anaximander,obſtructo ſolaris in apſide ſpiraculo.Heraclitus,ſolem ſcaphæ ſimilem eſſe, quo inuerſo defectum fieri,vt cauum ſurſumuerſus euadat: conuexum verò, deorſum, ad conſpectúmque noſtrum vergat. Xenophanes,ſolem extingui,iterúmque ad oriẽtem alterum fieri. Hic etiamnum mẽſtruam ſolis defectionem prodidit,atque abſolutam defectionem,vt noctis dies ſpeciem præbeat. Sunt qui agglomeratas ſub ſole nubes noſtrum fallentes conſpectum, ſolis aſpectum nobis adimere putent. Ariſtarchus,ſolem hærentibus ſtellis annumerat, terram verò circum ſolis orbem verſat: itáque eius inclinationibus obumbrari ſolem voluit. Xenophanes, complures eſſe ſoles lunáſque per alios atque alios terrarum tractus, ſegmentáque & zonas. Quodam igitur tempore incidere ſolem in aliquod terræ ſegmentũ hominibus incultum,ſicque tanquam per inane errabundum deliquium pati ſolem.Idem ſo-

(margin: 1641 C; D)

A quatuor corpora autumant,ignem autem ſupremum,
turbinatum.

De coloribus. XV.

COlor,eſt corporis qualitas viſibilis.Pythagorici co
lorem vocabant ſuperficiem corporis. Empedo-
cles,quod meatibus viſus cōgrueret. Plato,flammam
ex corporibus prodeuntem,accommodatas viſui par-
ticulas habentem. Zeno Stoicus colores,primas ma-
teriæ configurationes. Pythagorei genera colorum,
album,nigrum,rubens,luteum. Differentias autē co-
B lorum album & nigrū, rubens ac luteum. Has autem
fieri mixtionibus quibuſdam elementorum, eaſdém-
que in animantibus propter locorum cælorúmque va-
rietates accipere.

De ſectione corporum. XVI.

QVi Thaletis Pythagoræque veſtigiis inſtiterunt,
partibilia corpora in infinitum ſectilia dicunt.
Alii indiuidua impartiliáque huiuſcemodi eſſe negant,
1628 C nec ad infinitum ſectionem procedere. Ariſtoteles po
tentia quidem in infinitum, actu autem nequaquam.

De mixtione & temperatura. XVII.

VEtuſtiſſimi elementorū mixturas alteratione fie-
ri dicūt: Anaxagoras Democritúſque appoſitio-
ne. Empedocles ex minimis compagunculis elemen-
ta componit, quæ minutiſſima quædam ſunt, & tan-
quam elementorum elementa. Plato tria quidē cor-
pora (negat enim illa aut iuſta eſſe, aut propriè vocari
elementa) ignem, aerem, aquam, inter ſe vertibilia.
Terram autem in eorū nullum immutari.

D *De inani. XVIII.*

QVi à Thalete ad Platonem vſque de philoſophia
ſcripſere, inane omnes non agnouerunt. Vnde
Empedocles,

Aut vacat, aut vacuū eſt nihil omni prorſus in orbe.

Leucippus,Demetrius, Metrodorus, Epicurus, indi-
uidua quidem multitudine infinita, inane autem ma-
gnitudine infinitum. Stoici intra mundum vacui ni-
hil eſſe,extra mundum verò immenſum. Ariſtoteles
tantum eſſe vacui extra mundum, vt reſpirare cælum

poſſit, vtique quod ſit igneum. A

De loco. XIX.

PLato locum definit, id quod formas aſſumere natum eſt, tranſlatione quadam materiam dicens tanquam nutricem & ſuſcepiricem. Ariſtoteles extremum continentis cum contento committens.

De loculamento ſeu conceptaculo. XX.

STοici & Epicurus differre inane, locũ, loculamentum: inane enim, vacuitatem eſſe corporis: locum autem, quod obtinetur à corpore: loculamentum verò, quod ex parte obtinetur, vt in vini vegete. B

De tempore. XXI. 1629

PYthagoras, tempus ſphæram extremi ambientis eſſe. Plato, æui effigiem mobilem, vel mundanæ motionis intercapedinem. Eratoſthenes ſolis iter.

De eſſentia temporis. XXII.

PLato eſſentiam temporis cæli motum. Stoicorum plerique motionem ipſam. Philoſophi ferè ingenitum eſſe mundum. Plato genitum, quatenus ad deprehenſionis noſtræ captum pertinet. C

De motu. XXIII.

PYthagoras, Plato, motum differentiam eſſe quandam, aut alterationem in materia. Ariſtoteles, mobilis perpetem actum. Democritus, genus vnum motionis agnoſcitat, quod in obliquum vergit. Epicurus, motus genera duo, quod ad lineam, & quod per inflexum. Herophilus, motionum vnam quidem mente perceptibilem, alteram verò ſenſu. Heraclitus, quietem ac conſiſtentiam ex vniuerſis naturis tollebat, vt D quæ mortuorum eſſent. Mortuum verò dabat æternum quidem æternis, interiturum autem interituris.

De ortu & interitu. XXIIII.

PArmenides, Meliſſus, Zeno, generationem corruptionémque propterea ſuſtulerunt, quòd vniuerſum immobile arbitrarentur. Empedocles, Epicurus omnéſque quotquot ex minutulorũ congerie corporum conſtruxere mundum, concretiones quidem & diſſipationes introducunt, ortus autem & interitus,

A non propriè. Nō enim ex qualitate per alterationem, verùm ex quantitate per congeriem fieri. Pythagoras, omnéſque quotquot patibilem materiá ponunt, creationes propriè internecionéſque fieri, quippe quæ alteratione elementorum conuerſionéque &. ſolutione fiant.

De neceſſitate. XXV.

THales: Validiſſimum quiddam neceſſitas, quippe quæ naturæ præualeat vniuerſæ. Pythagoras mú
B dum neceſſitate circundatum inquit. Parmenides ac Democritus, omnia è neceſſitatis præſcripto fieri. Hāc autem eandem atque fatum eſſe, iuſtitiam præterea & prouidentiam, & mundi architectricem.

De eſſentia neceſſitatis. XXVI.

PLato, euentorum partim prouidentiæ adſcribit, partim neceſſitati. Empedocles, neceſſitatis eſſentiam cauſam principiis elementíſque vtendis aptam. Democritus rerum diſſidentiam, internecionē & materiæ pulſum. Plato tum materiá, tum agentis ad ma-
C teriam habitum.

De fato. XXVII.

HEraclitus, omnia ex fati præſcripto euadere. Hāc autem eandem ac neceſſitatem eſſe. Plato fatum quidem admittit in humanis animis, degendáque hominum vita, ſed adhibet & cauſam à nobis proficiſcētem. Stoicis cum Platone conuenit: & neceſſitatem quidem fixam cauſam dicunt & violentam, fatum autem ratam ſtatámque cauſarum complexionē. In qua ipſa complexione adnexam eam quoque cauſam quæ
D à nobis proficiſcitur, vt ſint quædam fata, quædam verò refata.

De ſubſtantia fati. XXVIII.

HEraclitus, ſubſtantiam fati mentem per vniuerſæ eſſentiam naturæ permeantem. Eam autem eſſe æthereum corpus, ſemen procreationis vniuerſi. Plato, ſempiternam rationem, legémq; æternam vniuerſalis naturæ. Chryſippus potentiam ſpiritalem, certa quadam ratione vniuerſi conſtitutricem. Et rurſus in Definitionibus, Fatum eſt (inquit) mundi ratio, vel lex

eorum quæ in mundo prouidentia conſtituuntur: aut A
ratio, ad quam rationem omnia quæ fuere facta ſunt,
quæque ſunt, fiunt, fiéntque quæ futura ſunt. Stoici, 1631
cauſarum ſeriem, hoc eſt ordinem, & veluti ductum
reſtis intranſgreſſibilē. Poſidonius, fatum ſecundum,
Iouem tertium. Primum enim eſſe Iouem, ſecundum
naturam, tertium fatum.

De fortuna. XXIX.

PLato, fortunam cauſam in propoſitis conſtituíſ-
que per accidentiam & conſequutionem. Ariſto- B
teles, cauſam per accidens in iis quæ ex animi appeten
tia propter quid fiunt, obſcuram illam quidem & in-
ſtabilem. Differre autem à fortuna ſpontaneum teme-
rariúmque caſum. Quod enim à fortuna, idē à teme-
ritate quoque fieri: hocq; gerendis in rebus eſſe. Quod
autem temerarium ſpontinúmque ſit, non continuò
idem à fortuna fieri, idque citra omnem rerum admi-
niſtrationem vſuuenire. Porrò fortunam rationalium
eſſe, ſuæ autem ſpontis caſum, tum rationalium, tum
rationis expertium animantium, tum inanimatorum C
corporum. Epicurus, cauſam non ſibi conſtantē, per-
ſonis, temporibus, modis. Anaxagoras & Stoici, inde-
prehenſam humano captui cauſam. Siquidem euento-
rum quædam è neceſſitate, quædam è fato, quædā ex
libero & conſtituto, quædam è fortuna, nonnulla è
ſuæ ſpontis caſu.

De natura. XXX.

EMpedocles, naturam quidem nihil eſſe, mixturam
verò elementorum & diſcriminationem. Sic enim
ſcribit in primo naturali, D

Dixero præterea, naturæ nullus in orbe
Eſt locus, & fictum lethi exitiabile nomen:
Sed modo miſceri, rurſus quoque mixta reſexi.
Cuncta ferunt, homines ſed apud natura vocatur.

Anaxagoras ſimiliter, naturam, concretionem diſſi-
pationémque, id eſt generationem & interitum.

A PLVTARCHI DE PLACITIS DECRETÍSQVE PHILOSOPHORVM NATVRALIBVS.

LIBER II.

1632 ABSOLVTA igitur principiorum elementorúmque enarratione, necnon eorum quæ eiuſdem cum eis
B ordinis ſunt, flectendus protinus ad eam ſtylus quæ de effectis differit. Ab eo autem quod omnium capaciſſimũ eſt, potiſſimùm auſpicabimur.

De mundo. I.

PYthagoras, primus vniuerſorum complexionem, mundum vocauit, ob eam nimirum quæ in eo viſitur, elegantem rerum digeſtionem. Thales, Thaletíſque ſtudioſi, mundum vnum eſſe cenſuerunt. Democritus, Epicurus, eorúmque diſcipulus Metrodo-
C rus, innumerabiles in infinito mundos per omnẽ eius complexum in immenſum expatiantẽ. Empedocles, circinationẽ ſolis, circunſcriptionem eſſe mundi, hócque eius circunferens lineamentum. Seleucus, infinibilem mundũ. Diogenes, vniuerſum infinibile, mundum verò finitum. Stoici omne quicquid eſt, ab vniuerſo differre. Omne enim eſſe infinitum cum inani, vniuerſum autem abſque inani. Mundum proinde vnum, & idem non eſſe vniuerſum ac mundum.

De forma mundi. II.

D STοici globoſum mundum, alii turbinatum, nonnulli ouatum. Epicurus poſſe quoſdam globos eſſe mundos, poſſe etiam alios aliam ſortiri formam.

Animánſne mundus. III.

CÆteri quidem omnes, animantem mundum & prouidentia adminiſtratum. Democritus verò, E-
1633 picurus, & qui indiuidua cunque inducunt & inane, nec animatum, nec prouidentia adminiſtratũ, ſed natura quadã rationis exorte. Ariſtoteles nec vſquequaque animantẽ eſſe, nec ſenſibilem, nec rationis com-

potem, nec intellectus: deniq; ne prouidentia quidem A
regi. Cæleſtia enim horum omnium participia eſſe, vt
quæ à ſuis ipſa ſphæris ambiantur animatis & ſpirabilibus: terræ autem obſeruantia, nullius nõ eorum expertia, etſi decentis participantia compoſitionis, duntaxat accidentariæ, non etiam primigeniæ.

An corruptionis immunis ſit mundus. IIII.

PYthagoras & Stoici, genitum à Deo mundum, & corruptioni obiectum, ſuæ quidem naturæ reſpectu, (vtpote qui ſenſibilis ſit propter corpulentiã) nec B
ideo tamen interiturum: diuina enim eum continente natura perennaturum. Epicurus, interiturum: quippe genitum, vt animal, vt ſtirpem. Xenophanes, ingenitum, ſempiternum, corruptionis immunem. Ariſtoteles, ſublunarem mundi partem patibilem, vtpote in qua terræ proximantia marceſcant.

Vnde alatur mundus. V.

ARiſtoteles: Si alitur (inquit) mundus, interibit quoq;: atqui nulla prorſus indiget alimonia: ſempiternus igitur. Plato, ipſum ſibi mundum ex tabeſcentibus alimoniam per alterationem ſuggerere. Philolaus, bifariam corruptionem, tum ex cælo ignis defluxu, tum ex aqua lunari vertigine ex aere effuſa. Horũ enim ſuffimenta, mundi eſſe alimoniam. C

A quo elemento adorſus fabricam mundi Deus. VI.

PHyſici à terra mundi creationẽ Deum rentur auſpicatum, videlicet tanquam à centro: nam globi principium centrum. Pythagoras ab igne, quintoque elemento. Empedocles aerem primum diſcriminatum, deinde ignem, poſt quem terram, ex qua verſatili, cæli impetu, adſtricta aquã excaturiiſſe, ex hácque rurſus vaporatũ aerem. Et factũ quidem cælum ex æthere, ſolem autẽ ex igne, terræ autẽ proxima ex aliis coagulata. Plato viſibilẽ mundum ad exemplum intellectilis mundi factum: viſilis autẽ mundi priorem quidem animã factam, poſterius verò corpulentum: huiúſq; quod ex igne terráq; cõſtat pri', deinde quod ex aere & aqua. Pythagoras, quinq; quũ ſint ſolidæ figuræ D 1634

A quæ mathematicæ dicuntur, ex quadrantali terram fa
ctam: ex meta, ignem: ex octaëdro, *(id eſt octonorum ſenſuum corpore)* aerem: ex icoſaëdro verò, *(id eſt vicenorum)* aquam: ex dodecaëdro verò *(id eſt duodenos in ſitus ſeſsili)* vniuerſi globum. Plato in omnibus his Pythagoriſſat.

De mundi ſtructura. VII.

PArmenides, tanquam coronas inter ſe complexas, ex denſo raróque deinceps alterãtes, inuicémque
B ex lumine & caligine interſitis mixtas: eorum verò ſupremum ambitum muri inſtar ſolidum. Leucippus, Democritus, tunicam mundo membranámque obducunt. Epicurus, quorundam mundorũ ambitum rarum, quorundam ſpiſſum, eorúmque quoſdam cieri, quoſdam immotos eſſe. Plato, ignem primum confectum, deinde æthera, poſt quẽ aera, ab hócq; aquam, nouiſſimámque omnium terram. Aliquando autem æthera igni coniungit Ariſtoteles, primùm quidem aera impatibilem, quintum verò quoddam corpus,
C poſt quod patibilia, ignem, aerem, aquam: poſtremam autem terram. Horum verò cæleſtibus quidem orbicularem motionem tribuit, infra eos autem locatis, leuibus quidem ſurſumuerſum, grauibus verò deor-
1635 ſum. Empedocles nec vſquequaque manentia, nec ſtata elementorum loca, ſed omnia viciſſim alterius alterum capeſſere locum.

Quam ob cauſam cernuus mundus. VIII.

DIogenes, Anaxagoras, poſt mundi abſolutã compagem, animaliáque è terra educta, inclinatum
D quodammodo ſuapte ſponte mundum in auſtrinam ſui partem, fortaſſe hoc agente prouidentia, vt partim habitabilis, partim inhabitabilis eſſet, pro rigore æſtûve, eorúmque temperatione, per has atque illas mundi partes euariantibus. Empedocles, aere impetui ſolari cedente emotas vrſas, ſicque aquilonares erectas eſſe partes, contráque auſtrinas iiſſe peſſum, ex quo & vniuerſum mundum.

De extrariis mundi partibus, & nuncubi vacuum. IX. A

PYthagorei, extra mundum eſſe vacuũ, quo & vnde mundus reſpirat. Stoici, quo in conflagratione vniuerſi infinitum reſoluetur. Poſidonius non infinitum, ſed quantum ad diſſolutionem ſat eſt. In primo De inani Ariſtoteles vacuũ eſſe dixit. Plato nec extra mundum, nec intra, vacuum eſſe cenſuit.

Quæ mundi dextera, quæ læua partes. X.

PYthagoras, Plato, Ariſtoteles, dextera mundi, orientales dixere partes, à quibus initium motus: B læua autem, occiduas. Empedocles, dexteras mundi partes, ſolſtitiales: ſiniſtraſque, brumales.

De cælo, & quæ eius ſubſtantia. XI.

ANaximenes, circunferentiam cæli extimam, terream. Empedocles ſolidum eſſe cælum, ex aeréque conſtans, in cryſtalli duritiam ab igne compacto, igneam aereámque immenſitatem in vtroque hemiſphærio continens. Ariſtoteles, ex quinto corpore, vel 1636
ex igne, vel ex caloris rigoríſque mixtura.

De cæli ſectione, & in quot ſecetur circulos. XII. C

THales, Pythagoras, Pythagorei, vniuerſum globum quinque in circulos diſtributum eſſe, quas zonas (*id eſt Cingula*) vocát. Appellatur autem eorum vnus arcticus, (*id eſt Vrſinus*) & ſemper ſublimis: alius ſolſtitialis, alius æquidialis, alius brumalis, poſtremus antarcticus, (*id eſt Vrſino obuerſus*) idémque abſtruſus. At qui obliquus ſigniférque dictus eſt, tribus mediis ſubditus eſt, pérque eos tranſuerſus attiguè fertur. Hos autem omnes ab vrſis & aquilone demetitur meridianus ad angulos iuſtos in oppoſitam è regione partem. D
Signiferi verò obligationem Pythagoras primus animaduertiſſe fertur, tametſi hoc inuentum OEnopides Chius veluti proprium ſibi ipſe aſſerit.

Quæ ſiderum ſubſtantia, & quomodo compoſita ſint. XIII.

THales, globulenta quidem, ſed ignita ſidera. Empedocles, ignea, ex igne conſtantia, quem æther in ſe conceptum in prima eliſit elementorum diſcri-

A minatione. Anaxagoras circundatū ætherem, igneum ſuapte eſſentia eſſe, ſuæ autem impetu vertiginis ſaxa à terra raptantem, ſuo ipſum igne in ſtellas ſuccendiſſe. Diogenes pumicoſa ſidera, mundique ſpiracula putat. Idémque rurſus inuiſibiles lapides ſæpenumero cælo deciduos in terra reſtingui perhibet, haud ſecus atque olim in Ægos flumen ſaxeam ſtellam igni ſimillimam dilapſam. Empedocles, inerrantes ſtellas cryſtallo adnexas eſſe, errantes autem ſolutas. Plato, maxima ex
1637 parte igneas, participantes verò aliorum quoque ele-
B mentorum ad glutinis inſtar. Xenophanes, ex nubibus ignitis concretas, extinctas autem interdiu, noctu carbonum modo recandeſcere: exortúſque & occaſus ſolis earum eſſe accenſus reſtinctúſque. Heraclitus & Pythagorei, vnamquanque ſtellam mundum eſſe terram ſuam ambientem, aerémque adeo & ætherem in infinito æthere. Huiuſmodi decreta in Orphicis eſſe perhibentur. Singulos enim mundos in ſingulas architectantur ſtellas. Epicurus nihil horum refellit, contingentibus adhærens.

C *De formis ſtellarum. XIIII.*

STоici, globoſas ſtellas, quemadmodū & mundum, ſolem & lunam. Cleanthes, turbinales. Anaximenes, clauorum in modum cryſtallaceo quodam ſuffixas. Sunt qui bracteas eſſe ignitas putent, tanquam picturamenta.

De ordine & ſitu ſtellarum. XV.

XEnocrates vna eadémque in ſuperficie ſtellas moueri putat. Cæteri Stoicorum, varia inter ſe humilitate & ſublimitate. Democritus ſtatas, ſummas:
D de quibus erraticas, infráque has ſolem, luciferum, lunam. Plato poſt hærentium ſitum, primum phænonta dictum, qui eſt Saturni: ſecundum, phaethonta, qui Iouis: tertium, pyroenta, qui Martis: quartum, luciferum, qui Veneris: quintum, ſtilbonta, qui Mercurii: ſolem denique, ſextum: & ſeptimam, lunam. Mathematicorum quidam Platoni aſſentiuntur, quidam medium omnium ſolem. Anaximander, Metrodorus Chius, Crates, ſolem omnium ſupremum conſtitutum, poſt

quem lunam, infra hos errantes inerrantéſque. A

De ſtellarum vectatione & motu. XVI. 1638

ANaxagoras, Democritus, Cleanthes, ab ortu ad occaſum ferri ſtellas omnes. Alcmæon & mathematici errantes inerrantibus ſtellis motu contrario, ab occaſu ſcilicet in ortum volui. Anaximander, circulis & orbibus in quibus quæque locata ſit, circunferri. Anaximenes, & ſupra terram & circum ipſam ſtellas eodem modo verti. Plato & mathematici, ſolem, Venerem, & Mercurium æqualibus motibus cieri. B

Vnde illuminentur ſtellæ. XVII.

MEtrodorus, omnes non errantes à ſole lumen habere. Heraclitus & Stoici, vaporibus è terra aſcendentibus ſtellas ali. Ariſtoteles, corpora cæleſtia alimento non indigere: neque enim corrumpi poſſe, ſed eſſe æterna. Plato & Stoici, vt mũdum vniuerſum, ſic aſtra quoque ex illis alimentum capere.

De ſtellis quæ Dioſcuri vocantur. XVIII.

XEnophanes, ſtellas quæ in nauigiorum ſummitatibus viſuntur, nubeculas eſſe ad motũ neſcio quem præterfluentes. Metrodorus, emicantes ex oculis fulgetras, quum pauidi perculſique cernunt. C

De ſignificatione ſiderum, ſiue (vt nonnulli) aſſignatione, & quomodo hyems & æſtas fiant. XIX.

PLato, ſignificationes (*ita vocãt aeris inſignes mutationes*) æſtiuáſque & hybernas ſub ſtellarum ortus occaſúſque fieri, ſolis, lunæ, reliquarúmque D tum errantium, tum hærentium. Anaximenes, propter lunam nihil, ſed propter ſolem modó. Eudoxus, 1639 Aratus, propter cũctas communiter ſtellas. Hoc enim in his verſibus inquit:

Nanque hæc ſigna Deus per cælum ſplendida fixit,
Sidera diſtinguens, totum prouidit in annum
Tempore quæque ſuo rerum ſtellantia ſigna.

A *De ſubſtantia ſolis.* XX.

ANaximãder, orbem eſſe dixit octo & viginti partibus terra maiorem, apſidem curriculi rotæ ſimilem habentem, cauam, ignis plenam. Huius quadam ex parte effulgere ignem, ſimiliter atque per tibiæ foramen ad nos emiſſum, quem eſſe ſolem. Xenophanes, ex igniculis ſolem coagmẽtatum ex humidis vaporibus collectis, aut nubem vſtulantem. Stoici, ignitum quid intelligentiæ particeps ex mari exiſtens, & permulto igne compactum. Anaxagoras, Democri-
B tus, Metrodorus, globum ferri candentem, aut ſaxum ignitum: Ariſtoteles, globum ex quinto corpore coactum: Philolaus Pythagoreus ſolem vitri modo perlucẽtem, accipere ab igne cæleſti ſplendorem, acceptúmque ad nos tranſmittere, & tanquam percolare: adeo cæleſtem ignem ſoli aſſimilem eſſe, ex quo prodire ſolem, & ſimile quid ſpeculi, tertiámque inde à ſpeculo lucem ad nos per reflexionem diſſipari: hãc enim nos ſolem vocare, quaſi imaginis imaginem. Empedocles, ſoles duos. Horum vnum quidem ignem primarium,
C (*& vt ita dicam, exemplarem*) è regione ſemper reflexi ſimulachri ſui conſtitutum. Hũc autem ſolem qui viſitur, repercuſſum ſimulachrum eſſe eius qui in altero eſt hemiſphærio, aere ignito illo quidem pleno, ab orbiculata verò illud terra in ſolem cryſtallinum repercuſſum, vnáque cum ignei illius motu raptum, ad ſum-
1640 mam effulgentiã eſſe ignis terram ambientis. Epicurus glebulentum ſpiſſamentum, pumicoſum, exeſos intra meatus ignitum.

De magnitudine ſolis. XXI.

D ANaximander, ſolem quidem terræ æqualem, circulum verò quo vectatur, & vnde ſpiraculum habet, ſepties & vicies terra maiorem. Anaxagoras, multis partibus Peloponneſo maiorem. Heraclitus, latitudine pedali. Epicurus, omnia prædicta probabilia eſſe dixit, aut etiam tantum eſſe quantulus apparet, maiuſculum, minuſculum.

De forma ſolis. XXII.

ANaximenes, dilatatilem ad modum lamæ ſolem.

Heraclitus, ſcaphæ modo leuiter pandum. Stoici, conglobatum, vt mundum, vt ſidera. Epicurus, prædicta omnia defendi poſſe. A

De ſolſtitio & bruma. XXIII.

ANaximenes, cõcretiore aere, & magis magiſque renitente relidi ſidera. Anaxagoras, aquilonalis aeris obliſu, quem ſol ipſe protrudẽs ſpiſſiorem ſenſim obnixiorémque facit. Empedocles, ſolem à ſphærico vectabulo ſuo arceri reflectiq; , nécnon à circulis ſolſtitiali brumalique. Diogenes ſolem quum ad tropicos peruenerit, occurſante æſtui rigore extingui. Stoici ſolem ſubiecti ſibi alimenti percurrere tractum, nec vltrà progredi: eſſe autem oceanũ terrámve, cuius expiratibus paſcitur. Plato, Pythagoras, Ariſtoteles, propter obliquitatem ſigniferi hoc exiſtimant fieri, per quem ſol tranſuerſus fertur, nécnon tropicis latera ſolis vtrinque cingentibus. Hæc autem omnia facilè in ſphæra cernuntur. B

De deliquio ſolis. XXIIII.

THales, primus ſolem deficere dixit, luna cum ad perpendiculum ſubeunte, vt quæ terroſa natura 1641 C
ſit: hoc autem ſpeculariter cerni ſubdito diſco. Anaximander, obſtructo ſolaris in apſide ſpiraculo. Heraclitus, ſolem ſcaphæ ſimilem eſſe, quo inuerſo defectum fieri, vt cauum ſurſumuerſus euadat: conuexum verò, deorſum, ad conſpectúmque noſtrum vergat. Xenophanes, ſolem extingui, iterúmque ad oriẽtem alterum fieri. Hic etiamnum mẽſtruam ſolis defectionem prodidit, atque abſolutam defectionem, vt noctis dies ſpeciem præbeat. Sunt qui agglomeratas ſub ſole nubes noſtrum fallentes conſpectum, ſolis aſpectum nobis D
adimere putent. Ariſtarchus, ſolem hærentibus ſtellis annumerat, terram verò circum ſolis orbem verſat: itáque eius inclinationibus obumbrari ſolem voluit. Xenophanes, complures eſſe ſoles lunáſque per alios atque alios terrarum tractus, ſegmentáque & zonas. Quodam igitur tempore incidere ſolem in aliquod terræ ſegmentũ hominibus incultum, ſicque tanquam per inane errabundum deliquium pati ſolem. Idem ſo-

A lem in infinitum progredi dixit, videri verò orbiculariter ferri præ immenſa capedine.

De ſubſtantia lunæ. XXV.

ANaximãder circulum eſſe decem & nouem partibus terra maiorem,igne veluti ſolis quoque circulum plenum. Sic deficere lunam rotæ conuerſionibus. Similem enim eſſe vehiculari rotæ apſidẽ cauam habenti. Hanc autem ignis plenam vno tantùm ſpiraculo. Xenophanes,nubem eſſe cõſtipatam. Stoici,temperamẽtum ex igne aeréque. Plato,bona ex parte igne
B conſtare. Anaxagoras,Democritus, ignitum conglobamentum,campeſtria in ſe,colles conualléſque complectẽs. Heraclitus,terram nebula obuolutam. Pythagoras quoque,ignitum lunæ corpus.

De magnitudine lunæ. XXVI.

1642 STOici,maiorem terra arbitrantur,quemadmodum & ſolem. Parmenides,ſoli æquam,à quo illuminari ipſam.

De forma lunæ. XXVII.

C STOici,conglobatam eſſe,ſicuti & ſolem. Empedocles,diſci ſimilem. Heraclitus,ſcaphæ:nonnulli,cylindri. Cõfigurari autem eam in ſeptem modos. Quũ enim editur, lunatam apparere, id eſt corniculantem, deinde diuiduam,inde cõuexam vtrinque, poſtea plenam,ab hinc verò ceſſim iam euntem,deinceps vtrinque conuexam,diuiduam,lunatam fieri,poſtremóque ſub nouilunium intermeſtrem latêre. Configurari autem hoc modo aiunt, obumbrante eam vbique terra, tum quadantenus,tum verò vſquequaque,vtique ſubeuntem è regione concauitatis terræ.

D *De illuminatione lunæ.* XXVIII.

ANaximander,peculiare ipſam lumen habere,etſi rariuſculum. Antiphon proprio lunam fulgore ſplendere,verùm ſolis ingruentibus radiis obrutum id hebeſcere:quippe ita natura comparato languidum ignẽ à prævalido hebetari,quod æquè in aliis vſuuenire ſtellis. Thales,quíque ab eo denominati ſunt,lunã à ſole illuſtrari autumãt. Heraclitus, ſolem atque lunam eodẽ modo affici. Ambas enim ſtellas in ſcaphã con-

figuratas eſſe. Illuſtrari autem ipſas ſorbendis ſpiraminibus humidis, vt conſpicuæ ſint: ſolem quidem ſplendidius, vt qui in aere liquidiore vectetur: at lunam turbidiore, ex quo & fuſciorem eſſe. A

De deliquio lunæ. XXIX.

ANaximenes, apſidis ore obturato fieri autumat. Beroſus, reſtincta eius parte ad nos conuerſa. Heraclitus, ſcaphæ conuexitate inuerſa. Pythagoreorum quidam luminis repercuſſum obſtructúmque poſuere: illum ab hac noſtra terra, húc ab antipodum fieri. Recentiores, flammæ ſuffectu ſenſim inardeſcẽtis, quoad B ſtatis temporibus plenilunium abſoluat, viciſsimque ad interlunium vſque tabeſcentia, ſub quo prorſus extingui. Plato, Ariſtoteles, Stoici, mathematici, conſentiunt, mẽſtruas occultationes cum ſole coeuntem lunam, eiúſque ſplendore obrutam perſtrictámque facere. Defectiones verò in vmbram terræ incurrẽte luna fieri, terræque inter vtrunque ſidus obiectu, aut luna potius obſepta. 1643

Quam præbeat ſpeciem luna, & cur terrea videatur. XXX. C

PYthagorei glebaceam propterea videri lunam, quòd habitetur quomodo & hæc terra noſtra. Sed & prægrãdibus animantibus, & plantis amœnioribus: eſſe enim decies & quinquies virib' illas his præſtãtiores, nihil excrementitium emittentes. Diem præterea totidem partibus longiorem. Anaxagoras inæqualitatem coagmenti, & rigido glebulentóque pro parte concreti. Ignem enim & caliginem admixta, indéque lunam adulterinæ lucis ſtellam dictam. Stoici propterea non eſſe inſolutile eius concrementum, quòd multiplici ſubſtantia conſtet. D

De intercapedine lunæ qua à ſole diſtat. XXXI.

EMpedocles, lunam duplex quàm à terra, à ſole interuallum abeſſe. Mathematici duodeuiginti partes à ſole abeſſe lunam, quantum à terra ipſam. Eratoſthenes, lunam à terra abeſſe ſeptingenta & octoginta ſtadiorum millia.

A *De anno vertente, & quantus vniuſcuiuſque erran-*
tium magnus ſit annus. XXXI.

ANnus eſt Saturni quidem, annorũ ambitus ver-
tentiũ triginta, Iouis autem duodecim, Martis
duorum, ſolis duodeni menſes, totidem Mercurii &
Veneris, (pariles enim eorum curſus) lunæ dies trigin-
ta. Hic enim perfectus menſis ab luna ad intermen-
ſtruam. Cæterùm quidam annum octennium eſſe exi-
1644 ſtimauerunt, nonnulli annos vndeuicenos, ſunt qui
vndeſexagenos. Heraclitus, ex duodeuicenis annorum
B millibus cõſtare putat. Diogenes, ex trecenis quinqua-
geniſquinis ſupra Heracliti annum. Alii ex ſeptenis
millibus tricenis ſeptuagenis ſeptenis.

PLVTARCHI DE PLACITIS
decretíſque philoſophorum naturalibus
LIBER III.

C CIRCVNSCRIPTA in cõpendium in ſuperioribus libris cæleſtium explicatione, quorum ipſorum & ſequẽtium luna cõfinium eſt, conuertar in hoc demũ tertio ad ea quæ meteora (*id eſt Sublimia ſublunariáve*) dicuntur. Ea autẽ ſũt quæ à circulo lunæ ad ſitum vſque terræ pertinẽt, quam ipſam in ſphæræ comprehenſione centri vicem obtinere putant. Hinc autem exordiar.

D *De lacteo circulo. I.*

CIrculus eſt nubeculaceus, in aere quidem aſſiduè viſitatus. Appellatur autem lacteus propter candicantiam. Pythagoreorum quidam ſtellæ eſſe efflagrantiam à ſua ſede deciduæ. Hanc autem qua peruolitauit tractum circulariter peruſſiſſe, quo tempore aurigante Phaethonte cælum cõflagraſſe dicitur. Quidam ſolem iam inde ab initio illac iter feciſſe. Sunt qui ſpeculare eſſe viſum putẽt, ſole fulgores in cælum referiẽte.

Quod & in arcu cæleſti & in nubibus contingit. Me- A
trodorus ſolis trāſmeatu fieri. Eſſe enim hunc ſolarem
circulum. Parmenides, ſpiſſi raríque mixturam la-
cteum reddere colorem. Anaxagoras, terræ vmbram 1645
hac cæli parte conſiſtere, quum ſol terras ſubiens, cæ-
lum vſquequaque illuſtrare non poteſt. Democritus,
ſtellarum collucentiam multarum, paruarum, conti-
guarúmque inter ſe colluſtrantium propter adſtipa-
tionem. Ariſtoteles, aridæ exhalationis flāmigantiam
permultæ & continuæ. Quo eodem modo crinitum i-
gnem fieri, id eſt cometem. Hæc enim ambo ſub æthe- B
ra infráque errantes fiunt. Poſidonius, ignis coagmen-
tationem, ſidere quidem rariorem, ſplendore verò
denſiorem.

De crinitis & emicantibus, & trabibus, & aliis id genus. II.

PYthagoreorum quidam crinitam dixerūt ſtellam
eſſe ex earum numero quæ in cælo comparent,
neutiquā aſſiduè, ſed quæ ſtatis temporibus ambitu
certo peracto exoriri denuo ſolent. Alii obtutus noſtri
repercuſſum ad ſolem, ſpecularibus ſimillimè ſpecie- C
bus. Anaxagoras Democritúſque, duarum aut plurium
ſtellarum coitum inuicem ſe illuſtrantium. Ariſtoteles,
ignitam ſiccæ exhalationis concretionem. Strato, ſide-
ris lumen denſa nube obtentum, quo modo & in faci-
bus fit. Heraclides Ponticus prælatam nubem putat ab
lumine ſupero illuſtratam. Hic cauſam affert pogo-
niæ, *(id eſt Barbatæ)* areæque, & trabis, & columnæ, &
huiuſmodi, quo modo ſanè & omnes peripatetici.
Hæc enim propter nubis configurationes fieri. Epige-
nes, ſpiritum terreni quid habentem ſublimè ferri, ini- D
bíque igneſcere. Boëthus, liquatum aerem huiuſmodi
ſpeciem præbere. Diogenes, crinitas ſtellas re vera e-
ſſe. Anaxagoras, micantes, quæ dicuntur ab æthere
ſcintillarum inſtar delabi, ideóque continuò extingui.
Metrodorus, ſolem violentius in nubes ingerentem
ſcintillare. Xenophanes, hoc genus omnia ignitarum
glomeramenta nubium aut vibramenta eſſe.

A *De tonitribus, fulguribus, fulminibus, turbinibus,*
1646 *& Vorticibus.* III.

ANaximander, à flatu hæc fieri omnia. Quum enim obducta nube craſſa violentius enixus, naturæ ſubtilitate atque leuitate erumpit, ruptura quidem ſonitum, diſtractio verò effulgentiam propter nigricantiam nubis efficit. Metrodorus, Quum in nubem ſpiſſitudine concretam adigitur flatus, fractura quidem fragorem efficit, hiatu verò ſciſſuráque diffulget. Quòd ſi pernici impetu à ſole feruorem rapuerit, ful-
B men intorquet, languidum verò fulmen in turbinem vertit. Anaxagoras, Quũ æſtus in rigorem impegerit, id eſt ætheria pars in aerem, ſonitu quidem tonitrum, nigricantis autem nubis colore fulgetram efficit. Porrò idem multitudine magnitudinéque luminis colligit fulmen, corpulentiore verò igne conficit vorticem, vt nubilo turbinem. Stoici, Tonitru nubiũ colliſionem, fulgur accẽſionem ex earum attritu, fulmen vegetiorem effulgentiam, vt turbinem languidiorem. Ariſtoteles, ex arida etiamnum vaporatione hæc fieri,
C quæ ipſa quũ in vuidam incidit, exitúmq; eluctata eſt, attritu quidem atque effractura tonitrui fragorẽ edit, aridi autem calefactione fulgetram, turbines verò ac vortices materiæ redũdantia, quam vterque ſecum arripit, feruidiorẽ quidem turbo, craſſiorẽ verò vortex.

De nubibus, pluuiis, niuibus, grandinibus. IIII.

ANaximander, nubes quidem fieri craſſeſcente quammaximè aere, vel potius eo coacto imbres exprimi: niuem autem, quum aqua delapſando glaciatur: grãdinem verò, quum quid madido ſpiritui obdu-
1647 D citur. Metrodorus, aquoſo vaporis ſubductu cõcreſcere nubes. Epicurus ab expirationibus: conuolui autem grãdinem ac pluuiam longo præcipitio cõpactibilem.

De arcu cæleſti. V.

AFfectionum quæ ſublimè fiunt, partim per ſubſtãtiam, vt imber, vt grando: partim per ſpeciem, nullam ſuam habentes ſubſtantiam, vt ecce tibi, nauigantibus nobis, continens cieri videtur. Per huiuſmodi nimirum ſpeciem exiſtit arcus cæleſtis. Plato, à Thau-

mante genus eum ducere mortales rei miraculo ad- A
ductos finxiſſe, alludente videlicet ad nominis origi-
nem fabula. Vnde Homerus:

Purpuream velut mortalibus explicat irim.

Quocirca fabulātur quidam taurino illam capite ſor-
bere flumina. At verò quónam modo fiat, quæritur. Vi-
dere igitur nos conſtat per lineas aut rectas, aut flexas,
aut deniq; refractas, lineas (inquam) incertas, cogita-
tione perſpectiles, & corporis expertes. Ac per rectas
quidē ea quæ in aere ſunt videmus, aut quæ poſt gem-
mas perlucētes, aut cornu perſpicuum. Hæc enim ſub- B
tiliſſima natura conſtant. Flecti autem lineas in aqua
cernimus. Flectitur enim viſus propter aquæ materiā
dēſiorem. Quæ cauſa eſt cur in mari flexos procul re-
mos videamus. Tertio modo refracta videmus, cuiuſ-
modi ſpecularia ſunt. Huius generis cæleſtis arcus a-
ffectio. ſiquidem animaduertere oportet, vuidam ex-
halationem in nubem verti, ſubindéq; in exiguas ſen-
ſim ſtirias rorantes. Proinde in occiduales vergēte ſole
partes, neceſſe eſt arcum totum ex aduerſo ſoli viſitari,
quandoquidem viſus ſtiriis offenſis refringitur, ex quo C
fit arcus. Sunt autem ſtillæ non figuræ forma, ſed co-
loris, éſtque primus eius color rutilus, ſecundus purpu-
riſſeus ac purpureus, cæruleúſque tertius ac viridis. Vi- 1648
deamus igitur ne rutilus propterea ſit, quòd claritas ſo-
lis ingruens, ſimúlque ſyncerus ſolis ſplendor refra-
ctus, rubentem efficiant puniceúmq; colorem. Secūda
pars eius turbidior propter ſtellas, ſplendoréque dilu-
tior, propterea purpuriſſea, quòd hoc rubētis remiſſio
ſit. Turbidus item ille irroránſq; color in viridem tan-
dem definit. Hoc re ipſa ſic probare licet. Siquis enim D
ſoli aduerſus aquā ore ſumat, & ita inſputet, vt ſtiricidia
repercuſſum in ſolē habeant, actutū comperit cæleſtis
arcus imaginē factā: hócq; lippiētibus cōtingere ſolet
quum in lucernā intuētur. Anaximenes arcū fieri au-
tumat, radios ſole ſuos in nubē eiaculante dēſam, cra-
ſſam, atrámq;. Cogi enim eos ſuper eam nubē quā pe-
nitus dirimere non valeant. Anaxagoras, ſolis irradia-
tionem denſa nube repercuti, ex quo exiſtere arcum,

A nunquam nõ aduerſum illum ſideri ſpeculariter ipſum afformãti. Itidémque cauſatur idem in geminatis ſolibus, qui circa Pontum exiſtere ſolent. Metrodorus: Quú trans nubem ſol perſplenduerit, nubem quidem cæruleam reddit, ſplendorem verò rutilat.

De Virgulis. VI.

AFfectiones quæ in virgulis & geminis ſolibus exiſtunt, partim per ſubſtantiam, partim per ſpeciem fiunt: quippe quum nubes quidem cernantur, colore verò non proprio, ſed alieno, cuius ſpeciem præferũt. B In his autem omnibus quæ per naturam affectiones exiſtunt, quæque per acceſſionem, iuxtà contingunt.

1649 *De Ventis. VII.*

ANaximander, ventum aerem fluidum, ſubtiliſſimis eius humidíſque partibus à ſole citatis aut illiquefactis. Stoici, omnem flatum aerem eſſe fluxum: pro locorum autem varietate appellationes inde edi: veluti à caligine & occaſu Zephyrus: (*id eſt Fauonius*) dicitur ab exortu & ſole, Subſolanus: at qui à ſeptentrionibus flat, Aquilo: & qui ab humen-C tibus locis, Africus. Metrodorus, humido expiramento à ſole efferuefacto flatus impetum cieri. Statos verò anniuerſarióſque aquilones, craſſeſcente ad ſeptentriones aere, exiſtere, cum ſole nimirum collapſanti iam à ſolſtitio retrogrado.

De hyeme & æſtate. VIII.

EMpedocles & Stoici, hyemem quidem fieri aere præualente, ſuáque denſitate ſurſumuerſus enitente: contrà æſtatem, igne aerem deorſum protru-D dente. Circunſcriptis à nobis ſuperis, terreſtria quoque mente peragranda.

De terra, & quæ eius eſſentia, quantaque. IX.

THales, & qui eum ſequuti ſunt, vnam eſſe terram. OEcetes Pythagoreus duas, hanc, & antipodum: (*quam antichthona vocant*) Stoici, hanc vnam finitam. Xenophanes, inferna ex parte in infinibilem altitudinem radices egiſſe, igne autem & aere

concretam. Metrodorus, terram ſedimentum fæcémque aquæ, ſolem verò aeris. A

De figura terræ. X.

THales & Stoici eorúmque ſtudioſi, globoſam terram. Anaximander, columnarem. Anaximenes, menſæ ſimilem. Leucippus, tympani. Democritus, latitudine diſco aſſimilem, in medio autem cauam. 1650

De ſitu terræ. XI.

THaletis æmuli, terram mediam. Xenophanes primam in infinitum fibratam. Philolaus Pythagoreus ignem medium, quippe vniuerſi focum: ſecundam, antichthonem: (*id eſt Antipodum terram*) tertiam, quam incolimus, cum antichthoni è regione ſitam, tum circum eam verſatilem. Quæ cauſa eſt vt qui illam habitant, à nobis nõ videantur. Parmenides, primus habitabiles tractus præfiniuit citra duos circulos, ſolſtitialem brumalémque. B

De inclinatione terræ. XII.

LEucippus, procubuiſſe terram meridiem verſus, propter illarum partium ſolutilem raritudinem, nimirum aquilonaribus partibus, quòd frigoribus obriguerint, congelatis, auſtrinis contrà æſtu fatiſcentibus. Democritus, meridianam vniuerſi partem infirmiorem eſſe, ex quo augeſcentem terram illa parte cernuam procidiſſe. Aquilonares enim partes intemperie, auſtrinas contrà temperie præditas. Idcirco non ab re terram illa degrauatam parte, qua & frugibus exuberat, & auctu. C

De motione terræ. XIII.

CÆteri, terram manere. Philolaus verò Pythagoreus, circum ignem verti obliquo in circulo ſimiliter ſoli & lunæ. Heraclides Ponticus, Ecphantus Pythagoreus, ciẽt quidem terram, verùm haudquaquam promouenter, rotæ verò inſtar cardine ſuo nixam, ab occaſu ad exortum circa eum volui. Democritus, iam inde à principio multiuagam fuiſſe, tum quòd parua, 1651
tum quòd leuis eſſet: procedẽte verò tempore addenſatam, ſua præ mole libratam conſtitiſſe. D

A *De dimenſione terræ, quótque eius circuli.* X I I I I.

PYthagoras, terram proportione extremi ambien-
tis in quinque zonas diſtributam, ſeptentriona-
lem, ſolſtitialem, hyemalem, æquinoctialem, auſtra-
lem. Media qua dimetitur terram, propter hoc torrida
dicta Hæc autem tanquam habitaculum eſt, quæ æſti-
uæ hybernæque media eſt, inter vtranque temperata.

De terræ motibus. X V.

THales ac Democritus, terræ motuum cauſam a-
B quæ aſſignāt. Stoici verò hoc modo dicunt: Ter-
ræ motus humor eſt in terra, in aerem diſſipatus & e-
rumpens. Anaximenes, ariditatem raritudinémque
terræ in cauſa eſſe terræ motuum, quarum illam gene-
rare æſtus, hanc verò imbres continuos. Anaxagoras,
aera terram ſubeuntem, rurſúſque calloſam eius ſu-
perficiem offenſantem, nec erumpere valentem, tre-
mulè quà arcetur, quatere. Ariſtoteles, propter frigoris
circumobſiſtētiam ſupernè ipſam infernéque ambien-
tis. Calor enim, vtpote leuis, ſurſum ſemper euadere
C geſtit, ex quo arida euaporatio diſcluſa & intercepta,
terræ rimas diſcuneare luctans, intúſque fluctuās, ter-
ram hunc in modum concutit. Metrodorus, nullum
corpus in accōmodato ſibi loco moueri, niſi quis im-
pulerit, aut actu detraxerit. Quamobrem nec terram
vt è natura ſua poſitam moueri, quædam verò eius lo-
ca migrare in alia. Parmenides, Democritus, terrā tan-
tundem vndique cælo diſtantem, in æquilibrio mane-
re, nullo ipſam momento quo magis huc atque illuc
1652 vergat, pellente: eapropter vibrari modò, non etiam
D moueri. Anaximenes terram propterea moueri, quòd
eius latitudo inuectetur aere. Sunt qui terram dicant
innare aquæ, platani in modum aſſamentorúmve: quæ
cauſa eſt vt moueatur. Plato, motus omnes, ſex in mo-
dos tribui, ſurſum, deorſum, dextrorſum, læuorſum,
vltro denique, & citro. At nullo eorum terram moue-
ri poſſe, quippe in infimo vndiq; ſitam. Ita hac de cau-
ſa immotam manere, vt nulla prorſus in parte prægra-
uans quid habentem, quò magis illorſum propendeat.

At verò locos quoſdam eius præ raritate quati. Epicurus, non abhorrere à vero pulſari ipſam, & veluti ſuccuſſam motari, ſubiecto illi aere craſſo & vuido. Conſentaneum etiam eſſe, rimulentis eius imis partibus ſubeunte flatu, in cuniculoſaſque cauernas eius inſinuante, ipſam contremiſcere. A

De mari, vnde conſtet, & cur amarulentum. XVI.

ANaximãder mare primariæ humiditatis reliquias eſſe, cuius ignẽ pluſculã aſſiccaſſe partẽ, reliquã autẽ feruoris vi in alienũ degeneraſſe saporẽ. Anaxagoras, Principio (inquit) humore ſtagnãte ſolis circũflexu obuſto, ſicq; pingui euaporato, reliquũ in falſuginem amarulẽtiámq; ſubſedit. Empedocles, peruſtæ terræ ſudorem, elutis per ſumma terris, amaruiſſe. Antiphon, ſudorem æſtus, ex quo reſiduus humor amarefactus, efferueſcẽdóq; in ſalſilaginẽ incoctus eſt, vt in omni ſudore accidere ſolet. Metrodorus, mare per terras excolatũ terrenũ lentorẽ reſipuiſſe, perinde atq; ſolent quæ per cinerem diffunduntur. Platonici, quãtum elementaris aquæ rigoris vi ex aere concretum eſt, dulce euaſiſſe: quantum verò à terra obuſtulata cõflagrantéque ſuffitum eſt, ſalſum. B C

Quomodo reciprocationes maris & æſtus fiant. XVII. 1653

ARiſtoteles, Heraclitus, à ſole ea fieri autumãt: pleroſq; enim illũ flatus ſua ſecũ circũflectere vertigine, quibus ingruẽtibus, Atlãticúmq; mare protrudẽtibus, ipſum extumeſcere, æſtúmq; efficere: quibus tãdem ſopitis ſeſe æſtũ colligẽrem ceſſim ire, idq; eſſe reciprocationẽ. Pytheas Maſſiliẽſis, maris acceſſus lunæ incremẽto fieri, decremẽto autẽ receſſus. Plato, in elationẽ quandã cauſam cõfert: aquas enim cuiuſdã ſpecus hiatu ſuſtolli, & latè effluere, ſubindéq; eodem refluere, ex quo vndabũda maria iactari. Timæus flumina cauſatur per Celtarũ mõtes in Atlanticũ irrũpentia. Protrudẽdo enim impetu ſuo mari, æſtũ ciere, cõtráq; remiſſo, mare retro denuo agere, æſtúmq; refluũ facere. Seleucus, mathematicus mouẽs ipſe quoq; terram, circũactui motuíq; eius occurſare lunæ vertiginẽ dicit, quo impetu colligente ſe inter hæc duo corpora flatu, D

A & in Atlanticum irruente, probabili ratione conturbari mare.

De area. XVIII.

ENimuero area hunc in modum cõficitur. Quum inter lunam aliúdve ſidus viſúmque noſtrum craſſus aer nebuloſúſque interuenit, ab illo viſus noſter confeſtim reflectitur, laxiúſque circunfunditur: quo deinde in ſideris orbem incurrente duntaxat ſecundum circunferentiam, continuò circulus videtur circa ſidus exiſtere. Huiuſmodi autem viſitatus circulus
B area propterea dicitur, quoniam illic aſſiduè eſt area. Eſſe enim ibi huiuſmodi ſimulachrum videtur, quò nuper viſus craſſior inciderat.

1654

PLVTARCHI DE PLACITIS decretíſque philoſophorum naturalibus LIBER IIII.

C PErluſtratis mundi partibus, pergam iam inde ad ea quæ ſingulatim explicantur.

De Nili exuperantia. I.

THales, Aquilones anniuerſarios aduerſos Ægypto flãtes, Nili exuperantiam attollere, vtique emiſſariis eius turgefaciendo mari obſtructis. Euthymenes Maſſilienſis, oceano & exteriore mari ſuapte natura dulci Nilũ expleri. Anaxagoras, Æthiopiæ niuibus æſtate quidem liquefactis, hyeme verò vigẽtibus. Democritus, ad ſeptẽtrionem ſoluta diffuſaq; ſub ſol-
D ſtitium niue, nubila ex vaporib⁹ cogi: quibus à flatis aquilonibus in meridiem Ægyptúmq; propulſis, citatiſſimos imbres fundi, quibus ſtagna redũdent, ipſéque amnis Nilus. Herodotus, illum ex ſuis tantundem fontibus hyeme æſtatéque inuehere, hyeméq; tamen minorem videri. Cuius cauſam in ſole eſſe, quippe qui illo tempore anni proximè Ægyptum accedat, eiúſque fluenta ſorbeat. Ephorus hiſtoriæ ſcriptor, Ægyptum prodidit æſtate totam laxari, & veluti vim vndarum

exudare: ſuggerere etiamnum illi Arabiam & Libyen, A
ſoluto earum arenidóque ſolo. Eudoxus Ægyptiorum ſacerdotes huius cauſam in pluuias referre aquas tradit, annique temporum circumobſiſtentiam, (*quam antiperiſtaſin vocant*) Etenim quum nobis eſt æſtas, 1655
qui ſub ſolſtitiali circulo agimus, tunc illis hyems eſt, qui ſub brumali ad perpendiculum incolunt: propterea Nili aqua alueos ſuperans expatiatur per Ægyptũ.

De anima. II.

THales, primus animam cenſuit naturam eſſe irrequietam, vel ſuapte vicitabilem. Pythagoras, nu- B
merum ſeipſum cientem: numerum autẽ pro mente accipit. Plato, ſubſtantiã intellectibilem, per ſeſe agitabilem, ad numerum ſe mouentem harmonicè emodulatum. Ariſtoteles, entelechian primã corporis naturalis inſtrumentarii, potentia vitam habentis. Entelechiam autem (*id eſt verbũ ex verbo, Perfectihabiam*) pro efficientia intelligere oportet. Dicæarchus, elementorum quatuor harmoniam. Aſclepiades medicus, ſenſuum coexercitamentum.

An corpus anima, & quæ eius eſſentia. III. C

HI omnes prædicti, corporis expertem animam ponunt, ſuapte ipſam natura citabilem dicentes, ſubſtantiámque intelligibilem, naturalis inſuper inſtrumentarii actum perpetuum vitam habentis. Anaxagorei aeris eſſe inſtar dixerunt, corpúſque. Stoici, feruidum ſpiritum. Democritus, ignitum quiddam ex naturis concretum mente perceptis, globoſas iis quidem ideas habentibus, igneam autem potentiam, idque corpus eſſe. Epicurus, temperamentum ex qua- D
tuor, ex quali igneo, ex quali aereo, ex quali ſpirabili, ex quarto quodã innominato, quod ipſum ſenſile eſt. Heraclitus animam mundi, expirationem eorum quæ in eo ſunt humidorum: animantium verò animam ſimul ab extraria expiratione, ſimul ab ea quæ intra eas ſit, congenitam eſſe.

A *De partibus animæ. IIII.*

1656 PYthagoras, Plato, ſumma quidẽ ratione animam bipartitam:(hinc enim rationem, illinc ſtare irrationalitatem)accuratiore verò & exquiſitiore, tripartitam. Irrationalem enim partem in iracundam aiunt cupidámque dimenſibilẽ. Stoici octo ex partibus conſtare dicunt animam,quinque quidem ſenſibilib', viſitatrice,auditrice,odoratrice, guſtatrice, tractatrice, ſexta verò loquutrice,ſeptima proſeminatrice, octaua denique principe ipſa, à qua ipſa prædictæ omnes per B accommodata ſibi inſtrumenta inſtruuntur, octonis polypi ſimillimæ brachiis. Democritus ac Epicurus, bipartitam animam, & rationem quidem habentem, in pectore ſitam,rationabilitatẽ verò ſparſam per totius compaginem corporis. Democritus, Omnia(inquit)corpora cuiuſdã modi animæ participantia ſunt. Vel mortua enim (inquit) perſpicimus ea coloris cuiuſdam participia eſſe pluſculo iam difflato.

Quid animæ principatus, & qua in parte. V.

PLato,Democritus,in toto capite. Strato,in ſuperciliorum interſtitio. C Eraſiſtratus, circa membranam cerebri,quam epicranidẽ vocat, quaſi dicas procaluium. Herophilus,in ventriculo cerebri, qui idem baſis eius eſt. Parmenides, Epicurus, in toto pectore. Stoici ad vnum,toto in corde,vel in cordis obuerſante ſpiritu. Diogenes, in arteriaco cordis ventriculo, qui animalis, *id eſt ſpirabilis* eſt. Empedocles in ſanguinis concretione. Sunt qui in ceruice cordis: non deſunt qui inuolucro cordis, nonnulli in præcordiis. D Recentiorum quidam peruadere à capite ad præcordia. Pythagoras viuificã vim circa cor,ratiocinatiuam autem & intellectiuam circa caput eſſe.

De motu animæ. VI.

1657 PLato nunquam non mouentem animã, mentem autem immotam duntaxat tranſgreſſibili motu. Ariſtoteles immobilem animam motione omni primigenia, accidentariæ verò non exortem, quemadmodum ſpecies corporum.

De immortalitate animæ. VII. A

PYthagoras, Plato, animam mortalitatis immunẽ: exeuntem enim in animam vniuerſi, ad ſui generis naturas ſubuolare. Stoici animam corpore exeuntem, ſi inualidior ſit, vnà cum concrementis ſubſiſtere, cuiuſmodi eſſe imperitorũ animas. Sin ſtrenua ſit, quales ſunt ſapientum, ad flagrantes vſque naturas euadere. Democritus, Epicurus, mortalem, vnáque cum corpore emorientem. Pythagoras Platóque, rationis quidem compotem partem, non interiturã (animã enim tametſi Deus non ſit, opus certè æterni Dei eſſe) rationis autem exortem partem, interituram. B

De ſenſibus ſenſibilibúſque. VIII.

SToici ſenſum hoc modo definiũt: Senſus enim eſt apprehenſio ſenſorii vel comprehenſio. Senſus autem multifariam dicitur. Et habitus enim & potentia & actus imaginatióque comprehenſiua per ſenſorium fiunt, ipſæque inſuper octauus principatus, à quo cætera omnia conſtituuntur. Rurſus ſenſus dicuntur ſpiritus intelligentiæ compotes, ab ipſo principatu ad inſtrumentarias partes ſtationes agentes. Epicurus, Pars eſt (inquit) ſenſoria ſenſus, quæ eadẽ facultas eſt: ſenſúmque ipſum, quod eſt ſenſus effectum: vt bifariam ab eo ſenſus dicatur, ſenſus quidem facultas ipſa, ſenſibile autem, effectum. Plato ſenſum exiſtimat animæ & corporis communionem ad externa ſpectantem. Vis enim eſt animæ, inſtrumentũ verò corporis: ambo autem apprehendentia ſunt eorum quæ extrinſecus educuntur. Leucippus, Democritus, ſenſum & intelligentiam ſimulachris rerum fieri extrinſecus occurrentibus: nullíque ſenſum contingere, cui non huiuſmodi imago occurrerit. C 1658 D

Veri néc ne ſint ſenſus, & viſa, id eſt phantaſia. IX.

STоici, ſenſus quidem veros, viſorum autem quædam vera, quædam verò vana. Epicurus, omnem ſenſum omnéque viſum, verum: opinionum autem partim veras, partim verò falſas. Enimuero ſenſus vno modo fallitur, quod eſt in explorabilibus mentæ:

A *De partibus animæ.* IIII.

1656 PYthagoras, Plato, ſumma quidē ratione animam bipartitam:(hinc enim rationem, illinc ſtare irrationalitatem)accuratiore verò & exquiſitiore, tripartitam. Irrationalem enim partem in iracundam aiunt cupidámque dimenſibilē. Stoici octo ex partibus conſtare dicunt animam,quinque quidem ſenſibilibꝰ, viſitatrice,auditrice,odoratrice, guſtatrice, tractatrice, ſexta verò loquutrice,ſeptima proſeminatrice, octaua denique principe ipſa, à qua ipſa prædictæ omnes per
B accommodata ſibi inſtrumenta inſtruuntur, octonis polypi ſimillimæ brachiis. Democritus ac Epicurus, bipartitam animam, & rationem quidem habentem, in pectore ſitam,rationabilitatē verò ſparſam per totius compaginem corporis. Democritus, Omnia(inquit)corpora cuiuſdā modi animæ participantia ſunt. Vel mortua enim (inquit) perſpicimus ea coloris cuiuſdam participia eſſe pluſculo iam difflato.

Quid animæ principatus, & qua in parte. V.

PLato,Democritus,in toto capite. Strato,in ſuperciliorum interſtitio. Eraſiſtratus, circa membra-
C nam cerebri,quam epicranidē vocat, quaſi dicas procaluium. Herophilus,in ventriculo cerebri, qui idem baſis eius eſt. Parmenides, Epicurus, in toto pectore. Stoici ad vnum,toto in corde,vel in cordi obuerſante ſpiritu. Diogenes, in arteriaco cordis ventriculo, qui animalis, *id eſt ſpirabilis* eſt. Empedocles in ſanguinis concretione. Sunt qui in ceruice cordis: non deſunt qui inuolucro cordis, nonnulli in præcordiis.
D Recentiorum quidam peruadere à capite ad præcordia. Pythagoras viuificā vim circa cor,ratiocinatiuam autem & intellectiuam circa caput eſſe.

De motu animæ. VI.

1657 PLato nunquam non mouentem animā, mentem autem immotam duntaxat tranſgreſſibili motu. Ariſtoteles immobilem animam motione omni primigenia, accidentariæ verò non exortem, quemadmodum ſpecies corporum.

De immortalitate animæ. VII. A

PYthagoras, Plato, animam mortalitatis immunẽ: exeuntem enim in animam vniuerſi, ad ſui generis naturas ſubuolare. Stoici animam corpore exeuntem, ſi inualidior ſit, vnà cum concrementis ſubſiſtere, cuiuſmodi eſſe imperitorũ animas. Sin ſtrenua ſit, quales ſunt ſapientum, ad flagrantes vſque naturas euadere. Democritus, Epicurus, mortalem, vnáque cum corpore emorientem. Pythagoras Platóque, rationis quidem compotem partem, non interiturã (ani B mã enim tametſi Deus non ſit, opus certè æterni Dei eſſe) rationis autem exortem partem, interituram.

De ſenſibus ſenſibilibúſque. VIII.

SToici ſenſum hoc modo definiũt: Senſus enim eſt apprehenſio ſenſorii vel comprehenſio. Senſus autem multifariam dicitur. Et habitus enim & potentia & actus imaginatióque comprehenſiua per ſenſorium fiunt, ipſæque inſuper octauus principatus, à quo cætera omnia conſtituuntur. Rurſus ſenſus dicuntur ſpiritus intelligentiæ compotes, ab ipſo principatu ad in- C ſtrumentarias partes ſtationes agentes. Epicurus, Pars eſt (inquit) ſenſoria ſenſus, quæ eadẽ facultas eſt: ſenſúmque ipſum, quod eſt ſenſus effectum: vt bifariam ab eo ſenſus dicatur, ſenſus quidem facultas ipſa, ſenſibile autem, effectum. Plato ſenſum exiſtimat animæ & corporis communionem ad externa ſpectantem. Vis enim eſt animæ, inſtrumentũ verò corporis: ambo autem apprehendentia ſunt eorum quæ extrinſecus 1658 educuntur. Leucippus, Democritus, ſenſum & intelligentiam ſimulachris rerum fieri extrinſecus oc- D currentibus: nullíque ſenſum contingere, cui non huiuſmodi imago occurrerit.

Veri nécne ſint ſenſus, & viſa, id eſt phantaſia. IX.

SToici, ſenſus quidem veros, viſorum autem quædam vera, quædam verò vana. Epicurus, omnem ſenſum omnéque viſum, verum: opinionum autem partim veras, partim verò falſas. Enimuero ſenſus vno modo fallitur, quod eſt in explorabilibus mentæ:

A viſum verò, duobus. Senſilium enim ſimul viſum eſt, & intellectilium. Empedocles & Heraclides, ſingulos ſenſus propter accommodatos meatuum commenſus fieri, vnoquoque ſenſilium congruenter ſingulis hærente.

Quot ſint ſenſus. X.

STOici, ſpeciales quinque ſenſus, viſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum. Ariſtoteles ſextum quidem non ponit, verùm communem ſenſum, compo-
B ſitarum ſpecierum exiſtimatorem, ad quem ſenſus omnes ſimplices ſua quiſque viſa referunt, in quo ipſo tranſitus ab vno ad alterũ veluti figuræ aut motus ſpectatur. Democritus, plures obuerſari ſenſus animantibus rationis compotibus, diiſque & ſapientibus.

Quonam modo fiat ſenſus, & prænotio ſeu aut cpatio & rationis habitus. XI.

STOici, quum homo natus eſt (inquiunt) principem habet animæ partem, vicem implentem membranæ ſcriptoriæ. Etenim in ea ſingulas notiones adno-
C tat, & tanquam literis mandat. Primum adnotandi ge-
1659 nus, quod per ſenſus fit. Qui enim cuiuſuis rei ſenſum apprehenderunt, verbi gratia, candidi, abeunte confeſtim eo, memoriam eius habent: vbi autẽ eiuſdem generis complures factæ ſunt memoriæ, tum vſum habere dicunt. Vſus enim & experimentum multitudo eſt eiuſdem generis ſenſuum. At verò notionum naturales quidem prædictis modis fiunt, citráque vllum artis adminiculum: alteræ autem, iam diſciplina curáque adhibitis. Cæterùm hæ, notiones modò vocãtur:
D illæ verò, prænotiones quoque. Proinde ratio à qua rationales nuncupamur, ex prænotionibus conſummari dicitur per primum ſeptenarium. Porrò conceptus mentis, viſum eſt cognitionis animalis rationabilis. Nam viſum quum animæ appellitur rationabili, tum demũ ſenſum vocatur, à mẽte (*Græcè*) ita denominatum. Proinde cæteris omnino animantibus huiuſmodi viſa non accidunt, cuiuſmodi certè diis nobiſque adeo: illáque viſa tantùm ſunt, non etiam ſenſa. Quæ verò nobis accidunt, genere quidem

viſa ſunt, ſpecie autem ſenſa. Perinde atque ſtateres & A
denarii, ipſi quidem per ſe denarii & ſtateres ſunt:
quòd ſi in nauigii mercedem dentur, tum præterquam
quòd denarii ſunt, portoria etiam fiunt.

Quid interſit inter phantaſiam (id eſt viſum) *&* *phantaſton*, (id eſt viſi efficiens) *phantaſticònque & phantaſma* (id eſt adulterinũ & inane viſum) *XII.*

CHryſippus, differre inter ſe quatuor hæc. Phanta-
ſia quidem igitur affectio eſt in anima facta, quæ B
ſui quoque efficiens præfert: veluti quum oculis per-
ſpicimus album, affectio eſt in anima per viſum facta,
huíc que affectioni dicere poſſumus ſubeſſe albũ quod
ciet: perindéque erit ſi per tactum aut odoratum hu-
iuſmodi affectio fiat. Dicta eſt igitur *(Græcè)* phantaſia
à lumine. Vt enim lumẽ & ſe & ea quæ colluſtrat, de-
monſtrat, ita phantaſia ipſa ſe demonſtrat, & ſui quo-
que conficiens. Phantaſton eſt phantaſiæ efficiens, vt 1660
album, vt frigidum, & omnino quicquid animam ci-
tare poteſt, id eſt phantaſton. Phantaſticon inanis eſt C
attractus: affectus (inquam) in anima à nullo phanta-
ſto factus, veluti accidit in exercentibus vmbratilem
pugnam, manúſque inaniter intentantibus. Proinde
viſo ſubiacet viſi quiddam conficiens, inani autem vi-
ſo non item. At phantaſma eſt ad quod rapimur phã-
taſtico & inani attractu, cuiuſmodi in mente captis fu
roréque percitis fiunt. Itaque tragicus Oreſtes, quum
inquit, O mater ſupplex oro te, ne incute mihi ſangui
narias coruſcáſque pupillas: ipſæ enim ipſæ propter a-
ſſiliunt me: dicit hæc quidem ille vt furibundus, nihil D
verò videt, etſi videre videtur. Propter quod ad illum
Electra ita inquit, Sta miſerande tuis immote in ſtra-
gulis: cernis horum nihil quæ coràm cernere reris.
Quemadmodum & apud Homerum Theoclyme-
nus vates.

De viſu, & quo modo videamus. XIII.

DEmocritus, Epicurus, per imaginum inſertus vi-
ſualem arbitrantur potentiam accidere, radióſq;
quoſdam ab oculis exertos ſimul atque ſubiectæ rei

A inſtiterint, rurſúſque in eoſdem redire inſertaríque. Empedocles, imaginibus radios immiſcuit, ídque cõiunctum imaginis radios vocauit. Hipparchus autumat ab vtroque oculo ad corporũ lineamenta exporrectos, perinde atque manuum admotu corpora ſumma pertrectante, apprehenſionem ſuam ad viſualem vim referre. Plato per corradiantiam viſum fieri exiſtimat, lumine ab oculis quidem exerto ad aliquantum interualli per cognatum ſibi aerem effluente, à corporibus
B verò illato occurſante illi, aerémque inter me-
1661 dium diffuſu, amolitúque facilem cum viſuali igne intendente. Hæc enim dicitur corradiantia Platonica.

De ſpeciebus in ſpeculis editis. XIIII.

Empedocles per effluuia fieri cenſet in ſpeculi ſuperficie coeuntia, abſolui autem ab igne ex ſpeculo excreto, prætentúmque ſpeculo aerẽ, in quem profluuia coguntur, ſecum transferẽte. Democritus, Epicurus, ſpeculares ſpecies edi per imaginum ſubſiſtentias à nobis prodeuntium, ſuper ſpeculum verò con-
C ſertarum, reliſúque circumactarum. Pythagorici, per viſus refractionem. Ferri enim viſum veluti in æs intentum: ſimulac autem in ſpiſſitudinem eius ac terſitudinem adactus ſit, redire ipſum in ſeſe, perinde ac ſi manus porrecta retro humerum verſus reuocetur. Poſſumus etiam his capitibus vti vbi ſuprà de videndi ratione quærebamus.

An viſibiles tenebræ. XV.

Stoici, viſibiles tenebras eſſe. Ex viſu enim ſplendoris quid illis obduci, ac ne interim quidem falli
D viſum. nã re vera videt quod tenebræ ſunt. Porrò tenebræ cogunt aggregántque viſum, proptereáque hebetant: contráque lumen diſgregat ac deducit viſum noſtrum ad res vſque viſui obiectas per aerem intermedium: eapropter nõ cernere nos in tenebris, verùm tenebras modò ipſas cernere. Chryſippus, intermedii aeris contentione cernere nos exiſtimat. Lancinari enim aerem à ſpiritu viſuali, qui ab animæ principatu ad vſque pupillam pertingit: qui ipſe quũ in obiectum aera incurrerit, intendit eum turbinaliter, ſi modò ſui

generis nactus aera ſit. Prodeunt autem ignei ex oculis radii haudquaquam atri caliginoſive, propter quod viſibiles tenebras eſſe. A

De auditu. XVI.

EMpedocles, auditum fieri ſpiritus alliſu in clauiculatam aurium partem introrſus adnexã, quam tintinabuli vicẽ præbere dicit, vtpote celſo loco ſitam, pulſuique obuiam. Alcmæon, audire nos inani inteſtináque aurium parte, hócque eſſe quod ſpiritu irrũpente perſonet: omnia nanque vacua ſonitum edere ſolere. Diogenes, interno capitis aere à voce pulſato citatóque. Plato Platonicique, feriri inteſtinum capitis aerem, ad principatúmque repercuti, ſicque auditus ſenſum exiſtere. 1662 B

De odoratu. XVII.

ALcmæon, principatum in cerebro eſſe: hoc igitur nos odorari, reſpirationibus ad ſeſe odores euocante. Empedocles, cum pulmonum reſpirationibus odorem coinſertari. Quum igitur graueſcit reſpiratio, propter aſperitatem nos non ſentire, vt in iis videre eſt qui grauedine infeſtantur. C

De guſtatu. XVIII.

ALcmæon, humore teporéque, atque adeò mollitie linguæ internoſci ſapores. Diogenes, propter fungoſitatem mollitiémque linguæ, proptérque commiſſas illi corporis venas perfundi ſapores ad ſenſum elicitos, animæque principatũ, non aliter atque à ſpongia exuctos.

De voce. XIX.

PLato, vocem definit ſpiritum per os à mente ductum, aerémque ictum per aures ac cerebrum, & ſanguinem ad animam vſque traiectum. Dicitur autem abuſiuè vox de brutis & inanimis, vt eſt hinnitus & crepitus. Vox autem propriè dicitur articulata, quæ eſt ex eo (*Græcè*) φωὶ dicta, quòd mente concepta illuminet. Epicurus, vocem emiſſum eſſe à loquentibus profluuium, ſonantibúſque & ſtrepentibus. Id autem profluuiũ in conformia fragmenta. Conformia verò dici teretia teretibus, & ſcalena (*id eſt imparium* D 1663

A *inter ſe laterum triangula*) ſcalenis, & triangula ſui ge-
neris figuris. His fragmentis in aures incidentibus,
vocis ſenſum confici. Manifeſtè verò hoc declarari in
vtribus effluentibus, fullonibúſque in veſtes inſputan
tibus. Democritus quoque aerem in corpora vnifor-
mia frangi, vnáque cum fragmentis vocis conuolui.
Etenim monedulæ monedula aſſidet, (*Vt eſt adagio
Vulgatum*)

Atque ſolet ſimilem ſimili Deus addere ſemper,

B vt in littoribus ſimiles ſcrupi iiſdem in locis viſuntur,
alibi globoſi, teretes alibi: & in cribrantium incerni-
culis vniformia coeunt in vnum legumina, ita vt ſeor-
ſum fabæ ſint, & ſeorſum cicera. Poſſet autem his ob-
iici: Atenim quónam modo paucula ſpirit' fragmen-
ta numeroſum ſpectaculi conſeſſum explere poſſunt?
Enimuero Stoici negant aerem ex fruſtulis conſtare,
continentémque illum & perpetuum dicunt, nihil va-
cui prorſus habentem: ſimulatque autem ſpiritu pul-
ſetur, vndabundum ferri orbibus rectis in infinitum,
C quoad obiectum aerem impleuerit, haud ſecus atque
in piſcinam lapide miſſo, quanquam ipſa orbiculari-
ter mouetur, aer verò globoſé. Anaxagoras, vocem
edi duriuſculum aerem offenſante ſpiritu, à quo reli-
ſum illum ad aures perferri, quo eodem modo echo
quoque fieri.

An incorporea Vox, & quomodo fiat echo. XX.

1664 PYthagoras, Plato, Ariſtoteles, incorpoream echo:
non enim aerem eſſe, ſed figuram aeri hærentem,
aeríſque ſuperficiem certò quodam pulſu factam. At
D ſuperficies, omnis corporis expers eſt. Etenim tametſi
cum corpore agitetur, nullo tamen prorſus corpore
conſtat: ſimiliter atque inflexa virga ſuperficies quidē
nihil patitur, materia autem eſt quæ flectitur. Stoici vo
cem corpus eſſe ſic colligunt. Omne agens (inquiūt)
aut faciens, corpus. Atqui vox & facit & agit, quippe
quam audimus ſentimúſque auribus appulſam, & in
eis exprimentum veluti annulū in ceram. Ad hæc, o-
mne oblectans aut conturbās, corpus eſt. At oblectat
nos

nos concentus, & conturbat diſcrepantia. Denique omne agitabile, corpus eſt. vox autem agitatur, & in locos leues incidit, repercutitúrque pilæ in modum in parietem adactæ. Proinde in Ægypti pyramidibus vnica vox fracta quaternos quinóſq; adeo ſonos edit. A

Vnde ſenſibilis anima, quídque eius principatus. XXI.

STοici, cenſent ſummam animæ partem principatum eſſe, viſorúmque illum & aſſenſuum, ſenſuum & appetitionum effectorem, quam ratiocinationem vocant. B Ab hac autem animæ principe parte aliæ ſeptem enatæ, & tanquã appendices ad corpus traducuntur, cirrorũ polypodis inſtar. Harũ ſeptem animæ partium quinque ſunt ſenſoriæ, viſus, odoratus, auditus, guſtus, tactus: quarum viſus, ſpiritus eſt à principali animæ parte ad oculos pertingens: auditus, ſpiritus à principatu ad aures vſque pertingens: odoratus, ſpiritus pertingens à principatu ad narium fauces: guſtus, à principatu ad vſque linguam pertingens: tactus, 1665 ſpiritus à principatu ad ſuperficiem pertendens rerum tactui facilè ſenſili obnoxiarum. C Reliquarum partium altera ſemen dicitur, quod ipſum etiamnum ſpiritus eſt, à principe animæ parte peruadens ad genitales vſque meatus. Altera verò vocalis à Zenone dicta (quam & vocem vocant) ſpiritus eſt à principatu ad linguam & arteriam pertinens, aliáſque ſibi accommodatas inſtrumentarias partes. Ipſe autem principatus in capite noſtro conſtitutus eſt, tanquam in mundo, vtpote conglobato. D

De reſpiratione. XXII.

EMpedocles, primam primi animantis reſpirationem fieri humore recens editorum partuum abſcedente, externo autem aere in exhauſtam inanitatem ſubeunte, atque ad hiantia vaſcula peruadente: deinde expirationem, inſito iam feruore erumpendi impetu congreſſum aera extrorſus propellente: ab his inſpirationem, aere illo extrorſus redeunte, aditúmque viciſſim extrario præbente: qua ipſa obtinente, quum ſanguis per faciem ſuffuſus, aerem affluentia ſua per

A nares reliſerit, ſub ipſius exceſſu expirationem fieri:
quo rurſus ſanguine ſua per veſtigia redeunte, aeréque in deſtitutos ab eo locos ſubeunte, inſpirationem.
Hoc autem Aſclepiades clepſydræ docet exemplo:(*id
eſt vaſculi in imo pertuſi, oblonga in ſummo fiſtula*) &
quidem pulmonẽ infundibili(*id eſt fiſtulæ*)inſtar conſtituit:reſpirationis autem cauſam inteſtinam pectoris
ſubtilitatem autumat, ad quam extrarium aera effluere craſſiore natura concretum, viciſſimque retroagi,
B pectore nec eum admittere, nec eo carere valente reſiduáque ſemper in pectore ſubtilioris aeris parte exi-
1666 ſtente,(non omnis enim excernitur) ad hanc iterũ parem ſuſtinentem grauitatẽ, extrinſecus ab illo grauiore impetu ferri. Hæc autẽ Aſclepiades cucurbitulis medicinalib' ſimilia eſſe dicebat. Porrò reſpirationem liberã ſpontaneámq; contractis fieri aiebat tenuiſſimis
pulmonum meatibus inteſtiniſque, eorum coarctatis
fiſtulis. Hæc enim noſtræ eſſe ſpontis arbitriíque. Herophilus potẽtias reliquit cicatriculas corporibus hæ-
C rentes, in neruis, in arteriis, in muſculis. Pulmonem
igitur exiſtimat diſtractionis contractioníſque naturaliter appetentem, vnde & alias pulmonis functiones
eſſe, vt ſpiritus attractum extrinſecus. Quem quidem
ipſum ſimulatque extrario aere diſtentus non iam attrahere poteſt, eius aeris redundantiam in pectus reiicere, continuóque per ſecundam pulmonis appetitionem hunc eundem ſpiritum pectus ad ſeſe traducere.
Expleto deinde, nec iam ad ſe trahere valenti pectore, demum in pulmonẽ redundantiam ſpiritus refluere, inde foras excerni, ita corporis partes inter ſe affi-
D cere, reddendis ſubinde vicibus expletu exhauſtúque
facto. Proinde in pulmonibus quatuor omnino motiones eſſe: primam, per quam aerem extrinſecus euocant: ſecundam, per quam id aeris externi quod intra
ſe conceperunt, ad pectus demigrat: tertiã, per quam
id quod ab illis pectus ſibi contraxerat, rurſus ad ſeſe
recipiunt: quartam denique, per quam à pectore receptum, ſubinde foras regeſtant. Harúmque motionum duas diſtentiones eſſe, vnam intrinſecus, & alte-

ram à pectore: duáſque item contractiones, vnam qua A
ſpiritum ad ſe pectus elicit, alteram quum inſinuatum ſpiritum in aera égerunt ipſi. Pectoris verò duas tantùm motiones eſſe: dilationem quidem, quum à pulmone ſpiritum euocat: contractionem verò, quum acceptum viciſſim reddit.

De affectionibus corporis, & an condoleſcat necne illi anima. XXIII.

Stoici, affectiones quidem in locis eſſe affectis, ſen 1667
ſus autem in animæ principe parte. Epicurus, & B
affectiones & ſenſus in locis eſſe affectis: principatum enim affectionis immunem eſſe. Strato, & affectus animæ & ſenſus in principatu eſſe, non autem in locis affectis conſtitutos, quippe quum in anima ſita ſit tolerantia: quod profectò in atrocibus aſperiſque rebus deprehendi, necnon in viris fortibus ignauiſque.

PLVTARCHI DE PLACITIS decretiſque philoſophorum naturalibus C

LIBER V.

De diuinatione. I.

PLATO & Stoici diuinationem introducunt iuxta inſtinctum afflatúmque diuinum, qui fanaticus furor eſt, feruórque lymphaticus, per ſomniorum imaginamenta, Chaldæorúmque obſeruationes, & augu D
rum diſciplinam. Hi autẽ pleráſque diuinationis partes probant. Xenophanes & Epicurus diuinationem omnem ſuſtulerũt, Pythagoras immolatricem tantùm improbat. Ariſtoteles & Dicæarchus per inſtinctum ſolum lymphaticũ inducunt, pérque ſomnia: immortalem ipſi quidem animam neutiquam putantes, cuiuſdam verò numinis participem.

A *Quomodo ſomnia fiant.* II.

DEmocritus, ſomnia fieri aduentitiis appulſiſque
1668 imaginibus. Strato, mente in ſomnis ea natura quæ rationis expers eſt, quodammodo præualentius ſentiente, propteréaq; citata à cognitiua potentia. Herophilus ſomnia diuinitus inſpirata è neceſſitate eſſe, naturalia autem fieri anima commodarum ſibi rerum effingente ſimulachra, quæque ab his futura ſunt. Ex vtroque verò genere temperata imaginũ appulſu fieri, quum quæ expetimus videmus, cuiuſmodi iis acci-
B dunt qui amicas in ſomnis attrectare videntur.

Quænam genitalis ſeminis ſubſtantia ſit. III.

ARiſtoteles ſemen eſſe inquit, quod cieri in ſeſe poteſt ad tale quiddam conficiendum, quale id eſt ex quo ipſum concretum eſt. Pythagoras, genituram probiſſimi ſanguinis ſpumam, alimẽti retrimentum, vt ſanguinem quoque & medullam. Alcmæon, cerebri partem. Plato, vertebralis medullæ defluuium.
C Epicurus, conuulſum quiddã à corpore & anima. Democritus, ex totis prodit genitura corporibus, præcipuíſque eorũ partibus, veluti carnoſis fibris & oſſibus.

An corpus genitura. IIII.

LEucippus & Zeno, corpus: eſſe enim animæ conuulſurã, Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, vim quidem genituræ incorpoream, veluti mentẽ motricem, corpoream verò materiam profluentem. Strato vim quoque ſeminis corpus, vtpote ſpiritalem.

An fœminæ ſemen emittant. V.

D PYthagoras, Epicurus, Democritus, fœminã quoquè ſemen emittere: ſeminales enim meatus auerſos habere, propter quod ab vſu (inquiunt) coitus appetentiam habet. Ariſtoteles Platóque materiam quidem vuidam emittere tanquam ſudorem à colluctatione, ſed haudquaquam ſeminalem. Hippo, emittere
1669 quidem fœminas ſemen nõ minus maribus, ſed quod ad generationem non conferat, vt quod citra vuluam excidat: vnde nonnullas ſæpenumero citra coitum vllum ſemen emittere, præſertim quæ viduæ degant.

Sunt qui à mare oſſa, carnes verò à fœmina eſſe con- A
tendant.

Quomodo conceptus fiant. VI.

ARiſtoteles, conceptus fieri prædučta, proxima
purgatione, vulua, menſtruíſque à totius corpo-
ris compage puri partem ſanguinis euocantibus, ſicut
in genituræ quoque virilis concretione cõtingit. Con-
ceptus autem non euadere aut propter menſium de-
fectum, aut inflatilem vuluam, aut pauorem, aut ægri-
tudinem, aut mulierum imbecillitatem, aut virorum B
denique laſſeſcentiam.

Quomodo mares gignantur, aut fœminæ. VII

EMpedocles, mares aut fœminas pro caliditate fri-
giditatéque gigni: indéque eſſe quod perhibent
primos olim mares ad exortū & meridiem terra ena-
tos, fœminas verò ad ſeptentriones. Parmenides vice
verſa ad ſeptentriones mares enatos, quippe qui ſpiſſi-
tudinis plus habeant: contráque ad meridiē fœminas,
vtpote ſolutiores. Hipponax, prout coibile validúmq; C
fuerit ſemen, fluxúmve & languidum, *mares aut fœ-
minas gigni*. Anaxagoras, Parmenides, quod à dextris
corporis partibus migrarit, in dextras quoque vuluæ
partes manare: itémque quod à ſiniſtris, in ſiniſtras
quoque. Quòd ſi huiuſmodi delapſus vice verſa eua-
ſerit, fœminas gigni. Leophanes (cuius meminit Ari-
ſtoteles) mares ex dextro teſticulo, fœminas ex ſini-
ſtro gigni iudicat. Leucippus, partium immutatione,
per quam mas colem, fœmina vuluam habet. hácque
tenus Leucippus. Democritus, promiſcuas partes, ab D
vtro cõtigerit cunque: peculiares verò, pro alterutrius 1670
præualentia gigni. Hipponax, ſiquidē genitale ſemen
præualuerit, marem gigni: ſin alimentum, fœminam.

Quomodo monſtra fiant. VIII.

EMpedocles, monſtra fieri per exuberantiam defe-
ctúmve ſeminis, aut propter agitationis turbulen
tiam, aut ſi in pluſculas partes ſecetur, aut ſi aberraue-
rit. Has ferè cauſas monſtrorum commentus ille vide-
tur. Strato, per additamentum ademptionémve, aut

A tranſpoſitionem, aut inflationem. Medicorum quidam, propter diſtortam id temporis vuluam diſtendente ſpiritu.

Cur mulier frequentius Veneri indulgens non concipiat. IX.

Diocles medicus, aut quòd nonnullæ ſemẽ omnino non emittant, aut quòd minus quàm neceſſe eſt, aut quòd tale in quo potentia viuifica non ſit, aut propter caloris vel frigoris inopiam, aut humiditatis
B ſiccitatiſve, aut propter genitalium reſolutionẽ. Stoici propter genitalis obliquitatem rectè emittere genituram non valentis, aut propter genitalium incõmenſurabilitatem, abſtruſiore quàm pro modo eorum vulua. Eraſiſtratus, locorũ vitio, ſi calloſi carnoſique ſint, aut rariores quàm pro natura ſua, aut ſi minores.

Quomodo gemini trigeminique gignantur. X.

EMpedocles, geminos trigeminóſque gigni exuperante ſciſſilive ſemine. Aſclepiades propter ſemi-
C num præſtantiam, haud ſecus atque hordeaceas ſpicas binis triníſque granorum verſibus conſtantes: huiuſcemodi enim ſemina prolificentiſſima eſſe. Eraſiſtratus, propter ſuperfœtationes, quomodo & in brutis animantibus. Vulua enim quæ probè expurgata eſt, ea demum ſuperfœtationem capit. Stoici, propter vul-
1671 uæ loculamenta, quum in primum ſecundúmque incidit ſemen: tunc enim ſuperfœtari, & geminos trigeminóſque interdum gigni.

Vnde exiſtant parentum ſimilitudines
D *& progenitorum. XI.*

EMpedocles, ſimilitudines fieri corporum ſemine inualeſcente: diſſimilitudines verò, ſeminali calore in vaporem euanido. Parmenides, quum à dextra vuluæ parte fœtus editur, patrem referre: quum verò ab læua, matrem. Stoici, à toto corpore atque ab anima ſemina prodire, vnde & ſimilaritates affingere figuras formáſque iiſdem ex generibus, haud ſecus atque pictorem iiſdem ex pigmentis effigiem facientem eius quẽ imitari ſtudet. Cæterùm emittere mulierem

etiamnum ſemen: quòd ſi euicerit mulieris ſemen, A
partum mulierem referre:ſin viri, virum.

Quinam modo alienis ſimiles naſcantur, parentibus verò non item. XII.

MEdicorum plerique, fortuitu & temere, prout
refrixerit tum viri tum mulieris ſemen, paren-
tibus naſci diſſimiles pueros. Empedocles, viſo ſub
conceptum mulieri oblato, informari infantem. Ete-
nim mulieres ſimulachra ſæpiuſcule ſtatuáſque in de-
licus habuiſſe, ſimiléſque iis partus enixas. Stoici, cõ- B
cordia mentis ad fluxionũ & radiorum, non imaginũ,
inſinuationes, fieri parentum proliſque ſimilitudines.

Quibus modis ſterileſcant tum mulieres, tum viri. XIII.

MEdici, ſteriles fieri propter vuluam aut denſio-
rem, aut rariorem, aut duriorẽ, aut ſi calla quæ- 1672
dam obduxerit, aut carnoſior ſit. Denique ſi mulier
languido animo ſit, aut tabido corpore, aut mala ha-
bitudine. Poſtremò propter contortam vuluæ confi-
gurationem, conuulſionémve. Diocles, viros ſterile- C
ſcere, aut quoniam genituram nullam omnino emit-
tant, aut quoniam minus quàm quanto opus eſt, aut
quia minimè fœtificam, aut ſi laſſeſcant genitalia, aut
propter penis obliquitatem, ſi modò genituram recto
tenore egerere nequeat. Deniq; ſi proportione penis
vulua immodicè reducta ſit. Stoici, cauſantur poten-
tias qualitatéſque in vtroque coeuntiũ inter ſe abhor-
rentes, quas ſi diſſociari cõtigerit, ſuique generis aliis
coniungi, tum denique mixturam è natura temperari,
ſicque infantem abſolui. D

Cur ſteriles mulæ. XIIII.

ALcmæon mulini generis mares quidem ſteriles
propter genituræ tenuitatem, id eſt ſeminis frigi-
ditatem: fœminas verò, propter vuluam non dehiſcen-
tem, id eſt non ſe laxantem. ſic enim dixit ille. Empe-
docles, propter vuluam breuem, pumilam, reſtrictam,
ventríque auerſè coalitã. Neque enim geniturã rectà
in eam illabi, nec ſi euadat, illam excipere poſſe. Huic
autem Diocles adſtipulatur: nã in diſſectionib' (inquit)

A non rariſſimè huiuſcemodi mularum vuluas vidimus. Conſentaneúmque eſt propter hoc genus cauſas, mulieres etiamnum ſterileſcere.

An infans in vtero animans ſit. XV.

PLato, infantem in vtero animantem eſſe: moueri enim in vtero, vegetaríque. Stoici, ventris eſſe partem, non animal. Vt enim fructus qui partes ſunt arborum, ſimulatque maturuere, defluunt, ita & partus.
1673 Empedocles, fœtum in vtero animal non eſſe, ſed ſpi-
B rantem tamen. Enimuero primam animalis reſpirationem edito ſtatim partu exiſtere, humore quidem partuum abſceſſum capiente, extrario verò aere ad exinanimentũ ſubeunte, vtpote introrſus hiantibus conceptaculis. Diogenes, naſci quidē infantes inanimos, ſed in calore tamen, ex quo effuſo ſtatim fœtu ingenitum calorem in pulmonem elici. Herophilus naturalem motum immaturo partui relinquit, non etiã animalem, *(id eſt ſpirabilem)* neruos autem in cauſa huiuſmodi motus eſſe ait. Animantes autem tum deniq;
C eſſe, quum in lucem editi aeris quid ſumpſerint.

V[illegible]lantur infantes in vtero. XVI.

D[illegible], Epicurus, infantem in locis ore ali-[illegible]ere, vnde ſtatim editum mordicus [illegible]:eſſe enim in locis fœmineis papil-[illegible]lectu perceptas, & oſcula quibus a-[illegible]per ſecundas & vmbilicum alimentum [illegible]que obſtetricantes confeſtim eum ad-[illegible]e infantis diducere, vt [illegible]enti genus a-[illegible]. Alcmæon, per t[illegible]us ali: exur-[illegible]um ſpongiæ in [illegible]enta vege-[illegible]

[illegible] XVII.

[illegible]mnia abſolui [illegible] abſolui cari-[illegible]quo principa-[illegible]rteriarumque [illegible] pelli. Non [illegible]

Cur ſeptimeſtres infantes natales. XVIII. A

EMpedocles, quũ primum genus hominum è terra 1674
enatum eſt, tantum longitudine temporis diem
fuiſſe propter ſolis ſegnitiem, quanta nunc decem ſit
menſium dies: procedente deinde tempore tantum
fuiſſe quanta nunc ſeptem menſium: propterea deci-
meſtres infantes ſeptimeſtréſque natales: itaque nimi-
rum natura comparante vno partum adoleſcere die,
qua prima poneretur nocte. Timæus non decem men-
ſes, ſed nouem eſſe exiſtimat: verùm, quandoquidem
& ante conceptus menſtrua ſiſterentur, propterea de- B
cem exiſtimatos. Sic quoque ſeptimeſtres videri qui
ſeptimeſtres non ſint, quippe quum à conceptu quo-
que vulua nonnunquam menſtruis affluat. Ignorari
enim & poſt conceptum purgationum numerum. Po-
lybus & Diocles, empirici, vel octauum mẽſem agno-
uere genitalem, etſi lãguidiorem quodammodo, quo-
niam permulti ex infirmitate perierint. Et in ſumma,
neminem velle octimeſtres nutrire ac educare. Ferò
tamen octimeſtres non pauci in viros euaſerint. Ari-
ſtoteles verò Hippocratéſque putant, ſi vulua menſi- C
bus expleatur ſeptem, tum denique erumpere infan-
tes, vitaléſque naſci: quòd ſi erumpant, nec tamen a-
lantur vmbilico languente (id quod accidere ſolet ſi
dolente vulua concrementum partus fiat) tunc infan-
tem tabeſcere. Sin verò nouem menſes in vtero man-
ſerit, tum demum numeris omnibus ſuis conſum-
matum eſſe. Polybus, centum & octoginta duos dies
... diatúmque natales efficere: quod ſemeſtre tem-
...eſſe, quanto tempore ſol ab vno ſolſtitio ad alte-
...perueniat. Septimeſtres verò ideo dici, quando- D
...m ſexti mẽſis dies in ſeptimo implent. Enimue-
...athematici octo omnis genituræ menſes diſſocia-
... eſſe aiũt, ſeptem verò fœderabiles. Diſſociata au-
... diſiunctáque ſigna ſunt, ſi ſtellas quas œcodeſpo- 1675
...*est domicilii dominas*) vocant, maleficas nactæ
...Iam ſiqua harum vitæ viuendíque inſtituti au-
...m ſit, infortunatos non perennaturóſque por-
...Adiuncta autem ſigna, nullóq; mutui cõſpectus

A commercio vincta, numero ſunt octo, veluti aries ad ſcorpionem abiunctus, & taurus ad ſagittarium, gemini ad capricornum, ad aquarium cancer, ad piſces leo, denique abiuncta virgo ad arietem. Quare & ſeptimeſtres vitales & decimeſtres eſſe, contrà octimeſtres enecari propter mundi diſſidentiam.

De generatione animalium, quomodo genita animalia, & an interitui obnoxia. XIX.

SEcundum quos natiuus mundus, natiua etiamnum
B animalia, & corruptioni obiecta ſunt. Epicurus, ſecundum quem ingenita, degenerãtia ait inter ſe naſci animalia. Eſſe enim ea huius mundi partes. Similiter atque Anaxagoras & Euripides, interit nihil eorum quæ nata ſunt: tranſilentia verò aliud in aliud, figuras alias atque alias induunt. Anaximander tradit prima in humore enata eſſe animalia, aculeatis ipſa obducta corticibus, proceſſu deinde temporis exuctoria euaſiſſe, ruptóque tandem cortice ad breue tempus vixiſſe. Empedocles, primas animalium procreationes omni-
C bus ſuis partibus neutiquam abſolutas fuiſſe, verùm incoalitis partibus diſſolutas hiulcáſque: ſecundas verò, coaleſcentibus partibus, in ſimulachri ſpeciem: tertias autem, enaſcentibus ex ſe inuicem partibus: quartas, non iam eiuſdem modi, veluti ex terra & aqua, verùm ex ſeſe viciſſim genitis gignentibúſque, aliis quidem conſtipata alimonia, aliis verò fœminarum forma ſeminalis motus irritamẽtum ingenerante. Cæterùm animalium omnium genera certis quibuſdam temperamentis dirempta. Aquæ enim accommodatiora, in
D aquam appetitu duci: quædam in aera aſpirare, prout ignis participantiora ſunt. At grauiora terræ hæſiſſe. Quæ verò æquabili ex omnibus temperamento ſint, pectoribus eloquuta.

Quot genera animantium, & an omnia ſenſu rationéque prædita ſint. XX.

1676 EST Ariſtotelis tractatus quidam, in quo animaliũ genera quadripertita eſſe dicit, terreſtria, aquatilia, volucria, cæleſtia. Etenim cæleſtium quoque or-

bium animalia dici, non ſecus atque terræ. Animalia A
autem rationalia, immortalia: Democritus atque Epi-
curus cæleſtia exiſtimãt. Anaxagoras, animalia omnia
rationem habere duntaxat actiuam: nam paſſiuam ra-
tionem, & tanquam mentem, quámque mentis in-
terpretem dicunt, neutiquam habere. Pythagoras, Pla-
to, rationales animas eſſe vel earum animantium quæ
irrationabiles vocentur, tametſi rationabiliter non a-
gentes, cum propter diſtemperantiam corporum, tum
verò quòd differendi facultate careant, vt in ſimiis cer-
nere eſt, vt in canibus. Blaterare enim has animantes, B
non loqui. Diogenes has etiam intelligentiæ aeríſque
participes. verùm quòd earum partim compactiliores
ſint, partim humore redundãtes, nec animaduertere,
nec ſentire: perinde autem atque furentes affici, animæ
principatu hallucinante.

Quanto tandem tempore animalia in Vtero conformentur. XXI.

Empedocles, in humano genere fœtum membra-
turã à ſexto & trigeſimo die auſpicari, abſolueré-
que vndequinquageſimo. Aſclepiades, in maribus pro- C
pter feruorem cõmiſſuras artuum à ſexto & vigeſimo
die fieri, in multíſque etiam citra, ſuis autem partibus
omnibus ad quinquageſimum conſummari. In fœmi-
nis verò intra bimeſtre incipere, ad quadrimeſtréque
confici propter caloris inopiam. In genere autem bru-
torum conſummatè pariter membrari, propter ele-
mentorum contemperationes.

Ex quibus elementis conſtent ſingulæ generales corporis partes. XXII. 1677

Empedocles, carnes procreatas ex quatuor interno- D
rum elementorum temperatione: neruos autem,
igne & terra duplici proportione mixtis: vngues verò
in animalibus gigni neruis obrigẽtibus, quatenus aeri
obiecti ſunt. At verò oſſa ex aqua internáque terra
conſtare videri: ex quatuor denique commixtis ſudo-
rem lacrymámque compoſita, liquefacto vtique ſan-
guine, extenuatóque diffuſo.

A *Vnde ſomnus fiat, aut mors. XXIII.*

ALcmæon ſomnum fieri ſanguinis receptu in venarum confluuium putat, perfuſu verò expergiſcentiam: collectu autem eiuſdem abſoluto, mortem. Empedocles, ſomnum ſanguinarii caloris refrigerationem eſſe: quæ quidem ſi modicè temperata ſit, ſequi ſomnum: ſin immodica ſit, mortem. Diogenes, ſi penitus ſãguis diffuſus venas corporis impleuerit, inteſtinúmque earum aerem ad pectus ſubditúmque illi vẽtrem propulerit, tum denique ſomnum fieri, ex quo B præcordia cõcaleſcere. quòd ſi omnis funditus aer ex venis eruperit, mortem exiſtere. Plato & Stoici, ſomnũ fieri ſenſilis quidem ſpiritus remiſſione & tanquam laxatione, quemadmodum & ſuper terram conſidente flatu, eodem verò ſe recipiente ad ſuperciliorum interſtitium, id eſt animæ principatũ: at verò quum omnifaria ſit ſpiritus ſenſilis remiſſio, tum demum conſequi mortem.

Quando & quomodo incipiat homo perfici. XXIIII.

C HEraclitus & Stoici, homines cœptos eſſe perfici
1678 circiter ſecundum ſeptenarium, ſub quem ſanè ſeminale iam ſerum prodit. Etenim arbores (inquiunt) perfici cœptæ ſunt, quum ſemina gignere cœperunt, antehac verò imperfectæ, immaturæ, atque adeo infructuoſæ ſunt. Proinde perfectus tum denique eſt homo. Ariſtoteles, circiter ſeptenarium ſecundum honeſti prauíque notionem exiſtere, vtique quum diſciplinis initiantur. Sunt qui putent tertia hebdomade conſummari hominem, vt quum viribus ſuis vtitur.

D *Vtrius tandem ſomnus & mors, animæ, an corporis. XXV.*

ARiſtoteles, communem ſomnum corporis & animæ autumat. Eſt enim eius functio humor à pectore ad capitalia loca ſuffitus, ſubiectóque alimẽto cordis feruor refrigeratus. Mortem verò eſſe abſolutam refrigerationem, quam ipſam corporis ſolius eſſe, non etiam animæ, cuius neutiquam mors ſit. Anaxagoras, ſomnum corporalis functionis eſſe: corporalem

enim affectionem eſſe, non animalem : eſſe autem vel animæ mortem, videlicet diremptionem. Empedocles, mortem eorũ eſſe diremptum, ex quibus concremẽtum hominis conſtat. Quapropter cõmunem eſſe mortem corporis & animæ, ſomnum verò ignis interni ſecretionem eſſe. A

Quomodo augeſcant ſtirpes, & an ſint animantes. XXVI.

PLato, Empedocles, ſtirpes quoque animatos animantéſque. Manifeſta verò argumenta, quòd vibrent, quòd porrectos ramos habeant, quòd tractanti eos arboratori non ſine violentia cedant, rurſúmque laxati in priſtinum vſque adeo habitum creſcendo ſe reuocent, vt etiam renitentia pondera euincant. Ariſtoteles animatos quidem, nec tamen animãtes: quippe quum animantes appetitrices ſint, ſenſibiléſque ac rationabiles. Stoici Epicureíque animatos negant. Siquidem animatorum partim appetitrice anima eſſe, & concupitrice, partim verò rationis compote: at ſtirpes temeritate quadam naſci, non animæ vi. Empedocles, arbores primas animalium è terra extitiſſe, antequam circunflexus ſolis expanſus eſt, antè etiam quàm nox diéſque diſcriminata ſunt: maríſque & fœminæ rationem obtinuiſſe propter temperamenti cõmoditatem: augeri autem à calore terræ interno ad hoc ſe diſtribuente. Proinde plantas terræ eſſe partes, non ſecus ac infantes in vtero, vuluæ: fructus verò in plantis ignis & aquæ excrementa eſſe. At verò plantas quæ humoris inopes ſint, æſtu exuſtas defrondeſcere: quæ verò humoris plenæ, frondes non amittere, vt laurum, oleam, palmam. Succorum porrò differentias euariantes cauſas efficere, particularúmq; multitudines. Quas quidem differẽtias ab altricis ſimilaritatibus referunt, veluti in vineis. Nam generum differẽtiæ vini præſtantiam non efficiunt, ſed nutricii potius ſoli pabulum.

B (beside "mantéſque. Manifeſta verò argumenta, quòd vi-")
1679 (beside "rationabiles. Stoici Epicureíque animatos negant. Si-")
C (beside "temeritate quadam naſci, non animæ vi. Empedocles,")
D (beside "humoris plenæ, frondes non amittere, vt laurum, o-")

De vegetatione & auctu. XXVII.

EMpedocles, animantes quidem alimenti ſubſtantia naturæ ſuæ accommodari, augeſcere autem caloris acceſſu, minui verò vtriuſque defectu. Huius

A autem æui homines, præ illis primis hominibus, inſtar
obtinere infantium.

Vnde appetentiæ animalibus fiant & voluptates.
XXVIII.

EMpedocles, appetentias fieri animalibus elemen-
torum defectibus vniuſcuiuſque conficientium,
voluptates verò ex humido, itémque periculorum ac
cõſimilium motus. Vexationes autem ac turbationes,
propter intemperaturas.

1680 *Quomodo fiat febris, & an adnatus conſectariúſque*
B *ſit affectus. XXIX.*

ERaſiſtratus febrem hûc in modum definit: Febris
eſt citamentum ſanguinis in ſpiritalia illapſum cõ-
ceptacula, ídque nulla noſtra ſponte. Vt enim mare,
quum flatu nullo cietur, conquieſcit, violẽto verò flatu
præter naturam irruente, imitus conturbatur: nihilo
ſecius in corpore quum cietur ſanguis, in ſpirituũ con-
ceptacula irrumpit, inibíque efferueſcens concalefa-
cit totum corpus. Placet autem illi febrem poſterum &
conſequentem affectum eſſe. At verò Diocles hoc mo-
C do inquit: Conſpectus introrſus latentium comparen-
tia ſanè ſunt, & per ſumma erumpentia. Atqui id ge-
nus affectionibus adnaſci febrem videmus & in vul-
neribus, & pituitoſis collectionibꝰ, & inguinariis abſ-
ceſſibus. Herophilus, nulla etiamnum præcedẽte cau-
ſa nonnullos interdum febricitare.

De proſpera aduerſáque valetudine, &
ſenectute. XXX.

ALcmæon, ſanitatis conſeruatricem potentiarum
æquabilitatem, humoris, caloris, ſiccitatis, frigo-
D ris, amaritudinis, dulcedinis & reliquarum. Contrà v-
nius dominatum præpotẽtem valetudinis effectorem:
tabificum enim eſſe vtrarumuis partium dominatum
impotentem, morborúmque omnium cauſam. Atque
illam quidem tum à qua, vt caloris exuperantiam aut
frigoris: tum verò ex qua, vt redundantiam & defectũ,
vt in nonnullis ſanguinis inopiam aut etiam cerebri.
Sanitatem autem eſſe, modicè accommodatum quali-
tatum temperamentum. Diocles, morbos ferè fieri

propter inæquabilitatem elementorum corporalium, A habitúſque aeris. Strato morbos propter alimenti exuberantiam cruditatémq; & corruptionem fieri: contrà proſperam valetudinem, rectam corporis conſtitutionem, alimentíque quod ſatis eſt, eſſe. Stoici, concorditer ſenium, caloris inopia fieri cenſent: eos enim qui pluſculum calorem habeant, diutius viuere. Aſclepiades, Æthiopas celeriter ſeneſcere, atque adeo trigeſimo anno: eorum enim corpora ſupramodum calfactari, à ſole vtique deuſta. Enimuero in Britannia centum & viginti annis homines ſeneſcere, quandoquidem obrigefacta loca introrſus calorem arcent. Etenim Æthiopum corpora ideo exuctiora eſſe, quòd à ſole relaxata ſint, aliter prorſus atque ad aquilonem, vbi denſa corpora ſunt, propter quod & longæua. B

INDEX PROBLEMATVM DE cauſis naturalibus Plutarchi.

C

QVam ob cauſam aqua marina non cedit in arborum nutrimentum. Problema I

Quare ſemina, maiora incrementa ab imbribus quàm ab aquis, quas nos rigando aſpergimus, ſuſcipiunt. Probl. II

Quare paſtores ouibus ſalem obiiciunt. III

Quare ex imbribus præſtãtiores ad riganda ſemina, qui poſt tonitrua fulgurationéſque cadunt, quos ob id aſtrapæos appellant. IIII

Quare, quum ſaporum octo ſint genera, ſalſum quem vocant in nullo fructu, qui terra naſcatur, deguſtare licet. V D

Quare qui continenter per roſcida arbuſta incedunt, hæ partes corporis quæ rorulentis flagellis tanguntur, lepra fœdari ſolent. VI

Quare hyberno tẽpore naues tardius in fluminibus ambulant, in mari non item. VII

Cur, quũ omnes humores, dum agitantur, iactantúrque,

A *frigeſcunt, ſolum mare fluctibus quaſſatum calidius, euadit.* VIII

Quare mare hyeme minus amarum guſtatu deprehenditur. IX

Quare Vino adfundunt marinam: & piſcatoribus oraculum datum aiunt, quod ſubeat Bacchum in mare mergendum: qui Verò procul à mari habitant, gypſum è Zacyntho torrentes iniicere conſueuere. X

Quare Vomitāt nauſea correpti, magis qui mare, quàm qui flumina, etiamſi nulla tēpeſtas ſit, nauigant. XI.

B *Quare quum in mare oleum funditur, ipſum & dilucidum & tranquillum euadit.* XII

Quare piſcatorum retia hyeme magis quàm æſtate putredinem ſentiunt, quum cætera per æſtatem huic malo ſint magis obnoxia. XIII

Quare apud Dorienſes non commoda fœni ſolet eſſe conuectio: aut quam ob cauſam, quum pluuium eſt cælū, fœnum haud bene comportatur. XIIII

Qua de cauſa tritici ferax eſt pinguis & ſolidus ager, tenuior autem terra hordeum magis profert. XV

C *Quare triticum in luto, in puluere Verò hordeum ſerendum eſſe aiunt.* XVI

Quare in funiculos piſcatorios, quos ὁρμιὰς Græci Vocant, ſetas ex equorum quàm ex equarum caudis malunt. XVII.

Quare quum loligo apparet, magnæ tempeſtatis indicium eſt. XVIII

Quare polypus colorem Variat. XIX

Quam ob cauſam ſuum agreſtium lacryma dulcis, ceruorum autem & ſalſa & improba. XX

D *Cur ſcrophæ, ſiue clementes porcæ, & ſæpius & aliis atque aliis anni partibus fætæ ſunt, quum ſues feræ omnes & ſemel tantùm quotannis, & propè circa idem tempus, (nimirū quum æſtas appropinquat) pariant.* XXI

Cur Vrſi manū dulciſſimam, & carnem illam eſui gratiſſimam eſſe perhibent. XXII

Cur Veris tempeſtate difficulter feras indagare licet. XXIII

Quare

Quare circiter plenilunia ferarũ veſtigia indagine perſequi haud facile eſt. XXIIII A

Cur, quum per frigora ros eadit, ferarũ indagatio difficilis exiſtit. XXV

Cur beſtiæ, quum incommodis afficiuntur, facultates, à quibus auxilium expectant, quærunt & explorant. XXVI.

Cur muſtum, quum frigus dolia, quibus continetur, occupat, dulce diu permanet. XXVII

Quare præ reliquis feris vrſus minimè caſſes rodit, quũ & vulpes & lupi dentibus eos lacerent. XXVIII B

Quid eſt quãobrem aquæ frigidæ nihil mirabile habẽt, calidæ autem habent. XXIX

Quare vites, quum nimia vbertate laſciuiunt, & minus feraces ſunt, & aliquando exareſcunt: cuius rei cauſam quidam in ſiderationis morbum referunt. XXX

Cur vitis vino, quod tamen in primis ex ſe ſibi familiare habet, rigata areſcit. XXXI

Cur inter omnes arbores ſola palma contra impoſitum onus aſſurgit. XXXII C

Quare aqua de puteis hauſta minus alit, quàm quæ de fonte aut cælo manat. XXXIII

Cur Zephyrus ventorum omnium celerrimus fertur. XXXIII.

Cur apes fumum ferre nequeunt. XXXV

Cur apes citius pungunt eos qui ſtuprum dudum fecerunt. XXXVI.

Quare canes, relicto homine qui iecit, lapidem morſu inſectantur. XXXVII

Cur lupa certo anni tempore omnes intra duodecim dies pariunt. XXXVIII D

Cur aqua in ſumma parte alba, in fundo verò nigra ſpectatur. XXXIX

A

PLVTARCHI DE CAVſis naturalibus,

GYBERTO LONGOLIO interprete.

Quòd marina aqua non nutriat arbores. I.

B QVAM ob cauſam aqua marina non
1681 cedit in arborum nutrimẽtum? An ob
id, quòd ne terreſtria quoq; animan-
tia alere poſſit? Etenim animal terre-
ſtrem quandam ſtirpẽ eſſe, cũ Platone
& Anaxagoras Democritus exiſtima-
uit. Non enim quòd animalibus marinis, vt piſcibus,
vtilis eſt, & in alimentũ deſideratur, ob id quoq; terre-
ſtres ſtirpes & arbores nutrire poſſe credenda eſt. Nam
quum craſſa ſint radicum capillamenta, aqua non ſub-
C intrat, neque ſuſtolli grauitatis cauſa poteſt. Ipſa verò
grauitas & terrea eius ſubſtãtia, præter multa indicia,
quibus cõprobari poſſet, accedit quòd naues leuius in
ea ſidunt, & natantes facilius ſuſtinet. An ob id, quòd
ea quæ ſiccitatem afferũt, arbores ſummopere lædũt,
marina autem aqua ſiccandi facultate prædita eſt?
Sales enim non mediocriter putredini obſiſtunt. Item
cutis eorum corporum quæ marina ſe lauant, cõfeſtim
aridior aſperiórq; tangentibus deprehẽditur. An quia
vt oleum arboribus inimicũ, quibus affunditur, cor-
D rumpit: ita mare pinguedinis non exiguum habens,
(ſcintillare aliquando videtur: & prouerbio dicere ſo-
lemus, Marinam aquam in flãmas non eſſe infunden-
dam) eadem facultate noxiũ ſit? An quia ſit minus apta
quæ potetur, & propter terræ exuſtæ admixtionem,
autore Ariſtotele, amarior reddatur? Nam lixiuium fit,
quum ad cineres aqua dulcis affunditur. Ab ea verò
deductione quicquid in aqua ad vſum potúmque eſt,
perditur & corrũpitur: quẽadmodum inſitum noſtrum

humorem ſebres in bilem commutant. At quod plantas &ſtirpium aliquot in rubro mari creſcere afferunt, verum quidem id eſt, ſed fructum non ferunt: aluntur autem limo illo, qui per oſtia fluuiorum in mare vehitur. quare nō longè a terra, ſed prope littora plurimùm creſcunt. A

Semina pluuiis aquis magis quàm aliis gaudere. 11. 1682

QVam ob rē ſemina, maiora incrementa ab imbribus, quàm ab aquis, quas nos rigando aſpergimus, ſuſcipiūt? Vtrū impetus, ille imbriū ictu terram diuidens, & meatus (vt Laito viſum fuit) reſerans, aditum ad radices faciliorem præbere poteſt? An hoc cū veritate non cōſentit, latuitque Laitum, multas etiam paluſtres ſtirpes, vt tipham, phleon, vluam, ſine incremēto, quum ſuo tempore aquæ pluuiæ de cælo non manant, ſqualere? Ariſtoteles rectius cenſuit, qui imbres recētem planè & nouam, paluſtrem & nuperam, & veterem aquam eſſe dixit. An verò & hoc magis opinioni quàm veritati cōſonare dicendum? Siquidem & fontanam & fluuialem recētem planè & modò ortam nemo negare poteſt. Nam fluuium eundem, (vt Heracletus dicere ſolebat) nemo facilè bis fuerit ingreſſus. Etenim continuò noua allabitur, & ſufficitur in illo aqua. Sed & iſta minus quàm pluuia nutrire ſolet. An verò cæleſtis aqua leuis eſt, & aeris ſpiritúſque plena? quare celerem ſua leuitate viam ad plātas facit. Quòd verò aere plena ſit, indicant bullæ quæ ex illius commixtione, quum decidit, creātur. An quòd ab alito ſuperatur & cōficitur, maximè nutrit? Hæc enim eſt concoctio, cui contraria eſt cruditas, (*quam concoquendi defectum nominamus*) quum alimenta vehementiora ſunt, quàm vt quicquam cedant, eámque ob cauſam tenuia, ſimplicia, ſaporis expertia, citius magíſque commutantur, cuiuſmodi ſunt imbres. Nam in aere ventóque creati, integri, & nullius rei mixtione vitiati de cælo cadunt: fontana verò cum terra quà profluit, & locis quib' labitur, affinitatem quādam habet: quo fit vt pluribus naturis prædita minus bona cenſeatur, & nutrimento minus conueniens, tardiúſque ab illius

rrr.ij.

A quod nutritur facultate ſuperata cōcoquatur. At quòd facilè in nutrimentum cōuertatur aqua pluuia, putrefactio indicat: nam longè citius quàm vel fluuialis, vel quæ ex puteo hauritur, corrumpitur. At concoctio, putrefactio quædam eſt: quod Empedoclis teſtimonio firmatur:

Vinum eſt putreſcens ſub ligni cortice lympha.

An quod in promptu ſit eius cauſæ inueſtigatio illis, qui dulcedinem vſúmque pluuiæ aquæ, quum ſtatim flatu de cælo præcipitatur, animaduertūt, exputamus?
B Videmus enim & pecudes hac magis delectari. Ranæ
1683 quum eandem expectant, præ gaudio mirificè vocem tollunt, quaſi ſcilicet hæc condimētum paluſtris aquæ eiuſdémque ſeminariū quoddam dulcedinis exiſtat. Id autē futuræ pluuiæ ſignū Aratus indicat: ſic enim ait,

Aut quum progenies miſerabilis, eſca colubris,
Ranarum patres ex vndis voce coaxant.

Quæ ſit cauſa quamobrem paſtores ouibus ſalem obiiciunt. III.

C QVare paſtores ouibus ſalē obiiciūt? An quia (vt plerique opinātur) illas copioſiore alimēto farcire & pleniores reddere cupiant? Nam cibi cupiditatem acredo excitat, & meatus reſerans, vt per totū corpus cōmodè nutrimētum digeratur, procurat. Quam ob cauſam graciles, & quibus cibus nihil præſtat nutrimenti, Apollonius Herophili diſcipulus, non dulciariis, non alica, ſed ſalſamentis muria aliquantulum cōditis alebat. Corporis enim exilitas (ceu fictitios palpebræ pilos ſufficimus) cibos meatibus reſeratis ſibi
D apponit. An potius ſanitatis gratia, & ad vitandas illas frequentes conciſiones, ſalem oues aſſuefactæ lingūt, *quo ſcilicet nimia pinguedo præcidatur?* Nam ſupra modum obeſæ in morbos incidūt: pinguedinē autem ſales colliquant & diſcutiunt. Hoc & laniones obſeruantes, tum nullo negotio excoriare illas ſolent: *facilius enim à carne cutis tum ſoluitur.* Nam pinguedo, quæ cutim conglutinat & veluti alligat, tenuis & infirma redditur ab acredine. Quinetiam, qui ſales lingūt,

eorum ſanguis extenuatur, neq; interni humores cō- A
creſcunt, admixtis quippe ſalibus. Animaduertendū etiam num fertiliores & ſalaciores propterea reddantur. Nam & canes quum ſalſamentis veſcuntur, citius grauidantur: & in nauibus marinis murium copiam numeroſiorem, quàm in fluuiatilibus, videris, quòd ſcilicet in his magis laſciuiant.

Pluuia à tonitru, rigando vtilior cæteris. III.

CVr ex imbribus, ad riganda ſemina, præſtantiores qui poſt tonitrua fulguráq; (quos ob id aſtrapæos appellant) cadunt? An quia flatibus & ſpiritu, ex aeris B
perturbatione & confuſione, pleni ſunt? Flatus autem humorem agitans, vt admittatur digeratúrq;, in cauſa eſt. An quòd tonitrua fulguráque calore contra frigus pugnante creantur, ob id hyberno tempore cælū mi- 1684
nimè, verna verò tempeſtate & autumno propter temperiei inæqualitatem plurimùm tonare ſolet. Caliditas autem quum percoquendi facultatem habeat, humorem vtiliter admodum, vt plantæ ſibi eo oblato potiantur, parat. An quia tonitrua fulmináque maximè eam ob cauſam, quæ antè à nobis eſt expoſita, verè cō- C
tingere ſolent: verni verò imbres quum æſtatem anticipant, ſeminibus vtiliores multo, magíſque neceſſarii ſunt? Quamobrem regiones, in quibus frequētes imbres per veris tēpeſtates exiſtūt, (quemadmodū eſt Sicilia) numeroſos & generoſos fructus producere ſolēt.

Salſum ſaporem in plantis non eſſe. V.

QVare, quum ſaporum octo ſint genera, ſalſum quem vocant, in nullo fructu, qui terra naſcatur, deguſtare licet? Etenim oliua primò quidem amarum profert, vua acidum, quibus commutatis, illa quidem D
pinguem, hæc verò vinoſum ſuppeditat. Quinetiam in palmæ fructu ſapor acerbus, in punico malo auſterus, in dulcem commutantur. Sunt & mala punica, quæ quantū in ipſis eſt, acidum producūt. Nam acris quàm ſit in multis radicibus copioſus, norūt omnes. An quia ſalſum nihil generet, ſed corrumpat? quare omnibus, quæ plantis ſeminibúſq; oriūtur, ad alimoniam inutile exiſtit. Quòd autem quibuſdam condimentum eſt, &

A ſuauitatem cōciliat,fit quòd gulam ſatietate oppreſſam irritat. An quemadmodum marinam coquẽtes,ſalſum & quod mordendi facultatem habet,auferũt,ita in calidis ab æſtu ſalſuginoſum euaneſcit?An quia ſapor(vt Plato docuit) eſt humor per plãtas excolatus? Nam & marina colata(eſt enim terreæ ſubſtantiæ &craſſarum partium)ſalſedinem exuit.Hinc eſt,vt qui in littore fodiant,plerunque in potabiles ſcaturigines incidant.Ad hæc multi aquam dulcem de mari vaſculis cereis, excolatam ab omni ſalſedine terreáque ſubſtantia, hau-
B riunt. Ipſa autem tranquillitas & diutina flatuum ſuppreſſio,excolatam aquam,quia terream illam qualitatem cogit,neque miſceri ſinit,potabilem reddit.Atqui quum iſta ſic ſe habeãt, probabile ſanè eſt,plantas nec ſalſedinem aliunde ad ſe admittere:nec ſi admittant,&
1685 ad incrementũ illis faciat,excernere tamen in fructum nō poſſe,quum terreum & craſſarũ quod eſt partium, per meatuum tenuitates non tranſcoletur.An ſalſedinem,amaritudinis quoque ſpeciem aſſeremus? quemadmodum Homerum feciſſe apparet:

C *--ſalſam ore expuit vndam & amaram,*
Quæ ſtrepitu numeroſa ſuo de vertice fluxit.

Et Plato vtrunque hunc ſaporem extergendi eliquandíque facultatẽ habere aſſerit:ſed ſalſum tamen minus id poſſe,minúſq; aſperũ eſſe.Rurſum amarũ aritudinis potẽtia excellentiorem, quum tamen vtrunq; aſſiccet.

Leproſi cur fiant, qui per roſcidas herbas nudi incedunt. VI.

QVare qui continẽter per roſcida arbuſta incẽdunt,his partes corporis,quæ rorulẽtis flage-
D llis tãgũtur,lepra fœdari ſolent?An quia ros attenuante facultate cutis humorem ſiccat,quod Laito viſum fuit? An,ſicut rubigo ſemina nondum ſicca tentat,ſit quoq; à rore humidis & teneris in ſuperficie ſeu ſcalpello tactis partibus & eliquatis , leuis quædam aſpergo hinc expreſſa excarnes & exangues plurimùm corporis partes,vt crura,pedéſq;,qua cutis,lancinat & arrodit?Etenim quòd arrodendi vim ros habeat , teſtantur illi qui ob gracilitatem meatuum medendam , bibere rorem ſoliti ſunt. Quinetiam mulierculæ obeſiores, veſtibus

& molliuſculis lanis rorem excipientes, corporis pon- A
dus illo ſe eliquare poſſe arbitrantur.

Naues cur hyeme tardius agantur in fluminibus. VII.

QVare hyberno tẽpore naues tardius in fluminibꝰ
ambulãt, in mari non item? Vtrum fluuiatilis aer,
qui ſemper tardus & grauis ſit, hybernis frigoribus te-
nuior molliórq; redditus, nauigantibus magis obſiſtit?
an eam impreſſionem potius in ipſos fluuios aer facit?
Frigus enim aquam ſubigẽs, illam grauem corpulen-
támque reddit. Id autem à clepſydris diſcere licet: tar- B
dius enim aquã hyeme quàm æſtate ſubducũt. Theo-
phraſtus autor eſt, in Thracia nõ longè à Pangæo fon-
tem eſſe, qui hyeme æquali ſcaturigine plenus, pondus
duplo maius quàm æſtate ferre poteſt. Quòd autem
denſitas vndæ nauigia fluuiatilia tardiora reddit, indi-
cium eſt, quòd & onera longè grauiora hyeme ab his 1686
ferri ſoleant. Etenim aqua quo denſior grauiórq;, hoc
magis reſiſtit. At mare ne denſetur, calor in cauſa eſt,
per quem neque etiam glacie concreſcit. Dẽſitas enim
mollities quædam eſſe videtur. C

Quòd humida queuis, quum agitantur frigent, mare ſolum calet. VIII.

CVr, quum omnes humores dum agitãtur iactan-
túrque, frigeſcũt, ſolum mare fluctibus quaſſatum
calidius euadit? An quia in aliis ferè rebus humidis ca-
liditas acceſſoria eſt & peregrina, quæ motione expri-
mitur & diſcutitur: at caliditas mari innata, à ventis ex-
citatur magis, alitúrque? At quòd mare calidum ſit, &
frequens ſcintillatio eius, & quòd glacie, quantumuis
ſit terreum & graue, non concreſcit, teſtatur. D

Quòd hyeme mare non ſit adeo amarum. IX.

QVare mare hyeme minꝰ amarũ guſtu deprehen-
ditur? Hoc enim à Dionyſio, qui de aquæductibꝰ
tractauit, ſcriptũ proditur. Quòd verò nõ omnino ex-
pers ſit & indigẽs dulcedinis amaritudo maris, nume-
roſa illa, quæ influunt in mare, flumina efficiunt. Sol
autem dulcedinem, & id quod potabile propter leui-
tatem in ſuperiores tẽdit partes, exſugit, atq; id æſtate
vehemẽtius. Cæterùm hyeme, quũ leuius iſtud propter

A æſtus abſentiam à ſole perſtringitur, dulcedinis portione bona in illo relicta, amarum immodicè illud & medicamẽtoſum temperatur. Hoc autem & paulo minus potabilibus aquis contingere ſolet. Etenim per æſtatem leuiſſimo illo & dulciſſimo, quod in ſe habent, ab æſtu diſcuſſo, improbiores euadunt. Secus per hyberna tempora ſe habent. effluit enim noua & recens, veluti ex fontibus ſertur: cuius & mare particeps fieri, quum & continuò agitetur, & tanta fluuiorum vis
B ſe continuò in illud eluant, neceſſe eſt.

Vinum marina dilutum melius euadit. X.

QVare vino adfundunt marinam, & piſcatoribus oraculũ datum aiũt, quod iubet Bacchũ in mare mergendum: qui verò procul à mari habitant, gypſum è Zacyntho torrentes inijcere conſueuere? An quòd calor aduerſus perfrigerationem proſit? An quia illam
1687 maximè à vino extrahit, & extinguendo vires eius minuit? An quòd aquoſum flatuoſúmque, quod vino admixtum, & periculoſiſſimæ mutationi obnoxium eſt,
C ſiſtit, terreáſque partes, quæ adſtringi facilè ſolẽt, attenuat? Sales autem & marina quum id quod in vino extraneum & ſuperfluens eſt, attenuẽt, eliquéntque: tum neque odoris inſacetiam, neque corruptionem gigni vllam in vino ſinunt. Accedit ad hæc, quòd quicquid terreum craſſúmque, id grauioribus ceu implicatum deorſum trahitur, & ſedimen fæcémque in fundo cõſtruens, vinum perpurgatum relinquit.

Nauſeabundi qui mare nauigant. X I.

D QVare vomitant nauſea correpti magis, ꝙ mare, quàm qui flumina, etiãſi nulla tẽpeſtas ſit, nauigant? Nauſeam, præter reliqua, maximè ex ſenſibus odor, ex animi perturbationib' pauor creãt. Eiuſmodi enim homines periculi imminentis cogitatione tacti, tremunt horréntque, & aluus his humectior euadit. At qui in fluuiis naui vehuntur, nihil horum perci piunt. Olfactus enim humanus ad dulcem & potabilem aquã cõmodè aſſueuit: ipſa quoq; nauigatio ab omni periculo libera eſt. In mari ſe omnia aliter habẽt. Nã odorem, propterea quòd nõ aſſueuere, peſſimè ferũt, & in

præſenti quàquam periculũ nullũ, metu tamen vẽturi caſus terrẽtur. Quã ob cauſam exterior trãquillitas nihil planè profuerit, quum anima motionibus agitata, ipſa deinde corpus vexet & perturbationes cõcitet. A

Oleum mare translucidum & pacatum facit. XII.

QVare quum in mare oleum funditur, ipſum & dilucidum & tranquillum euadit? Vtrum ſpiritus (hæc eſt autem Ariſtotelis ſententia) à læuitate excidens, neque ictum neque agitationem parit? An hoc ad exteriores rationes probabiliter ab eo dictum eſt? B Verùm quum vrinantes (vt aſſerunt) oleum ore continent, quod in fundo lucis & perſpicuitatis cauſa cũ flatu expuant, nemo his è ſpiritus lapſu cauſam dicere poteſt. Quam ob cauſam conſiderandũ tibi eſt num mare, quum ſit terreum & inæquale, propter denſitatem oleum extrudat & diſſipet: atque quum in ſeſe redit & concurrit, exigui meatus, qui intermedii relinquuntur, efficiant, vt & oculis lucida via & perſpicuitas tribuatur. An aer qui mari commiſcetur, propter caliditatem lucidus eſt, turbato autem illo & inæqualis & obſcurus euadit? Quum itaque oleum ſua denſitate inæqualia læuiget, rurſus ad æqualitatem & perſpicuitatem redit. C 1688

Retia piſcatorum hyeme magis quàm æſtate putrent. XIII.

QVare piſcatorum retia hyeme magis quàm æſtate putredinem ſentiunt, quum reliqua per æſtatem huic malo ſunt magis obnoxia? Vtrum (vt Theophraſtus cenſet) calor à frigore ſuppreſſus & ſubiectus introrſum arctatur & cogitur, & ob id quæ in ipſo maris fundo ſunt, non aliter ac in terra fieri ſolet, calidiora efficit? Hinc & fontana per hyemem tepidior plerunque: quinetiam lacus & flumina per idem temporis in frequentiores vapores ſoluũtur. Etenim in profundo concluſus eſt à vincente ſuperantéque frigiditate calor. An putrefactio quidem non ob id contingit, verùm quum aqua rigidior eſt, & in glaciem vi frigoris concreſcit, exſiccata retia à procellis magis atte- D

A runtur,quare corruptioni & putrefactioni propè æqualia patiuntur? Etenim vt arcuum nerui quũ acrius contenduntur,diſrumpuntur,ita & retia hyemis tempeſtate rigida,quum turbatius mare eſſe ſolet,plerunque magis laborant. Qua de cauſa & colorum tincturis illa condenſare conſtringeréque, veriti ſcilicet ne diſſoluantur,pergunt: quum tamen non ignorent,ad fallendos piſces multo,ſi neque tingãtur neque liniantur,eſſe magis accommodata: vtpote quũ aeris quen-
B dam colorem, & qui planè in mari fallere poſſit, linum repræſentet.

Cur pluuiæ fœno obſunt. XIIII.

QVare apud Dorienſes non cōmoda fœni ſolet eſſe conuectio? aut quã ob cauſam, quum pluuium eſt cælum, fœnum haud bene comportatur? Etenim quum adhuc vireſcit,neque ſiccatum eſt,meti ſolet:qua de cauſa, quum humectum euadit, computreſcit. At ſegetes ante meſſem quum pluuiis rigantur, non mediocrem aduerſus calidos auſtrinóſque flatus
C opem reperiunt: nam hoc modo fructus in ſpica iam conformatus conſtitutúſque, concreſcere & denſari non permittitur:verùm concretio illa explicatur, & à calore diſſoluitur, niſi,terra rigata, humiditas ſpicam frigidiorem aquoſiorémque reddat.

Triticum cur pingui,hordeum verò tenui agro gaudet. XV.

QVa de cauſa tritici ferax eſt pinguis & ſolidus ager, tenuior autem terra hordeum magis profert? An quòd ſemina illa quæ valentiora ſunt,alimẽ-
D to pluri & copioſiore egent, imbecilliora verò tenui leuiculóque contenti ſunt? Hordeum autem imbe-
1689 cillius rariúſque eſt tritico: qua de cauſa neque alimentum copioſum grauéque ſuſtinere poteſt. Hoc autem ita ſe habere teſtatur frumentum quod trimeſtre vulgo nuncupatur. Commodius enim in locis aliquantulum ſiccis ſeri, quippe quod ſit inſuauius, & tenuiore ac leuiore alimento egere, propter quod citius perficitur.

Triticum in luto, in puluere hordeum ſeri oportere. XVI. A

QVare triticum in luto, in puluere verò hordeum ſerendum eſſe aiunt? An quia illud alimento, vt paulo antè diximus, copioſiore plenioréque opus habet, hoc autem vbertatis & vliginis eſt impatiens? An quòd denſius lignoſiúſque triticum in locis humectioribus mollius laxiúſque redditum, ſpecioſius creſcit: hordeo verò quia rarius eſt, ager ſiccior accommodus & vtilis ab initio exiſtit? An quòd calor ad tempera- B mentum, ne quid noxiæ hordeum admittat, conſentiens faciat? etenim frigidius hoc eſt. An quia verentur, ne dum triticum in ſicco triturant, in id formicæ impreſſionem (*vt ſolent*) faciant: hordeum, quoniam grauius eſt & portatu difficilius, minus impetere ſolent?

Pili ex equorum caudis aptiores ad funiculos piſcatorios, quàm equarum. XVII.

QVare in funiculos piſcatorios (*ὁρμιὰς Græci vocant*) ſetas ex equorum quàm ex equarum caudis ma- C lunt? An propterea quòd fœminis mares, vt in reliquis omnibus corporis partibus, ita quoque in pilis firmiores multò ſunt? An quòd lotio frequenter rigatæ & conſperſæ, deteriores equarum ſetæ reddi exiſtimantur?

Loligo apparens & polypus, tempeſtatis indicium. XVIII.

QVare quum loligo apparet, magnæ tempeſtatis indicium eſt? An quia omnia mollia, propterea quòd carne nuda teneráque ſunt, vtpote neque teſta, D neque cute, neque ſquama veſtita (quicquid enim illis duri & oſſeum eſt, id totum intus habent: qua de cauſa & mollia nominari meruêre) rigoris perquam ſunt impatientia? At iſta quia faciliter à tempeſtate afficiuntur, citò illam venturam præſentiunt. Hac eadem de cauſa quum polypum in terram recurrere, & calculos flagellis comprehendere conſpexeris, ventorum, quanquam nondum flatum vllum animaduertere licet, ubi certum [illegible]t indicium. At loligo, quòd carnē

A habet in primis mollem & attritu facilẽ, propter frigus & maris conturbationes è fundo exilit.

Polypus cur colorem mutat. XIX.

QVare polypus colorem variat? An quòd (iuxta Theophraſti opinionem) animal eſt natura timi-
1690 dum? itaque quum perturbatur, commoto ſpiritu, colorem inſtar hominis commutare conſueuit? Hinc illud quod dici ſolet, profectum eſt,

Nanque mali color immutatur. An Theophraſtus ſatis quidem probabiliter quod ad mutationem
B attinet, explanauit: ad ſimilitudinis verò expreſſionem, nõ omnino ſatis? Etenim colorem mutat, ſed tamen in hunc modum, vt quibuſcũque ſe applicuerit petris, has colore imitetur. Ad quod videtur reſpexiſſe Pindarus, Marinæ (inquit) beluæ colori mentem in primis adaptans, omnibus ciuitatibus te accommoda. Et Theognis,

Sit tibi mens polypi, vario qui corpore petras,
Quas capit inter aquas, haſce colore refert.

Tali quoque ingenio præditos eſſe perhibẽt, qui ver-
C ſutia & calliditate facilè exuperant cæteros, quíque latendi & fugiendi artes non aliter ac polypus callent omnes. An quemadmodũ nos veſtitu quolibet vtimur, ita is colorem quem velit facilè induat? Vtrum verò timorem tanquam affectionis quidem principium rectè Theophraſtus coniectauit: quæ verò ad cauſam propriè ſpectant, in aliis inueſtiganda ſunt? Itaque ad Empedoclem animum conuertens, vide quæſo quid is dicat,

Noſcens defluxus rerum quæcunque creantur.

D Non enim ab inanimantibus duntaxat & plantis, nõ à terra maríque ſolùm, verumetiam à ſaxis, ab aere, à ferro continuò multa defluunt. Eius rei ſignum eſt quòd paulatim vitiantur pereúntque omnia: fluunt enim perpetuò & intereunt. At defluxionibus ipſis attractiones impreſſionéſque moliuntur, quum ii quidem harũ implicationes, alii ictus, alii verò impulſiones circunductionéſque ſubſtituunt. Maximè verò à petris littoralibus, quum à mari alluente rigantur la-

uantúrque, fruſta multa & fragmina exilia continuò A
defluunt, quæ aliis atque aliis coloribus inſignia, non
ad quodlibet corpus applicari poſſunt. Nã quæ meatibus
denſiora ſunt, propterea quòd recipi per illos
nequeunt, ab iis dilabuntur: quæ verò rariores eos habent,
illos ſanè ſubingrediũtur. Iam verò polypus carne
planè foraminoſa, meatibúſque pluribus diſtincta,
atque ob id defluxioni capax cõſpicitur: atque quum
timore percellitur, ſpiritu mutato fugiens, vbi applicuit 1691
alicubi corpus & coniunxit, defluxionibus quæ viciniores
fuerint, ad ſe receptis & attractis, his ſe planè B
tegit. Nam aſpretudo cum mollitie coniuncta, flagella
ad particulas quæ inferuntur extendit. Hinc quòd nõ
diſſipãtur hæ, ſed coaceruatæ ſimul in corporis ſuperficie
hærent, colorem proximæ cuiuſque rei repræſentant.
Clarum autem eius rei indicium eſt, quòd niſi in
timore, affectioni huic non eſt obnoxius polypus: neque
chamæleon etiam vnquam album colorem induit.
Quamobrem vterque illas tantùm defluxiones
admittit, quæ poris ſuis conuenientes & reſpondentes C
exiſtunt.

Aprorum lacryma dulcis, ceruorum ſalſa. XX.

QVam ob cauſam ſuum agreſtium lacryma dulcis, ceruorum autem & ſalſa & improba? Horũ certè cauſa eſt animantium iſtorum calor frigúſque. Etenim ceruus natura frigidus eſt: ex contrario aper animal eſt feruidum & æſtuoſum. Quam ob rem ille fugax eſt: ſus verò contra inſectantem ſe defendere non veretur, quo tempore, quia exardeſcit in furorem, lacrymam quoque fundit: nam plurimo calore ſurſum in oculos (vt dictum eſt) ſublato, D

Erigit & ſetas, & flammas lumine ſpargit.

& quod tum eliquatur, dulci reddi par eſt. Sunt quoque nonnulli, qui vt à lacte ſerum, ſic à ſanguine turbato lacrymas prolici putarũt: in qua ſententia & Empedoclem eſſe video. Quandoquidem ergo aprorum ſanguis & craſſus & ater, vi caloris, exiſtit, ceruinus verò tenuis & aquoſus: meritò id quod in furore & tre-

A pidatione alterutrius excidit, eiuſcemodi quoque habetur.

Sues villaticæ ſæpe, ſylueſtres rarò partunt. XXI.

CVr ſcrophæ, ſiue cicures & clementes porcæ, & ſæpius & aliis atque aliis anni partibus fœtæ ſint, quum ſues ferè omnes & ſemel tantùm quotannis, & propè circa idem tempus, nimirum quum æſtas appropinquat, pariant? quod & verſiculus iſte (qui vulgo dicitur) comprobat,

B *Amplius haud pluſ, vt fœtum ſus edit agreſtis.*

An ob cibi copiam? etenim ſatietatis comes Venus eſt: quoniam ex alimenti vbertate excrementum genitale & plantis & hominibus ſufficitur. At verò ſues, quæ manſuetæ non ſunt, non tantùm ſibi ipſæ victum cõparant, ſed timore occupati facere hoc coguntur: quũ interim ſcrophis, quæ domi aluntur, omnibus horis cibus, partim quem natura ſuppeditat, partim qui à ſubulcis apparatur, ſuppetat. An id in otii exercitiique

C rationem conferendum eſt? Nam illæ pigritia ſegnes,

1692 à ſubulcis non latè pabulandi cauſa vagantur: porrò hæ per montes & inuia errantes, quum perpetuò curſitant, quicquid excrementi è cibo reſtat, facilè diſcutiunt, & in corporis molem abſumunt. Quapropter aut quòd vnà ſemper verſentur, aut quòd nullum fiat excrementum, aut quòd ſimul & gregatim cum fœminis mares educentur, venereorum memoriam inuicem ſibi excitant, & appetitionem eliciunt, non aliter atque Empedocles in hominum genere id fieri ſolere

D aſſerit,

Hinc hominum generi ex aſpectu naſcitur ardor.

A feris autem, quia non gregatim, ſed ſparſim victum quæritant, quod amorem cõciliare ſolet, abeſt: & quia rarius commiſcentur, omnis appetitus veneris obtunditur extinguitúrque. An verum eſt quod Ariſtoteles ab Homero aprum χλούνην appellari cenſet, quòd altero teſtium careat? fieri enim ex attritione (paſſim enim ſe truncis arborum affricat) vti teſticuli eius collidantur.

Vrſi manus carnem cur dulciſsimam habeat. XXII. A

CVr vrſi manum dulciſſimam,& carnem illam eſui grauiſſimam eſſe perhibent? An propterea quòd corporis partes,quæcunque alimentum bene coquūt, carnē in primis ſuauem habent? At verò optimè concoquit,quod digerit commodè: digerit verò commodè,quod continuò agitatur exercitatúrque. Vrſus autem quum pedibus anterioribus nō incedat & currat duntaxat, verùm iis vt manibus in comprehendendo B vtatur,fit vt eam corporis partem plurimùm mouendo exerceat.

Vernum tempus indagini ferarum minus aptum. XXIII.

CVr veris tempeſtate difficulter feras indagare licet? Vtrum canes(vt ait Empedocles)

Naribus indagando ex corpore fruſta ferarum,

defluxiones quas in ſyluis paſſim feræ relinquunt, excipiant: has verò ſtirpium fruticúmque halitus, per ver frequentes,obſcurant confundúntque, ſupérque flo- C res diffuſi,inter ſe permixti,circumuolitant,canes impediūt quominus feras de odore deprehēdere poſſint, atque ita in errorem inducunt? Hac de cauſa circa Ætnam montē neminem in venationē incumbere perhibent:quia continuò iſtic prata colléſque,vt in viridario flores extrudunt:& odoris ſuauitas circunquaque ſe diffundens,halitum ferarū intercipit. Extat & fabula à Plutone Proſerpinam iſtic flores legentē raptam: 1693 quare præ loci (quem videlicet prædare & compilare ſit nefas) veneratione neminem iſtic animantia, quæ D ibi pabulantur,violare audere.

Plenilunium indagandis feris incommodum. XXIIII.

QVare circiter plenilunia ferarū veſtigia indagine perſequi haud facile eſt?An ob eā ipſam cauſam quam modò recenſuimus? etenim copioſiorē luna, quum plena eſt, rorem creat. Quamobrem Alcman rorem affatus, Iouis Lunæque filiam illam vocat, O Iouis & almæ Lunæ filia Ros paſcendo adſis.

A Etenim ros pluuia quædam eſt,ſed debilis & exigua:
quemadmodú quoq; lunæ calor imbecillus eſt.Quare
inſtar ſolis quidem illum de terra ſurſum trahit,verùm
1656 in altum rapere non ſatis validè poteſt,ſed vt demittat
rurſus oportet.

Ros hybernus,hoc eſt pruina,indagationem difficilem reddit. XXV.

CVr quum per frigora ros cadit, ferarum indagatio difficilis exiſtit? An propterea quòd quum nó
B longè à luſtris,frigoris vitandi cauſa, feræ abſcedunt,
rara de ſe indicia præbeant? Quamobrem plerique illas à proximis abſtinere locis aſſerunt,neq; in paſtum vaſtius excurrere,ne dum longius per hyemem errãt, in calamitatem aliquam grauioré incidant. An quòd indagantibus feras canibus, locorum veſtigia obſeruauiſſe ſatis non eſt:ſed & odorum habitus requiruntur? at hi niſi ſuauiter à moderato calore laxati ſolutique ſint,diſpergi nequeunt. Eoſdem autem frigus vehementius compingens,nec fluere, nec ad ſentiendi inſtrumenta ſurrepi patitur. Hac eadem de cauſa ne-
C que vnguenta neque vina per frigus & hyemem tam eſſe redolentia ferunt. Etenim aer frigore concretus, halitus eorum in ſeipſo claudit,& diſſipari prohibet.

Bruta,quum valetudine laborant,ſua quærunt remedia. XXVI.

CVr beſtiæ quum incommodis afficiuntur, facultates à quibus auxilium expectant,quærunt & explorant,quibus vſæ ſæpius leuantur & conualeſcunt? vt canes nauſea correpti, quum bilem per vomitum
D expellere conantur,gramen appetunt:ſues ad fluuiatiles cancros properant,quos vbi deuorauere, dolor capitis,quo torquebãtur,tollitur:teſtudo,guſtata vipera,origanum rodit:vrſus (vt aiunt) languidus formicas lambendo mandit,atque eo remedio malum abolet. Atqui hæc quidem neque experimentis neque caſu aliquo docti cognouere. An quemadmodum faui
1694 apes,cadauera vultures,quanuis remotos odore ad ſe
trahunt alliciúntque: ita quoque cancri ſues, origanú teſtudinem,vrſum formicæ, & conuenientibus quibuſdam

buſdam & natiuis odoribus fluxionibúſque trahunt: A
cogitatione autem quæ ſenſu vtilitatis ratione ſuſcipitur, non tanguntur? An quòd corporum temperamenta animantibus appetitiones afferant, vnde ægrotare contingit, dum varias & diuerſas acredines, dulcedines, aliáſque inſolentes & alienas, mutatis humoribus qualitates illis ingenerant? Perſpicuum id eſt in grauidis mulieribus, quæ & lapides & terram appetunt. Et medici qui paulo vrbaniores ſunt, ad eos qui faſtidio ciborum laborant, homines guloſos & corpore valentes adducere conſueuerunt. Traditum à Mneſitheo medico, eum qui ab initio inflammationis pulmonum cepas concupierat, ex morbo ſeruatum: qui verò ficus optabat, interiiſſe. propterea quòd appetitus ipſe temperamenta, temperaméta verò affectiones ſequantur. Idcirco veriſimile planè eſt, quotieſcunque ferè non in exitiales & extremos incurrunt morbos, eiuſcemodi affectione temperamentóque pollere, quibus ad ſalutaria appetitui ſibi conuenienti auxilia & ducantur & agantur.

B

C

Muſtum frigori expoſitum, dulce diu permanere. XXVII.

CVr muſtum, quum frigus dolia, quibus continetur, occupat, dulce diu permanet? An quia muſti concoctio in vinoſam qualitatem mutatio quædã eſt: frigus autem concoctionem, vtpote quæ à calido fit, prohibet? An è contrario naturalis & proprius vuæ ſuccus dulcis eſt? quamobrem quum dulcedinis particeps ſit, matureſcere dicitur. At frigus, quum difflationem intercipiat, calorémque qui in muſto eſt, conſeruet, muſti dulcedinem diſcuti non ſinit. Atque hæc quidem eadem eſt cauſa quòd quum per vindemiam pluit, muſtũ minus ferueat: feruor enim à calore procuratur, frigus autem vim caloris cogit, & vt ſe contrahat facit. D

Vrſus incidens in caſſes, eos minimè arrodit. XXVIII.

QVare præ reliquis feris vrſus minimè caſſes rodit, quũ & vulpes & lupi dentib⁹ eos lacerent?

A Vtrum quòd profundius dentes illi conſtituti, lina vix
queunt arripere? & labra quoque craſſa grandiáque
1695 obſtant quo minus dentib' ad ea pertingat. An quòd
manibus expeditior, diuellere potius plagas & diſrum
pere conatur? An quòd & manibus & ore ſimul vti-
tur, quum illis perrumpere lina, hoc verò ſe à venato-
ribus defendere contendit? Quum verò nulla ratione
ſe iuuari a corporis rotatione ſenſerit, mauult rumpen
dis retibus totus incumbere (ſic enim plerunque & ſe
euoluit & liberat) quàm dentibus vti.

B *Aquas frigidas miraculo non eſſe, ſed tan-*
tùm calidas. XXIX.

QVid eſt quam ob rem frigidæ aquæ nihil mira-
bile habent, calidæ autem habent? Perſpicuum
autem eſt, vt harum cauſa caliditas eſt, ita illarum fri-
giditatem eſſe. Non enim (vt quidam arbitrantur) illa
æſtus eſt, hæc verò caliditatis priuatio: quaſi illius quod
non ſit, cauſa eſſe quod exiſtit, videatur: ſed natura de-
mirationē iſtam raritati aſſignauit. Hinc quoque quæ
rarius fiunt, magis cognoſcere auemus,

C *Altum vides & infinitum hunc athera,*
Et quam tenet complexus vlnis humidis. Qualia
per noctem ſpectacula præbent, qualem interdiu pul-
chritudinem quam admiramur, dum naturam harum
inſpicimus, habent. Etenim & irides, & variæ nubium
picturæ, quæ bullarū inſtar, dum radiis nubes ſindun-
tur, ornatæ ſunt, per diem conſpiciuntur.

Vites laſciuientes præ pinguedine terræ
exareſcunt. XXX.

QVare vites quū nimia vbertate laſciuiunt, & mi-
D nus feraces ſunt, & aliquando exareſcunt? cuius
rei cauſam quidam in ſiderationis morbum referunt.
An hoc eo modo fit quo hirci quum pinguitudine ni-
mia grauantur, minus ſunt fœcundi, & ad ſaliendum
vix efficaces? Semen enim redundantia eſt alimenti e-
ius quod in corporis appoſitionem alioqui cedere de-
bebat. Itaque quum animal aut ſtirps cum corporis
bona habitudine pingueſcit & plena fit, indicium eſt,
quòd nutrimentum in ſe conſumat, neque ex eo quic-

quam omnino ſuperfluere : aut ſi quid redundat,id & A
exiguum & ignobile eſſe.

Vitis vino rigata areſcit. XXXI.

CVr vitis vino , quod tamen in primis ex ſe ortum ſibi familiare habet,rigata areſcit ? Vtrum quemadmodum in ebrioſis,calore vini humorem capitis diſcutiente,caluitium accedit ? An calidum natura putrefactionem molitur ? Nam,vt ait Empedocles,

Vinum eſt putreſcens ſub ligni cortice lympha.

Itaque quũ adfunditur extrinſecus plantæ , ignis vim B
in vitem exerit,& nutrientis humidi facultatem exurit omnem. 1696
An aſtringendi poteſtate præditum quum penetrarit ſe in radices , neque floridã,& quæ alioqui liberaliter creſcit,ſtirpem,aquam ingredi patiatur?An quòd id viti præter naturam ſit , vt quod ex ea manauerit,in ipſam rurſus recipiatur ? Nam humor qui in ſtirpe florenti exiſtit,alere quidem poteſt,verùm poſtea neque apponi,neque pars eius amplius fieri.

Palma vna arborum contra pondus aſſurgit. XXXII. C

CVr inter omnes arbores ſola palma contra impoſitum onus aſſurgit ? Vtrum quòd ignea & ſpirabilis facultas,qua maximè pollet,quum tentatur & irritatur,ſeſe exercens magis & magis erigit ? An quoniam pondus ramos ſubitò vrgens , aerem omnẽ qui in his eſt, oppreſſum cedere retrò cogat , qui deinde reſumptis paulo viribus,aduerſum onus acrius rurſus inſtat ? An molles & teneræ virgæ impetum non ſuſtinentes,quũ onus quieſcit,paulatim ſe erigunt,& ſpeciem,quaſi contra illud aſſurgant,præbent? D

Aqua de puteis hauſta minus alit quàm cæleſtis aut fontana. XXXII.

QVare aqua de puteis hauſta minus alit quàm quæ de fonte aut cælo manat ? An quia frigidior magis ſit, & parũ quoque aeris habeat ? An quòd ſalis multum immixtum ſibi de terra habeat:ſal autem maciem,ſiquid aliud facit ? An quòd pigra nec curſu exercitata,qualitatem aliquam malam acquirat , quæ ſtirpibꝰ & animantibus cõtraria in cauſa eſt, quòd nec

A bene concoquatur, nec nutrire quicquam poſſit? Hinc & ſtagnantes aquæ minus probè cẽſentur, quòd iniurias quas vel ab aeris mala qualitate, vel à terra accipiunt, digerere nequeant.

Zephyrus ventorum omnium celerrimus. XXXIIII.

CVr Zephyrus ventorum omnium celerrimus vulgo fertur? & Homerus,

Nos quoque cum Zephyri curramus flatibus vnà.

B An quòd aere perpurgato & minimè nebuloſo, flare ſoleat? Aeris enim denſitas & impuritas, ventorũ curſum non mediocriter impedit. An quòd ſol radiis ſuis flatum frigidum perſtringens, quò velocius feratur, autor eſt? Quicquid enim frigidi ventorum vi cõtrahitur, id à calore veluti hoſte ſuperatum, longius & citius propelli credendum eſt.

Apibus fumus inimicus. XXXV.

CVr apes fumũ ferre nequeunt? Quòd meatus ſpiritus vitalis ſanè quàm anguſtos habeãt? At is fu-
C mo interceptus & concluſus, angit, & propemodũ ad mortem apes adigit. An acredo amaritudóq; fumi in cauſa eſt? gaudent enim dulcib' apes, neq; alio nutrimento aluntur. Itaq; vt contrariã & noxiam rem propter amaritudinẽ fumum deteſtantur. Qua de cauſa mellarii quum fumũ abigendis apib' faciunt, amaras herbas, vt cicutam & centaurum, incendere ſolent.

Apes aculeo in mœchos ſæuiunt. XXXVI.

CVr apes citius pungunt qui ſtuprũ dudũ fecerunt? An quòd animal eſt munditiæ & elegantiæ perquã ſtudioſum, præterea olfactus ſenſu valet plurimũ?
D Quũ itaque impuri congreſſus, propter impudicitiam & immoderatã libidinem, ſoleant eſſe immundiores, & citius ab apibus deprehenduntur, & odiũ vehementius aduerſus illos concipiunt. Vnde apud Theocritũ iocoſè Venus ad Anchiſen à paſtore ablegatur, vti apum aculeis propter adulteriũ commiſſum pungatur.

--te confer ad Idam,
Confer ad Anchiſen, vbi quercus atque cypirus
Creſcit, apum ſtrepit atque domus melliflua bombis.

Et Pindarus, Paruula fauorum fabricatrix, quæ Rhœcum pupugiſti aculeo, domans illius perfidiam. A

Canes, relicto homine, lapidem inſectantur. XXXVII.

CVr canes, relicto homine qui iecit, lapidē morſu inſectantur? An quia neque cogitatione comprehendere quicquam, nec reminiſci (quibus ſolus homo virtutibus valet) poteſt? itaque quum mente non diſcernat à quo iniuria fuerit illata, id tantùm quod ob oculos minaciter verſatur, inimicū eſſe exiſtimat, déq; eo vindictā ſumere parat. An lapidē, dū per terrā mittitur, feram aliquā eſſe autumans, ꝓ ingenio hanc prius capere conatur, deinde quū viderit ſe opinione ſua fruſtrari, hominem rurſus inuadit? An quòd & id quod miſſum fuerit, & hominē ipſum æqualiter odit, & id quod proximius eſt inſectatur? B

Lupæ omnes certo anni tempore pariunt. XXXVIII.

CVr lupæ certo anni tempore omnes intra duodecim dies pariunt? Antipater in libro De animalibus, partum lupas proiicere aſſerit quū glandiferæ arbores florē abiiciunt, quo guſtato, vteri illarū reſerantur: quum eius copia non eſt, partū in ipſo corpore emori, nec in lucem venire poſſe: præterea regiones illas à lupis non vaſtari, quæ glandium quercuúmque feraces non ſunt. Quidam ad fabulam Latonæ referunt, quæ quū vterum ferret, nec vſpiam tuta præ Iunone eſſe poſſet, duodecim dieb' quibus in Delū proficiſcebatur, in lupum à Ioue mutata, vt deinceps omnes lupæ eo ipſo tēpore parere poſſint, impetrauit. C D

Aqua in ſuperficie alba, in fundo nigra. XXXIX.

CVr aqua inſumma parte alba, in fundo verò nigra ſpectatur? An quòd profunditas nigredinis mater eſt, vt quæ ſolis radios prius quàm ad eam deſcendant, obtundat & labefactet? Superficies autem, quoniam continuò à ſole afficitur, candorem luminis recipiat oportet. Quod ipſum & Empedocles approbat.

A

1656 PLVTARCHI COMmentarius De primo frigido,

ADRIANO TVRNEBO interprete.

B

1742 ENIMVERO eſt, Fauorine, quomodo caloris ignis,ita frigoris vis aliqua princeps atque materia, cuius præſentia & perceptione reliqua frigida fiant omnia:aut certè potius vt lucis tenebras aiunt,motus quietem,ita frigus quoque caloris priuatio fuerit:quum præſertim frigus quietum,calor mobilis eſſe videatur, & calidorum feruor nullius rei acceſſu,ſed caloris abſceſſu re-
C frigeſcat. Nam ſimulac magna vis eius exceſſit,corpꝰ ſtatim reliquũ refrigerari videtur. Vapor enim quem efferueſcentes remittunt aquæ, cum diſceſſu caloris emigrat: quo fit vt rei molem refrigeratio diminuat, vt quæ nullo ſuccedente calorẽ foras emittat. An verò
1743 hæc ratio primùm in ſuſpicionem ex eo venire poſſit, quòd poteſtates rerũ pleraſque illuſtres euertat, vt nõ iam qualitates aut habitus ſint,ſed habituũ atq; qualitatum priuationes cenſeantur,velut grauitas leuita-
D tis,duritia mollitudinis,nigrũ albi,dulce amari,atque ea denique omnia quæ ſuapte vi aduerſaria ſunt, non habitus & priuationis ritu? Denique quòd omnis priuatio ignaua ſit & otioſa, vt cæcitas, ſurditas, ſilentiũ, mors:quũ & formarum ſit à ſuo ſtatu dimotio & naturæ euerſio,nec ſit vlla per ſe natura. Atqui frigus corpora quibus inhæret,nõ minus quàm calor & immutare & afficere ſolet. Eius enim efficientia multa cõglaciant,multa rebus ipſis accumulata accreſcũt,multa denſantur: nec eius profectò ſtabilitas & pigritia iners cenſeri debet, ſed robore valens atque firma, in

quo momentũ atq; vigor inſit coercẽdi atq; cohibẽdi. A
Quocirca priuatio cõtrariæ poteſtatis defectio eſt &
receſſus:at permulta frigeſcunt,in quibus multũ calo-
ris eſt,& nõnulla ſi feruidiora frigus deprehendat,vl-
tro acrius conſtringit & vehementius cogit, vt ferrum
quod in lacu tingitur. Stoici quoque ſpiritũ dicunt in
corporibus infantium vndique frigefactũ velut aciem
concipere , ac mutatione quadam ex natura animum
fieri:id tamen controuerſum eſt. Sed quum multa alia
frigus moliri & efficere videatur , priuatio dici profe- B
ctò non debebit.Iam verò nulla priuatio neque accre-
tionis,neque diminutionis eſt particeps : nec certè di-
cas qui oculis ſint capti, ex iis alium alio magis eſſe cæ
cum:nec qui ſilent,ex iis alium alio minus loqui: nec
qui non viuunt, ex iis alium alio magis eſſe mortuum.
At in frigidis magis & minus , admodum & parum,
atque omnino intenſio & remiſſio longè & latè patẽt,
vt in calidis. Quocirca quum materiam nunc vehe-
menter,nunc modicè poteſtates aduerſariæ afficiant,
fit proinde vt ex ſe aliis alia vel calidiora , vel frigidio- C
ra reddat.Nam & habitus miſceri cum priuatione ne-
quit,neque vis vlla cõtrariæ priuationis inductionem 1744
& communionem patitur,ſed contrà inſurgit : eſt ta-
men quatenus calor cum frigore ſe miſceri ſuſtineat,
nigrum cum candido,graue cum acuto,dulce cum au
ſtero:quæ quidem iſta conſociatione & harmonia in-
finitos colores,ſonos,medicamenta,opſonia,mirabi-
li ſuauitate & iucunditate pariũt. Priuationis enim &
habitus repugnantia hoſtiliter infeſta eſt & implacabi-
liter diſſentit,quum vnius ortus alterius ſit interitus: D
at tempeſtiua contrariorum conflictione non ſolùm
artes multùm vtuntur, verumetiam natura,tum in re-
rum procreatione , tum in aeris mutatione , aliiſque
in rebus quarum deſcriptione & deſignatione deus
harmonicus & muſicus vocatur: non medius fidius
quia mutuò ſonos graues & acutos temperet, aut a-
tra & alba amica inter ſe conſuetudine deuinciat, ſed
quia in mundo caloris & frigoris fœdus & diſſidium,

A vt moderatè & concilientur & diſſideant,procuratio-
ne ſua vtriuſque exuperantiam coercens,in officio cõ-
tineat. Præterea frigus non ſecus atque calorem ſenſu
percipimus:priuatio autem neque aſpectabilis eſt, ne-
que tractabilis,neque auditu aut aliis ſenſibus cogno-
ſci poteſt. Alicuius enim rei ſenſus eſt:vbi autem nulla
apparet natura,intelligitur priuatio, quum ſit ipſa na-
turæ velut negantia,quemadmodum aſpectus cæcitas,
vocis ſilentium,corporis ſolitudo & inanitas. Neque
B enim inane ſub ſenſum tactus cadit,ſed vbi nullius cor
poris ſubeſt tractatio,inane cogitamus:neque ſilentiũ
audimus,ſed ſi nihil audiamus,ſilentium intelligimus:
eodem modo cæcos, nudos, inermes ſenſu non per-
cipimus,ſed ſenſus negatione intelligimus.Itaque ne-
ceſſariò nullus eſſet frigoris ſenſus,ſed frigus, ſi calo-
ris eſſet priuatio, eius demum abſentia intelligeretur:
nunc autem quum vt calor tepore carnis & ſecretio-
ne,ita frigus concretione & denſitate ſentiatur, per-
1745 ſpicuum profectò eſt quemadmodum caloris, ſic fri-
C goris etiam proprium & ſuum principium atque fon-
tem eſſe. Quid quòd ſingulis in formis priuatio ſingu
laris eſt & ſimplex? at in naturis numeroſas diſſimili-
tudines & poteſtates animaduertimus. Eſt enim ſilèn
tium vniuſmodi,vox autem varietate diſtincta eſt, vt
interdum ſenſum offendat,interdum ſuauitate perfun
dat:eaſdem in coloribus & figuris diſſimilitudines re-
perias,quibus variè quemlibet occurrentem afficiũt:
quòd autem intractabile eſt, quòd coloris & qualita-
tis penitus eſt expers, differentiam nullam habet, ſed
D ſemper ſimile eſt. Ecquid igitur iſtis priuantibus fri-
gus eſt ſimile,vt variè & diſſimiliter nunquam afficiat?
an contrà magnis voluptatibus & ſalutaribus corpora
permulcet,offenſionibus importunis, doloribus & a-
ſperitatibus lædit? quum interea non fugitet, nec ce-
dat ſemper calor: verùm ſæpenumero interceptus re-
pugnet atque dimicet, cui pugnæ horror & tremor
nomen eſt:ſed calore profligato rigor & torpor ſuc-
cedit,victor diffuſione ſuaui & tepore corpus liquefa-
cit:quod Homerus ἰαίνεσθαι vocauit. Atque iſta quidẽ

cuiuis perſpicua & plana ſunt:hiſque vel maximè affe- A
ctionibus declaratur frigus calori, vel vt naturam naturæ, vel vt affectionem affectioni aduerſari, non vt negationem & priuationem: nec frigus interitus profectò eſt caloris & labes, ſed tabifica quædam eius natura & poteſtas: vel hyemem ex anni temporibus, boream è ventorum numero tollamus, vt auſtri & æſtus priuationes, principióque carentes ſuo. Atqui quum quatuor prima ſint in vniuerſitate rerum corpora, quæ ex multitudine, ſimplicitate, efficacitate plurimi rerũ aliarum elementa & principia ponunt, ignis, aqua, B
aer, terra, totidem eſſe ſimplices & primas qualitates profectò eſt neceſſe. Quænam igitur aliæ tandem fuerint quàm calor, frigus, ſiccitas, humor, quarum ope elementa efficiunt atque patiuntur? Vt autem in literaturæ elementis breue & longum, in muſicæ graue 1746
& acutum, aliorum alia priuationes non ſunt: ſic in naturalibus corporibus elementi loco caloris cum frigore, humoris cum ſiccitate conflictio ſtatuenda eſt, vt & rationis & ſenſus fidem ſeruemus: aut (vt priſcus ille Anaximenes cenſebat) neque frigus in materia, neque C
calorem relinquemus, ſed functiones quaſdam & affectiones materiæ ex mutatione aduentitias & tumultuarias putabimus. Eius enim contractionem & denſitatem frigus, raritatem & laxitatem (χαλαρὸν ipſe dicit) calorem eſſe ait. Nec proinde abſurdè dici, hominem ex ore frigidum & calidum efflare. Ipſo enim labiorũ preſſu ſpiritus coactus frigeſcit, ſed ore laxo effluẽs, raritate liquidus incaleſcit. Hoc ergo hominis inſcitiæ & ignorationi tribuit Ariſtoteles. Nam laxato ore calidum ex nobis ipſis anhelari: quum labris contractis D
efflamus non aerem à nobis conceptum, ſed frigidum eum qui ori offuſus eſt protrudi & prius incurrere. Sed ſi qua frigoris & caloris materia relinquenda eſt, in ſequentia deinceps orationem prouehamus, vt quænam materia, principium, natura frigoris ſit, exquiramus. Quibus igitur placet ex triquetris inæquabilibus, figuriſque, quarum triangula ſit forma, in corpore hærentibus, rigorem, tremorem, horrorem, quæque iſtis

A affectionibus affinia ſunt, propter aſperitatem naſci,
etſi in ſingulis fortè peccant,vnde tamen oportet prin-
cipium arceſſunt. Debet enim, (vt ſic dixerim) tan-
quam à Veſta, ſic à totius rei natura conquiſitionis
initium proficiſci, qua potiſſimùm re à medico,agri-
cola, tibicine, differre philoſophus videtur. Illis e-
nim eſt ſatis poſtremas cauſas inſpicere. Nam ſi pro-
ximam affectionis cauſam peruidere poſſint,velut fe-
bris intenſionem,& interuentionem : rubiginis,quòd
B flagrantiſſimo ſolis æſtui imber ſucceſſerit: grauitatis,
1747 tibiarum inclinationem & inter ipſas adductionem,
abundè ſit artifici ad ſuum munus & opus: homini
autem rerum naturalium inueſtigatori, contempla-
tionis gratia veritatem conſectanti, nunquam vltimæ
cauſæ cognitio finis erit, ſed principium, velut ſuſci-
piendæ profectionis, ad primas & ſupremas cauſas.
Itaque rectè nec Platonis nec Democriti, quum qui-
dem cauſas caloris & frigoris inquirerent, nec in ter-
ra, nec in igne inſtitit oratio, ſed quum res ſub ſen-
C ſum ſubiectas ad principia quæ intelligentia compre-
henderentur referrent, ad minutiſſima vſque tan-
quam ſemina proceſſit. Veruntamen corpora iſta ſen
ſus mouentia, in quibus Empedocles,Strato & Stoici
poteſtatum naturas ponunt, antè oratione tanquam
impellere præſtiterit. Ac Stoici quidem aeri,Empedo-
cles & Strato humori primum frigus tribuunt: for-
taſſis etiam nòn deſit cui in terra primum frigus in-
eſſe videatur. Primùm tamen illorum ſententias vi-
deamus. Nam quum ignis calidus idem & lucidus ſit,
D nimirum contrariam ei naturam frigidam &tenebro-
ſam eſſe neceſſe eſt. Etenim vt ſplendori obſcuritas,
ſic calori frigus aduerſum eſt: quum præſertim quem-
admodum tenebræ oculorum aciem, ita quoque fri-
gus tāgendi ſenſum confundat:calor contrà tractantis
ſenſum diffundat, vt cernentis fulgor. Quod igitur in
rerum natura primò tenebroſum eſt, idem quoque
primò frigidum erit. Atqui ne poetas quidem latuit,
aerem primò tenebroſum & opacum eſſe, qui tene-
bras aerem appellant.

Obducebat enim naues denſiſsimus aer, A
Candida nec cælo fulgebat luna. rurſum,
Aera dimouit, nebulam & citò diſpulit atram,
Phœbus at illuxit, patuerúntque agmina tota.

Huc accedit quòd κνέφας aerem luce carentem vocant,
vt coniectura eſt, quia ſit κενὸν φάους: *(id eſt luce Vacet)*
& νέφος, glomeratus & denſatus aer, tanquam lucis ne-
gatione dicitur: appellatur item caligo & nebula: at-
que adeo quæcunque luminis perſpicientiam oculis
auferunt, aeris diſcrimina ſunt: quódque ex eo nec co-
lore imbuitur, nec oculis vſurpatur ἅδης & ἀχέρων no- B
minatur. Vt igitur diſcedente luce tenebroſus reddi- 1748
tur aer, ita calore etiam migrante ſupereſt frigidus
aer, nec aliud quicquam. Proinde ex frigore tartarus
appellatus eſt: quod Heſiodus ita declarat, *Tartaron
aerium:* & *Verbum adeo Græcum* ταρταρίζειν, quod
eſt Algentem quaſſati & contremiſcere. Iſta igitur hâc
ferè rationem habent. Sed quoniam interitus omnis,
rerum eſt intereuntium in contrarium viciſſitudo, vi-
deamus ecquid rectè dictum ſit, ignis obitum aeris
ortum eſſe. Nam ignis vt animâtes, vel vi extinctus vel C
ſua tabe confectus interit: ſed extinctio manifeſtiorem
vtique eius in aerem mutationem exhibet: quippe quũ
fumus aeris ſpecies quædam ſit, & ille etiam apud Pin-
darũ aeris nidor recalcitrãs fumo. Sed & paſtus inopia
tabeſcente & emoriẽte flamma videas, verbi gratia, in
lucernis ſummum apicem in aerem atrum & caligino-
ſum effundi. Quinetiam ex eorũ corpore quibus poſt
lauationem & fomentum frigida offunditur, erũpens
halitus abũdè declarat calorem in aerẽ interire & mu-
tari, aerémq; igni ſuapte natura contrariũ eſſe: cui con- D
ſequens ſit, aerem primò tenebroſum & frigidum eſſe.
Ac certè quũ frigoris vis nulla ſit acrior & violẽtior in
corporib' quàm glacies, eſt illa quidem affectio aquæ,
ſed aeris tamen effectio. Humor enim ſuapte natura
liquefactus & dilapſus diffunditur, omni concretione
vacans & ſoliditate, ſed aeris frigore cõſtrictus rigeſcit
& cogitur. Quocirca illud celebratum eſt,

Auſter ſin boream exciuerit, illico ninget.

A Humor enim velut materia ab auſtro cumulatus,aeris borealis ſucceſſione conſtringitur & alligatur: quod quidem vel maximè perſpicuum eſt in niuibus,quæ ſimulac aerem tenuem & frigidum remiſerunt atque reſpirarunt, ſtatim fluunt. Ariſtoteles quoque plumbeas cotes prodit,admota duntaxat aqua, ipſo horrore & hyemis & frigoris tabefactas ſolui atque labi: aer autem corpora frigore compulſa (vt coniicere li-
1749 cet) frangit atque rumpit.Proinde hauſtus ex fonte hu-
B mor vehementiùs congelaſcit. Minus enim quod eſt, facilius victor aer in poteſtate habet. Quòd ſiquis frigidam, ex puteo perenni tractam, rurſus in puteum eatenus demittat, vt vas aquam ne tangat, ſed in aere pendeat, breui frigidior erit. Quo quidem perſpicuè declaratur principem frigoris cauſam non in aqua,ſed in aere verſari. Quinetiam fluuiorum ingentium nullus altè cõgelat.Nec enim totum flumen peruadit aer, ſed quæ ex cõtagione & propinquitate circũfundit frigore,ea gelu ſiſtit. Atque hac de cauſa barbari, proie-
C ctis vulpibus, amnes pedibus traiiciunt. nam ſi non craſſa,ſed tenuis ſit glacei cruſta, id aquæ ſubterfluentis ſtrepitus auguratæ reuertuntur. Nonnulli etiam piſcantur calida,glaciei aliquid ſoluentes & relaxãtes, piſcibus tum lineam appetentibus. Vſque adeo nihil in profundo flumina à frigore patiũtur: quum alioqui in ſummo tanta ſit immutatio ex glacie, vt quemadmodum narrant qui hoc tempore cum Cæſare ad Iſtrum hyemarunt aqua contracta in ſe atque compreſſa naues elidat.Enimuero & illud quod nobis vſu-
D uenire ſolet, idoneum huius rei teſtimonium fuerit. Nam poſt balnea & ſudationes vehementius perfrigeſcimus, quòd corpore remiſſo atque diffuſo multum cum aere frigoris recipimus:quod idem aquæ accidit. magis enim antè calefacta refrigeratur, vt quæ aeri magis tum obnoxia ſit: quum qui feruentes ſurſum exantlant aquas & ſublimes tollunt, haud alia ſanè de cauſa id faciant quàm vt aere multo admiſceantur. Eorum ratio,Fauorine, qui primam frigoris vim aeri attribuunt,huiuſmodi probabilitate nititur,ſed &

illorum diſputatio qui aquæ, ſimilia ſumit principia, A
præſertim quum Empedocles dicat,

Lucentem aſpicito ſolem penitúſque calentem: 1750
Aſt imbrem tenebris fœdum penitúſque rigentem.

Nam calidi cum frigido, & lucidi cum atro cõuentione occaſionem ratiocinandi præbuit eiuſdem eſſe naturæ frigidum & atrum, vt eiuſdem lucidũ & calidum. Quod autem humor, (non aer) ſit niger, ſenſus adſtipulatur, quum ab aere nihil propè infuſcetur, ab aqua omnia. Nam ſi vel lanam vel veſtem candidiſſimam in aquam miſeris, nigreſcet, dũ humorem calor areſecerit, aut eum preli tormentum aut pondus expreſſerit: B
& terræ aqua conſperſæ qui locus ſtillis contactus eſt nigricat, reliqua ſimilia manent. Igitur humor quâ altiſſimus cunque eſt, ex copia opaciſſimus videtur: quâ autem aer vicinus eſt, colluſtratur & tanquam ridet. Sed ex aliis humoribus oleũ pellucet maximè, vt multo infectum aere: indicio eſt leuitas, qua omnibus ab aere ſubleuatum innatat: tranquillitatem quoque in mari facit fluctibus inſperſum, non quia per lubricam eius læuitatem ventus labatur, vt Ariſtoteles credit: ſed C
quòd omni humore verberatus fluctus diſcutiatur. Proprium autem illud olei eſt, quòd lucem & claritatem in gurgitibus facit, diſpulſo per aerem humore: nec iis ſolùm qui in ſumma pernoctant aqua, ſed vrinantibus etiam in profundo ſpongiatoribus efflatum ore in mari lumen præbet. Nigrum igitur non magis aerem attingit quàm aquam: frigidum verò multo minus. Itaque oleum vt omnium liquorum aerium maximè eſt, ita minimè frigidum eſt, mollitérque congelaſcit. Nam aer, quo admixtum eſt, concretionem du- D
reſcere non ſinit. Acus verò ferreáſque fibulas & reliqua opera non aquæ, ſed oleo intingunt, ſummum aquæ horrorem metuentes, quo torquentur. His enim 1751
notis verum exquiri præſtiterit quàm colorũ indiciis: præſertim quum grando, nix, glacies & candidiſſimæ ſint & frigidiſſimæ: pix contrà melle ſit & calidior & nigrior. Verumtamen mirari ſubit eos qui aerem ex opacitate frigidum eſſe cenſent, non videre alios ex le-

A uitate frigidum eſſe contendere. Non enim frigori tenebræ ita familiares & cognatæ ſunt, vt grauitas & ſtabilitas. Nam multas reperias naturas caloris illas quidem expertes, ſplendoris tamen participes: ex frigidis nihil leue, nihil mobile, nihil quod ſublimè feratur. Adeo vt nubes quandiu ad animalem ſpirabilémq; naturam pertinent ſupera capeſſant, in humorem mutatæ ſtatim in pronum labantur, & inceſſente frigore non minus leuitatem quàm calorem deponant: calore contrà ſubeunte, momenta viciſſim conuertant, vt, ſi-
B mulac in aerem mutatæ ſint, ſurſum ferātur. Nec profectò, quod de interitu afferunt, verum eſt. Non enim quod perit, in contrarium, ſed à contrario interit, velut ignis ab aqua in aerem: vt Æſchylus, etſi tragicè, verè tamen dixerit, Vndam ignis pœnā ſiſtito. Rectè etiam Homerus qui fluuio Vulcanum, Neptuno Apollinem naturaliter magis quàm fabuloſè in dimicatione oppoſuerit. Nec Archilochus certè de ea cuius contraria voluntas erat malè,

Vndam(inquit)*doloſa gerebat altera manū*

C *Flammam altera.*— atque etiam apud Perſas genus erat ſupplicandi ſine omni recuſatione multo maximum, ſi ſupplices igne ſumpto in fluuium deſcenderent, ac minarentur, niſi impetrarent, ignem ſe in aquam miſſuros. Nam optata obtinebant, quibus potiti ob denuntiationem legi & naturæ repugnantem plectebantur. Ac illud quidē quod omnibus in ore promptum eſt, ignem aquæ miſcere, prouerbio iactatum de
1752 eo quod fieri non poteſt, ſignificare quoque videtur igni aquam inimicam & infeſtam eſſe, ignémque ab a-
D qua deleri & extingui, non ab aere, qui mutati materiam recipit. Si enim id quò mutantur conſumpta, contrarium eſt, profectò non aeri potius ignis, quàm humor aduerſarius erit. Nam concretus, in aquam mutatur, in ignem diffuſus: vt item liquor ſecretione in aerem interit, concretione in terram: cuius (vt opinor) rei cauſa eſt vtriuſque affinitas & cognatio, non infeſta inimicáque contentio. Illi autem vtruncunque dixerint, argumentum ſuum labefactabunt. Verunta-

men humorem iactare ab aere durari, cuius tandem A
eſt prudentiæ, quum aerem nunquam gelu adſtrictum
fixúmque cernamus? Nubes enim, caligo, nebula, con-
gelatio non eſt, ſed concretio quædam & craſſitudo
aeris vdi & vapore redundantis: nec aer, qui aridus &
ſiccus ſit, ad eam vſque mutationem refrixerit: præ-
ſertim quum montes nonnulli ſint innubili, non ro-
ſcidi, caligine nulla obſeſſi, ſuis iugis in aerem liqui-
dum & humore vacuum euecti. Quo quidem vel ma-
ximè perſpicuum eſt, imam iſtam cæli huius pinguis
& concreti craſſitudinem, humoris & frigoris ad- B
mixtione, aeri contingere. Ima porro magnorum flu-
minum meritò non congelant. Nam ſupera exhala-
tionem gelu adſtricta non tranſmittunt, quæ incluſa
& recidiua humorem in fundo calore afficit. Cuius rei
certa hæc fides ſit, quòd vbi glacies regelauit ſolutá-
que eſt, ex humore magna vis vaporis effertur: pro-
inde animantium corpora hyeme calidiora ſunt, quòd
calorem ab externo frigore intro compulſum arceant
& cohibeant. Iam verò quum ſurſum exantlantur C
ſurſúmque tolluntur aquæ, non ſolùm ea res calo-
rem, ſed frigus etiam attenuat. Itaque quibus valdè
frigida eſt opus, ii niues & ab illis compreſſam aquam
quàm minimum commouent: quod vtrunque motus
exturbet. Verùm quod non aeri, ſed aquæ vis iſta fri-
goris tribuenda ſit, ſic de integro quis confirmaue-
rit. Principio veriſimile non eſt aerem in illa vicini- 1753
tate ardoris, & contagione flammeæ conuerſionis,
vi contraria præditum eſſe: nec alioqui fieri poteſt,
quum eius oram & determinationem attingat: nec D
certè probabile eſt naturam conſumptori & confe-
ctori deinceps quod conficeret appoſuiſſe: perinde ac
ſi non ſocietatis nec conuenientiæ, ſed belli ac dimi-
cationis eſſet effectrix. Nec verò iis quæ vel intempe-
ranter, vel cõtumaciter inter ſe affecta ſunt, vtitur: ſed
quendã collocationis ſitum & ordinem, non interitus
autorem, ſed quodam fœdere, ſocietatis conciliato-
rem & adiutorem in medio tãquam nexũ interponit.
Quam regionẽ obtinuit aer igni ſuffuſus ante aquam:

A qui & vtrique porrò tradit, & vtrunque copulat, vt qui
neque calidus ſit, neque frigidus, ſed caloris & frigoris
medium quoddam temperamentum & communio,
quæ in eo miſcentur inoffenſa temperatione molliter
immittēte & receptante aduerſarias extremitates. De-
inde vbique terrarum æqualis eſt aer, non tamen v-
bique pariter hyemat, nec ſimiliter frigus infeſtat. Sed
in orbe terrarū nonnulla algida & humida ſunt, non-
nulla torrida & exſiccata: nec tamen fortuitò, ſed quòd
eadem ſit frigoris & humoris natura. Nam Libyæ ple-
B raque æſtuoſa ſunt & ſiticuloſa: Scythiam, Thraciam,
Pontum qui peragrarūt, magnas habere paludes nar-
rant, profundiſque & frequentibus amnibus perflui.
Quin & in mediterraneis ſi qua vel lacuſtria ſunt, vel
paludibus adiacent, propter expirationes humoris ve-
hementer inhorreſcunt. Poſidonius autem quum cau-
ſam frigoris eſſe ait, quòd aer ille lacuſtris & humidus
recens ſit, argumentum credibile non diluit, ſed cre-
dibilius reddit. Non enim aer vt quiſque recētiſſimus
eſſet, ita frigidiſſimus videretur, niſi ab humore frigus
C naſceretur. Melius igitur Homerus, *Algidus è fluuio
flatus* dixit, velut ad fontem frigoris digitū intendens.
Quocirca nos ſæpenumero ſenſus fallit, quum aut ve-
1754 ſtes aut lanas frigidas tractantes, humidas ſentire vi-
demur: nimirum quòd vtriuſque qualitatis natura ſit
communis, eáque propinqua pérque familiaris. Acce-
dit quòd in illis cæli inclinationibus, in quibus hyems
eſt ſæuior, multa frigus ahena & fictilia rumpit, non
inania, ſed plena omnia, frigore humoris impreſſio-
nem faciente. Quanquam Theophraſtus ait, ab aere
vaſa rumpi, qui humore tanquam ſole vtatur. Sed vide
ne iſtud amœniùs quàm veriùs dictum ſit. Hac enim
ratione oporteret vaſa picis vel lactis rumpi potius ab
aere. Sed profectò aqua ſuapte natura & primo frigi-
da videtur eſſe. Nam frigore ignis feruori aduerſaria
eſt, vt humore ſiccitati, grauitate leuitati, atque omni-
no dirimit ac diſſipat ignis, aqua glutinat & copulat,
vt quæ humore ſuo contineat & coagmentet. Ex quo
etiam ſuſpicionem Empedocles attulit, quaſi ignem
exitioſam

exitioſam contentionem, humorem amicitiam tenacem ſubinde vocet. Nam ignis pabulum eſt, quod in ignem commutatur: commutatur autem quod familiaritatem & cognationem habet: at contrarium, vt aqua, vix commutabile eſt, quæ nec ipſa deflagrare poteſt, & materiam omnem, herbam viridem, ligna madentia ad vrendum difficilia reddit igni, flammámque propter viriditatem atram & malignam, frigore ſuo cum calore vt hoſte pugnans, effert. Hæc igitur argumenta conſiderato, & cum ſuperioribus comparato. A
Sed quoniam Chryſippus quum exiſtimaret in aere primum frigus propter tenebras ineſſe, eorum duntaxat meminit, qui aquam ab ardore maiore dicerent interuallo diſtare, quàm aerem: & quum in eos aliquid afferre vellet, hanc rationem vt improbam & abſurdam aſpernatus, Iſto (inquit) modo in terra primũ frigus eſſe dicere liceret, quòd ab ardore longius diſiuncta ſit: equidem declaraturum eſſe me confido, ne terram quidem probabilibus argumentis eſſe deſtitutam, ab eóque potiſſimùm ordiar, quo Chryſippus vel maximè, vt aeri frigus afferat, vtitur. Quid autem iſtud eſt? nempe quòd primò tenebroſus ſit. Nam ſi duarum poteſtatum oppoſitione ſumpta alteram alteri conſequentem neceſſariò arbitratur, ſexcétæ profectò ſunt ardoris & terræ repugnantiæ & diſſenſiones, quibus & hanc æquè conſequentem quidni quis opinetur? Nec enim ſolùm vt grauis leui, nec vt prona ſupino, nec vt denſa raro, nec vt tarda & ſtabilis veloci & mobili contraria eſt, ſed vt grauiſſima leuiſſimo, vt denſiſſima rariſſimo, poſtremò vt ſuapte natura immobilis ſuopte impulſu mobili, vt in media ſede librata, ſemper in orbem circúmque volubili. Non igitur abſurdum fuerit, tot tantíſque oppoſitionibus caloris & frigoris contentionem eſſe conſequentem. Atenim non vt ignis clarus eſt, item terra tenebroſa, imò verò omnium & tenebroſiſſima eſt & opaciſſima. Primus enim aer lucis eſt particeps, celerriméque mutatur, & oppletus claritatem, cui ſeſe præbet, quoquouerſum tribuit. Nam ſol (vt dithyrambicus quidam poeta B 1755 C D

A inquit)exortus ſtatim aerium iſtud vaſtúmque vento-
rum domicilium lumine conſerit: deinde ex eo palu-
dibus & maris æquoribus lucis partem deſcendens
largitur, & vada fluminum renident pro eo quantum
ad ipſa aeris penetrat. Sola corporum tellus nec col-
luſtratur, nec plagam accipit vllam ab eo quod ſolis
& lunæ radiis illuminat. Ab illis tamen fouetur & in-
tepeſcit, quanquam calore non longè ſubeunte: lu-
cem nullo modo præ ſoliditate tranſmittit, ſed ſum-
ma duntaxat terræ ſola illuminantur: interiora, cali-
B go,chaos,orcus,nominantur.Ac profectò Erebus ille
terrenarum eſt tenebrarum obſcuritas. Quid quòd
poetæ noctem è terra natam fabulantur: mathematici
vmbram terræ argumentantur officientis ſoli? Aer
enim à terra tenebris offunditur, vt à ſole luce com-
pletur, eiúſque quà patet opacitas, ea noctis eſt ma-
1756 gnitudo,quantum vmbra terræ occupat. Proinde ex-
terno aere homines etiam noctu & beſtiæ vtuntur,
quum per tenebras pleræque paſtus capeſſant, quòd
aliqua etiam tum lucis veſtigia & claritatis inſperſos
C lapſus habeat: domeſticus contrà tectíſque clauſus,
quòd eum vndique terra complectitur,mirum in mo-
dum cæcus & opacus eſt. Atque etiam pelles & cor-
nua animântium incolumi integritate ob ſoliditatem
non pellucent,ſecta vel raſa aeris admixtione pelluci-
da redduntur. Equidem arbitror etiam à poetis vulgò
atram vocari noctem ob tenebras &lucis vacuitatem:
vt præclara illa tantíque æſtimata tenebrarum cum
claritate contentio, terræ potius quàm aeris cenſenda
ſit: ſed tamen ab eo de quo agitur remota eſt, præſer-
D tim quum & in lucidis frigida multa, & in obſcuris &
tenebricoſis calida oſtendantur. Illæ magis affines
ſunt frigoris poteſtates, firmitas, ſtabilitas, denſitas,
immutabilitas: quarum ne vnam quidem in aere, in
terra magis omnes certè quàm in aqua reperias.Quin
etiam frigidum quod eſt, imprimis ſenſu durum eſſe
conſtat,durare,& rigidũ eſſe.Piſces enim tradit Theo-
phraſtus aeris horrore rigentes ſi in terram dimittan-
tur, vitri aut fictilium ritu frâgi atque comminui. Sed

& Delphis ipſe quoque audiebas eorum qui in Parna- A
ſum aſcenderant, vt bacchis procellæ ſæuitia & niuis
aſperitate intercluſis opem ferrent, ita ex gelu pallia
obduruiſſe & tanquam in lignum obriguiſſe, vt di-
ſtenſa fatiſcerent & rumperentur. Præterea neruos in-
flexibiles, linguam mutam, immobilitate ſua & duri-
tia frigus immane reddit, quicquid in corpore humi-
dum eſt & molle intemperanter adſtringens: quæ
quũ cernamus, ſic mihi deinceps quod efficitur vide.
Vis omnis, quæ quidem ſuperat, quod ſuperatur in
ſuam naturam commutare & conuertere ſolet. Nam B
quod à calore ſuperatur, igneſcit: quod ab aere, in fla-
bilem euaneſcit naturam: quod in aquam incidit, niſi 1757
effugiat, pariter diffuſum in liquorem diluitur: proin-
de neceſſe quæ vehementer refrigeſcant in id quod
primo frigidum eſt mutari. At refrigerationis exupe-
rantia glacies eſt: glacies autem in commutationem
naturæ ſaxeúmq; rigorem definit, quum, frigore pe-
nitus dominãte, expreſſo calore cõglaciat humor. Er-
go demerſa in profundo terra, eſt propemodũ gelida
quædam cõcretio & glacies. Nam immoderatũ frigus C
in nullam ſe relaxãs mollitiem, procul ab ardore illuc
detruſum nidulatur. Hæc tamen quæ in aperto ſunt
præcipitia, ſcopulos, rupes, Empedocles ab igne in vi-
ſceribus terræ deliteſcẽte & exæſtuãte ſolida attolli, &
ſuſtentata exaggerari putat: quũ potius appareat quo-
rũ calor expreſſus euolarit, ea prorſus omnia à frigore
cõcreſcere, ex quo etiam πάγοι Græcè vocãtur: & mul-
torum ſumma, quá calor euaſerit, ambuſtis ſimilia vi-
dẽtur. Quædam enim magis, quædã minus, frigus ad-
ſtringit: ſed omniũ tamẽ maximè quibus primũ inhæ- D
ret. Vt enĩ ſi caloris eſt alleuare, vt quicque calidiſſimũ
erit, ita leuiſſimum reperietur: ſi humoris mollire, vt
quicque humidiſſimũ ita molliſſimũ erit: eodem mo-
do, ſi frigoris eſt adſtringere frigidiſſimum quicque,
concretiſſimum erit, cuiuſmodi terra eſt. Quod autem
frigidiſſimum eſt, idem natura & primò quoque fri-
gidum: ex quo efficitur & natura & primò frigidam
eſſe terram. Quod quidem vel ſenſu denique percipi

A poteſt. Lutum enim frigidius eſt aqua, & ignem ingerenda terra extinguimus: ſed & fabri ferrarii candenti liqueſcentíque ferro marmor aut lapidum decuſſa cæmenta inſpergentes, immodicam fuſionem prohibent & refrigerant: puluis etiam athletarum corpora refrigerat,& ſudorem extinguit. Quid porro ſibi vult illa conſuetudo & vſus, qui quotannis nos domicilii commutatione traducit, quum hyeme procul à terra in ſublimes cœnationes fugiamus: contrà,æſtate imis

1758 hæreamus, ſubeamus atque ſectemur perſugiorum

B commoditates,vitámque noſtram libenter in ipſis velut telluris vlnis deponamus? An non iſtud facimus, ipſo frigoris ſenſu nos ad terram deducente, & quod primum natura frigidum eſt indicante? Itaque quum in maritimis hybernamus, terram quodammodo fugimus, & quantum poſſumus ob rigorem eam relinquimus, aerem verò maritimum & pelagium, qui calidus eſt, nobis circundamus: rurſum æſtate terrigenam & mediterraneum,propter æſtum expetimus:nō quia frigidus ipſe ſit, ſed quia ex eo naſcatur, quod &

C natura & primò frigidum ſit,& vi terræ vt ferrum tinctura imbutus ſit. Nam & profluentium aquarum frigidiſſimæ ſunt quæ ex ſaxoſis montoſiſque manant,vt putealium altiſſimæ. His enim in depreſſa altitudine externus iam nō miſcetur aer:illæ per ſynceram & puram terram delabuntur,velut ad Tænarum,quam appellant Stygis aquam,de ſaxo exiliter ſcatentem,cuius rigor tantus eſt vt alio vaſe nullo,ſed aſinina duntaxat vngula contineatur, cætera frāgat atque rumpat. Iam verò à medicis accepimus omne terræ genus adſtringendo & frigefaciendo eſſe, multáq; è metallicis nu-

D merant quæ conſtringendi ipſis & cohibendi vim in medicamentis ſuppeditant. Neque enim eius elementum vel ad incidendum idoneum eſt, vel ad mobilitatem aptum:non ſubtilitatem,non acumen habet,non molle eſt,non facilè circunfunditur: ſed ſtabile eſt,vt teſſera ſuóque nixu ſe continet. Itaque & pondus habet,& frigus,ſiquidem vis eius eſt denſandis,compellendis,extrudendis humoribus,in corporibus ob inæ-

qualitatem, horrorem & tremorem generat: quòd ſi A
vincat, calore penitus fugato aut extinćto, moribundum congelantis corporis habitum deſtituit. Quo fit vt nullo modo vratur terra, vel malignè víxque ignem concipiat. Aer enim ex ſe perſæpe flammam emittit, incenſúſque fluit, & coruſcat: verùm humoris pabulo calor vtitur. Non enim ſoliditas, ſed humor ligni exu- 1759
ritur, quo exſiccato quicquid ſolidum & aridum erat, cineſactum relinquitur. Qui autem oſtendere conantur id mutari & conſumi, adipe & oleo ſæpius inungentes & ſubigentes, nihil proficiunt: verùm eo quod B
adipale eſt exuſto, terrenum illud omnino ſuperat, & extat. Proinde eam non ſolùm à loci mutatione immobilem, ſed natura etiam immutabilem, & verò nonnunquam in deorum domicilio manentem, priſci *ἑστίαν, id eſt Veſtam*, appellauerunt, ex ſtatu & concretione, cuius (vt Archelaus phyſicus ait) frigus eſt vinculum: quum eam nihil relaxet & emolliat, vel æſtuantem, vel tepeſcentem. Verùm qui frigidum ſe ſpiritum ſentire & humorem, non item terram prædi- C
cant, proximam iſtam ſpectant quæ permixtione quadam & congerie aeris, humoris, caloris ſolis redundat: nec quicquam ab illis differunt, qui non ardorem natura & primò calidum eſſe dicunt, ſed efferuentem aquam candénſque ferrum, quibus appoſiti ſunt: quæque tractant: quum primum illum liquidum & cæleſtem ignem non contingant: quemadmodum nec hi terram in profundo demerſam, quæ vel maximè tellus intelligi debet, ab aliis ſegregata naturis. Cui' ſpecimen hic quoque ex ſaxis capi poteſt, ingentem ex D
alto rigorem & ægrè tolerabilem proferentibus. Quibus autem frigidiore potu eſt opus, ſilices in aquam mittunt. Propter enim lapidum frigus quod recens & purum effertur, aqua rigidior redditur, & veluti aciem ducit. Itaque priſcos ſapientes illos & eruditos viros terrena & cæleſtia omni inter ſe admixtione liberata poſuiſſe exiſtimandum eſt, non plagis, (tanquam in libra ſumma cum imis examinata conferrent) ſed poteſtatum diſſimilitudine, quum feruorem, lucem, ce-

A leritatem, leuitatem, immortalibus & ſempiternis corporibus attribuerent: tenebras contrà, frigus, tardita-
1760 tem mortuorum & inferorum infelicem aſſignationem pronuntiarent. Nam & animantis corpus quandiu ſpirat, & (vt poetæ loquuntur) viret, calore fruitur & vita: quibus ſimulac caruit, in reliqua terræ portione continuò dominatur frigus, vt in omni potius corpore quàm terreno calor natura cōſiſtere poſſit. Hæc, Fauorine, cum aliorum argumentis comparato: quæ ſi
B credibilitate magnopere nec cedunt, nec excellunt, opiniones valere ſinito, aſſenſionis retētionem in rebus obſcuris è philoſophiæ dignitate magis exiſtimās eſſe, quàm approbationem.

C

PLVTARCHI VTRA animantium plus rationis habeant, terreſtriáne an aquatica,

SIMONE GRYNÆO interprete.

AVTOBVLVS.

D TYRTÆVM rogatus Leonidas qualem putaret vatem, inquit, Ornādis iuuenum animis optimum, quoniam carminibus ille ſuis quendam non ſine mentis ardore, æſtúque gloriæ, iuuenibus vim inderet, omnis in bello periculi contemptricem. Vereor equidem, ne & venatus encomium heri dictū, cupidos nobis venandi iuuenes vehementer nimis impulerit, néve cætera ſuperuacua ac nihil eſſe quum ducant, ad hunc vnum ſolúmque modis omnibus delabantur: quandoquidem

ipſe quoque mihi videor, velut recuperata iuuenta, A
præter ætatem concitatior nunc eſſe, ac, quod Euripidis Phædra,

Maculoſis inſtans hinnulis,
Inhortari rabiem canum,

geſtire, adeò me crebris ac plauſibilibus argumentis vſa oratio cõmouit. SOCLARVS. Vera tu quidem Autobule dicis: nam & mihi viſa eſt illa dicendi vim haud obiter intendiſſe, quum ita iuuenibus præberet ſeſe, vt iis eſſet æquè florida & picturata: maximè verò iucunda mihi fuit, vbi monomachiam appoſuit. B
Quam quidem ob rem venatio haud minima laude 1767
digna videri poſſit, quòd quum, ſeu natura ſeu diſciplina ſic comparante, dimicationem hominum inter ſe, eámq; ferro maximè, ſpectare homines aueamus, id illa ſtudium huc auertens, ſpectaculum nullo ſcelere contaminatum exhibeat, arte ac confidentia ratione prædita, cum inſana feráq; vi & robore animalium in arenam deſcendente, ac illud Euripidis gloriante,

Anguſta eſt vis viri quidem,
Sed pectoris aſtutia C
Genus omne domat æquoris
Terræque, animis tam diſcolor.

AVTOB. Atqui hinc inuaſiſſe Soclare in hominum genus immanitatem feritatémque dicunt, guſtata cæde, vulnera & ſanguinem animalium, venando prædámque agendo haud ægrè ſpectare, ſed his mactandis necãdíſque gaudere ſuetam. Deinde, quemadmodum Athenis triginta tyranni ſycophantam primum, merito (vt fertur) ſupplicio, ſecundum item, & ſimiliter tertium affecerunt, hinc autem paulatim progreſſi e- D
tiam in bonos inuaſerunt, poſtremùm ne ab optimis quidem abſtinuerunt ciuibus: ſic qui lupum vrſúmve primus ſuſtulit, fortiter feciſſe putatus eſt. Bos etiam & ſus, quia guſtaſſe fortè propoſita ſacra inſimularentur, digni morte viſi ſunt. Hinc iam cerui, lepores, damæq; vorati, ad ouiũ canúmq;, ſæpe etiã equorũ lanienã inuitarunt. Anſerem verò cicurem, & columbam, domeſticã (inquã) illã famulam, quã Sophocles appellat,

A non quo modo feles aut muſtelæ cibi inediæve cauſa,
ſed luxus & cupedinãdi gratia, qui diſcerpſere conci-
deréq; primi,quicquid inditum natura ſanguinarium
ferúmque homini fuit,vt confirmarunt,& ad omnem
miſericordiæ ſenſum inflexibile reddiderunt,ſic obli-
terauere naturæ hominum omni ferè ex parte man-
ſuetudinem:quemadmodum cõtrà illam in abſtinen-
da ferarum cæde clementiam,Pythagorici humanita-
tis & ad miſericordiam propenſionis exercitiũ fecere.
Vehemens enim res conſuetudo, affectibus paulatim
B inſitis, longius prouehere homines poteſt. Sed iſtuc
haud video, quónam pacto orationem ingreſſi, non
cohærere aduerterimus, neque cum heſterna, ne-
1768 que cum habenda hodie diſputatione. Heri ſiquidem,
(vt noſti) animalia omnia mente rationéque quali-
tercunque prædita eſſe, nec à Muſis abhorrentem,
nec iniucundam de marinarum terreſtriúmque fera-
rum intelligentia, iuuenibus iſtis velitationem exhi-
buimus, hodie (ni fallor) dirimendam, ſi modò pro-
uocationibus iſtis promiſsíſque Phædimus & Ariſto-
C timus ſtant, quorum hic quidem terræ,ceu longè ſu-
periora prouidentia animalia gignentis, cauſam ſo-
ciis hortantibus defendẽdam ſuſcepit, ille verò maris.
SOCLARVS. Stant Autobule, ac præſtò ſunt,vt
vnquam antea: inſtructos ſub auroram vidi. Verùm
(ſi iubet)ante cõgreſſum quæcũque generis cum diſ-
putatione heſterna eiuſdem heri dicta oportuit, ſed
quòd vel tempus non ferret,vel vt in vino & inter po-
cula non ſatis excuſſa fuere, repetamus. Nam iſtuc è
porticu(ni fallor)nõ abſque forenſi calore reſonabat,
D immortali mortale, immarceſſibili marceſſibile, in-
corporeo corporeũ,ex aduerſo natura poſitum: cuius
generis rationale quoq; quũ ſit,ei identidem ex aduer-
ſo irrationale collocatum eſſe, & exiſtere, nec inter
iugationes tot hanc vnam mutilam imperfectámque
relinqui. AVTOBVLVS. Quis iſtuc verò, ami-
ce Soclare,concedi ſibi poſtulet,ratione quidem præ-
ditum in rebus eſſe,ſed eadem vacans non eſſe, vt ſta-
tuat?Eſt equidẽ,adeóq; in omnibus animæ expertibus

multum & copioſum, nec opus eſt alio quod quidem A
rationali opponatur: quoniam omne protinus inani-
me, nempe ratione mentéque carens & exanime, ei
quod animam & perinde mentem ac rationem habet,
ex aduerſo poſitum eſt. Siquis autem non mancã eſſe
naturam volens, nihilominus quod ſit imbutum ani-
ma, in ratione pollens & ratione vacans diuidat: erit
alius qui illam ipſam imbutã anima naturã, partim in
id quod phantaſticũ eſt, partim quod phantaſia caret:
item partim in id quod præditum ſenſu, partim quod B
ſenſu deſtitutum eſt partiatur, quò velut æquilibres cir
ca genus idem obiectáſque ſibi cum facultates tum pri
uationes natura habeat, æqualiter hinc inde propen-
dentes. Si verò abſurdè facit, qui quod ſit imbutum a-
nima, in id quod præditũ eſt ſenſu, quódque ſenſus
expers eſt, item in id quod phantaſia præditum, quód-
que expers eſt phantaſiæ diuidit, ceu omne imbutum
anima, protinus aut ſenſum aut phantaſiam habere na 1769
tum ſit: quanto iſtuc iniquius poſtulet, vt quicquid
imbutum anima eſt, in ratione pollens, & ratione de- C
ſtitutum tribuatur, apud eos præſertim homines qui
nihil habere ſenſum putant, quod nõ idem intelligen-
tiam habeat: nec animal eſſe vllum cui non opinio
quædam & ratiocinatio, ſic vt ſenſus, vt impetus, con-
genitæ natura ſient? Natura enim quam temere nihil,
aliquò omnia inſtituiſſe haud falſò dicunt, non quòd
nihil quàm ſenſu afficeretur, ſenſibus inſtruxit animal:
ſed quum amica ipſi dediſſet multa, multa abhorren-
tia, ſupereſſe verò ne momentũ quidem animans po-
ſſet, ni cauere hæc, illa ſeligere didiciſſet, vtriuſque rei D
cognitionem quidem cuique animaliũ ſuppeditat ſen-
ſus: illa verò quæ iam ſenſus ipſos conſequuntur, occu
pare & perſequi vtilia & amica, nocentia verò ac per-
nicioſa fugere & repellere, fruſtra prorſus exigas ab
iis quæ nec ratiocinari, nec iudicare, nec meminiſſe,
nec animum ad aliquam rem cogitandam intendere
queant. A quibuſcunque enim in vniuerſum vel expe-
ctationem, vel memoriam, vel voluntatem, vel ad rem
aliquam ſe comparandi vim & propoſitum, vel ſpem,

A vel metum,vel cupiditatem, vel deſiderium detrahas,
in iis nec oculorum,ſi habeant,vſus eſt quiſquam,nec
aurium:ac omni omnino ſenſu phantaſiáque vtilitatē
ſcilicet nullā habente,carere præſtaret quàm affici,do
lere,laborare,quum quo hæc incōmoda pellas ſit ni-
hil. Tametſi Stratonis phyſici liber eſt, in quo vir ille
monſtrat ne ipſum quidem omnino ſentire,citra mē-
tem fieri. Nam & ſcripta perſæpe, quanquam oculis
pererramus,& voces quanquam auribus inſonuerunt,
B fallunt,præterlabuntúrque,aliò mentem auerſos:quæ
mox vbi redit, præteruecta ſingula relegens percurrit
& inſequitur. Quare & dictum eſt,

Vna mens audit,mens videt,
Sunt ſurda,cæca,cætera: tanquam totum quod
oculis auribúſque fit,niſi præſtò mens eſt huc intenta,
ſenſus efficiendi vim nullam habeat. Itaque Cleome-
nes rex quum in conuiuio lepida quædam narratiun-
1770 cula collaudaretur,rogatus ecquid elegantem putaret,
Vos videritis(inquit) nam mihi animus nunc quidem
C in Peloponneſo eſt. Neceſſe igitur omnibus quibus
ſit ſenſus,etiam mentem obtingere, ſiquidem nulla re
quàm mente ſentimus. Eſto verò ſenſum ad ſuū qui-
dem opus(*id eſt ſentiendum*) mente nil indigere: quid
autem ſi qui animali nocentis amicíque diſcrimen in-
dicat quiſquis eſt ſenſus, abierit, quid ſupereſſe dice-
mus quòd meminerit,metuátve infeſta,aut commoda
expetat,aut quæ præſtò non ſunt, quomodo in pote-
ſtatem veniant,machinetur:quod item propugnacula,
latibula,& inſtrumenta capiendis animantibus accō-
D modata comparet: denique quod rationē ac viam ex-
cogitet qua impetum irruentis deuitare poſſit? Quæ
quum ineſſe animalibus ipſi quoq; fateantur, nunquā
deſinunt inſuper ſuis nobis in libris harum rerū etiam
diffinitiones obtrudere. Propoſitum(inquiunt)anno-
tatio quicquam perfungendi eſt:aggreſſio verò,cona-
tus ante conatum,apparatus,negotium ante negotiū:
memoria,pronuntiati comprehenſio præteriti, cuius
præſens ſit ſenſu conceptum. Quorum quū nihil non
rationis opus ſit,in omnibus inſuper animalib' omnia

viſuntur: qualia ſunt etiam quæ de intelligentiis & A
cogitationibus afferunt, quarum illas, reſides intus ſtatáſque, has verò mobiles notitias ipſi vocant. Affectus autem cuiuſque generis, quum in vniuerſum omnes, praua vt plurimum iudicia, prauas opiniones eſſe fateantur, mirum qui adeo ferarum ſtudia commotionéſque non agnoſcant, in quarum pleriſque cupiditas, pleriſque metus, ac profectò inuidia etiam & zelotypia percrebrò reperitur. Ipſi verò, ſeu canis deliquit, ſeu equus errauit, caſtigant nō fruſtra, ſed ad fru B
gem, dolore ſcilicet triſtitiam eam quam pœnitentiam vocamus, incutientes. Iam quum voluptatis eius quidem quæ auribus accipitur, delinitio nomē ſit, ſed quæ oculis, præſtigium: ad feras vtroque vulgò vtuntur. Nam & cerui & equi tibiis ac fiſtulis deliniūtur: paguri facula cauernulis vel inuiti euocantur: aloſam cantibus cieri, & ad plauſus emergere progredíque certum eſt: aſio coràm ſaltantum præſtigiis ludificata capitur, 1771
dum ipſa quoque rhythmi ſuauitatem effingere inſidiarum tuta, pari humerorū iactatione geſtit. Qui ve- C
rò his de rebus ſtupidius iudicant, & nec deliniri, nec iraſci, nec metuere, nec apparari luſciniam, verbi gratia, nec apem meminiſſe, ſed velut iraſci leonem, velut metuere ceruum dicunt, non video quid facturi ſint, ſiquis non videre etiam, non audire animalia, ſed tanquam videre, tanquam audire: nec vocem edere, ſed velut edere: ac iam prorſus nec viuere, ſed tanquam viuere contendat. Non magis enim hæc quàm illa, ſecus longè quàm res ipſa clamat, dicantur, vt ego quidem ſum perſuaſus. SOCL. Ac me quoque per- D
ſuaſum Autobule puta. Sed enim humanis moribus ritibúſque & negotiis tum etiam inſtitutis, animalium ſtudia iuxtà collocare, quum vehementer à dignitate generis hominum totius abhorreat, tum virtutis, quò deſtinata ratio eſt, argumentum nullum, nullos progreſſus, nullam denique affectionē in his ipſis animalibus obtineat, dubito quî contulerit eis natura principium, ad cuius peruenire finem non poſſunt. AVTOBVL. Atqui iſtuc, Soclare, ne illis ipſis quidem

A abſurdum viris videtur. Quum φιλοστοργίαν igitur *(id eſt ardentem ex ſe procreatorum complexum)* ſocietatis iuſtitiæque humanæ fontem eſſe ſentiant, & eam in animalibus plurimam vehementémque cernant, cum iuſtitia tamen nec fatentur nec iudicant animalibus commercii quicquam intercedere. Mulis autem num ſuſcitandæ prolis inſtrumentum vllum deſit? certè genitale habent, habent vuluam, tum iis cum voluptate vtuntur, atqui prolificationis finem interim non aſſe-
B quuntur tamen. Vide præterea an non ridiculum eſt, Socrates, Platonas, nec leuioribus cum vitiis conflictari, nec minus inſuper aut ſtultos, aut intemperantes, aut iniuſtos quàm quodlibet vulgo mancipiorum eſſe fatentur: feris autem, quia non accurata, non conſummata prorſus ad virtutem ratione ſunt, virtutem prorſus negant, veluti non defectum rationis, vitiúmque rationale fateri neceſſe ſit, quo brutorum quodque la-
1772 boret, quum timiditatem multis, multis intemperantiam & iniuſtitiã ineſſe videamus. Qui verò exprom-
C ptam perfectámque ab iis quæ eam conſequi idonea natura non ſunt, rationem requirit, primùm perinde facit vt qui vel turpitudinem ſimiæ, vel tarditatem teſtudinis improbat, quòd neque illa formã feliciorem, nec hæc maiorem celeritatem indipiſci natura quiuit: deinde differentiã quæ huic quidem diſceptationi faceſſit negotium, non animaduertit. Nam ipſa quidem ratio natura datur: liberalior verò abſolutiórque ratio, cura & doctrina animalibus parte rationali conquiritur. Perfectam verò quam requirunt rationem, ne ho-
D minem quidem qui habeat, proferre quenquã poſſunt. Quod viſus viſu, volatus volatu differt (haud enim ſimiliter miluus & cicada vident, nec aquilæ ſimiliter & perdices volant) hoc, animal ratione præditum. Non æquè enim quidque illud quàm latè patet, rationis acuminíſque ſummum contingit: quoniam multa diuerſáque probitatis, fortitudinis, & illius in re augenda, domóve curanda circúſpectionis exempla gradúſque ſunt, vt contrà fraudis, timiditatis, ſtoliditatis multa. Res eſſe teſtimonio poteſt, quæ illã nũc inter iuuenes

contentionem ſuſcitauit. Velut enim differentia quæ- A
dam ſit,hi terreſtria,illi marina ad virtutem propius
accedere contendunt: quod quidem aut ciconiis hip-
popotamos,quorum illæ patres alunt, hi conficiunt,
idque tantùm ineundi matres poteſtas vt ſit, aut co-
lumbas perdicibus conferenti patet. Nam illæ & oua
proruunt,& fœminas perdunt, quòd dum oua incu-
batu fouent,coitum non admittant: hi in curam ſuc-
cedunt etiam,oua ex parte fouentes, pullis cibum vl-
trò comminuentes,tum vbi è paſtu ſerius vxor redit, B
alis pulſatam ad oua pullóſque compellentes. Aſinis
autem & ouibus Antipater quum ſordes obiicit, mi-
ror quî linces hirundinéſque præterire potuerit, quo-
rum hi ſeceſſu etiam facto vrinam condunt, interuer-
túntque:hirundines verò extra nidum podice auerſo, 1773
mittere excrementa pullos docent. Tametſi cur non
plantam planta rudiorem, vt ouem cane, aut herbam
herba timidiorem, vt leone ceruum dicimus? Nem-
pe quemadmodum quæ vel moueri loco, vel vocem C
edere nullo pacto poſſunt,eorum alterum altero cele-
rius aut vocalius dicit eſſe nemo: ita quibus rationis ſa
pientiæque vis natura nulla prorſus ineſt, eſſe alterum
altero perſpicacius, ignauius, intemperantius, nullo
modo poteſt. Quum ineſt autem nunc magis, nunc
minus,ea diuerſitate qua videmus aliis aliter ſeſe im-
pertit. SOCL. Atqui dici vix poteſt tamen,Autobu-
le,facilitate,ſagacitate, iuſtitia,ſocietatéque vitæ, ho-
mo cæteris animalibus quantum præſtet. AVTOB.
Nempe illorum etiam pleraque,Soclare, partim mo- D
le,partim celeritate, partim oculorum acie & auditus
claritate,longè poſt ſe homines omnes relinquũt: nec
idcirco tamen aut cæcus, aut mancus, aut ſurdus ho-
mo eſt: ac quanquam nec manibus nec oculis, nec vi
aut magnitudine certa membrorum nos natura frau-
dauit,tamen nihil hæc ad elephantum, ad camelũ ni-
hil. Eodem igitur pacto nec bruta dicemus, quia ſa-
piunt minus, tardius cogitant, cogitare aut ſapere o-
mnino nihil,nihil rationis habere, ſed imbecillam ha
bere & turbidam, qualis fortè ſit oculus luſcioſus &

A ſtrabo. Equidem ni multa protinus doctrinæ literarúmque ſtudioſos iuuenes illum è mari, hunc è terra congeſturos ſperem, mille tibi docilitatis, mille ingenuitatis brutorum exempla ingererem, quorú ex imperatoriis ſpectaculis reti ſcapháque hauriendi copiá inclyta nobis Roma maximam ſuppeditauit. Hanc illis igitur nouá intactámque oſtentandæ doctrinæ materiam relinquamus: tecum interea paululum adhuc quiddam, dum otium eſt, diſpicere libet. Sic enim ſta-
B tuo, in vna quaque animalis parte ac facultate, deprauationem & mutilationem, ac veluti morbum peculiarem quendam eſſe, qualis oculi quidem cæcitas, ti-
1774 biæ clauditas, balbuties linguæ, alterius verò nullius ſunt. Neque verò vel cæcitas eius eſt quod videre natum non ſit, vel clauditas quod non incedere, vt nec elinguium mutorúmve natura prorſus dici balbuties aut blæſitas poteſt. Vnde fit vt nec errare, nec deſipere, nec inſanire quicquam poſſit, quod non ſit ſapere, ratiocinari, cogitare natura factum. Neque enim æ-
C gritudinem vllam recipit in ſe quicquam, niſi facultate præditum, cuius hæc priuatio quædam ac velut orbitas ſit. Atqui te in canes rabidos aliquando incidiſſe dubium non eſt, ego verò etiam in equos: ac ſunt qui boues etiam & vulpes in rabiem verti dicant: ſed canum exemplum ſufficit incontrouerſum planè, quo perſpicuum ſit, rationem & mentem habere haud cótemptibilem animal, qua confuſa, turbatáque illa quá λύσσαν vocant, rabies ſuccedat. Neque enim id illis, læſis mutatíſque cæteris oculorú & aurium ſenſibus, contingit: ſed quemadmodum qui hominem atra bili ve-
D xatum delirúmque, aliud quàm mente motum, & ea parte qua ſapimus, colligimus, memoramus, turbatum dicit, ineptus eſt: (nam ita loquendi conſuetudo tenet, vt qui deſipiát, apud ſe nó eſſe, ſed ratione mẽtéque excidiſſe dicamus) ſic qui canes rabidos aliud paſſos quàm hac parte, qua ſapere, ratiocinari, meminiſſe natura ſolebant, turbatione quadam oppreſſos labefactatóſque, chariſſimos ignorare, cibum ſolitum refugere, & quod ob oculos poſitum ſit, non cernere,

credit, is factum ex ſeſe non ſatis exiſtimans, ſuſcepiſſe A
cum ipſa veritate contentionem videtur. SOC. Recte tu quidem hæc mihi ſuſpicari videre: quandoquidem Stoici Peripateticique quamvehementer in diuerſum ratione tendant, ſcimus quòd ortum alium iuſtitia nullum habeat, ſed euertatur neceſſariò, nec cõſiſtat diutius, ſi quidem animalibus ratio tribuatur. alterutrum enim aut his iniuriari neceſſe eſt (inquiunt) ſi non parcimus, aut in ſumma difficultate vitam verſari, ſi non vtimur: & quodam modo ferarum vitam B
viuemus, ſi vſum quem præſtant animalia negligimus.
Mitto enim Nomadum & Troglodytarum innume- 1775
rabiles myriadas, qui victum præter carnes nullũ norunt: nobis qui viuere hominum vitam placidéque videmur, quod opus aut terra aut mari, quæ in montibus ars, quis in victu cultus ſuperſtes erit, ſi quemadmodum decet, ratione præditis & generis eiuſdem animalibus omnibus innocuè ac citra ipſorum detrimentum congredi pergamus? Nullúmne igitur re- C
medium, nullum pharmacum huius, aut iuſtitiam aut vitam hominum euertentis difficultatis ſubmouendæ tenemus, ni vetus ille rerum terminus & lex Heſiodi ſtat, qua ſic naturæ diuiduntur, ac ſeorſim generum vtrunque degit, vt

Piſcibus atque feris liceat gentique volucrum
Graſſari in ſeſe, ratio queis abdita iuſti:
Aſt homini fas ſit leges & iura vereri: ac quibus nullum nobiſcum iuſtitiæ commercium eſt, cum iiſdem nulla neque iniuriæ nobis ratio intercedat? quod dogma qui reiiciat, eum nec vſum, nec aditum iuſtitiæ D
vllum ne anguſtiſſimũ quidem relinquere. AVTOB. Hæc tu prorſus è pectore hominum illorum exprompſiſti. Verùm haud permittendum, vt quemadmodum parturientes mulieres, ſic philoſophi partus accelerandi medicinam appendant, quò lenius minoríque moleſtia iuſtum illud in lucem nobis enitantur, præſertim quum nec ipſi ſummis de rebus diſputanti Epicuro, tam paruam rem ac tenuem, atomum ſcilicet vnum, vno tantùm momento declinantem, locúmque

A ſideribus animalibus, fortunæ cedentem, tum illa noſtra omnia ab interitu vindicantem, permittant, ſed & monſtrare quod ſit obſcurum, & quod ſit notum tantùm ſumere cogant. Illud igitur de animalibus iſti de iuſtitia diſputationi fundamentum veluti certum exploratúmque ſubiicere tantiſper non decet, quandiu non eſt conſentaneum, aut alioqui è conſentaneis effectum. Nam ipſa quidem iuſtitia viam habet aliam, nec lubricam, nec præcipitem adeo, aut in manifeſta incommoda ducentem, ſed quam Platone præeun-
B te, meus quidem, Soclare, filius, tuus autem familiaris, ſequi diſceréque volentibus, haud verò contentioſis, pandit. Equidem hominem, à ſcelere defendi non
1776 poſſe, ſi iſto quidem pacto animalia tractentur, Empedocles etiam & Heraclitus tanquam verum receperunt, vt qui ſubinde querantur calumnientúrque, bellum ac diram neceſſitatem naturam eſſe, impromiſcuum ac ſyncerum nihil habere, ſed aſſiduis grauibúſque rerum cladibus inſtaurari & conſiſtere. Quo lo-
C co, ipſius ortum etiam ex iniuria profluxiſſe dicunt: quippe in idem mortali immortalíque coeunte, quod inde genitum ſit, membris eius quod genuerit diſcerpendis laniandíſque neceſſariò gaudere. verùm nimis hæc vehementia ac acerba videntur. Aliud mitius remedium eſt, vt rationem animalibus non negans, ſic iuſtitiam, ſiquis ipſis vt decet vtatur, nil prorſus lædens etiam. Eam rationem quum ſapientes iſti veteres induxiſſent, ingluuies poſtea cõſpiratione cum voluptate facta, eiecit, ſuſtulitque rurſus: iterum poſtea
D reſtaurauit Pythagoras, commodum ex animalibus accipi citra iniuriam poſſe docens. Neque enim iniurium eſt, ſiquis ſocietatis neſcia vehementérque nocẽtia caſtiget tollátque, manſueta & amica homini, familiaria ſibi reddat, laborum ad quos quidq; idoneũ videatur ſocia adiungat, equos & aſinos ad initũ, tauros ad genituras, quos Æſchyli Prometheus dare ſe nobis mancipiorum loco dicit, laborem ex parte in ſe recipientia, canibus autem ad ouiũ caprarúmque tutelam vtentes, lac ipſi lanámque percipiamus. Neque

enim

enim viui idcirco non poteſt, aut victus perit homini, A
niſi lances piſcibus plenas, niſi anſerum iecinora po-
nunt: niſi boues, niſi hœdos in conuiuia crapulámque
concidunt? niſi ſpectandis in theatro animalium cæ-
dibus fatigantur: niſi in illorum exitio venantes ludũt:
dum alia ad prœliandum adigunt inuita, alia bellige-
rari neſcia perdunt vltró? Nam qui ludere inſtituit,
eum colludentibus hilaribus vti par eſt: nec quod Bion
dicebat, pueros ranas quoties colludunt lapidibus pe-
tere, at illas iam non ioco, ſed seriò perire: ſic nos ve- B
nari piſcaríque decet, vt ex alterorum dolore & mor-
te, ex alterorum verò miſerabili per catulos ac molo-
ſſos ductu, voluptatem ipſi nobis ſtruamus. Nõ enim
qui vtuntur animalibus, iniuſtè faciunt, ſed qui perni- 1777
cioſè & contemptim vtuntur & crudeliter. SOCL.
Inhibe curſum Autobule, ac in portum ab iſta cõten-
tione deflecte. Nam qui huc accedunt, cum multi,
tum venatores ſunt omnes, quos nec mutare facilè,
nec perturbare neceſſe arbitror. AVTOB. Rectè
mones. ac Eubiotum quidem, & patruelem meũ Ari- C
ſtonem, tum illos Dionyſii nepotes Æacidem & Ari-
ſtotimum, Nicandrum inſuper Euthydemi filiũ, ter-
reſtris illius (quã Homerus vocat) venationis artifices
eſſe, & ob hoc ab Ariſtotimo futuros ſat ſcio: inſula-
res autem iſtos contrà & maritimos, Heracleonẽ Me-
garenſem, Philoſtratum Euboium,

Ac quibus æquora curæ,

circum ſe Phædimus habens ingreditur,

Tydides dubium eſt vtris ſe iunxerit, ille noſter
æqualis Optatus, qui ſæpe æquoreæ, ſæpe montanæ D

Captura exuuiis,

Syluestrem colit æquè Dictynnámque Dianam.

Sed quia ad nos accedit, à neutris ſtare certũ eſt. Nũ-
nam rectè amicule Optate coniicimus, communem
mediúmque quendam iuuenili certamini te arbitrum
ac moderatorem futurum? OPT. Rectè prorſus
coniicis Autobule. Defeciſſe iandudum Solonis legẽ
video, quæ ſe neutri ſeditionis partium adiungentem
punit. AVTOB. Sed age huc aſſide, vt ſi teſte ſit

A opus non Ariſtotelicis commentariis, ſed tibi nego-
tium faceſſamus, quò hominis expertiſſimi fidem ſe-
quutis, ferre ſententiam citra errorem liceat. OPTAT.
Eſto. SOCL. Agite iuuenes: cui priores debeantur,
ecquid inter vos conuenit? PHAED. Conuenit, So-
clare, ſed poſt rixam longam. Sors enim fortunæ (vt
inquit Euripides) filia, iſti ſuccenturiata terreſtriũ iura
maritimis prætulit. SOCL. Nunc igitur Ariſtotime
tu quidem vt dicas, nos vt auſcultemus, tempus eſt.
ARIST. Dicam, atque hoc forum litigantibus eſto.
B Illa igitur quæ defendenda hic putat, ſub ipſum eni-
1778 xum facto in fœtas impetu prolem perdunt. Capito-
num verò genus quod translittoranum vocant, etiam
mucore viuunt ſuo. Polypus autem ſub brumam ſei-
pſum vorans corrodénſque,

Deſidet ignauo vitam pertæſus in antro, adeo vel
piger, vel ſtupidus, vel certè ventre tam rabido, aut his
forſan obnoxius omnibus. Vnde iterũ iterúmque Pla-
to legibus edicit, imo magis adeo votis flagitat, vena-
C tus maritimi ſtudium, iuuenum animos ne vnquã in-
ceſſeret, in quo virium exercitatio nulla, nullum ſapiẽ-
tiæ ſtudium, nec eorum quæ vel roboris vel pernicita-
tis vel agilitatis parandæ gratia tolerant homines, in
iſto cum lupis, congris, ſcaríſve congreſſu quicquam
reperiatur: quum hic longè ſecus, ferocia quidem ad-
eundi periculi ſtudium & fortitudinem certamen ini-
turis: aſtuta, circunſpectionem & caliditatem inſidias
ſtructuris: velocia, vim & ſedulitatem quicquam nobis
D perſequuturis, exemplo ſuo mirè commendent incul-
céntque: quæ quidem illã venationi gloriã peperere.
Piſcatus verò nullam omnino ob rem celebratur: ne-
que deorum quiſquam, Phædime, aut congricida,
quemadmodum lupicida Phœbus, aut mullipeta, quẽ-
admodum ceruipeta Diana, vocari paſſus eſt vnquam.
Quid mirum etenim quando & homini aprum ſolum
aut ceruum aut damam aut leporem capere quàm e-
mere honeſtius eſt: thynnum contrà carabúmve aut
amiam opſonari liberalius quàm venari putetur? Et-
enim ignobilitas, & inertia, & omnino ſecordia ipſo-

rum, omnibus aſtutiæ exors, turpem, inglorium & illiberalem venatum hunc totum fecit. In vniuerſum verò, quoniam quibus rebus ineſſe philoſophi rationem animantibus conuincunt, propoſitum & apparatus, memoria & affectus ſunt, tum illa è nobis procreatorum cura, & erga hos qui fecerunt bene, beneuolentia, qui malè, maleuolentia reminiſcentiáque malorum, adhæc rerum neceſſariarum excogitatio, & virtutis denique, vt fortitudinis, iuſtitiæ, temperantiæ, magnanimitatis ſignificatio non obſcura: videamus ecquid maritima, horum quidem aut nullum, aut perobſcurum certè & vix conijciendum veſtigium relinquant, terreſtria verò, lucidum & ſolidum vniuſcuiuſque nobis præbeant exemplum ſpectandum. Primùm igitur tauros vt cornibus dimicationem poſcunt vide, vt inſperſo puluere ad luctam procinguntur: apros, vt dentes acuunt. Elephantes autem materia, quam fodiendo tondendóque depaſcuntur, dentem hebetante obterentéque, ad hos vſus altero vtuntur, alterius mucroni & aciei ad auertenda pericula parcunt. Leo inuolutis ſemper pedibus ambulat, tanquam vagina conditis intus vnguibus, ne attritis acies retundatur, tum vt ne anſa veſtiganti præbeatur. Haud enim vnguis leonini nota temere inuenitur, ſed exiguis & cæcis veſtigiis occurrentibus, falluntur veſtigatores & deuiant. Porrò veſtigator, ſæpe audiuiſtis quàm nihil milite ad pugnam ſeſe armante diſtet, adeo diligenter amicitur limo, corpúſque tot coriis loricatum obglutinat, in dimicationem cum crocodilo venturus. Hirundinum verò, priuſquam incubationi ſe dant, apparatū nónne videmus, quàm pulchrè feſtucis ſolidioribus primùm ceu fundamento iactis, molliores inſuper affigunt? luti verò, quo cæmento ad ædificandum vtuntur, & velut glutino nidum relinunt, quum penuria eſt, ad lacum ſinúmve proximum aduolantes, ſummis alis ſic ſtringunt aquas vt humeſcant liquore tantùm, nihil grauentur autem: mox concepto his puluere, illinunt aſpera, hiantia glutinant, figuram operi nec anguloſam, nec

A multifidam,ſed æquabilem, &, quantum id fieri po-
teſt , ſphæricam maximè inducentes. Hæc enim o-
mnium eſt cum firmiſſima tum capaciſſima,atq; adeo
vna quæ animantiũ inſidias egregiè propulſat, anſam
apprehendendi non facilè exhibens. Iam aranearum
opus,communem & matronarum telis & piſcatorum
ſagenis archetypũ,quot nominibus mirari neceſſe eſt?
Nam & ipſa fili cõſummatio ſubtilitáſque, & nodi te-
læ nec diſparati nec ſtaminoſi, ſed inſtar membranæ
leuis continui,& ceu viſco adhibito glutinoſi tum ipſa
B coloris tinctura , quiddam aeroſum caliginoſúmque,
1780 quò magis fallat,præ ſe ferens: denique illæ cumpri-
mis operis habenæ & gubernatio,protinus vt captiuus
incidit ipſa ſentire,& periti aucupis inſtar rete momẽ-
to trahere ac proſilire docta,ni quotidie ſpectemus o-
culis,fide careãt,ac fabulæ videãtur. Tam ſanè quàm
iſtud quòd ego in Africa coruos nuper aquæ penuria
laborantes vidi,iniectis ſitulam lapidibus explere,& eò
aquam adducere,dum cõtingi poſſet. Ac in naui poſt-
ea quum nautis abſentibus canis in amphoram oleo
C non plenam ſilices iniiceret, obſtupui,quî in mentem
veniſſet,ac vnde ſubiiſſet cani,grauibus ſubſidentibus
leuiora tolli elidíque. Quale eſt etiam quòd apes Cre-
tenſes, anſeres Cilices conſueuere. Hæ ſiquam oram
procelloſiorem circuire neceſſe ſit,quò minus iacten-
tur,lapillis paruis ceu ponduſculo ſtabiliunt ſeſe: iſti in
traiectu Tauri montis aquilas veriti , calculo quiſque
bene magno in os indito , garrulitatem ac illud natu-
ra ſtreperum tantiſper compeſcunt,dum hoſtem clàm
præteruecti fallant. Eſt & gruum illud in volatu cele-
D bre non minus. Nam vbi ventus exortus eſt maiori
cum vi,& ſæuit cælum,non quomodo quum eſt tran-
quillum frontatim ac lunato globi ſinu volant , ſed in
cuneum momento ſe traducunt,ac ipſo mucrone ven
tum diuidunt,circum latera fruſtra luctantem , ſic vt
nihil acies turbetur. Eædem ad terram delatæ,quibus
eſt excubandum noctu , crurum alterutri corpore in-
nituntur,altero adducto prehenſum lapillum tenent.
Igitur illa in retinendo iugitas obrepere diutius ſo-

mnum non ſinit, ſed ſtatim vt remiſere, decidens calculus excitat, arguítque negligentem. Itaque non eſt cur iſtuc Herculis adeo quiſquam miretur, Quòd alæ ſubdens arcum hærentem brachio, & Dextra clauam fregens manu, quieſceret: vt nec illum qui clauſum oſtreum quomodo aperiendum eſſet animaduertit primus, quum iſtuc antea percepiſſet ab ardeolis. Deglutit enim teſtam clauſam ardea, intúſque retentam diu agitat, mox vbi calore laſſam languēſcémque ſenſit, ibi tum reddit iterum hiantem iam & auulſam, ac quod eſui eſt extrahit. Formicarum verò diſciplinam induſtriámque domeſticam, vt verbis referre dignè ſaltem impoſſibile eſt, ſic in vniuerſum præterire minimè decet. Nullum enim natura maximarum pulcherrimarúmque rerum tam anguſtum ſpeculum habet: quoniam hîc ceu pura quadam in guttula, virtutis totius ſignificatio clariſſimè relucet. Amicitiæ imago eſt, illa inter ipſas communicatio: fortitudinis ſimulacrum, illa in ferendis laboribus alacritas: multa temperantiæ, prouidentiæ multa, multa iuſtitiæ ſemina & argumenta ſunt. Cleanthes igitur quanquã prædita eſſe ratione animalia minimè ſentiret, huiuſmodi tamen ſe ſpectaculo interueniſſe fatetur. Formicas quaſdam ad myrmeciam adiiſſe, mortuam formicam ferentes: ex ea egreſſas quaſdam iis veniſſe obuiam: ibi tum velut colloquutas intrò rurſus rediiſſe. hoc factũ iterum iterúmque. Poſtremò vermem has redimendi (vt videbatur) mortui pretium deſuper extuliſſe: eum illas tradito mortuo leuaſſe ac diſceſſiſſe. Iam verò nota ſunt omnibus, illa primùm in occurſu beneuolentia, dum vacuæ onuſtis cedunt via, ac tranſitum præbent: dum quæ vel geſtatu vel importatu difficiliora ſunt, arroſa partiuntur prius, ac geſtabile pondus in plurimos diſtributum reddunt: dum ſemina exponunt ſiccántque ſub dio, quam rem pluuiæ ſignum Aratus fecit,

A (margin, line 1) · 1781 (margin, at "Dextra") · B (margin, at "auulſam") · C (margin, at "ſemina") · D (margin, at "beneuolentia")

Oua penetrali quando omnia progerit antro,

Formica. Quanquam ſunt qui non oua, ſed fructus conditos, quoties æruginem præſentiſcunt, ac

A ob id corruptionem putrefactionémque verentur, ex-
ponere ſcribant. Omnē verò intelligentiæ cogitatio-
nem ſuperat illa, ne rurſus in frugem exeant ſemina,
1782 procuratio: neque enim vt ſicca incorruptáve in antrū
cōgeſta ſemina maneāt, cōtingit, ſed mox humiditate
loci perfuſa lacteū quiddā contrahant molleſcántque,
ac verti in herbam pergant. Vt ne igitur pullulent ac
in frugem corrumpantur, alimentique vim amittant,
durent autem & eſui ſint, vmbilicum grani quà mitti
B germen ſolet, erodunt multo antè caſtrántque. Eos
verò qui myrmecias, propterea quòd perdidicerūt, ac
vt medici hominum corpora, ſic ipſi has penitus per-
reptarunt, ſuas faciunt, haud recipio. Narrāt autem,
proximum ab ingreſſu deſcenſum nec rectū, nec cui-
quam cæterorum animantium permeabilem, ſed fle-
xibus & ambagibus, anfractus quoſdam & obliquas
ſemitas habentibus, in tres cauernas deſinere, quarum
vna ſit vbi cœtus celebrantur comitium, altera eorum
quæ in annum ſeruātur penum, tertia in qua vita ſun-
C cti & elati reponūtur. Exiſtimo autem me non viſum
iri vobis abſurdè facere, ſi formicis elephantos ſubiun
gam, quò mētis vim maximis æquè ac minimis in cor-
poribus intelligamus, nec tam minutis illis articulorū
momentis euanuiſſe, nec his conſumptā molibꝰ. Ele-
phantum igitur cæteri quidem hoc potiſſimùm miran
tur, quòd diſcendo doctoribúſque ſe præbendo, in ho-
minum cœtibus eas in geſtu figuras & varietates effin
gat, quarum elegantiam ac copiam vix ipſa hominum
induſtria exprimere aut memoria cōplecti facilè po-
D ſſit. Ego verò hiſce magis ex affectibus motibúſque
quos ſuapte ſponte citráque doctrinā tenet, velut ſim-
plicibus & impermixtis ac inconfuſis, æſtimandā be-
ſtiæ intelligentiam putarim. Nam Romæ certum eſt
quum haud ita pridem ad geſtus quoſdam miros in-
dipiſcendos, & motus euolutu difficillimos ingeminā
dos antea quidem inſtituti fuiſſent, vnum tardioris in-
genii, quia ægrius hæc aſſequebatur, vbilibet peſſimè
audientem, & verberibus ſæpe caſtigatū, deprehenſum
noctu eadem illa ex ſeſe ad lunam meditantem mo-

lientémque. In Syria verò prius elephantũ ſcribit A- A
gnon, quum in ædib' cuiuſdam aleretur, ac ſeruus qui
additus curator erat, de demenſo quotidie ſubtrahe-
ret, dimidióque belluã fraudaret, ſed enim hero iam a-
liquando præſente conſiderátéque demenſum totum 1783
ſolueret, toruè tuentẽ ac promuſcida contrahentem,
hordei partem additam repuliſſe, ac quàm exactiſſimè
ſeparauiſſe, ſerui iniuriã hoc nimirum pacto ad herum
deſerentem. Alium verò, quũ lapides & terram magi-
ſter ad explendã menſurã pabulo miſcuiſſet, ipſum ex B
foco correptũ cinerem in ollã magiſtri elixis iam car-
nibus inieciſſe. Quid is qui Romæ à puerulis promu-
ſcidem ferro pungentibus laceſſitus, arreptum altéque
ſublatum puerũ confecturus videbatur: orto autẽ cir-
cunſtantum ingenti clamore, lentè in terram puerum
applicuit rurſum, ac præteriit? pœnã ſatis magnã ſci-
licet iudicans, tantillo puerulo terrorẽ incuſſiſſe. De
ſylueſtribus verò & more ſuo viuentibus, quum multa
alia, tum illud præſertim in tranandis fluminibus ele-
gans narratur. Traiicit prior, cæteris ſeſe dans, na- C
tu ſimul & mole minimus: cæteri interea ad ripam ad-
ſtant, quantúmque flumen ille magnitudine ſuperet,
ſpeculantur: quæ res exercitui reliquo non dubiam ad
traiiciendum ſpem facit. Huc loci quũ oratione ventũ
ſit, vulpem haud puto vel ob ſimilitudinẽ ingenii præ-
tereundam. Poetæ igitur columbã Deucalioni ſcribũt
arca emiſſam quantiſper remearet, & eodem continuò
ſe reciperet, tempeſtatis, poſtquam auolaſſet, ſereni-
tatis argumentum dediſſe. Atqui Thraces etiamnum
flumen glaciatum tranſituri, non aliunde quàm à vul- D
pe documentum capiunt priùs de glaciei duritie. Le-
niter hæc ſuper glaciem incedens, auriculam admo-
uet, ac ſi ſtrepitum propè ſubterlabentis aquæ captan-
do conſequi poteſt, non ſatis altè, ſed tenuiter & in-
ualidè fixam colligens, ſiſtit gradum, ac niſi quid ve-
hementer vrget, nuſquam promouet pedem: ſtrepi-
tum verò poſtquam audire nullum poteſt, ſumptis a-
nimis traiicit. Quam rem non eſt cur quis ſenſus, qui
quidem rationis expers ſit, conſummationi adſcribat:

A ſenſum quippe inſequuta hæc ratiocinatio eſt, qua colligitur, quod ſtrepat moueri, quod moueatur non eſſe fixum, quod non ſit fixũ liqueſcere diffluereq́ue, quod liquidum ſit reniti non poſſe, ſed impelli & cedere.
1784 Dialectici verò canem, quoties ad iſta venit viarum diuerticula multifida, eo quòd ipſi è pluribus diſiunctum vocãt argumẽtationis genere vti, & hoc pacto apud ſe conſtituere dicunt: Aut hâc fera abijt, aut hâc, aut hâc:
B atqui neq; hâc, neq; hâc: hâc igitur vt abierit reliquũ eſt: eámq; ad rem nihil ſẽſum quàm apprehenſionẽ nudam conferre, rationem verò & ſumpta, & è ſumptis ipſam mox concluſionem efficere. Atqui iſto quidem dialecticorum teſtimonio, falſo nimirum & adulterino, canis non eget: (nam ſenſus ipſe, qua elapſa fera ſit, ex ipſius veſtigiis & curſu deprehendit, valere longùm tam diſiunctis quàm coniunctis iſtis dialecticorum dicens) ſed alia ſunt quoque ſtudia, officiáque & opera innumerabilia, quæ viſu nullo, ſed nec olfactu, ratione verò ſola, ſola mente cum fieri tum deprehẽ-
C di certum eſt, è quibus æſtimare naturam canis licet, cuius quidem illam inter venandum continentiã, obedientiam, ſagacitatẽ, ridiculus ſim ſi recenſere pergã, apud vos præſertim qui iſta quotidie cernitis, & tractatis. Romani certè illius, ciuili bello perempti, caput reſcindere iuſſus prius potuit nemo, quàm canem qui aſſeruabat defendebátq; herũ, circunſtantes confodiſſent. Pyrrhus verò rex, quũ iter exercitu faciens incidiſſet in canẽ occiſi hominis corpus ſeruantẽ, intelli-
D gerétq; tertium iſtic diẽ per inediam durauiſſe, nec reliquiſſe corpus, ipſum quidẽ cadauer ſepeliri, canẽ verò vnà duci & curari iuſſit. Paucis pòſt diebus, quũ luſtratio exercitus fieret, ac milites ordine rege ſedente tranſirent, aderat canis ipſe quoque tacitus interim & triſtis: verùm vbi cæſores heri accedere cõſpicatus eſt, latratu commoto ac horribili procurrit in ipſos intonuítque, ad Pyrrhum ſubinde conuerſus, vt non regi modò, ſed omnibus qui aderant in ſuſpicionẽ homines maximam venirent. Statim igitur comprehenſi rogatique, quum leues quædam cõiecturæ cõcurriſſent,

confeſſa cæde pœnas dedere. Idem Heſiodi ſapientis A
illius canem feciſſe fama eſt, quum Ganyctoris Nau- 1785
cletii filios, quorum manibus peremptus vates erat,
prodidiſſet. Iſtuc verò quod maiores noſtri Athenis
iam tum agentes ſe vidiſſe narrare ſoliti ſunt, his quæ
diximus longè conſpicuum eſt magis. Æſculapii tem-
plum homo quidam clàm ſubiens, magni pōderis au-
ri argentique donaria ſurripuit, ac latêre putans tacitè
ſeſe ſubduxit. Canis autem qui tum cuſtos erat templi,
Capparus nomine, quoniam latratus æditυorum ne-
mo curabat, ſacrilegum fugientem inſequutus eſt ipſe: B
ac primò quidem ſaxis petitus nō deſtitit: mox exorta
iam luce, propè quidem non acceſſit, ſed oculis dili-
genter hominem ſeruans ſequebatur: cibum verò ob-
iectum non cōtingebat quidem. Iam vbicūque quie-
uiſſet ille, excubabat hic iuxtà: rurſus quum procede-
ret, ſurgens inſequebatur item. Viatoribus etiam qui-
cunque ſe obuiam tum fortè tuliſſent, adulabatur, quū
hunc infeſtè ſemper allatraret, impeteretque. Hæc quū
qui furem perſequebantur ex obuiis colorem ſimul & C
magnitudinem canis narrantibus ſciſcitando compe-
riſſent, auidius iam inſequentes, tandem prehenſum
hominem à Crommyone vſque reduxerūt. Canis au-
tem in reditu exultans geſtiénſque præuolabat, veluti
ſuam prædam capturàmque ſacrilegum illum faceret.
Ei vt alimentum publicè daretur, tum vt ſacerdotibus
cura huius perpetua incumberet, Athenienſes ſciue-
runt: vetus (arbitror) humanitatis in mulum maiorum
ſuorum exemplum ſequuti. Nam quum ædem cētum
pedes ab omni latere patentem, quæ in arce ſacra Mi- D
neruæ eſt, Pericles moliretur, & ſaxa plauſtris, vt fit,
multis quotidie conueherentur, ex iis mulis qui ha-
ctenus quidem ſtrenuè laborarant, ſed ob ſenectam
manumiſſi iam fuerant, vnus in Ceramicum quotidie
deſcendere, plauſtris quæ ſaxa ſubuehebant obuiare,
ſemper vnà redire, vnà velut hortator currere ſolebat.
Hoc animalis ſtudium miratus populus, ali publicè,
quemadmodum annis defectum pugilem, iuſſit. Eos
igitur qui nullum nobis cum brutis iuſtitiæ commer-

A cium intercedere dicunt, rectè ſentire putádum eſt, ſi-
1786 quidem marina & quæ in profundo degunt reſpicia-
mus, quando in his nullus omnino gratiæ ſenſus eſt, a-
mor nullus, nulla ingenii ſuauitas: rectéque Homerus,

Glaucum te genuit mare,

De immáſueto & omnis ſocietatis experte dixit, quòd
beneuolú mitéve nihil mare gignat. De terreſtrib' au-
tem ſiquis idem ſtatuat, illú ipſum immitem ac ferum
eſſe neceſſe eſt. Aut dicat ille nobis, quæ Lyſimacho
iuſtitiæ cum Hyrcano cane neceſſitudo fuit, quòd illi
B extincto ſolus adhæſit, & corpore huius in rogum tan-
dem illato, ipſus ſeſe in ignem vltrò præcipitauit? Quæ
eadem, eodémque modo feciſſe, quem Pyrrhus nō rex
ille, ſed priuatus homo educarat, fama eſt, circú exani-
me heri corpus continuò hærentem, capulo quú effer-
retur aſſultantem, poſtremò in pyram ſeſe abiiciētem
ac cum illo comburentem. Quid Poro regi in illa ad-
uerſus Alexandrú pugna ſaucio, nónne multa elephas
ſpicula leniter ac citra dolorem promuſcide vulnerib'
extraxit? & quum eſſet grauiter vulneratus ipſe quoq;,
C non antè abiecit ſe tamen, quàm exanguem & nuta-
bundum regem intelligeret: hic enim vt ne durius ille
caderet, ſenſim ſe humi prior demiſit, exhibens illi de-
clinationem inoffenſam. Bucephalus autem quátiſper
nudus erat, conſcendendum ſe etiam equiſoni dabat:
ornatus verò regiis iam aulæis collaribúſq;, neminem
admittebat, Alexandro tantùm excepto: cæteris peri-
culum facturis, aut alioqui propius accedentibus, in-
genti hinnitu occurrere inſultaréque, ac niſi cederent
fugáque ſibi conſulerēt, proterere ſolitus. Nec ignoro
D hác vobis exemplorum turbam videri promiſcuam &
confuſam: atqui ſic animantum ſolertiorú opera ſunt,
vt in vno vnius tátùm virtutis ſignificationem compe-
rire haud facilè poſſis. Verùm elucet ex prolis amore,
ipſorum etiam liberalitas: & ex generoſitate, ipſa ani-
mi ſapientia reſplendet: nec vſquam vafrities & circú-
1787 ſpectio, vel audacia vel fortitudine caret. Ac vt diuide-
re cupias ſingula, ſecernereque, clementis & excelſi ſi-
mul ingenii ſignificationem canes præbent, ſtatim vt

ſe dēmiſit is quem petūt,ardorem remittētes.Quemadmodum hæc alicubi dicta ſunt, A

Hi magno clangore ruunt,ſed cautus Vlyſſes
Humi decubuit,manibúſque abiicere ſceptrum.

Neque enim qui humi ſe deiicit,ac egeni ſpeciem præfert,amplius inuadunt.Eum certè canem qui inter Indicos primas tenebat,quíque aduerſus Alexandrū depugnarat,in arenam productum,quātiſper ceruus aut aper vrſúſve emitteretur, cōtemptim immotū iacuiſſe ferunt: ſed enim vbi leo conſpectus eſt,excitatum momento B pedibus arenam ſparſiſſe,velut hunc antagoniſtam dignum ſe iudicaret, cæteros omnes deſpicaretur. Venatici quoque leporem quū inſequuntur,ſiquidem necarūt ipſi, diſcerpere & ſanguinem auidè lambere gaudent:ſin,quod perſæpe fit,curſu confectum, ac ſpiritibus quantum ſupererat,extrema contentione conſumptis,exanimem aſſequūtur,prorſus non attingunt: aſtant autem cauda tantùm geſticulantes,quaſi nō pulpæ,ſed virtutis ergò certaſſe videri velint. Aſtus autem documēta mirabilia quum ſint, miſſis graculo- C rum,vulpium, luporum,gruúmque technis,notis nimium,teſte rei ſapiētum illorum veterum vetuſtiſſimo & ſapiētiſſimo Thalete vtemur, quem quòd aſtu feras ſuperaſſet, haud minimum admirationis cōſequutum eſſe ferūt. Mulus quidam eorū de numero,quibus aduehēdi ſalis negotium dabatur, traiiciēs flumen lapſus eſt ſpōte:ſale verò liquefacto exhauſtóque ſurgens expeditior iam,ſenſit notauítque cauſam: poſtea quoties flumen tranſiret,ex induſtria ſubmiſit merſitque vaſa, deſidens leniter,ac vtrunque in latus quantum id fieri D poſſet,nutans. Hæc vbi Thales accepit, pro ſale,lana, ſpongiíſque compleri vaſa,clitellas imponi,& agi mulum rurſus iuſſit:ille quum de more ſe mergens, onus aqua ſubeūte vehemēter grauaſſet, parum cōmodum ſibi hunc dolum ratus, ita deinceps cautè ſcientérque 1788 traiicere ſolitus eſt, vt nec inuito quidem cōtingerent onus aquæ.Non diſſimile perdicum commentum eſt, in quo quidem patrium illum interim amorem etiam animaduertas. Pullos quantiſper fugitare per ætatem

A non licet, aſſuefaciunt, vt quoties venator inſtet, ſupini ſternant ſeſe, gleba fæcéve corpori veluti integumento ſuperingeſtis: ipſæ venatorem alia abducũt interim. Circumagũt enim ſe, ac impeditè volant, tantúmque non deficere curſu ſimulant, captarum hoc pacto ſpeciem tantiſper præbentes, dum procul à pullis hominem auellant. Lepores in cubile ſe recepturi, catulos alium aliò transferunt, ſæpiuſcule iugeri etiam interuallo diſſitos, vt ſi vel homo vel canis ſubeat, idem omnes in periculum ne vocentur: ipſi deinde impreſſis
B diſcurſu multiplici prius veſtigiis, ſaltu poſtremò ingenti inde abripiũt ſeſe, atque ſic cubant. Vrſus autem veterno quem vocant appetẽte, priuſquam planè torpet grauiſque & ſtupidus iacet, locum repurgat antea: ac ſubiturus ſpecum, per reliqua quidem greſſu, quantum id fieri poteſt, ſuſpenſo maximè & leni, ſummis tantùm nixus veſtigiis incedit, poſtremò per terga volutatus promouet corpus, agítq; in luſtrum. Elephantorum fœminæ proximè vias, quò carniuoras crudeléſque beſtias minimùm accedere ſciunt, fœtus cum-
C primis edunt. Mares autem, quoties abdomine & corpulentia impeditos eſſe ſe vident, ſeceſſione conſulunt ſibi, ac latitando tuentur, quaſi fugiendo non poſſint. Quid erinaceorum in defendendis tuendíſque ſe dexteritas, nónne prouerbio locum fecit? Scit vulpes multa, vnum ſed magnum erinaceus: Nam hac vrgente (ſic ferunt) calyx velut Nucis pineæ, corpus in ſpinas circumrotans, Tutus iacet, nulla arte vulne-
1789 rabilis. Admirabilior eſt illa pro catulis ſolicitudo ac prouidentia. Vites ſubit vindemiæ tempore, pedi-
D búſque botrorum acinos in terram decutit: hos, iſtic circumuolutatus, excipit confixos ſpinis. Ac memini quum iam olim nobis qui tum aderamus omnibus ſpectantibus, botri reptantis ingredientíſque ſpeciem præberet, adeò ſe cumulauerat atque oppleuerat vuis: mox vt ſubiuit antrum, partim nunc quidem ex ſe decerpendum, partim condendum catulis præbet. Cubile verò meatus duos faucium inſtar habet, ad boream alterum, alterum ad notũ conuerſos. Hos prout

cæli mutationem præſentiuere, qualiter vela nauium A
ſolent, vicibus alterum in aduerſum ventum ſpectantem obſtruunt, alterum aperiunt. Atque hoc Cyzicenus quidam quum animaduertiſſet, nomen ſibi ea ex re peperit, quaſi ventos prædicere ſiderali quadam ſcientia poſſet. Iam ſocietatis & commercii vim non abſque intellectus ſenſu elephantos oſtendere, Iuba autor eſt. Foſſa ducta, eáque fruticibus paruis & humo leui obtecta venatores inſidias his ſtruunt: huc igitur quoties decidit aliquis, quum frequentes & gregatim incedant, cæteri quicunque comitantur, con- B
geſtam vndique ſyluam ſaxáque iniiciunt, dum cauo foſſæ expleto egreſſus captiuo detur. Idem, ſupplices diis immortalibus eſſe tradit: quippe qui ſuopte ingenio & mari luſtrentur, & ſurgentem ſolem adorent proni, promuſcide velut manu in cælum ſublata: vnde chariſſimũ diis animal eſſe conſtat vel Ptolemæi Philopatoris teſtimonio. Is enim quum victo Antiocho ſacra diis facere magnifica cuperet, ac inter cætera multa collatæ victoriæ præmia etiam elephantos quatuor immolaſſet, nocte proxima inſomnium habuit, quo C
multis iratum, propter abſurdæ victimæ genus, numẽ minabatur. Igitur expiatione ſedula placauit numen, & elephantos quatuor æreos in iugulatorum locum erexit. Haud minus eſt & leo ſocium animal. Graues 1790
annis & confecti iam in communem à iunioribus venatum ducuntur, ac vbi curſu deſpondere animum, ſedent, euentúmque præſtolãtur: iuuenes interea rem agunt, mox vt ſucceſſit, clamore in vitulini mugitus formam contemperato, ſignum dant, vocántque ſenes: illi ſtatim vt ſenſere accurrunt, ac in commune D
præda fruuntur. Sunt ferarum amores etiam, ídque plurimarum, feri alii & rabidi, alii ornatu non admodum ab hominibus alieno, nec conſuetudine à venere aliena: qualis Alexandriæ grammatici Ariſtophanis corriualis elephas fuit. Coronariam eandem vterque deperibant, quum elephas quidem grammatico haud ſegnius amorem ſtudiúmque declararet, poma forum tranſiẽs amicæ adferre, iuxtà diu aſſiſtere, cunctaríq;,

A promuſcidem intra veſtium ſinus inſerere, ac mamil-
larum decus blandè palpare contrectaréque ſolebat.
Draco verò quum Ætolam virginem amaret, ad eam
noctu commeare, corpus leniter ſubire, mox cōplecti,
iuxtáque cubare, tum nullo prorſus dato incommodo,
appetente iam luce, placidè diſcedere. Id quia ſæpe fe-
cerat, puellam cognati aliò tranſtulerunt. Ille vbi ami-
cam quam paſſim oberrando quæſierat, conſuetudine
trium aut quatuor dierum fraudatus reperit, non pla-
cidè vt antea, ſed iracundè adortus, nexibus reliquis
B manus & corpus nodabat, extrema cauda crura flagel-
labat, amatoriam quandam indulgentémque magis
quàm vindicem iram declarans. Anſerem verò & arie-
tem Ægyptios, quorum ille puerum, hic cithariſtriam
Glauciam deperibant, quoniam exempla celeberrima
ſunt, & vos ſaturos propemodum narrationibus eſſe
video, nunc quidem præteribo. Sturni verò, coruíque
& pſittaci, quoniam loqui diſcunt, & vocis ſpiritū tam
1791 ſequacem, tam æmulum, penſandum formandúmque
docentibus præbent, ea ipſa docilitate adeſſe patroci-
C naríque cæteris animalibus videntur, & tantumnon
voce teſtari, etiam cæteris omnibus proferēdi ſermo-
nis, & vocis articulandæ vim natura conceſſam. An ve-
rò non multis ridiculum ſit, locum hac quidem in re
cum his contendendi marinis relictum vllum putare,
quibus ne ad muſſitandum quidem ſuppetiuit natura
vocem, quum in horum natiuo, & quem nullo docto-
re didicere cōcentu, quanta facultas, quanta gratia ſit,
poetarum eruditiſſimi ſuauiſſimíque teſtantur, cantio-
nes & carmina, vt quæque dulciſſima ſunt, non aliis
D quàm luſciniarū cygnorúmque modulis cōparantes.
Ac quoniam in vniuerſum docere quàm diſcere, ratio-
ni confinius, & maioris cuiuſdam facultatis eſt, etiam
hoc poſſe animalia, doctiſſimo viro Ariſtoteli affir-
manti credamus, luſciniam quæ ad canēdum pullum
inſtitueret obſeruatam. Aſtipulatur certè ipſi, quòd in-
concinniùs canunt, quæcunque paruæ adhuc canere
exorſæ, maternum conuictum effugerunt: docentur e-
nim quæcunque degunt vnà, diſcúntque, non quæſtus

laudíſve ſtudio, ſed quia modulari volupe eſt, tum quia A
magis elegantiam quàm vſum vocis amauere. Cuius
quidem rei commemorare vobis, quod è multis, qui
interfuere Græci Romaniq; nominis hominibus ac-
cepi, memorabile exemplum poſſum. Tonſor quidam
officinam Romæ habens ex aduerſo templi quod fo-
rum Græcum vocant, picam prodigioſè ſtreperam &
loquacem, humana verba, ferarum ſonos reddere, in-
ſtrumẽtorum omnium garritus & ſtrepitus effingere,
ídque nullo cogente, ſed ſponte ſua aſſuefaciẽtem ſeſe,
ac nihil indictum inimitatúmque relinquere geſtien- B
tem, habebat. Accidit autem vt hâc diues quiſpiam in-
genti tibicinum ſtrepitu efferretur: hi quia nobilitati
fama erant, & canere iuſſi fuerant, moram iſtic fortè,
vt fit, diutius hominum ſtudiis ſe dando canendóque
traxerunt: pica poſtridie muta elinguíſque fuit, adeo,
vt nec quam inter quotidianas neceſſitates vocem ſo-
lita fuerat, mitteret. Præbuit his qui norãt antea, ſilen- 1792
tium ſubitum admirationem ingentem, tum illis ipſis
qui adire hæc loca conſueuerant, muta ac perturbata
omnia cernentibus, triſtitiam incuſſit. Venenũ alii per C
eiuſdem opificii homines datũ, plerique tubarum voce
auditum obſtupefactum, vnáque vocem extinctam ſu-
ſpicabantur. Sed neutrũ fuit: apparabat quippe, omní-
que ingenii ſtudio intrò reuocato, vocem ſic quemad-
modũ organũ ad imitationem aptabat inſtruebátque.
Subitò enim rediit illuxítque ſpectatoribus ſuis, non
conſueta illa veteráque imitamenta, ſed tubarum can-
tum iiſdem prorſus periodis ſonãs, mutationes omnes
inſuper, omnes numeros eodem planè pacto ſeruans.
Coniunctius itaque quod dixi rationi, ſponte quàm fa- D
cile diſcere, eſt. Quanquam vnum hoc diſciplinæ do-
cilitatíſque exemplum quod ipſe Romæ vidi, vereor vt
præterire queam. Canis mimo cuidam perſonam non
vnam repræſentãti, inter agendum adhærens, cum a-
lios multos argumenti dramatíſque illius geſtus pro-
prios ſcitè effinxit, tum pharmaci (quod ſoporiferum
fingebatur, ſed eſſe lethale debuerat) experimentũ quũ
in ipſo caperetur, panem in quo mixtum ſcilicet erat

A pharmacum accepit, voránſque paulò poſt trementi
titubantíque & iam vix caput præ grauitate attollenti
ſimilis, poſtremùm porrectus velut exanimis iacebat,
trahendum auferendúmque ſe ſicut drama poſtula-
bat præbens. Vbi verò ex iis quæ dicebantur fiebánt-
que tempus eſſe animaduertit, primùm pauliſper com
mouit ſe, velut profundiſſimo ſomno expergefactus,
deinde caput leuans ſuſpexit, poſtremùm mirantibus
omnibus ſurgens ibat ad quem debebat, quémque re-
B quirebat drama, lætus & geſtiẽs. Ingenium igitur mor-
tales omnes & Cæſar ipſe (aderat enim Veſpaſianus
ſenior in Marcelli theatro tum) vehemẽter obſtupue-
re. Atqui ridiculi fortaſſe ſumus, qui animalia docilita-
tis ergò vehimus, quorum nos ſummis in rebus De-
1793 mocritus eſſe diſcipulos oſtendit: aranearum texendo
ſarciendóque: hirundinum ædificando: ſuauium verò
illorum cygni luſciniæque, modulando carmine & vo-
ce fingenda. Quid quòd ex vno quoque trium medi-
cinæ generum particulam hæc ſibi magnam quãdam
C & præclaram vẽdicant? Non ſolùm enim medicamen-
tis vtuntur, teſtudines origano, muſtela, quum ſerpen-
tem glutiuit, rutá inſuper vorata: canes herba chole-
ram infeſtam trahente: draco illito marathro obductã
caligantibus oculis pelliculam tenuante perſcalpenté-
que: vrſus poſt incubatum diutinum luſtrum exiens,
ſylueſtri aro aluum conſtrictam hactenus acrimoniã
ſua ciente: idem quũ cœpit nauſea myrmeciam adiẽs,
aſſidénſque linguam humore dulci fluentem exertam
leuiter tandiu tenet, dum ſcatere formicis videat, eas
D deglutit poſtea, vehementérque iuuatur. Sublutionem
alui verò, qua ibis vtitur, ſalſuginem ſcilicet adhibens,
aduertiſſe & imitati poſtea Ægyptii dicuntur. Sacer-
dotes certè nulla iſtic aqua luſtrantur, quàm vnde hau
ſerit ibis: quia medicatam aut alioqui inſalubrem hæc
auis non attingat. *Hoc (inquam) medendi genere ani-
malia non ſolo vtuntur,* verumetiam cibi ſe moderatu
pleraque curant. Leones, lupi, carnibus farti nimium,
abſtinent, cubandóque tantiſper ſe fouent dum per-
coquant. Tigrim igitur narrant quo tempore diætam
certam

certam præſtituerat, obiecto hœdo biduum totum ab- A
ſtinuiſſe: tertio die eſuriētem poſtulauiſſe aliud, felém-
que datum diſcerpſiſſe, quū hœdo ceu domeſtico iam
& familiari parceret. Iam chirurgicen elephantos cal-
lere certò traditur: quippe ſpicula, haſtáſque, & tela
vulneratorum corporibus adſtantes extrahunt, ídque
citra conuulſionem & damnum. Creticæ verò capræ
paſtu dictami telis eiectis, nónne grauidis eiciēdi par-
tus, hanc vim iſtiuſmodi herba obtinente, viam oſten-
dêre? huc properare vulneratas ſolùm videas, dictamū 1794
quærere, dictamum ſequi. Minus iſta miranda videan- B
tur (ſint licet miranda maximè) ſi tributam animātum
generi ratiocinandi vim, numeríque notitiam inditam
cogitemus, quales iſti Suſis ſunt boues. Hortos hi re-
gios verſatili machina, & modiolis hauſtoriis nu-
mero certis rigant: centenos modiolos in dies ſingu-
los ſinguli boum ducunt. Plus non auferes, ne ſi adi-
gere quidem aggrediare. Ac ſæpe quum experimenti
gratia imperatum fuiſſet amplius, ſubſiſtere, ac ſoluto
penſo non progredi, compertum eſſe Gnidius Cteſias
ſcriptum reliquit, adeo accuratè numerorū ſummam C
tenent & recordātur. Afri verò Ægyptios ob hoc qui-
dem ridēt, quòd origem, quo die momentóque ſidus
quod ipſi Sotem, nos Sirium ſeu Canem vocamus, ori-
tur, vocem edere fabulentur. Ipſorum quippe capras,
quoties cū ſole, eodem planè loco ſtella hæc oritur, in
ortum omnes cōuerſas eò reſpicere: atque hoc ſideris
eius reuolutionū argumentum certiſſimum eſſe, cúm-
que regulis aſtronomicis prorſus congruere. Vt porro
ſibi imponat finem iam aliquando oratio, deſinátque,
age ad iſtuc ſacræ anchoræ præſidium ſummum ve- D
nientes, de diuinatione vatidicáque animātū vi pauca
dicamus. Neque enim parua ignobiliſve, ſed ingens ac
peruetuſta diuinandi pars auguriū eſt. Illa quippe na-
turæ volucrum celeritas, & ingenii promptitudo, tum
repentina conuerſio ad incidētem quamlibet phanta-
ſiam expedita, vtendam ſe diis velut organū, & in mo-
tus, voces, ſonos, habitus quoſcunq; flectendā præbēs,
ſeu remorari ſeu promouere quicquam opus eſt, ne-

A gotia & conatus hominum,ſic vt ventus nauigia,nunc quidem interpellat,nunc accelerat,& ad finem perducit. Itaque in vniuerſum omnes quidem aues deorum caduceatores Euripides,cygnorũ verò priuatum conſeruum ſe Socrates vocabat: quẽadmodum & regum
1795 etiam,Pyrrhus quidem aquila,Antiochus autem accipiter appellari gaudebat.Piſces verò,ſtupidos & indoctos homines conuitio ſcommatéque vocare ſolemus. Quúmque decem millia myriadum ſint,quæ per ani-
B malia & volucres diuinitus homini nuntiantur, ne vnum quidem eſt quod exhibere patronus ille maris poſſit.Muta ſunt omnia,& prouidentiæ totius cæca,in impium &titanicum locum velut ſacrilegorum conciliabulum abiecta & damnata,in quo omnis animi ratio & cogitandi vis extincta, ſenſus tantùm vix parua quædam ſcintilla mixta fluctuat,palpitantibúſq; quàm viuentibus ſimiliora videmus. HERACL. Erige ſupercilium Phædime,& ad pugnam te nobis inſularibus maritimíſque cõparato:nihil hîc ludicrum eſt,ſed
C certamen validum cõtentióque,ſubſelliis adhuc & tribunali(ni fallor)dirimenda. PHAED. Patent equidem inſidiæ,Heracleon,ſimul & dolus.Heſternum adhuc ructantes, merſóſque potu,ſobrius(vt vides)egregius ille ex inſidiis nos adoritur. Ac tergiuerſari quidẽ animus nõ eſt:non patiar enim admirator Pindari qui fui ſemper,vt iſtuc in me vatis eius meritò quadret:

Oblato qui moram nectit certamine,
Profundas deiicit virtutem in tenebras.

Otii ſiquidem abundè nobis eſt,ceſſantibus nõ horis,
D ſed canibus, equis, retibus, & omni verriculi genere, tum induciis hodie vniuerſæ terreſtriũ marinorúmq; animalium genti per hoſce ſermones cõceſſis. Animo verò ſecuro vos eſſe iubeo:vtar enim otio modeſtè,nõ philoſophorum opiniones, nõ Ægyptiorum fabulas, non incertas Indorum Afrorúmve hiſtorias, ſed quæ ipſos qui mare colunt,teſtes habent,quæque cõſpecta, fidem ipſis vbique faciunt oculis, ex infinitis paucula producturus. Tametſi quæ terreſtriũ animaliũ exempla ſunt,obſcurum nihil habent, vt quæ ipſis ſenſibus,

aperiantur modò, ſponte ſe ingerát: aquatica verò pau- A
cula cerni, atque id ægrè permittit mare. Fœtus autem
& educationes, bella & pacem, quibus vtútur inuicem,
plerorunque prorſus abdit etiam. Vnde quū in obſcu- 1796
ro poſita permulta intelligentiæ memoriæ que & hu-
manitatis piſcium argumenta ſint, facilè videre eſt his
noſtris partibus quantum incommodetur. Deinde ter-
reſtria illa, quia cum homine veluti tribus gentíſque
eiuſdem degũt, moribus humanis prorſus cõcoloran-
tur, ac non ſolùm educationis & diſciplinæ, ſed imita-
tionis etiam beneficiũ ſentiũt, quo quicquid auſterũ & B
tetricum eſt, ſic quẽadmodum aquæ fluuiatilis cõmer-
cio mare, miteſcit: quicquid incõpoſitum & ignauum,
dexteritate hominũ excuſſum ſuſcitatur. Marinorũ ve-
rò vita immẽſo interuallo hominũ conſortio excluſa,
peregrinúmq; nihil, nihil adulterinũ habens, ſua quæ-
dam & germana ac veluti indigena & impromiſcua eſt,
ídq; adeo loci magis quàm naturæ ratione. Nam ipſa
quidem natura quantũ ex ſeſe cõſequi diſcẽdo poteſt,
totum colligens cohibénſque, ſæpe quidem anguillas,
(ſacras vocant) cicures edit, quales Arethuſam habere C
conſtat: ſæpe verò piſces cæteros, idque multis in locis,
indito nomine, dicto audientes: qualem & Craſſi mu-
rænam fuiſſe ſcribunt, cuius ille mortem luxiſſe fertur:
& quum obiiceret Domitius, An tu murænam luxiſti?
retorſiſſe, An tu vxores tres quũ extuleris, vnquam la-
crymaſti? Crocodili verò ſacerdotum ſe clamantũ non
ſolùm vocem agnoſcunt, contrectaríque ſuſtinent, ſed
aperto rictu purgandos manibus dẽtes & linteolo de-
tergendos præbent. Et Philinus optimus vir Ægypto
vbi peregrinatus eſt, reuerſus nuper, apud nos narra- D
bat, in vrbe Antæianum vidiſſe ſe in eodem cum cro-
codilo grabato molliſſimo cubantem, quum huic ſe
elegãter ille applicaret. Tradunt etiam, Ptolemæo iam
olim regi, quum crocodilum ſacrum fruſtra diu, ſacer-
dotibus nequicquam ſcilicet clamantibus hórtanti-
búſque, vocaſſet, obitum, qui haud ita multo pòſt in-
ſequutus eſt, viſum portendere. Vnde pretioſæ illius
diuinationis expers immunéve genus aquaticum non

A eſſe, ſatis liquet. Quãdoquidem & iuxta Suram villam
1797 Lyciæ, inter Phellũ & Myros ſitam, ſic è piſcibus qui-
bus inſident homines, auguria arte quadam captari vi-
deo, quemadmodum ex auibus alibi, dum linguæ vo-
ces, dum fugas, dum bella eorum ſpeculãtur & obſer-
uant. Ac eſſe quidem non aliena à nobis aquatica, aut
nihil ſortem noſtram prorſus miſerantia, ſatis hæc, ar-
bitror, declarãt. Induſtriæ verò genuinæ illius meræq;
& impermixtæ argumentum ingens eſt, quod vulgò
B mortales omnes vſu compertũ tenemus. Neque enim
natatilium quicquam, ſolis quæ affixa petris hærẽt ex-
ceptis, aut manu prehendi, aut ſine negotio circunue-
niri ſuſtinet, quomodo lupis aſini, meropibus apes,
hirundinibus cicadæ, ſerpentes ceruis perſæpe capiun-
tur. Hoc enim ἐλάφοις *Græcè* nomen eſt, haud à celeri-
tate, quod putant quidam, ſed ſerpentis tractione ſor-
ptionéque ductum. Ouis etiam pedis grauiore ſonitu
lupum ſtulta vocat. Ad pardum pleraque vel ſponte
accurrere, odore allecta, ſimiam cumprimis, narrant.
C Atenim marinorum in vniuerſum omnium, nullum,
propter ingenii ſagacitatem & ſuſpicacem circumſpe-
ctámque aduerſus inſidias præſenſionem, capi vulgari
negligentíve venandi opera poſſe, ſed inſtrumentis o-
mnigenis, & in his ipſis dolo vafricieq; certa opus eſſe,
declarant quæ quotidie videmus. Nam & piſcatoriam
harundinem craſſam eſſe non patiuntur, tametſi forti
contra captorum reſultus opus eſt: ſed tenuem magis
probant, ne iactæ vmbræ latitudine animal, alioqui
ſuſpicax, abſterreatur. Et funiculum ipſum nodorum
D vinculis nec multiplicibus nec aſperis faciunt, quando
& hinc dolum coniectant. Setis denique ad hamũ ap-
poſitis, albicantibúſque maximè, & maris aquam co-
lore proximè ſimulantibus, hócque magis fallentibus,
ex induſtria vtuntur. Id verò quod poeta dicit,

Hæc ſeſe plumbo ſimilis, demerſit in altum,
Quale per agreſtis tranſmiſſum cornua tauri,
1798 *Piſcibus exitium portat cladémque futuram,*

haud rectè intelligunt quidam, ſetis bubulis veteres ad

hami funiculos vſos eſſe putantes : κέρας enim (*quod* A
Græcis cornu eſt)etiam ſetam ſignificare, atque κείρασθαι
& κουρὰν tondere & tonſionem , & apud Archilochum
κειροπλάστην concinnandæ comæ ſtudióſum, & quaſi fi-
ctorem inſtitorémque formæ dictum. Eſt autem non
verum: equinis enim ſetis vtebátur, atque iis maſculo-
rum tantùm: nam ſuas equæ lotio ſemper irriguas, exi-
les nimis & imbecilles reddunt. Ariſtoteles etiam nihil
hîc nouum exquiſitúmve poetam ſignificaſſe dicit, ſed
ita reuera ſolitos, cornu proximè hamum funiculũ cir-
cundare, ne ſorpto hamo dentibus piſcium præcidere- B
tur. Curuis autem hamis ad mugiles amiáſque vtútur
ideo, quoniam os illis anguſtius eſt, tum quia rectos
vitant. Quanquam curuos etiam perſæpe mugil ſuſpe-
ctos habens circũnatat diu, cauda ab omni prius parte
percellẽs eſcam, ac tantùm quod reuulſit glutiẽs: quod
quidem niſi ſucceſſit, ore in anguſtum collecto cõtra-
ctóque, ſummis tantùm labris ac vellicatim ſtringit
eſcam. Labrax verò animoſius etiam quàm elephas i-
pſe, quoties incurrit hamum, non alteri, quod ille, ſed
ipſus ſibi telum extrahit: huc enim illúcque iactando C
caput, vulnus primùm patefacit, deinde laniatus dolo-
rem ſuſtinet tantiſper dum conuellat hamum. Vulpes
autem ad hamum quidem temere haud accedit, calli-
da vitans dolum: capta verò, euertitur ſubitò. Poteſt e-
nim ob natiuam corporis agilitatem mollitiémq; mu-
tare & inuertere ſe. Ergo poſtquam interna extrà ver-
ſa ſunt, hamus vltrò decidit. Hæc liquidè piſcium cum
prouidentiam inſignem, tum eiuſdem, quoties oblata
gerendæ rei occaſio eſt, vſum callidum & exquiſitum
docent. Sunt alia, in quibus cõiunctum iſti perſpicaciæ D
ſocietatis ſtudium videre eſt, cuiuſmodi anthiæ ſunt &
ſcari. Scarus vbi glutiuit hamum, cæteri qui tũ adſunt
approperant, funiculum abrodunt. Iidem ſiquis in naſ-
ſam aberrauit fortè, caudam intrò porrigunt, & hunc 1799
mordicus inhærentem foras extrahunt, atque ad ſe re-
ducunt. Violentius anthiæ ſuccurrunt contribuli, reie-
ctum in tergum funiculum ſurrectis aculeis reſecare,
ſpinæque aſperitate cõſcindere ſoliti. Atqui quod peri-

A clitâti alteri ſuccurrere adeſſéve ſuſtineat, terreſtre ſci-
mus nullum, nõn vrſum, non aprum, nõ leænam, non
pardum. In vnum quidem quæ generis eiuſdem ſunt,
in theatris coeunt, & inter ſe diſcurrunt, alterum verò
alteri opitulari nec nouit nec cogitat, fugiunt reſiliúnt-
que, & ab eo quod vulneratum concidit moritúrve,
quam longiſſimè diſcedunt. Nam illa de elephantis,
(bone vir) hiſtoria in foſſam congerentibus, ac dela-
pſum aceruato ſyluæ tumulo eruĉtibus, abſurda pror-
ſus & aliena eſt, quaſi edicto quodam regio librorum
B Iobæ credi ſibi poſtulans: quæ tamen vt vera ſit, mari-
norum certè pleraque docent, nec perſpicacia nec ſo-
cietatis fide terreſtrium omnium ſapientiſſimo quic-
quam ſe cedere. Ac de ſocietate quidem mox locus erit
ſuus. Piſcatores verò poſtquam harundinem hamíque
iactum, piſciũ velut ſtratagematis crebrò ludificari vi-
diſſent, ad inferendam vim cõuerſi, ſagenis, non ſecus
ac Perſæ faciunt, cœperunt vti, quaſi fugam nulla nec
ratio nec induſtria irretitis ſemel expedire poſſet. E-
quidem verriculis & plagulis mugiles iuliæq; capiũn-
C tur, tum mormuræ & ſargi, gobii item & lupi. Iactarii
verò, quos vocant, miluus, chryſus, ſcorpio, cum ſage-
nis tum reticulo trahuntur illaqueati. Retiũ porrò ge-
nus vniuerſum πανάγραν, *(hoc eſt, Tutũ nihil relinquens,
ſed omnia circumueniens capiénſque)* rectè Homerus
vocat. Verumenimuero etiam hæc contra aſtus galeis
lupíſque inuenti. Lupus rete iam trahi ſentiens, ſolum
interea magna vi ruendo diuidendóque cauat, ac vbi
latibulum aduerſus inſultus cõmuniuit, iniicit abdítq;
ſe, & hic tãtiſper hæret, dum rete præteruehatur. Del-
D phinus autem comprehenſus, ac intra plagas ſe eſſe vi-
1800 dens, æquo animo fert, nec ſe conturbat quicquam,
quinetiam gaudet, in iſta larga piſcium copia magnifi-
cè ſcilicet ſine negotio cõuiuaturus. Vbi ad littus por-
rò iam ventũ eſt, eroſo perruptóque reti auolat. Quòd
ſi fuga quidem euadere primùm capto non datur, pe-
riculi tamen nihil eſt: iunco quippe circa collum tranſ-
miſſo ſignant, dimittúntq; ruſus: deprehenſum poſt-
ea, verberibus futuræ cicatricibus agnitum, caſtigant.

Quod quidem perrarò accidit: nam venia data, plerique omnes in poſterum continent ſe, ac ab iniuria faceſſunt. Quum ſint autem id genus cautionum, circumſpectionum, euaſionúmque exempla mille, hoc vnum ſepiæ præterire nullo pacto poſſum: veſiculam hæc (ſic nominatur) collo dependentem habet atro liquore (atramentum vocant) plenam: hũc capta mittit, obſcurato circum ſe mari, & tenebris inlatitare, fugeréque venantis aciem, ſtruens: Homericos planè deos imitata, qui quos ſeruatos volũt, hos atra ſubinde nubecula, belli diſcrimini ſubducunt ſuffurantúrque. Sed iſta ſatis. Prædandi verò inſidiáſque ſtruendi vis quanta conceſſa marinis ſit, æſtimare calliditate plerorunque licet. Stella, quoniam quæcunque tetigit ſolui liquefieríque omnia certum eſt, accedentibus propinquantibúſq; vltrò ſe contrectandam tuta præbet. Torpedo verò quam vim habeat, nemo neſcit: nempe qua non ſolùm tangentes alligat, ſed per ipſum etiam rete, obtorpeſacientem grauedinem piſcatorum manibus inducit. Ac narrant quidam periclitati ſæpe, ſiquis, quum viua elabitur, ſupernè interea manibus agitet aquam, vim ad manus accurrentem, & tactum obſtupefacientem penetrare, aqua prius omni, vt videtur, mutata infectáque. Hãc igitur vim ſuam quoniam exploratam habet, certamen quidem apertum cum nullo ſuſcipit, nec periculum adit. Id verò quod ipſa venari cupit circumiẽs, & tanquam ſpicula vim iſtam ſuam tacitè interim mittens, primùm aquas, mox ipſum per aquas animal inficit, ſicut iam nec tueri ſe nec fugere poſſit, ceu vinculis conſtrictum alligatúmque. Is verò quem ex re nomine facto, Piſcatorem vocant, notus multis eſt: hunc eodem cum ſepia commento vti ſolere, ſcriptum Ariſtoteles quoque reliquit. Cirrum à collo, inſtar funiculi, dependentem habet, extendi quoties remiſit, & in ſe rurſum concurrere quum recepit, momento ſolitum. Hũc inſtar hami promittit, & piſciculis minutioribus vbi circumuolitant, vellicandum præbet: paulatim deinde & leniter reuocat ad ſe, tãtiſper adducens, dum ore iam cõſequi piſciculos poſſit. Iam quòd

A (margin, line 1) · B (margin, line 11) · C (margin, line 19) · 1801 (margin, line 28) · D (margin, line 30)

A polypi tam variè ſe pingunt,etiam Pindarus celebrat:
Æquorei aduerte ante omnia mentem Pelliculæ polypi,ſic vrbes omnes adi. Et Theognis ſimiliter:

Multicolor(inquit)*polypi diuerſam tu obtine mẽtem,*
Et petram ſimili quanque colore refer.

Chamæleon enim nõ qui quicquam ſtruere latitaréve
inſtituat,ſed metu colorem mutat,meticuloſum natura
animal & trepidum:accedit etiam ſpiritus copia,velut
Theophraſtus ſcribit: quoniam parum abſit quin
corpus totum pulmo expleat : vnde & ſpiritus in ipſo
B copiam,ideóque mutationibus perquam obnoxiũ eſſe
coniicit. Iſthæc verò polypi mutatio , non affectionis
vis eſt:ex induſtria nempe ſeſe transformat,hac ſutela
infeſta fallere, prædam in poteſtatem redigere ſolitus:
hoc enim pacto & non cauentibus obrepit, & dolum
ſtruentibus fucum facit.Ipſum brachia ſua rodere,falſum:
à murænis autem & congro metuere,verũ:quippe
qui ab his infeſtetur, quas ipſe tamen nõ poſſit, lu-
1802 bricitate ſua continuò elabentes. Carabus contrà,eaſdem
intra brachiorum cõplexum nactus conficit quidem,
C nihil læuore aduerſus aſperitatem proficiẽte: ipſe
verò intra polypi acetabula compulſus,perit. Hũc ſeſe
perſequẽdi fugiendíque circuitum ac vices, maritimæ
ſagacitatis ac ſolertiæ meditationem & exercitamentum
piſcibus natura dedit. Sed erinacei terreſtris ventorum
præſenſionem neſcio quam iactat Ariſtotimus,
ac gruum volatus in cuneum diſpoſitos miratur. Ego
verò erinaceũ Cyzicenum Byzantinúmve nullum,ſed
marinos exhibebo ſimul omnes. Hi quoties æſtũ procelláſque
præſenſere, ſaburra grauant ſeſe, ne propter
D leuitatem iactentur , néve tempeſtate iam ingruente
auferantur,ſed petris firmè inhæreãt. Illa verò gruum
ad ventum aciei commutatio, non vnius, ſed vniuerſi
maritimi generis eſt : ſiquidem & æſtum fluctúſque
contra natãdo niti, & eadem de cauſa aquaticis omnibus
mos eſt: cauent quippe ne ventus à tergo incumbens,
ſquamas ſurrigat cieátque,atque ita nudatum &
exaſperatum corpus vulneret : vnde in ventum, obnixíque
fluctibus,curſum dirigũt:ſic enim à vertice ſciſſi

fluctus & branchias cohibet, & per ſumma delati mi- A
nus infeſtant,& horrorem non incutiunt. Hoc igitur (quemadmodum dixi)commune piſcium omniũ eſt, acipenſere tantùm excepto. ſecundum ventos & fluctus meat hic,ſquamæ vulſionem nihil veritus,vt quarum commiſſuras non ad caudam,*ſed ad os* verſas habet. Quid quòd thynnus æquinoctia ſentit & ſolſtitia, hominémque docet aſtrologicis obſeruationibus nihil opus eſſe? Nam vbicunque hybernum eum occu-
pauit ſolſtitium , iſthic hæret intrepidus , ad æquino- B
ctium vſque eodem in loco durans. Verumenimuero hoc callidum illud eſt quòd lapillum grus tenet,cuius
lapſu expergiſcatur:at quãto eſt(obſecro)delphini cal 1803
lidum hoc magis,cui quia ſtare,aut nunquam ab agitatione feriato eſſe fas non eſt(perennis quippe mobilitas ineſt,ac vitæ motúſque finis idem) vbi ſomno opus habet,in ſummas aquas ſubleuatum corpus,ſupinum per profunda altitudinis eius demittit,æſtu quodam delatus , tantiſper dum in vadum impingat , ſo-
lúmque ſentiat:hîc excuſſo ſomno,rhonchóque edito C
ad ſummum rurſus meat,rurſúſq; demittitur, ac pronus fertur, motu quandam mirabiliter compoſitam quietem captans. Idem facere thynnus , ac eadem etiam de cauſa fertur. Ac quia mathematicam conuerſionum ſolis præſcientiam peregimus, cui ipſus etiam Ariſtoteles ſuffragatur, arithmeticen nunc, imo verò hercle ipſam prius opticen videamus, quã nec Æſchylum piſcibus negaſſe putem. Sic enim inquit, Huc læuum oculum thynni ritu admoue. altero ſiqui-
dem obtuſè cernunt. Hinc eſt quòd quum Pontum D
dextrorſus ſubeant , terræ adhærentes ſiniſtrorſus egrediantur , ſcitè & proſpicienter admodum ſalutem ſuam oculo perſpicaciori credentes. Arithmeticẽ porrò,quia ad mutuam ſociámque maximè (vt videtur) dilectionem & congreſſum numeris opus eſt , iidem ad ſummum excolunt,adeo vt quoniam conuiuere & gregatim ire geſtiunt,phalangem totam figura cubica diſponant,ſolidũ ex omnibus ſex lateribus circundantes , ac ita quadrato quidem agmine , ſed ancipiti

A fronte progredientes. Explorator ergo latus vnum ſi numeret probè,de vniuerſa multitudine iudicare momento poſſit:quoniam profunditatem agminis longitudini latitudiníque pari ſerie reſpondere conſtat.Hamiis ipſa nomen congregatio dedit , quemadmodum & pelamydibus,vt videtur. Cæterorum generū quæcunque in commune gregatímque inter ſe viuunt, nu
1804 merum recenſere haud facile ſit:igitur ad conuictus & conſortia quorundam ſeorſim ſaltem veniamus. Quo
B quidem de numero cumprimis eſt is de quo ſcribendo atramenti plurimū Chryſippus conſumpſit,pinnotheras,primas in omnibus huius & phyſicis & moralibus libris habens. Nam ſpongiotheram non nouit, alioqui haud taciturus. Pinnotheras igitur cancrorum de genere eſt,pinnæ ſemper adhærens,ac ad concham huius,atrienſis inſtar,excubans.Hiare quippe pandiq; tantiſper ſinit,dum piſciculi quos capi poſſe ſperet, irrepſerint: ibi pinnæ carnem vellicatu leni ſtringit , ac intra fauces ipſius proripit ſeſe,illa mox conchā com-
C primit,prædā poſtea intra clauſtra captiuā in commune partiuntur & vorant.Spongiā verò non cancer,ſed araneæ ſimile animalculū identidē moderatur. Neq; enim inanimis eſt,ſenſúve aut ſanguine caret ſpongia, ſed petris ſic vt alia multa affixa,motum quo nunc exporrigitur,nunc contrahitur, peculiarē quendam habet,ductu tantùm admonitúque egens alieno. Igitur quum ſit ſpiſſa minus,mollis verò & alioqui per ignauiam & hebetudinē laxamentis dedita,quoties edibile aliquid per inania ſubiuit , illo ſignificante cōtrahit
D ſe,& quod eſt ingreſſum capit:cumprimis vulſore propinquante tangentéve,à ſpongiothera monita ac perſtricta velut inhorreſcit:tum corpus figens ſtipánſque adeo coarctat, vt longè vulſu ſit venatoribus difficillima. Purpuræ verò publicitus congregatæ fauum ſic vt apes conſtruūt,in quo etiā parere dicuntur. Cibo qui alga & muſcus eſt,quantuncunque coegerūt, conchā deprompto excipiunt ſeſe,ac cōuiuia velut per circulū agitant,altera alterā foris ſic depaſcente. Quanquam harum ſocietatem *& in amicitia fidem* quis miretur,

poſtquam ab omni maximè commercio abhorrens, A
marinorum fluuiatiliũ lacuſtriúmq; omniũ maximè
ferus crocodilus, vltrò ſe tam miranda cũ gratia trochili congreſſibus præbet? Auicula trochilus eſt circũ
paludibus & fluuiis vicinos locos agitans, crocodili ſatelles paraſitúſq;, non domi, ſed reliquiis huius victitare ſueta. Hæc vbi ſtertenti crocodilo ab ichneumone, luto in hoc ſe pugilis inſtar armante, parari inſidias animaduertit, aduolat, ſomnum diſcutit, voce partim, partim vellicatu roſtri. Hoc ille officio ſic demulcetur: B
patefacto deinde rictu intra fauces admittit, titillari & inter ſepta dentium carnes roſtro leniter excerpi mirificè gaudens: cuius voluptatis quũ ſatur eſt, ac os colligere iam & rictum claudere parat, inclinata paulum ſuperiore mandibula præmonet, totam verò non antè demittit quàm euolare trochilo quoque collubitũ videatur. Is verò quem gubernatorẽ vocant, magnitudine formáque gobii piſciculus, foris quidem auium, quum horruere, propter aſperitatem ſquamæ ſimilis, grandiorum balenarũ cuipiam ſemper hæret, præítque curſum dirigens, ne vel in breuia cœnúmve impingàt, vel in anguſtias ſeſe penetret, vnde exitus non detur. Hunc balena, veluti temonem nauis, ſequitur, ducíque fert haud inuita: ac cæterorum quidem quicquid intra barathrum belluæ venit, ſeu ſcapha, ſeu ſaxum, peſſum it ſtatim, perítque in alui profunda merſum: hunc autem agnitum, ore velut anchoram recipit, dormit vnà, quieſcente quieſcit, progrediente progreditur, haud vſquã diu noctúve deſtituens: hoc niſi facit, errare impingeréque certum eſt. Periere multæ, dum velut gubernatore carens nauigium, delatæ ad terram ſunt, quod ipſi quoque circa Anticyram vidimus. Ac prius etiam multo, haud ita procul à Bunis balena eiecta & putreſcente, peſtem inuaſiſſe narrant. Huic tam arctæ marinorum inter ſe coniunctioni ac conuictui quid obſecro comparemus? Serpenti cum vulpe conuenire Ariſtoteles etiam tradit, ſcio: ſed idcirco, quia communis aquila hoſtis ſit illius. equo ſimiliter & aſioni: nempe hæc illius ſtercus aduolans 1806

A aſſiduè vertit. Ego verò nec apibus nec formicis ipſis intercedere tantum inter ſe ſtudii dico: rempublicam cuncti cunctæque curant quidem, ſed alter pro altero ſolicitus nemo eſt, de ſalute alterius inquirit nemo: quod quidem diſcrimen rectius perſpicietur, ſi antiquiſſima maximáque ſocietatis & commercii munia, (ortum & procreationem dico) perpendamus. Primùm omnium quicunque vel lacubus attigua, vel fluuios excipientia colunt maria piſces, vbi fœturæ tem-
B pus appetit, flumina ſequuti, manſuetiſſimas, minimúmque ſalſuginis habentes aquas ex induſtria petût: ſeu quòd iſta tranquillitas commoda partubus eſt, ſeu quòd minus ſunt lacus & flumina belluis infeſta, rectiúſque curantur fœtus. Igitur pleraque in Euxino præcipuè pariunt: nam & balenas non nutrit, ſed aut vitulos graciles, aut delphinos perexiguos: & fluminum plurimorum ac maximorum, hunc ſubeuntium admixtio, clemens grauidis, vtiléque maximè aquarũ temperamentum præbet. Cumprimis verò mirandus
C anthias eſt, quem ſacrum piſcem Homerus vocat: tametſi magnum quidam ſacrum intelligunt (quomodo os ſacrum magnum, & comitialem morbũ, magnum ſcilicet, ſacrum vocant) quidam verò communi ratione quòd liber ſit, & ab omnibus dimittatur, dictum ſacrum putant. Eratoſthenes auratam videtur,

Perniciémque, ſuperciliòque flauente, ſacrúmque,

dicere. multi, acipenſerem: nam & hic rarus eſt, & ægrè capitur, conſpicitur autem circa Pamphyliam ſæpe. Anthiam igitur ſiquando piſcatores deprehende-
D rint, coronantur quidem ipſi, coronant autem nauiculas, & cum plauſu ac ſtrepitu illos applicantes excipiũt ac colunt. Plerique verò ſacrum anthiam eſſe, dicíque idcirco volunt, quia quò loci eſt, bellua nulla compareat, tutóque ſpongiatores vrinentur, ac piſces ipſi tuti pariant, hanc immunitatis ceu fideiuſſionem nacti. Cauſam difficile colligere eſt: ſeu horrent anthiã bel-
1807 luæ, qualiter elephantes ſuem, gallum leones: ſeu loca non infeſta prudens & memoria præditum animalculum agnita notat, adítque tantùm. Quanquã ma-

tribus omnibus communis fortaſſe ex ſe genitorũ cu- A
ra eſt:mares autem,non (*quod hic impingit*) prolem
ipſi perdunt ſuam,ſedcum fœtibus cõuerſantur etiam,
& oua (quod Ariſtoteles quoque docet) aſſeruant.
Sunt verò qui & conſectantur fœminas, & oua geni-
tali ſemine conſpergunt:quando aliter vix quicquam
naſcatur eximium, ſed quod natum ſit, inabſolutum
maneat,incrementúmque ſolitum non attingat. Pecu
liariter phycæ alga velut nido conſtructa fœtum cir-
cundant,ac contra tempeſtates tuentur. At galei pa- B
terna quadam indulgentia nulli animalium vel ſuaui-
tatis vel bonitatis ſummæ palma cedunt:oua primùm,
mox animal,non foris,*vt cætera*, ſed in ſeipſis edunt,
tum educant geſtántque ceu partu ſecundo quodam:
ac vbi iam adoleuere,foris emittunt: ludere & natare
circum ſe docent:mox in ſe rurſum per os recipiunt:
inhabitandũ,incolendúmq; corpus præbent: locum,
cibum,refugium,tantiſper dum ipſis ex ſeſe præſidium
certum ſit,ſuppeditantes. Miranda verò & teſtudinis
eſt in educandis tuendiſque liberis cura: parit egreſſa C
mari haud procul:incubare verò & in continenti de-
gere quia diutius non eſt, ſabulo primùm deponit o-
ua,mox arena tenuiſſima molliſſimáque obruit,ac vbi
iam contumulauit probè,pedib⁹ (vt alii putant)inſcul-
pit ſignátque locum, cognitu facilem ſibi reddens: vt
alii ab ipſo reſupinata marito fœmina, teſtæ propriæ
characterem ſphragidémque inſcribit. Iam quod lon-
gè mirabilius eſt,præſtituto die quadrageſimo (nam
hoc interuallum ad maturitatem oua perducendi iu-
ſtum eſt)redit,ac ſuum quæque theſaurum agnitum, D
longè quàm illos auri argentíve loculos homines,ala- 1808
crius lætiúſque recludit. Crocodilorum autem cætera
quidem finitima ſunt: locum verò quẽ excubatui de-
ſignat, quibúſnam coniiciat modis, ratiocinio hu-
mano nullo deprehendi poteſt:vnde non humanæ ra-
tiocinationis,ſed fatidicæ cuiuſdam facultatis illam be-
ſtiæ prænotionem eſſe putant. Nec altius enim nec
inferius,ſed eo præſertim loco ponit oua,quo ſummo
Nilus auctu,eo quidem anno terram abluturus con-

A diturúſque peruadet. Itaque qui ruſticus prior incidit, locum notat, ac ſummum cæteris nuntiat fluminis incrementum. Adeo verò locum cõmetitur, vt eo aquis operto, non opertus ipſe incubet. Excluſis autem pulliculis, quiſquis emergit protinus, nihil autem arripit eorum quæ fortè occurrerunt, ac neque vel muſcam, vel culicem, aut ſeriphon, vel terræ inteſtinum, vel feſtucam vel herbulam populatur, ore laniens, eum morſu mater repentè necat: feroces contrà ac ſtrenuos a-
B mat colítque, iudicio (quod mortaliũ ſapiẽtiſſimi cõſueuerunt) non amans affectu. Phocæ etiam in ſicco pariunt. Paululum deinde prouectis catulis guſtandum mare præbent, mox reducunt. Id ita crebrò faciunt, dum addita fiducia fluctibus credere gauderéq; videant. Ranæ verò ololygmo (quem vocant) velut amatorio epithalamióque carmine ad hoc compoſito, fœminas ad venerem irritant: ac vbi iam allexere, noctem eam in commune expectant. Coire quippe in aquis quidem non poſſunt, interdiu verò ob metũ no-
C lunt: igitur nocte iam obortа in terram egreſſi complexibus indulgent liberé. Per cætera vocis illa claritas impendente pluuia cumprimis vſurpatur, éſtque id huius euidentiſſimum ſignũ. Sed quod mihi (prò marine Iupiter) propemodũ malum quàm abſurdum & ridiculum accidiſſet, circa phocas & ranas vt hærens, ſapientiſſimi diuiniſſimíque marinorũ omnium animalis obliuiſcerer. Quas enim luſcinias ſuauitati can-
1809. tus, quas hirundines indulgentiæ erga ſobolem, quas columbas humanitati, quas apes ſummæ halcyonis
D induſtriæ conferamus? aut cuius natales, partúſque & dolores ipſius, deorum quiſquam adeo reueritus eſt? Latonæ puerperio quam volebat inſulam, ſed vnicam conceſſam ſcimus: halcyoni verò, mare circa ſolſtitia totum tranquillum placidúmq; parienti ſternitur. Vnde nullum eſt animal quod quidem adeo colunt homines, cuius beneficio ſeptẽ perpetuos dies ac noctes totidem media hyeme liberè nauigetur, omni tum per maria profectione longè quàm per continentem tutiore. Quòd ſi de ſingulis etiam virtutum quas habet,

paucis dicere conuenit, coniugis amans eſt adeo, vt A
non vno quodam, ſed quolibet anni tempore cohæ-
reat, congreſſúſque huius admittat: haud quì procacu-
la ſit adeo (quippe quæ alteri nulli prorſus miſcetur)
ſed beneuolentiæ, qualiter nuptam decet, & amicitiæ
ſtudio. Eundem grauẽ iam annis & ægrè ſequentem,
ſuſcepta cura fert fouétque ſenem, nuſquã deſtituens,
nuſquam poſt ſe relinquẽs. Nam & humeris impoſi-
tum circumfert vbilibet curátque, & adeſt in mortem
vſque. Iam verò naturali quodã amore curáque futu- B
ræ prolis, vbi ſe grauidam eſſe primùm ſenſit, ædifica-
re protinus aggreſſa, non lutũ qualis hirundinum mos
eſt ſubigit, parietibus laquearibúſve ad glutinandum:
nec membris ſimul omnibus incumbit, qualiter apes
fauũ corpore toto ſubeuntes, in formã cellas hexangu
lam, *pedum totidem, hoc eſt ſenũ*, opera diſtinguũt: ſed
organum vnum ſimpléxque inſtrumentum vnum, ro-
ſtrum ſcilicet, aliud verò ſedulitatis illius & erga libe-
ros ſtudii ſui præſidium nullum coniunctum habens,
qualia dii boni ſtruit, qualia molitur? difficile creditu C
eſt, niſi quis oculis perſpexit. Fingit enim, imo verò,
nauis inſtar, fabricat nouo figuræ genere opus, ſolum
euerti mergíq; fluctibus neſcium. Componit quippe 1810
deuincítque conſerẽs inuicem acus piſciculi ſpinas, ac
rectis aliis ceu ſtamini, tranſuerſas alias veluti ſubte-
gmen implicat, mox conſertũ recuruat, & in orbẽ re-
ducit, ac ſic coaptat deniq;, vt opus nauigii ſpecie tur-
binatum, ac qualo propemodũ piſcatorio oblongiuſ-
culo ſimile euadat. Perfectũ littori, quò fluctus extre-
mi pertingunt, applicat: hîc vnda molliter feriens, nõ- D
dum firma ſatis hiantiáque procellarũ verbere depre-
henſa, ſarcire & cõſtipare docet: ſolida verò & iam co
hærentia cõſtringit figítq; adeo, vt nec ſaxo nec ferro
diſſolui diffringíve facilè queant. Qua quidẽ in re ma
gna cumprimis admiratione dignum cellæ oſtiolũ eſt,
ſic modificatum figuratúmque vt hanc vnam ſubeun-
tem recipiat, cæcũ cæteris & abditum, ac aliud pror-
ſus nihil admittens, ne vndarum quidem. Equidem
arbitror nidum huius neminem non vidiſſe: mihi certè

A quoties vidi tetigíve (mihi autem id perſæpe accidit) iſtuc in animum ſubit dicere caneréque,

Talem quondam oculis Phœbea vidimus arce

Deli, corneam illam aram, inter ſeptem (quæ vocant) mundi miracula celebratam, quæ quidem citra glutinum omne vinculúmque, dextris tantùm cornibus coaptata ac commiſſa fuit. Atque vtinā muſicum me quadantenus & inſularē, muſicus & inſularis deus Apollo, pelagicæ ſirenis laudes candidè celebrantem,

ra cornea.

B benignè placidéque ferat: iſtorū verò quæſtiones quibus hîc nos traducunt, cur non aut congricida Phœbus, aut mullicida Diana vocetur, irrideat: non ignorantum Venerem etiam ſacra ritúſque ſuos mari inſtituiſſe, nullo tamē hinc nomine gaudere. Lepti verò Neptuni templo præfectos, marinum prorſus nullum attingere, mullum Eleuſinæ ſacerdotes etiā pro ſacro colere, eodémque Iunonis apud Argiuos antiſtitē ob animalis reuerentiam prorſus abſtinere, notum eſt omnibus. Marinum quippe leporem exitialem homini,

C mulli necant, cumprimíſq; infeſtant: vnde ſtudio quodam hominis duci, hominis curam gerere crediti, iſtā

T811 viciſſim immunitatem obtinuere. Atqui & Dictynnæ Dianæ, & Delphinii Apollinis, aræ templáq; per Græciam multa paſſim ſunt. Enimuero quem locum ipſe ſibi deus peculiarem elegit, eum Cretenſium poſteri delphino duce tenuerunt. Neque enim (quod fabulantur quidam) ſumpta delphini ſpecie deus ipſe, ſed ab illo delphinus miſſus, pérque mare curſum dirigēs, claſſem perduxit Cirrham. Iis etiam, quibus à Ptolomæo Sotere ad Sinopen, Serapidis reuehendi nego-

D tium datum fuerat, necnon Dionyſio ventorū vi, præter animi ſententiam, ſupra Maleam abreptis, & iam à dextera Peloponneſum habentibus, ac ob id perturbatis triſtibúſque, delphinum ante proram conſpectum narrant, veluti vocantem, ac ducem ſe in ſtationem quandam leni curſu præbentem: illos verò de via iam nihil ſolicitos, tantiſper prænatantem viámque monſtrantem ſequutos, dum conſtituerentur Cirrhæ: ibi factis pro reditu ſacris, intellexiſſe è duobus ſimu-

lachris

lachris alterum, Plutonis quod erat, tolli auferríque: A alterum Proſerpinæ, effictum expreſſúmque relinqui oportere. Eſt autem veriſimile, etiã quia muſicen delphinus amat, charum eſſe deo. Qua quidem in re huic ſe Pindarus conferens,

Non delphinum (inquit) *abditum elici,*
Quem placido ponti de pelago,
Exciuit amabile tibiæ melos.

Imo verò magis adeo ipſa animalis humanitas grata diis eſſe videtur. Solus enim delphinus hominem hoc quidem ſolùm B nomine diligit, quia ſit homo: cæterorũ quæ per continentem degunt, vel nullũ vel quæ manſuetoria ſunt tantùm, canis, equus, elephas, nutricatores modò & familiares colunt ſuos. Hirundines dum vmbra & opportunitate neceſſaria potiantur, commigrant cohabitántque nobis, per cætera hominem velut beſtiam fugere & auerſari ſolẽt. Delphinis autem longè quam cæteris ſecus, illa ſummis philoſophorũ tantopere deſiderata, ſordibus omnibus, omni fraude carens amicitia, ſolis cũ homine natura intercedit. Nam qui haud C vllius vlla in re mortalis opus habent opera, benigni 1812 omnibus, omnibus amici, etiam opem tulere multis. Arionis exemplum qui ignoret nemo eſt, perquam ſcilicet nobilitatum. Heſiodi verò tu quidem in ipſo nos admonuiſti tempore,

--at non tibi fabula finem.

Oportebat enim ſi quidem iſtuc de cane credi tibi poſtules, delphinos non præterire. Cæca fuit illa canis ſignificatio, latratu tantùm & clamore cæſoribus inſultantis. Circa Nemæum verò quendam quum fluctibus exanimis iactaretur, delphini excepẽre, mox alter alteri alacritate mira tradentes expoſuere Rhium, vt iugulatum oſtenderent. Enalum verò Æolium quum Phinci filiã quam amauerat, Amphitrites oraculo monitæ præficæ in mare mortuã abieciſſent, eodem loci deſiliiſſe, & hinc à delphinis Lesbum incolumem deportatum, Lesbius Myrtilus autor eſt. Quid illam erga Iaſſenſem puerum beneuolentiam & fidem memorem, flagrantiſſimi cuiuſdam amoris argumentum? ludere, natare vnà

A quotidie,ac contrectari manibus pati,ad hæc conſcen-
dentem non refugere,ſed vectare lætus, ac quocunq;
dirigeretur curſum flectere,quum omnes ad mare Ia-
ſſenſes vndique iam ſæpe ſpectaculo ſtupidi concur-
rerent? Sedenim oborta iam aliquando tempeſtate,
nymbóque & grandine validis incumbentibus, dela-
pſus puer ſub vndis extinctus eſt. Delphinus re ani-
maduerſa,& cadauer quocunque iactaretur ſequutus,
in continentem impete ſe tandem vnà eiecit,nec antè
B diuulſus eſt quàm in ſicco expiraſſet:æquum haud du-
biè iudicans,qui vitæ fuiſſet,mortis etiam cuius autor
ex parte fuerat,ſocius vt eſſet. Monumentum calami-
tatis eius Iaſſenſium monetæ etiamnum inſculptum,
puer delphinum inequitans eſt. Hinc Cœrani quoque
fabella fidem habere cœpit. Parius hic genere, By-
zantii iam aliquando iactum piſcium, in eóque del-
phinos captiuos plurimos iamiam mactãdos eme-
rat,ac mox dimiſerat, *pecunia redemptos ſua donatóſ-
que vita*:paulo deinde pòſt quinqueremi, qua & ipſe
C & piratæ quidam vehebantur,inter Naxum Parúmq;
freto medio euerſa,pereũtibus cæteris omnibus, ipſe
1813 ſubeunte ſubleuantéque delphino, ſolus iuxta Sicyn-
thi ſpecũ applicans,ſaluus euaſiſſe fertur,quam ſpecum
Cœraneũ etiamnũ vocãt, & oſtendunt. Qua quidem
de re iſtuc eſſe Archilochi putatur,

Quinquaginta viris ſupereſſe dedit Cœranum
Neptunus pater. Poſtea quum ſupremum Cœ-
ranus diem obiret, ac corpus igni affines iuxta mare
traderent, delphinos circa littus innumeros compa-
D ruiſſe,ac ita ſeſe palàm oſtentauiſſe narrant, quaſi in-
tereſſe funeri ſignificarent:quippe qui non antè diſce-
derent quàm iuſtis planè peractis. Vlyſſis autem par-
ma quòd inſigne delphinum habuerit, etiã Sieſicho-
rus docet: qua verò maximè de cauſa, Zacynthii me-
morant,quemadmodum Critheus teſtatur. Puerulus
adhuc Telemachus quum fortè in mare, quod iuxta
vorticoſum erat, per lubrica decidiſſet, excipientibus
delphinis ab imóque reuehentib⁹ euaſit: hinc ſculptu-
ram annulo, & vmboni ſignum pater delphinum in-

ſcripſit, gratia ſic animali relata. Sed quoniam fabulis A
abſtinere iam à principio pactus, interea neſcio quo-
modo dum intentus delphinis ſum, extra metam fidei
prouectus longius, in ipſum Vlyſſem & Cœranú im-
pegi, mulctam mihiipſi ſtatuo, dicereque faceſſo. A-
RIST. Vobis igitur, viri iudices, ferre nunc ſenten-
tiam licet. SOCL. Atqui iandudum Sophoclis illud
nobis videtur,

Coibit pulchrè ſermo etiam nunc diſcrepans,
Ac in commune vtriſque erit. Siquidem enim
quæ diſſeruimus inuicem, in vnú vterque componen- B
tes, aduerſus eos qui rationẽ & prouidentiam negant
animalibus, coniunctis viribus optimè conſiſtetis.

PLVTARCHI, QVOD bruta animalia ratione vtantur, C

IOANNE REGIO interprete.

COLLOQVVTORES, VLYSSES, CIRCE, GRYLLVS.

VLYSSES.

EQVIDEM, ô Circe, hæc mihi D
& didiciſſe videor, & impræſentiarum 1814
quoque recordari. Sed libenter ex te
audirem, an quos alios detineas Græ-
cos vnà cum iis quos ex hominibus lu
pos leonéſque feciſti. CIRCE. Et
multos quidem, ô dilecte Vlyſſes. Sed quorſum hoc
rogas? VLYS. Quòd Hercule apud Græcos præcla
ram mihi videor gloriam adepturus, ſi hiſce ſociis be-

A nignitate tua mihi redditis,alii rurſus humanæ figuræ
meis precibus reſtituerentur,neque eos negligere vi-
derer in ferarum corporibus contra naturam conſe-
neſcentes, vitámque adeo miſeram & inhonoratam
degentes. CIRCE. Iſte vir propter ſtoliditatem
non ſolùm ſibi ac ſociis,ſed nihil quoque attinentibus,
ambitionem ſuam vult eſſe calamitoſam. VLYS. A-
liam rurſus verborum potionem temperas, ô Circe,
atque commiſces, qua me proculdubio feram efficis,
B ſi tibi credam,calamitatem eſſe, ex fera hominẽ fieri.
CIRC. Quaſi verò dudum his abſurdiora in teipſum
non commiſeris,qui relicta mecum immortali mini-
méq; ſeneſcente vita,ad mortalẽ fœminam(ac potius,
vt ego quidem ſentio,iam vetulã) per mille adhuc in-
commoda properes, quaſi videlicet magis conſpicuus
ex hoc clariórque etiã quàm nũc futurus eſſes,euaſe-
1815 ris,inane bonũ,ac potius boni ſimulachrum,neglecto
vero bono,ſequutus. VLYS. Eſto vt ais,ô Circe:
quid enim nos de iiſdem ſæpius altercari oportet? Sed
C iſtos mihi Græcos liberatos dona. CIRCE. Minimè
verò,per Hecaten,tam inconſultè, atque indicta cau-
ſa:neq; enim quilibet ſunt è vulgo. Quare prius ipſos
interroga, an velint: ac ſi ſe nolle dixerint,coneris, ô
generoſe Vlyſſes, eloquentia tua perſuadere: ſin mi-
nus perſuaſeris, ac potius illi in diſputatione ſuperio-
res fuerint, ſatis tibi ſit quòd & tibiipſi & ſociis peſſi-
mè conſulueris. VLYS. Quid me, ô dea illudis?
Quónam pacto iſti aut reddere, aut accipere ſermo-
nem poſſint,tantiſper dum aſini ſunt,vel ſues,vel leo-
D nes? CIR. Bono eſto animo, hominum ambitio-
ſiſſime:nam ego tibi illos exhibebo & intelligentes &
diſputantes. Imo verò vnus ſatis ſit qui pro omnibus
verba & faciat & accipiat. En cum iſto diſputa. VLYS.
Et quo nomine hunc, ô Circe, nuncupabimus? aut
quis hominum hic erat? CIR. Quídnam hoc ad
diſputationem? Sed ſi vis, eum nominato Gryllum.
Ego autem vobis cedo, ne præter ſententiam ſuam
mihi gratificans diſputare videatur. GRYL. Salue
Vlyſſes. VLYS. Sanè verò tu quoque ſalue Grylle.

GRYL. Quid me vis? VLYS. Ego vos homines A
natos eſſe ſcio. Cum aliorum igitur ſic affectorum miſereor, tum quicunque Græci in iſtiuſmodi miſeriam inciderunt, iis maximè par eſt me commoueri. Circæ igitur nuper ſupplicaui, vt ex vobis quicunque vellet mihi liberaret, priſtinæque formæ reſtitueret, quò nobiſcum in patriam redeatis. GRYL. Quieſcas Vlyſſes, ac nihil vlterius dicas: nam te nos omnes æquè deſpicimus, vt qui & eloquentia & prudentia cæteris hominibus multo præſtare falsò iacteris, quum ex pe- B
ioribus in meliora mutationem timueris, nihil rem ipſam ſcrutatus. Vt enim pueri & medicorum potiones horrent, & caſtigationes monitionéſque fugiunt,
quibus ex valetudinariis & imperitis tum firmiores, 1816
tum prudentiores fierent: ſic tu alium ex alio fieri metuiſti, ac nunc quoque horreſcis & trepidas vnà cum Circe viuere, ne te (nihil minus expectantem) ſuem lupúmve faciat: nobis verò qui infinitis fruimur bonis, ſimul illa, ſimul eorum autorem deſerere, ac rur-
ſus in hominem, animal omnium infeliciſſimum, re- C
fictos tecum enauigare ſuades. VLYS. Tu quidem mihi videris Grylle non faciem ſolùm, ſed etiã mentem illo poculo corruptus amiſiſſe, abſurdarúmque opinionum & prorſus peruerſarum repletus eſſe: niſi fortè conſuetudinis voluptas quæ tibi cum iſto corpore eſt, te blanditiis irretiuit. GRYL. Ex iſtis neutrum eſt verum, ô rex Cephallenorum. Sed ſi diſputare mauis quàm conuitiari & mordere, nos qui vtrãque vitam pulchrè ſumus experti, è veſtigio tibi per-
ſuadebimus, hanc magis quàm veſtram meritò nobis D
adamari. VLYS. Id verò perquam cupio à vobis audire. GRYL. Et nos itaque dicere. Sed principium à virtutibus eſt ſumendũ, quibus vos magnopere gloriari videmus, perinde acſi multo brutis & iuſtitia & prudentia & fortitudine & cæteris virtutibus præſtaretis. Velim itaque mihi tu reſpondeas, virorum ſapientiſſime: nam te nuper audiui Circæ quædã de Cyclopum terra narrantẽ, quam neque penitus ab vllo aratã, neque vllo ſeminum genere à quoquã cultam,

A ſola bonitate ac generoſitate ingenita omnes ferre fruges per ſe ipſam aſſerebas:nónne igitur illam magis laudas quàm montoſam Ithacã, capráſq; paſcentem, quæ vix operibus multis magníſque laboribus culta, quædam parua & tenuia, & nullo pretio digna cultoribus rependit? Et quomodo tibi graue nõ erit,ſi præter id quod manifeſtũ eſt,charitate patriæ ductus, reſponderis? VLYS. Atqui mentiri non oportet. Sed enim meam ipſius patriam & agrum magis & amo &
B amplector,Cyclopum verò terrã & laudo & admiror.
1817 GRYL. Hoc igitur colligemus, hominũ prudentiſſimum alia quidem laudanda approbandáq; putare,alia verò eligenda & amãda. Cæterùm illud idem de anima quoque te arbitror reſpondiſſe. Nam in eo cũ terra eadem eſt quòd quæ melior eſt ſine labore virtutẽ, vt fructum per ſe naſcentem,ferre conſueuit. VLYS. Eſto hoc quoque vt vis. GRYL. Iam igitur cõcedis, brutorũ animam ad virtutis generationẽ natura aptiorem eſſe atque perfectiorem: neque enim aut iuſſa aut
C edocta, vt terra nec arata nec ſeminata, fert & alit vnicuique natura congruentem virtutem. VLYS. Et quánam tandem virtute,ô Grylle, bruta ſunt prædita? GRYL. Quánã rogas? Nónne maiore quàm hominum ſapientiſſimus? Scrutare nanq; primùm ſi vis fortitudinem,qua tu quidẽ valde gloriaris,neque verecũdaris,quũ audax, vrbiúmque deprædator appellaris. Nam dolis, ô callidiſſime, & fraudib' homines, ingenuum atque generoſum belli morẽ ſequentes, fallendique ac mentiendi neſcios decepiſti,verſutiæque no-
D men virtutis,à malitia perquã alienæ, indidiſti. At ferarum certamina inter ſe,& aduerſus vos,vt citra dolos & fraudes vllas,atq; cum aperta nudáq; cõmittantur fiducia, ſpectas. Veris enim nixæ virib' iniurias ꝓpulſant,quũ præſertim neque legib' ſubiiciantur,neq; pœnam timeant deſertoris: ſed quũ natura caueant ne ſuperentur,ad vltimũ vſque repugnant, ſéque inuicta conſeruãt. Nam neque corporib' detenta domantur, neq; animũ deſpondent,ſed præliis immoriuntur. Ac multa tum quidẽ quũ interimuntur,vis ac robur ſimul

cum iracundia à reliquo corpore ſegregatum, & ali- A
quam circa particulam collectum interficienti reſiſtit, inſultat,reluctatur tantiſperdum, velut ignis,vndique extinguatur , & omnino perdatur: longè verò abſunt precationes ac ſupplices veniæ miſericordiæque petitiones, procul quoq; victoriæ cõfeſſiones.Neq; enim ob imbecillitatẽ aut leo leoni, aut equus equo ſeruit,
quemadmodũ homini homo, timidi cognomen nihil 1818
reformidans. Quiſcunque autẽ homines laqueis doliſve ceperũt,ſi grandiores quidẽ ſunt,& cibum aſper- B
nando,& ſitim tolerãdo,mortẽ ſeruituti alacriter præponunt. Sed earũ pulli & catuli quum per ætatẽ faciles educatu atque teneri ſint, multis fallaciis blandimentiſque,& guſtu voluptuoſis contra naturã victus, breui admodũ tempore & emaſculantur & corrumpuntur,& quam vocant cicurationẽ ac manſuefactionem,perinde atque feritatis effœminationẽ ſubire coguntur. Ex his igitur apertè cõſtat,& feras ad fortiter faciendũ natas eſſe, & hominib' libertatem vel præter
naturã ineſſe. Id verò illinc,ô generoſe Vlyſſes, facilè C
percipies. Nam in feris ad fortitudinẽ æqualiter ſe habet natura,neque maribus fœminæ ſunt inferiores,& ad tolerandos ꝓ rebus neceſſariis labores, & ad ſuſcipienda pro filiis certamina. Audiſti nimirum puto de Crõmyonia quadam ſue, quæ tametſi fœmina eſſet, multis tamen Theſeũ moleſtiis affecit. Sphinga quoq; illam quæ omnia circa Phyceium infeſta faciens,ænigmata gryphóſq; & cauilla inſolubilia cõmentabatur, nihil ſapientia iuuiſſet,niſi Thebanorũ pleroſque ro-
bore viribúſque ſuperaſſet. Quid ea quæ circa eadem D
loca verſantur,Telmeſiam nimirũ vulpem,vafrã illam & difficilẽ feram cõmemorem ? quid propinquã ſerpentẽ,quæ cum Apolline ſingulari certamine de oraculo Delphico promptiſſimè decertare auſa fuiſſe memoratur ? Æthen verò deſertæ militiæ pœnam,ac potius mercedem,à Sicyonio Agamemnõ rex veſter accepit,optimo conſilio vſus, quippe qui timido homini generoſam equam pugnæque auidã prætulerit. Sed tu quoq; ipſe pantheras & leænas ſæpenumero vidiſti,

A vt nihil maribus neque animo, neque robore cedant:
velut vxor tua quæ dum tu bella geris,domi ad ignem
ſedet,ac ne ſic quidem vt hirundines eos vlciſci poteſt
qui in ſe ac domum tuam impetũ faciunt, quum præ-
1819 ſertim Lacæna ſit, vt nihil tibi de Cariæ Mæoniæque
fœminis dicam. Ex his igitur manifeſtum eſt, fortitu-
dinem hominib⁹ natura nõ eſſe: ſimul enim & fœmi-
nis ex æquo adeſſet. Vos itaq; ex legũ neceſſitate,non
ſponte,neque voluntate,ſed morib⁹ & vituperationi-
B bus,ac vanis opinionibus ſeruientes, fictam oratione
fortitudinem exercetis,laboréſque ac pericula ſubitis:
non quòd aduerſus hæc audeatis,ſed quia his grauio-
ra timetis. Vt enim ex ſociis tuis qui primùm ſurgit, is
leuiorem occupat remum, miniméque illum renuit,
veritus ne ſibi grauior contingat: ſic qui verbera tole-
rat vt vulnera fugiat, & qui hoſtem vlciſcitur,vt ſuppli
cium aliquod mortémve declinet,is non aduerſus illa
magnanimus,ſed ad hæc timidus eſt iudicãdus. Ac ſic
quidem vobis quæ cum prudentia timiditas eſt, forti-
C tudo videtur: qui verò timor eſt peritus alia ex aliis
mala fugiendi,audacia putatur. Quòd ſi vos omnino
feris præſtare fortitudine ſentitis, cur poetæ veſtri eos
qui cum hoſtibus fortiſſimè pugnant, lupos, leones,
ac ſues,animi quodam impetu ac fortitudine ſupera-
re dictitet,eorum autem nemo leonem aprúmve for-
titudine homini ſimilem eſſe dicat? Verùm vt veloces
ventis,ac pulchros diis ſimiles aiunt eſſe , veritatẽ iſtis
ſimilitudinibus excedentes: ſic in præſtantum fortitu-
dine virorum inter pugnandum ad ea quæ ſunt poten
D tiora ſimilitudines ſemper referunt. Ac huius quidem
rei cauſa eſt,quòd fortitudinis velut temperatura quæ-
dam & conſolidatio eſt animi impetus,quo ſanè puro
atque ſyncero in certaminibus feræ vtuntur: ſed vo-
bis cum ratione confuſus, perinde atque vinum cum
aqua , ſtupet in periculis , atque omnem prætermit-
tit opportunitatem. Quid , quòd nonnulli veſtrum
ne omnino quidem in præliis ſumendum animi im-
petum,quin ſeponendum , ac ſobria duntaxat ratio-
cinatione vtendum cenſent? ad ſalutis tutelam rectè,

ad fortitudinem verò & vindictam turpiſſimè præci- A
pientes. Eequo nanque modo abſurdum non eſt, na- 1820
turam à vobis accuſari, quòd neque aculeos, neque
exertos ferratóſve dentes, neque aduncos vngues
corporibus veſtris ingenerarit, quum ipſi arma ani-
mæ ingenita auferatis atque hebetetis? VLYS. Pa-
pæ Grylle, præſtans mihi dicendi magiſter fuiſſe vi-
deris, qui nunc quoque ex hara tam floridè, támque
vehementer de cauſa propoſita dicere cœpiſti. Sed cur
deinceps de temperantia quoque non diſſeruiſti? B
GRYL. Quia putabam te prius quæ iam dicta ſunt
refutare velle. Sed idcirco de temperantia, opinor, au-
dire properas, quòd continentiſſimæ fœminæ iactaris
eſſe maritus, téque putas magnum continẽtiæ dediſſe
documentum, quia Circes nuptias contempſiſti. Sed
ne hac re quidem feris quicquam continentia præſtas: 1
neque enim cum iis quæ ſe meliora & præſtantiora
ſunt, appetunt coire, verùm potius & voluptates & a-
mores cum iis quæ ſui generis ſunt, conferre iniréque
ſolent. Quare haudquaquam mirandum eſt, ſi veluti C
Mendeſius caper in Ægypto cũ multis mulieribus for-
moſis concluſus, minus promptè cum illis ſe miſcere,
ſed ad capras potius cũ impetu quodam ferri memo-
ratur: ſic tu quoque conſueta gaudens venere, quum
ſis mortalis, cum dea coire noluiſti. Penelopes verò
continentiam, crocitantes mille cornices irridendam
& contemnendam oſtendũt, quarum ſingulæ mortuo
marito, non exiguo tempore, ſed nouem hominum
ætatibus viduæ perſeuerant. Ita ſpecioſa Penelope tua,
qualibet cornice gloria cõtinentiæ nouies inferior eſt D
iudicanda. Sed quoniam me rhetoricũ eſſe cognouiſti,
age, quodã ſermonis ordine vtamur, ac primùm tem-
perãtiæ definitionem diſpiciamus, deinde generatim
cupiditates diuidamus. Temperantia igitur, cupidita-
tum quædam eſt cõtractio & diſpoſitio, externas qui-
dem ac inuectitias ſuperfluáſque tollens & abiiciens,
pro tempore autem neceſſarias atque naturales exor-
nans. Appetituum verò multiplices & varias diffe-
rentias eſſe quis ignorat? Cibi nanque & potus, & na-

A turalis eſt & neceſſarius. Veneris autem cupiditates,
281 quibus natura principium tribuit, quoniam citra has
quoque bene quis ſe habere poteſt,naturales quidem,
ſed non neceſſariæ ſunt appellatæ. Quod verò genus
neque ex neceſſariis,neque ex naturalibus conſtat,ſed
propter boni imperitiam ab inani opinione ex iis quæ
extraria ſunt, confuſum eſt, parum abeſt quin omnes
in vobis naturales appetitus multitudine oppreſſerit
& occultarit.Sic autem ſe gerit,vt turba hoſpitum ad-
uena,quæ in vrbē admiſſa,indigenis ciuibus vim affer-
B re conetur.At feræ haud quaquam locum extrinſecus
inuectis cupiditatibus ſuis in animis relinquunt, ac in
ipſo victu longè ab inani gloria tanquam à mari ſe-
motæ, lautè opiparéque viuere appetunt nihil: ſed vt
continētes ſint, ac potius bene,ac ex naturæ lege non
multas quidem cupiditates ingenitas diſponāt, exter-
nas verò & alienas reiiciant, maximopere curant. Ac
me quoque ipſum aliquando non minus quàm te nūc
aurum ſtupefaciebat,quippe quod nulli aliarum opum
videretur eſſe comparandum. Sed argentum quoque
C ac ebur me capiebat.Qui verò iſtis abundaſſet,is mihi
vir & beatus,& diis eſſe amicus videbatur,ſiue Phryx,
ſiue Car, ſiue Dolone obſcurior genere, ſiue Priamo
infortunatior eſſet: ita ſemper à cupiditatibus pēdens,
neque gratia,neque aliarum rerū voluptate, quæ ſunt
copioſæ ac ſatis ſupérque faciunt, meam oblectabam
vitam,vtpote qui maximorum bonorum mihi indige-
re expérſq; eſſe viderer.Etenim quū te olim(vt memi-
ni)in Creta pretioſo indutū pallio vidiſſem, neq; pru-
dentiam,neque virtutem tuam admirabar, ſed tunicæ
D ſubtiliter ac elegāter elaboratæ,chlamydíſque purpu-
reæ criſpitie ac pulchritudine ſtupeſcebam. Nonnihil
me fibula quoque mouebat aurea,vt quæ torno veluti
ludicrū quoddam eſſet fabrefacta: te verò ſequebar il-
lis, ceu præſtigiis quibuſdam,ludificatus, neq; minus
quàm amans mulier attonitus. At nunc iſtis liberatus
opinionibus vanis atque purgatus, aurum quidem &
argentum,velut alios lapides,& deſpicio & conculco:
1822 profundo autē ac molli cœno obſitus,in quo recūbam

quieturus, quàm tuis omnibus veſtibus & tapetibus A
magis, per Iouem, lætor. Nam earum libidinum quæ
extrinſecus inuehũtur, nulla in noſtris animis inuenitur,
ſed neceſſariis cupiditatibus atq; voluptatibus vita
noſtra plurimũ exigitur: his autem quæ neceſſariæ nõ
ſunt, ſed dũtaxat naturales, neq; inordinatè neque inſatiabiliter
adhæremus. Ac primùm ſanè has percurramus.
Quæ igitur ex bene olentibus, atque ex iis quæ
odore ſuo mouent odoratũ, habetur voluptas, præterquàm
quod vtilitatem ſimplicem gratis præbet, vſum
quendam ſimul ad cibi cognitionem tribuit. Siquidem B
lingua & ſuauis & acris & auſteri diiudicatrix & eſt &
dicitur, quando illius peritia ſapores permixti quãdam
ſumunt cõfuſionem. Sed noſter odoratus quum ſaporum
omnium etiam ante ipſos guſtatos cognitor ſit,
multóq; diligẽtius regiis prægustatoribus vniuſcuiuſq;
vires præſentiat, id quod naturæ quidẽ conueniẽs eſt,
aſſumit, alienũ autẽ reiicit: neq; guſtũ lædere, triſtitiáve
afficere permittit, quin ſiquid mali ineſt, priuſquam
noceat deprehẽdit & dãnat. Aliis verò nequaquam ſolicitamur,
vt veſter olfactus odores & cinnamoma, & C
nardos, & folia, & calamos Arabicos egregia quadam
arte, ſiue pigmẽtaria, ſiue vnguentaria, ſiue medicatoria
vocetur, in vnũ confundere ſimúlque deuorare cogit,
multis emptam pecuniis, effœminatámq; ac puellarem,
& penitus inutilem voluptatem. Quæ quidem
licet iſtiuſmodi ſit, tamen non fœminas ſolùm omnes,
ſed etiam virorũ quamplurimos ita corrupit, vt ne cũ
vxoribus quidem ſuis rem habere velint, niſi paſtillis
vnguẽtiſq; redolẽtes ad cõcubitum veniãt. Atqui & apros
ſcrophæ, & hircos capræ, & aliæ fœminæ ſui quæque D
generis mares propriis odorib' pelliciũt, nitidúmque
rorem ac prata, & virẽtem herbam redolẽtes, cõ- 1823
muni beneuolẽtia ad ſuas nuptias ferũtur. Sed neq; fœminæ
aut ſe fucãt, aut libidini deceptiones & incantamẽta
& denegationes prætẽdunt: neq; mares Veneris
concitati ſtimulis, & laſciuiẽtes mercede laboréve, aut
ſeruitute aut precibus generationis opus mercantur,
quin potius ſuo tempore ſine dolis vlláque mercede

A voluptati Venerique indulgẽt. Poſteaquam autem cō-
gruo anni tempore Venus ipſa vt plantarum germina,
ſic animalium libidinem excitauit,ſtatim extinguitur,
quum neque fœmina poſt cōceptionem admittat ma-
rem, neque mas fœminam ſolicitet. Tam paruo in
honore ac fragili apud nos eſt voluptas,ſed naturæ ipſi
omnia concedimus.Vnde ad hoc vſque tempus in fe-
rarum genere neque maris cum mare,neque fœminæ
cum fœmina conmixtio libidinis gratia nequaquam
inuenta eſt. Veſtri autem generis talia ſunt quamplu-
B rima, eorum (inquam) qui egregii probíque viri ha-
bentur,vt nihil de humili vulgo dicam.Siquidem Aga-
memnon ſe in Bœotiam contulit, vt Argynnum, qui
clàm aufugerat, venaretur: ſed falſò mare ventóſque
cauſatus,in Copaida paludem ſe formoſus pulchrè in-
iecit, quò amoris flammam illic ſaltem extingueret,
ſéque ab ea cupiditate vindicaret.Quid?Hercules nón-
ne eodem modo imberbem amicum ſequutus, Argo-
nautarũ principes deſtituit atque fefellit? Quid?nónne
quidam veſtrum in Ptoi Apollinis templi teſtudine
C ſcripſit,Formoſus Achilles, quum iam filium Achilles
ipſe ſuſtuliſſet? Ac eam quidem inſcriptionem adhuc
ibi eſſe audio.At ſi gallus gallum ineat,quanuis gallina
abſit, viuus comburitur, vatis cuiuſpiam aruſpicíſve
iuſſu facinus perpetratum magnum & atrox eſſe de-
nuntiantis. Ita homines quoque ipſi confiteantur ne-
ceſſe eſt, temperantiam maiorem quàm ſibi,feris in-
eſſe,neque ab illis per voluptates naturam violari. Sed
intemperatam libidinem veſtram, quanuis legem ha-
beat adiutricem, natura tamen intra terminos nequa-
D quam poteſt coercere: illa verò cupiditatibus perinde
atque torrẽte impulſa, ſæpenumero in rebus venereis
1824 grandem contumeliam & turbationem naturæ perpe-
trat & confuſionem. Etenim cum capris, & ſuibus,ac
equabus ſe commiſcere & viri tentarunt, & fœminæ
propter ferarum mares inſanierunt. Ex huiuſcemodi
verò nuptiis & Minotauri,& Ægipanes,&(vt ego qui-
dem puto) Sphinges, & Centauri vobis oriuntur. Et
canis quidem aliquãdo propter famem aliquid homi-

nis vorare neceſſitate cogitur,& auis interim guſtare, A
ſed ad coitum homine abuti nulla vnquam fera conata eſt: homines autem & ad iſta, & ad complura alia voluptate ducti, feras quaminiquiſſimè violāt. Quum verò ſint adeo improbi atque incontinentes circa iam dictas cupiditates, in neceſſariis quoque (quod ad temperantiam attinet) multo brutis eſſe inferiores monſtrantur. Illæ autem in cibis & potibus conſiſtūt, quorùm id quod eſt ſuaue, nos quidem ſemper cum quadam ſumimus vtilitate: at vos magis voluptatem quàm cibi naturam ſequentes, multis & diuturnis pro pœna B
implicamini morbis, qui nimirum ex vno repletionis fonte hauſti, corpora veſtra ſpiritibus variis ac pernicioſis ventoſitatibus inflant. Nam primùm omnium vnicuique generi animalium vnus cibus natura conuenit, his quidem herba, illis autem radix vel fructus. Quæcunque verò ſunt carniuora, neque aliud cibi genus appetunt, neque debilioribus alimenta rapiunt: nam & ceruum leo paſcere ſinit, & ouem lupus, quatenus natura permittitur. At homo fertur ad omnia, voluptatibus & ingluuie ductus, omnia experitur, o- C
mnia guſtat, & veluti nondū quid ſibi proprium conueniénſque ſit, cognoſcat, ſolus ex omnibus animantibus omnium vorator eſt factus. Acprimùm carnibus veſcitur, nulla indigētia difficultatéve coactus: quippe cui à plantis atque ſeminibus alia & alia citra vllum laborem, ſuo quæque tempore vindemiare ſumeréque ac decerpere magna cum abundantia ſemper liceat, ſed propter delicias rerúmque neceſſariorum ſatietatem, epulis incongruis, atque immundis animalium iugulationibus, multo crudelius immaniſſimis abuti- D
tur feris. Nam ſanguis & cædes & carnes, miluio lu- 1825
póque & draconi peculiaris eſt cibus, homini verò opſonium conuenit: qui quum in omne genus ſæuiat, non, vt feræ, à plurimis abſtinet, paucíſque bellum infert propter victus neceſſitatem, ſed neque volatile, neque aquatile, (vt vno verbo rem totam complectar) neque terreſtre, menſas iam à vobis manſuetas hoſpitaléſque dici cœptas, fugere poteſt. Sed eſto. Nunquid

A verò vos etiam opſoniis ciborúmque condimentis, ad
ſuauiores epularum delicias vtimini? Et quid illa me
commemorare attinet?Ferarum cōtrà prudentia nulli
inutilium vanarúmque artium tribuit locum: neceſſa-
rias autem,neque ab aliis importatas, neque mercede
doctas, ex ſe ipſa veluti ſimul natas promit. Neque e-
nim meditatione aut conglutinat,aut ſolerter & acutè
vniuſcuiuſq; ſpeculationem compingit. Ac Ægyptios
quidem omnes medicos eſſe audiuimus: ferarum au-
B tem vnaquæque non ſibi modò per ſe ipſa medendi
perita eſt,verùm ea quoque quæ ad victum,robur,ve-
nationem, cuſtodiámque ſpectant, tantúmque muſi-
cæ, quantum cuiuſque naturæ conuenit,pulcherrimè
per ſe tenet.Nam vnde nos vnquam didicimus,quan-
do ægrotamus,ad flumina cancrorum gratia ire?Quis
verò teſtudines docuit,poſteaquam viperam comede-
rint,origano paſci? Quis Creticas capras ſagittis per-
cuſſas,dictamnum,quo guſtato ſpicula ſtatim è corpo-
ribus excidant, perſequi monuit? Etenim ſi dicas,ha-
C rum optimum naturam eſſe magiſtrum,in excellenti-
ſſimum atque ſapientiſſimum principiū ferarum pru-
dentiam refers.Quam quidem ſi neque rationem,ne-
que prudentiam nominandam putabis, vide quo mo-
do illi pulchrius & honorificentius nomen excogites,
vt re ipſa vim quoque meliorem admirabiliorémque
præ ſe ferre videtur. Quæ quum neq; indocilis,neque
inerudita, ſed per ſe ipſa potius edocta ſit atque perfe-
cta,non impotentia,ſed fortitudine,ac naturali virtu-
tis perfectione veſtram per doctrinam ſapientiæ colle-
1826 ctionem valere permittit. Quaſcunque igitur ferarum
D homines in deliciis luſibúſque habentes docent ac ex-
ercent, eæ vel præter corporis naturam intellectu in-
geniíque ſolertia quæ tradūtur facilè percipiunt.Nam
vt taceam catulos veſtigare, pullos edoctos greſſus ad
numeros quoſdam glomerare,corui loquuntur,canes
per rotas circulares exiliunt, equi & boues in theatris
diſcubitus & ſaltationes, & in pedes monſtroſas ere-
ctiones,motionéſque hominibus quoque ſanè quam-
difficiles, edocti atque reminiſcentes diligenter effin-

gunt. Ex hoc verò facilè colligitur, nihil vtilius docilitate feras habere Quòd ſi nos artes diſcere nõ credis, eas quoque à nobis doceri perdiſce. Etenim perdices pullos fugientes ſe occultare, ac reſupinos iacentes ſe gleba terræ pedibus apprehenſa cooperire docent: ciconiarũ quoque pullis vides, in tectis vt periti molientibus adhuc & experiri conantibus præſtò adſint ad volatum: luſciniæ verò pullos ſuos cantare prædocent. Ac ſiqui capiantur adhuc rudes, in hominúmque manibus nutriantur, peius canunt, vt qui ante legitimum tempus à doctore ſubtracti ſint. Ac ſanè poſteaquam in hoc corpus deſcendi, illos ſermones perquàm miror, quibus doctores me perſuadebant, vt omnes animantes præter hominem, irrationales ac mentis expertes putarem. VLYS. Nunc igitur tu Grylle mutatus es, ouémque rationalem & aſinum eſſe pronuntias? GRYL. Imò verò ex iis ipſis te coniectare maximè decet, optime Vlyſſes, ferarum naturam eſſe neque rationis, neque intellectus expertem. Ac veluti arbor non eſt alia magis minúſve inanimata, ſed omnes æqualiter ſe habent ad inſenſibilitatem, quòd earum nulli anima ineſt: ſic animal non videretur alio vel tardius, vel indocilius, niſi omnia rationis intellectúſque capacia, verùm alia magis ac minus aliis quodammodo forent. Enimuero animaduertere licet, nõnullorum ſtoliditatem ac torporem aliorum aſtutiis calliditatibúſque deprehendi, ſi quando vulpi lupóve, aut apiculæ aſinum vel ouem compares, perinde atque ſi tibiipſi Polyphemum, vel auo tuo Autolyco illum Corinthium conferas Homerum. Neque enim puto feras tantùm inter ſe differre, quantum homini homo ſapiẽtia, ratiocinatione ac memoria præſtat: VLYS. At vide Grylle, ne graue atque violentum ſit, iis rationem cõcedere, quibus Dei cognitio ingenita non eſt. GRYL. Et poſtea quum ſis adeo ſapiens atque argutus rerum diſcriminator, te ex Siſypho natum eſſe non dicemus?

A B C 1827 D

PLVTARCHI DE PROcreatione animi in Timæo Platonis.

ADRIANO TVRNEBO interprete.

B

PATER AVTOBVLO ET PLVTARCHO S. D.

1861 QVONIAM quæ & ſæpenumero duximus, & alia aliis locis diſperſè ſcripſimus, Platonis ſententiam explicantes, quam eum de animo habuiſſe exiſtimabamus, in vnũ redigenda cenſetis, ſuáque priuatim
C ſcriptione rem iſtam comprehẽdendam putatis, haud ſanè alioqui tractatu facilem, & quòd pleriſque è Platonis ſecta refragabitur, ſubſidii firmamentíque indigentem, dictionem primùm vt in Timæo ſcripta eſt, proponam.

Ex ea materia quæ indiuidua eſt & quæ ſemper vniuſmodi ſuíque ſimilis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur, tertiũ materiæ genus ex duobus in medium admiſcuit, quod eſſet eiuſdem materiæ & alterius: ídque interiecit inter indiuiduum atque id quod
D diuiduum eſſet in corpore. Ea quum tria ſumpſiſſet, in vnam ſpeciem temperauit, naturámque illam quam alterius diximus, vi cum eadem coniunxit fugientem & eius copulationis alienam, permiſcẽs cum materia. Et quum ex tribus feciſſet vnũ, id ipſum in ea quæ decuit mẽbra partitus eſt. Iam partes ſingulas ex eodem & altero & ex materia temperauit. Fuit autem talis illa partitio.

Primùm quidem quàm multas iſta diſſenſiones interpretibus

terpretibus pepererint, quum arduum factu fuerit in A praſentia percenſere, tum apud vos quoque qui plurimas legiſtis, ſuperuacaneum. Sed quoniam è ſpectatiſſimis partim Xenocrates ad ſe pellexit, qui animũ eſſe 1862 pronuntiauit numerum ſeipſum mouentem: quidam ſe ad Crantorem Solenſem applicauerunt, animum miſcentem ex ea natura quæ ratione comprehẽditur, & ex ea quæ opinabilis in rebus ſenſum mouentibus conſidit, equidem arbitror ſi iſta ad liquidum enodentur, quędam nobis tanquam orſum eſſe præbitura. Ac certè perbreuis eſt vtriuſque ratio, quum alteri mixtione B diuiduæ & indiuiduæ naturæ nihil aliud quàm numeri procreationem ſignificari putent: quippe vnum indiuiduum eſſe, multitudinem diuiduam, ex quibus numerum exiſtere, vno multitudinem definiẽte & infinitioni terminum modúmque apponẽte: quam dyadem vocant interminatam. Atque iſtam Zaratas Pythagoræ magiſter numeri matrem vocabat: vnum, patrem: vt proinde numeri præſtabiliores illi ſint qui vnum æmulentur: verumtamen numerum iſtum videri nondum animum eſſe, propterea quòd agitatio & immobilitas in eo deſideretur: eodem autem & altero C commixtis, quorum vnum motus & mutationis, alterum ſtatus & quietis primordium eſt, animũ extitiſſe, qui non minus ſiſtente natura ſtantéque cenſeatur, quàm agitante mouentéque. Crantor autem, quum animi officium munúſque eſſe præcipuè crederet, de iis quæ ſub intelligentiam ſenſúmque cadunt exiſtimare, omnéſque eorum in ipſis & alternas mutuáſque inter vtraque genera ſimilitudines diſſimilitudinéſque diiudicare, ex omnibus vt omnia cognoſcat, animum eſſe D temperatum prædicat. Ea porro eſſe numero quatuor, ratione comprehenſibilem, ſemper vniuſmodi & ſui ſimilem naturam, tum in corporibus patibilem fungentémque & mutationi obnoxiam, ad hæc eiuſdem & alterius, quod illarũ vtraque diuerſi & eiuſdem vendicatione teneatur. Cæterùm omnes iſti animum non eſſe à temporis principatu procreatum vno ore iuxtà cõſentiunt, neque verò natiuum eſſe, ſed eũ eſſe multis

A poteſtatibus præditum, in quas cómentationis gratia retexta eius natura, verbo à Platone natum temperatúmque poſitum eſſe, eadem ſanè etiam de mũdo ſen-
1863 tiente, quippe quem ſempiternum & ingenitũ agnoſceret. Sed quî non facile factu videret, vt qua deſcriptione & adminiſtratione cõſtet ab eis intelligeretur, qui neque eius ortum, neque conciliũ cœtúmque procreãtium principiò ſtatuiſſent, iſtam potiſſimùm viam ingreſſum eſſe. In ſumma, quũ iſta ferè vtrique dicant, neutros tamen Eudorus à probabili ſentẽtia recedere
B putat: mihi autem vtrique à Platonis opinione plurimùm videtur aberrare, ſi probabilitatis amuſſim adhibeas, nec tua placita contexas, ſed Platoni conſentanea dicere velis. Nam illa naturæ ſenſum & intelligentiam mouentis temperatio, quam narrant, nihil ſanè explanat cur animi potius quàm aliorum quorumlibet procreatio ſit. Nam & mundus ipſe, & vnaquæque pars eius, ex corporata intellectáque natura cohæret: quarum illa materiam & ſubiectionem, hæc formam & ſpeciem rei genitæ præbet: & quicquid ma-
C teriæ vendicatione & adumbratione naturæ eius quæ intelligentia percipitur, informatum eſt, ſtatim tractabile & aſpectabile euadit, quum animus aſpectum omnem oculorum effugerit. Iam verò animum Plato nunquam numerũ eſſe dixit, ſed agitationem ſe ſuapte vi & ſponte ſemper ciẽtem, agitationíſque perennem fontem & principium: numeris tamen & proportione & concentione ſubiectam eius naturam digeſſit, quæ pulcherrimam ſpeciem hac deſignatione conſequuta eſt. Ego verò exiſtimem, animum numeris conſtare,
D & eius naturam numerum eſſe, nõ idem valere, præſertim quum concentione conſtet, nec tamen concentio ſit, velut ipſe in ſermone De animo oſtendit. Planè autem ab iſtis ignoratum eſſe videtur quid eſſet idem & alterum. Aiũt enim vnum ſtatus, alterum motionis vim facultatémque conferre ad animi procreationem, quum Plato diſertè in ſophiſta, id quod eſt, idem alterum, adhæc ſtatum & motum inter ſe quæque diſcrepantia & quinque numero ſeparata diſtin-

xerit. Quod autem & iſti communiter, & familiares A
plerique Platonis tantopere verentur & anguntur, ideóque omnia moliuntur, vrgent, torquent, quaſi odioſum quiddam & infandum obtegi modis omni- 1864
bus debere & negari cenſentes, mundi animíque eius originem & coagmentationem non ex æternitate cohærentium, neque infinito temporis æuo habitu iſto vigentium, id cum ſuam propriè diſputationem locúmque habuit, tum in præſentia tantùm dixiſſe ſatis fuerit: omne certamen diſputationémque de diis, B
qua ſe Plato enixius ex ambitione & præter ætatem aduerſus impios vſum eſſe fatetur, ab iſtis conturbari atque adeo in totum labefactari atque conuelli. Si enim ingenitus mundus eſt, prorſus illud Platoni perierit, animum corpore antiquiorem, omnis agitationis & mutationis autorem eſſe, vtpote imperatorem & operis principem, vt ipſe dixit, in corpore collocatum. Cuiuſmodi porro animus, & cuiuſmodi corpore, prior & ſenior extitiſſe dicitur, progreſſus orationis monſtrabit, cuius ignoratio videtur & perple- C
xæ difficultatis plurimum adferre, & à fide veræ opinionis auocare. Primùm igitur qui ſit meus iſtis de rebus ſenſus expromam, probabilibus rerum argumentis confirmans, & ex veræ rationis inſolentia & admirabilitate, quoad eius facere potero, deonerans: deinde ad dictionem accommodabo, interpretatione pariter & argumentatione concilianda. Ita autem, vt mihi quidem videtur, ſeſe res habet. Mundum iſtum, (vt ait Heraclitus) neque deorum, neque hominum quiſquam fecit: proinde quaſi vereatur, ne D
abdicato Deo, hominem aliquem eius fuiſſe effectorem exiſtimemus: quo melius fuerit Platoni ſubſcribere, & mundum à Deo genitũ clara voce canere, nedũ prædicare. Nam hic rerũ genitarum pulcherrimus eſt, ille cauſarũ optimus. Cæterùm naturam & materiam ex qua extitit, generatam nõ eſſe, ſed opifici ſemper ſubiectam fuiſſe, ad collocationem & ordinem, &, quãtum cõſequi poſſet, aſſimulationem ſui. Nõ enim ex nihilo procreatio fit, ſed ex inconcinno & rudi-

A vt domus,veſtis,ſtatuæ.Nam ante mundi ortum indi-
geſta quædam & inornata congeries erat,non illa qui-
dem vel incorporea , vel immobilis, vel inanima, ſed
informe & inconditum corpus à temeraria & rationis
1865 experte impulſione agitatum: quod nihil aliud erat
quàm animi proportione carentis non apta & incom-
moda cóparatio. Neque enim Deus incorporeũ cor-
pus,neque inanimum animum reddidit: ſed quemad-
modum ab eo qui modos numeróſq; facit,nec vocem
nec motũ vt faciat poſtulamus , ſed modulatam ab eo
B vocem & motum numeroſum requirimus: item Deus
neque corporis tractationem & ſoliditatem , neque a-
nimi partem viſa cócipientem & ad motum impellen-
tem finxit, ſed ſumptum vtrúque principium,alterum
obſcurum & tenebroſum, alterum turbulẽtum & ve-
ſanum , vtrunque tamen inchoatum & ſuis numeris
partibúſque defectum & interminatum , collocauit,
digeſſit,aptauit,pulcherrimúmque & abſolutiſſimum
animantem ex iis reddidit. Illius igitur corporis inge-
nium , quam omniũ receptatricem naturam appellat,
C ſedémque & nutricem omnium quæcũque generan-
tur, dicit, non aliud profectò eſt. At animi indolem in
Philebo infinitatem vocauit,quæ eſt omnis numeri &
proportionis priuantia , defectus & exuperantiæ , di-
fferentiæ & diſſimilitudinis nullum in ſe finem mo-
dúmque continens. In Timæo autem quum animus
indiuidua admixtus & temperatus natura & corpori-
bus diuidua eſſe dicitur,neque multitudinem in vnita-
tibus & punctis , neque longitudines aut latitudines
dici exiſtimãdum eſt: quæ & corporibus conueniunt,
D & corporibus magis quàm animis attributa ſunt : ſed
inordinatum & interminatum,ſua tamen ſponte mo-
bile mouénſque principium illud , quod multis locis
neceſſitatem,in Legibus apertè animum inordinatum
& maleficum nominauit. Iſte quippe ſolus per ſe ani-
mus erat, mente autem,ratione ſolertiáque aptè con-
centionis auctus eſt,vt animus mundi fieret. Nam illa
vniuerſorum capacitas & materia amplitudine, inter-
uallo,loco patebat: cæterùm pulchritudinis,formæ,&

aptæ moderatæque figuræ indigebat: quæ conſequuta A
eſt vt in terræ, maris, cæli, ſiderum, ſtirpium, animantium corpora omne genus & inſtrumenta deſcriptione concederet. Qui autem in Timæo neceſſitatem, in Philebo ex maioris minoriſque defectione & exuperatione immenſitatem & infinitatem materiæ acceptam ferunt, non animo, quo tandem modo tuebuntur quod à Platone dicitur, materiam ſemper informem eſſe, omni figura carere, omni qualitate & facultate propria vacuam eſſe, & oleo inolenti comparari, 1866
quod vt imbuatur ab vnguētariis ſumitur? Non enim B
fieri poteſt vt quod de ſe qualitatis expers eſt, quod ignauum, quod non propēſum, id Plato cauſam principiúmque mali ſtatuat, & infinitionem fœdam & maleficam vocet: rurſus neceſſitatem Deo contumaciter ſæpe repugnātem, & frænum excutientem. Illa quippe neceſſitas, quæ (vt in Politico ſcribitur) cælum retorquet & replicat in aduerſum, & cognata libido, veteriſque olim naturæ cōtubernium educationis, magna præditum ordinis perturbatione, antequam hunc in
mundum veniſſet, vndénam rebus ingeneratum eſt, ſi C
ſubiecta ſubſtratáque materia omni qualitate vacabat, & omnis exors erat cauſæ: bonus autem artifex omnia ſui ſimilia, quoad natura pateretur, reddere ſtudebat? Tertium enim præter iſta relinquitur nihil. Nos enim Stoicæ deprehendunt difficultates, qui malum de nihilo ſine cauſa, ſine ſtirpe & origine inducere quærimus, præſertim quum eorum quæ ſunt, neque bonum, neque illam qualitatibus vacuam naturam veriſimile ſit mali indolem ortúmque peperiſſe. Verùm nō idem
Platoni quod poſteris vſuuenit, nec prætermiſſo (vt D
illi) tertio inter Deū & materiam interiecto primordio & poteſtate, rem omniū ſtultiſſimam ſuſcepit, vt neſcio quo pacto velut exodium quoddam extra numerum malorum naturam ſponte fortuitóque proueniſſe diceret. Nam Epicuro ne minimam quidem atomi declinationem concedunt, vt commentitiam ſine cauſa fingenti motionem ex nihilo, quum ipſi interim vitioſitatem & miſeriam tantam, aliáque ſexcenta corporis

A exitia & detrimenta in primordiis, cauſam non haben-
tia, ex cōſequutione quadam prodiiſſe tradant. At non
item Plato, ſed materia omni penitus ſpoliata diſcri-
mine, & à Deo procul malorum cauſa relegata, in Po-
1867 litico iſta de mundo ſcripſit: Nam à cōditore omnia
decora conſequutus eſt, à priſtino habitu quicquid
in cælo odioſum & iniquum, id ex eo cum ipſe hau-
rit, tum animantibus etiam ipſis inſerit. Paulúmque
progreſſus, Procedente, inquit, dein tempore, & obli-
uione in eo tandem conualeſcente, magis dominatur
B valétque veteris inconcinnitatis prauitatiſque labes, vt
diſſolutus à periculo, propè abſit rurſus ſubeundi pro-
fundam voraginem diſſimilitudinis. Atqui diſſimilitu-
do in materia qualitatis & diſcriminis experte nulla
fuerit. Id autem cum aliis multis ab Eudemo ignora-
tum eſt, in Platonem leuiter illudente, quòd non eam
quam ſæpenumero matrem & altricem appellauerit,
nunc malorum cauſam, ſtirpem, principium pronun-
tiet. Nam Plato matrem & altricem vocat materiam:
cæterùm malorum cauſam materiæ impulſionem &
C motionem in corporibus diuiduam, inordinatam il-
lam quidem & ratione vacuam, non tamen inani-
mam, quam in Legibus, (vt dictum eſt) animum ad-
uerſarium & infeſtum benefico nuncupauit. Animus
enim autor motionis & principium eſt: mens, ordinis
& concordiæ in motu. Nam Deus nunquam profectò
materiam reſidem & ignauam retinuiſſet: nunc reti-
nuit à temeraria & immoderata concitatam impulſio-
ne. Neque verò primordia viciſſitudinum & affectio-
num materiæ indidit, ſed in perturbationibus imma-
D nibus verſanti, & mutationibus inordinatis æſtuanti,
quicquid interminatum prauúmque inerat, adhibitis
concinnitatis, proportionis, numerorum inſtrumen-
tis, ſuſtulit: quorum partes ſunt, non alterna viciſſitu-
dine neque motu diuerſitatis & differentiæ tumultum
rebus importare, ſed eas inerrantes potius & ſtabiles,
& eorum quæ eiuſdem modi ſunt, ſimiles præſtare. Iſta
igitur Platonis, (vt mihi quidem videtur) eſt ſenten-
tia: cuius illa fides prima fuerit, quòd ea quæ apud eum

eſſe memoratur & videtur repugnantia & diſſenſio, A
planè tota diluitur: quæ ne in ſophiſtam quidem temulentum, nedum in Platonem conuenit, vt quas diſ- 1868
putationes omnium diligentiſſimè accurarit, in iis tanta perturbatio & inconſtantia reperiatur, vt eandem rem & ingenitam pronunciet, & natiuam: ingenitum, verbi gratia, in Phædro animum ponat, in Timæo natiuum. Ac illa quidem Phædri dictio omnibus propemodum in ore eſt, quæ ortus remotione eum ab interitu vindicat, & quòd à ſe moueatur, ortum non
habuiſſe confirmat. In Timæo autem, Non quemad- B
modum, inquit, nunc poſteriorem dicere aggredimur animum, ita Deus iuniorem corpore inchoauit: (maius enim natu minori parêre cum eo copulatum nunquam ſiuiſſet) ſed nos neſcio quomodo inconſideratè iſta & temere loquimur. Nam & ortu & virtute priorem & antiquiorem animum vt dominum & imperantem parenti præfecit corpori. Iterum quum dixiſſet ipſum ſeſe conuerſantem diuinum induxiſſe perennis ſapientiſque vitæ exordium, Ac corpus quidem,
inquit, cæli aſpectabile effectum eſt, animus autem C
oculorum obtutum effugit, veruntamen rationis & concentionis particeps & compos, ab optimo omnium quæ ſempiterna ſunt & ſub intelligentiam cadunt, omnium quæ generata ſunt optimus effectus eſt. Hîc medius fidius quũ omniũ quæ ſempiterna ſunt Deum optimum eſſe dicat, animum omnium quæ generata, perſpicuo diſcrimine & contentione ei æternitas origine vacua detracta eſt. Ecqua verò præſtò alia fuerit emendatio, quàm quæ ab eo cuiuis accipe-
re volenti ſuppeditatur? ortu caruiſſe animum prodit D
eum qui ante mundi natales turbidè penitus & inordinatè iactabat omnia: rurſus genitum dicit & natum quem Deus cum ex iſta, tum ex perenni illa & verò præſtantiſſima materia ſapientem & ordinatum molitus, quum ſicuti ſpeciem, ſenſui mentem, agitationi ordinem de ſuo tribuiſſet, in vniuerſitate imperatorem & moderatorem locauit. Sic enim & vniuerſitatis corpus ex parte non generatum, ex parte generatum

A fuiſſe prædicat.Nam quum ait,omne quod aſpectabile
eſſet,non quietum nec tranquillum, ſed immoderatè
agitatum & fluctuans Deum accepiſſe,& in numerum
369 digeſſiſſe:rurſumque à quatuor generibus,igne,aqua,
terra, anima, priuſquam ex eorum deſcriptione ſum-
ma rerum compta conſtitiſſet, materiam exagitatam,
& ab ea viciſſim illa concuſſa propter inæquabilitatem
fuiſſe, nimirum corpora illa vſpiam ante mundi origi-
nem extitiſſe ſignificat. Quum rurſum dicit, Iunius a-
B nimo corpus ſatum eſſe, & mundum eſſe generatum,
quòd aſpectabilis & tractabilis & corporatus ſit, quæ
& ortum habere & gigni comperimus,nónne perſpi-
cuum eſt originem naturæ corporis ab eo tribui? Sed
profectò plurimùm ab eo abeſt,vt pugnantia loqui ſe-
cúmq; diffidere videatur ſic apertè, præſertim in gra-
uiſſimis rebus.Non enim eodem modo,neq; idem vſ-
quequaq; corpus, & à Deo generatũ eſſe dicit, & ante-
quam gigneretur extitiſſe: (iſtud enim hominis fuerit
fuco præſtigiarũ illudẽtis) ſed quid ortũ audire opor-
C teat, vltro ipſe docet.Nam antea(inquit)omnia iſta ſi-
ne ratione turbulẽtè immoderatéq; cõparata erãt: ve-
rùm poſteaquam cœpit rerum ſummam diſponere &
diſcludere rerũ ſator,primùm ignis,aqua,terra,anima,
ſuis quibuſdã impreſſa veſtigiis ſic affecta erãt, vt pro-
babile eſt,ſicũde Deus abſit.Ea proinde quũ ita eſſent,
figuris numeríſq; conformauit. Quinetiam præfatus
haudquaquã vnius proportionis munus fuiſſe,ſed dua-
rum, ſoliditate & craſſitudine præditam mũdi molem
colligare, vbi narrauit inter ignem & terrã aqua aeré-
D que interiecto cælũ à Deo colligatũ & coagmentatum
fuiſſe, Ex iſtis (inquit) huius generis naturis numero
quatuor, mũdi corpus proportione cõſtitutum ſibi a-
ptum cõſentiénſque effectum eſt: amicitiámque ex eo
& charitatem ſui conſequutum, vt ſeipſum aptè com-
plexum ab alio quàm à quo colligatũ eſt, diſſolui non
poſſit. Vbi clariſſimè docet neq; corporis neque con-
cretionis cuiuſquam, neque materiæ,ſed modificatio-
nis in corpore & concinnitatis & ſimilitudinis Deum
parentem & effectorem fuiſſe: quod idem de animo

cogitandum eſt, alterum ſcilicet neq; à Deo procreatum, neque mundi animum eſſe, ſed vim quandam viſorum informatricẽ & opinatricem, ſuapte illam quidem ope perenniter mouentem: temeraria tamen & turbida agitatione impetúq; percitam: alterum à Deo ſuis numeris & rationibus aptatum, & generato mundo imperatorẽ impoſitum, natiuum eſſe. Quòd autem iſte fuerit eius his de rebus ſenſus, neque contemplationis cauſa ad diſputandum geniti mundi & animi coagmentationẽ & ortum iuxtà induxerit, hoc præter alia multa fidem fecerit, quòd animũ (vt prædiximus) & genitum & ingenitum dixit, mundum ſemper genitum & natiuum affirmauit, nunquam ingenitum neque perpetuum. Cuius rei teſtimoniũ quid attinet ex Timæo proferre? totus enim perpetuúſque commentarius in mundi origine à principio ad vmbilicum conſumitur. De reliquis libris in Atlantico Timæus venerans, Deum nominat qui iam olim opere manúque, modò oratione ſit effectus: in Politico verò Parmenidius hoſpes mundum à Deo compoſitum dicit multum boni conſequutum eſſe: ſin quid incõmodi malique inſit, ex priſtina affectione inconcinna & rationis experte eam admixtionẽ inſediſſe. Iam in republica de numero quem nuptias nonnulli vocant, dicere Socrates exorſus, Enimuero eſt (inquit) deo natiuo ſua conuerſio, quam abſolutus numerus complectitur, haud aliud quidquam deum natiuum appellans quàm mundum. * * hic enim prima copulatio vnius & duûm eſt, altera trium & vnius, tertia quinque & ſex, quarum nulla quadratum creat, neque per ſeipſa, neque cum aliis coniuncta: quarta octo & decem quæ aliis accumulata, 36 quadratum edit. Illéque numerorum à Platone explicatorum quaternarius plenniorem & vberiorem ſortitus procreationẽ eſt, quum interuallis paribus paria, imparibus imparia multiplicentur: vnum autem cõmune initium parium & imparium is continet, eíque ſubiecta duo & tria plana prima, quatuor autem & nouem prima triangula, 8 & 27 principes in numeris teſſeras, vno de albo ſummáque

A expunĉto. Ex quo ſatis ſignificat non ad lineam re-
1871 ĉta ſerie, ſed alternos voluiſſe priuatímque pares in-
ter ſe collocari & impares. itáque ſubſcriptum eſt. Sic
& coniugationes ſimilium cum ſimilibus inſtituentur,
& numeros parient illuſtres mutuis compoſitionibus
& multiplicationibus: compoſitione ſic, ex duobus &
tribus quinque proueniunt, ex quatuor & noue trede-
cim, ex octo & viginti ſepte, trigintaquinque. Ex iſtis
numeris Pythagorici quinque altricem, id eſt ſonitum
B vocabant, primum illud toni interuallum ſonare poſſe
cenſentes: tredecim λεῖμμα (*id eſt Defectionem*) ſicuti
Plato, parilem toni diſtributionem abdicantes: trigin-
taquinque concentionē, quòd & ex duab' teſſeris cō-
flata ſint, quæ ex pari & impari principes gignantur, &
ex quatuor numeris coaleſcant, 6, 8, 9, 12, arithmeti-
cam & harmonicam proportionem cōtinentibus. Sed
id profectò ex deſcriptione dilucidum omnino magis
fuerit. Eſto parallelogrammum rectangulum, A B C
D, cuius latus vnum A B ſit quinque, alterum A D ſe-
C ptem partium: minoréque bifariā ſecto in duo & tria
ad E, maiore in tria & quatuor ad F. à ſecturis perpe-
túæ traiiciantur lineæ rectæ ſeſe interſecantes ad E G
H, & F G I: ſic A I G F 6 erunt, E B G F 9, G H D I
8, G F H C 12: quod parallelogrammum è triginta
quinque omnes concentuum primorum rationes in
partitis illis numerorum loculis complectitur. Iſtic e-
nim ſex & octo comparationem ſexquitertiā habent,
in quo diateſſaron: ſex & nouem ſexquiplicem, in quo
diapente: ſex & duodecim duplicem, in quo diapaſon:
D ſed & toni proportio ineſt ſeſquioctaua in nouem &
octo. Quamobrem numerum iſtas comprehenden-
1872 tem rationes omnes modulationem vocarūt, qui qui-
dem ſexies congeminatus decem & ducentorū ſum-
mam creat, quot diebus ſeptimeſtres fœtus ad partum
abſoluti maturantur. De integro autem ab alio pri-
mordio ex multiplicatione bis tria ſex efficiunt, qua-
ter verò nouem 36, octies 27, 216: éſtque numerus
ſex perfectus, ſuis exæquatus partibus, & nuptiarum
nomen meruit ex copulatione paris & imparis. Quid

quòd ex principio coaluit & ex pari primóque impari? Eſt autẽ numerus 36, primus quadratus ſimul & triquetrus: quadratus à ſex, triquetrus ab octo profectus, prouenítque multiplicatione duorum quadratorum cumulatus, quatuor & nouẽ geminãtibus. Compoſitione quoque trium teſſerarum integratur. vnum quippe, octo, viginti ſeptem compoſita numerum antè ſcriptum edũt: adde quòd ex duobus lateribus procerius excurrit, quod heteromeces, *(id eſt Strigam)* vocant, tribus duodecim, quatuor nouem multiplicantibus. Quocirca expoſitis formarum lateribus, quadrati ſex, triquetri octo, & duûm parallelogrammorum, vnius nouem, alterius duodecim, nimirum illi numeri rationes modulationũ reddent. Erunt quippe duodecim ad 9 diateſſaron, vt ima chorda, quam neten appellant, ad medianam: ad 8 diapente, vt ima ad parameſen: ad 6 diapaſon, vt ima ad ſummam. 216 teſſeram efficient à capite ſex ambitui ſuo adæquatam. Itaque cum explicati numeri iſtis virtutibus præditi ſunt, tum verò ſingulare quiddam poſtremo attributum eſt 27, vt cum antecedentibus compoſitus æqualis omnibus ſit: idem in luna ſpatia luſtrationis metiens, & in modificationum interuallis Pythagoricum tonum ſuo numero definiens, ex quo 13 defectum appellant, quòd vno minus dimidium ſit. Iſtis autem numeris rationes modulationum contineri, cognitu promptũ eſt. Nam comparatio duplex eſt duorum ad vnum, in quo diapaſon cernitur: & ſexquipla 1873 trium ad duo, in quo diapente: & ſexquitertia quatuor ad tria, in quo diateſſaron: & tripla nouem ad tria, vbi diapaſon & diapente: & quadrupla duorum ad octo, vbi diſdiapaſon eſt: & ſexquioctaua ꝓportio octo ad nouem, vbi conſonantia toni notatur. Igitur ſi vnum promiſcuè paribus imparibúſque accenſetur, vniuerſus numerus decuſſis multitudinem gignit. Nam 5 & 10 quæ ab vno ad decem coaceruantur, triquetrum ex quinque conficiunt: impar autem compoſitione in aſſem 40 colligit ex 13 & 27 nata, quibus omniũ modulationũ interualla mathematici inſigniter metiũtur,

A vnum dieſin, alterum tonum appellantes: qui multiplicando vi quaternarii exiſtit. Primos enim deinceps quatuor numeros, per ſe quenque quadruplicatum ſi ſumas, naſcuntur 4, 8, 12, 16, quibus 40 conflantur modulationum rationes omnes complectentia. Nam 16 ſexquitertia 12, 8 dupla, 4 quadrupla: 12 autem ſeſquipla 8, 4 tripla: quæ quidem proportiones diateſſaron, diapente, diapaſon & diſdiapaſon continent. Iam verò 40 duobus quadratis, & duabus teſſeris ſi-
B mul aggregatis æqualia ſunt. Nam 1, 4, 8, 27, ex quibus componuntur, in teſſeras & quadrata euadunt: vt quaternari' Platonicus Pythagorico diſtinctione multo numeroſior ſit & abſolutior. Sed quoniam illis medietatibus quas inducis, poſiti numeri regionem non tribuunt, maiores aſſumi fines oportuit, eadem tamen comparatione. Dicendum autem qui ſint, verùm prius
1874 de medietatibus diſſerendum. Earum vnam, pariter ad numerum exuperantem & exuperatam, ratiocinatores noſtræ memoriæ Arithmeticam vocāt: alteram
C eadem portione extremorum exuperantem & exuperatā, Aduerſariā. Ac fines quidem Arithmeticæ ſunt, 6, 9, 12. vtique, quū nouem parili ad numerum æquabilitate ſex ſuperent, & à duodecim ſuperētur. Aduerſariæ, 6, 8, 12: quum 8 duobus 6 ſuperent, à 12 quatuor ſuperentur, in quibus duo ſex, quatuor duodecim trientes ſunt. Ex quo euenit vt in Arithmetica comparatione eadem parte medium præſtet ſuperetúrque: in aduerſaria, eadem portione extremorum ab altero abſit, alterum excedat. Illic enim tria medii trientem
D efficiunt: hîc quatuor & duo vtriuſque extremi trientes, ex quo & cōtraria vocitatur. Harmonicam autem etiam nominant, propterea quòd ſuis finibus primas modulationes oſtendit, maximo erga minimum, diapaſon: maximo aduerſus medium, diapente: medio erga minimum, diateſſaron. Fine enim maximo in ima chorda conſtituto, minimo in ſumma, medius ad mediam occurrit, qui ad maximum diapente facit, ad minimum diateſſaron reddit: ſic vt octo ſint ad mediam, duodecim ad imam, ſex ad ſummam. Quo autē pacto

medietates quas memoraui, accipiendæ ſint, Eudorus A
ſimpliciter & dilucidè declarat. Ac principio in Arith-
metica vide. Etenim ſi expoſiti vtriuſque extremi ſu-
mas dimidias componaſque, numerus conflatus finis
medius fuerit, pariter in duplis tripliſque. In aduerſa-
ria, in duplicibus ſi extremis numeris explicatis, mino-
ris trientem, maioris ſemiſſem capias, qui coaceruatur,
medius efficitur: in triplicibus contrà, ſemiſſem mino-
ris, maioris trientem accipere oportet. qui enim ſic
componitur, medius efficitur. Sunto enim in triplici B
ratione 6 minimus finis, 18 maximus: ſi igitur 6 ſe- 1875
miſſem 3 acceperis, & 18 trientem 6 in aſſémque
compoſueris, 9 habueris eadē parte extremorū præ-
ſtantia ſuperatáque. Hunc in modum medietates ſu-
muntur, quas illic oportet alternas in ſeriem interlo-
care, & explere dupla & tripla interualla. Sed nume-
rorum expoſitorum partim nullum prorſus vacuū in
medio locum relinquūt, partim non ſatis laxum: pro-
inde ex eorum amplificatione iiſdem rationib' ſerua-
tis, medietatibus quas diximus idonea receptacula in- C
ſtituunt. Ac primùm quidem minimum vnius vice ſex
ſtatuentes, quum hic numerus dimidium & trientem
primus habeat, omnes numeros ſeſcuplices ſubiiciunt,
(vt ſubſcripti ſunt) vtraſque medietates recipientes du
plis interuallis. Quum autem dixiſſet Plato, Seſquial-
teris autem interuallis & ſexquitertiis & ſexquiocta-
uis ſumptis ex his colligationibus in primis interuallis
ſeſquioctaui interuallo ſeſquitertia omnia explebat,
quum particulam ſingulorū relinqueret. Eius autem
particulæ interuallo relicto, habebat numerus ad nu- D
merum eandem proportionē comparationémque in
extremis, quam habent 256 cum 243: hæc dictio pla
nè coegit eos reuocare numeros, maiorémque ſum-
mam inire: duo quippe ſeſquioctaua fieri oportebat.
quúmque nec de ſe ſeſquioctaua ſenarius haberet: ſin
ſecaretur, comminutione vnius in particulas, impedi-
ta & perplexa inſtitutio futura eſſet, res ipſa multipli-
cem ſummam dictauit, velut in harmonica mutatio-
ne tota perpetuáque deformatione ſimul cum primo

A numero intenta. Proinde Eudorus Crantorem ſequu-
tus primum ſumpſit numerum 384, qui colligitur 6
in 64 multiplicatis. Eos autem huc induxerunt 64,
qui ſeſquioctauum habent 8, quam habet compara-
tionem 81 cum 72. Sed orationi Platonis conſenta-
neũm magis fuerit dimidium ponere. Huius enim de-
fectio ſeſquioctauorum rationẽ in numeris illis quos
1876 Plato edidit 256 ad 243 obtinebit, primis 192 poſi-
tis: ſin huius duplex primus ſtatuatur, defectio propor-
B tionem eandem reddiderit, numerũ autem altero tan-
to maiorem, cuiuſmodi ſunt 512 ad 484. Fiunt enim
ſeſquitertia centum nonaginta duûm 256, & trecẽto-
rum octoginta quatuor 512. Nec verò abs re ad iſtam
ſummam reuocatur numerus, vt quæ Crantori ope-
ræpretium abſoluerit. Nam 64 teſſeram reddunt ex
primo quadrangulo, & quadrangulum ex prima teſſe-
ra, ac ſi per tria ducantur, qui numerus primus eſt im-
par, primus triquetrus, primus perfectus & ſeſquiplex,
192 cõſummarint, quæ & ipſa (vt monſtrabimus) ſeſ-
C quioctauum habent. Cæterùm quid ſit defectio, quæ
Platonis ſententia, magis omnino perſpicietis, ante-
greſſa breui earum rerum admonitione quæ in Pytha-
goricis ſcholis aſſolent dici. Eſt enim interuallum in
numeris & modis, quantũ inter duos ſonos patet te-
nore diſſimiles. Interuallorum vnum tonus vocatur,
quo diapente modulatione diateſſaron maius eſt. Hũc
bipartitũ æqualiter harmonici cenſent interualla duo
gignere, quæ hemitonia vocant. Pythagorici æquabi-
lem eius partitionem aſpernantur, ſed portionum in-
D æqualium minorem defectionem nominant, à dimi-
dio defectam. Quocirca modulationẽ diateſſaron illi
duûm tonorũ & hemitonii vnius eſſe putant: hi duûm
& defectionis. Aſtipulari autem videtur harmonicis
ſenſus fides: mathematicis argumentatio, hunc in mo
dum: Sumpſerũt (quod quidem inſtrumentis perſpe-
ctum eſt) diapaſon altero tanto maius eſſe, diapente
ſeſqui, diateſſaron triente, tonum ſeſcuncia. Hodiéque
licet ad verum explorare, aut librametis duobus inæ-
qualibus ad chordas appẽſis, aut duarũ pariũ tibiarum

altera duplicis longitudinis facta. Nam procerior grauius inflabit, velut ſumma ad imam: chorda autẽ quæ duplici pondere tendetur, acutius ſonabit, vt ima ad ſummã, quod diapaſon eſt. Itidẽ tria ad duo ſi ſumas, vel in longitudinibus, vel in ponderibus, diapente efficient, quatuor ad tria, diateſſaron, è quibus vnũ comparationẽ habet ſeſquitertiã, alterum ſeſquialterã: ſin quaſi nouem ad octo, inæquabilitas ponderũ aut longitudinum interuallũ toni gignet, non conſonũ illud quidem, veruntamen modulatum aliquantulum: propterea quòd ſonos, ſi alterni pſallant, ſuauiter iucũdéque reſonãtes præbet: ſin ſimul, cum ingrata offenſione: in conſonantia, vel ſimul, vel inuicẽ crepantibus, iucundus ad ſenſum concentus accidit. Quinetiam id ratione oſtendũt. Nam in modis muſicis diapaſon ex diapente & diateſſaron integratur: in numeris duplum ex ſeſquiplo & ſeſquitertio cõficitur. Nam duodecim ad nouẽ ſeſquitertia ſunt, ad octo ſeſquipla, ad ſex dupla. Itaque conflata eſt dupli proportio ex ſeſquiplo & ſeſquitertio, quemadmodum comparatio in diapaſon ex diapente & diateſſaron. Sed & illic diapente quàm diateſſaron tono, & hîc ſeſquiplum quàm ſeſquitertiũ ſeſquioctauo maius eſt: proinde videtur diapaſon ex dupla proportione conſtare, diapẽte ſeſquialtera, diateſſaron ſeſquitertia, tonus ſeſquioctaua. Hoc demonſtrato videamus ecquid ſeſquioctauũ bifariam diuidi poſſit. Si enim non poteſt, nec tonus poterit. Quando igitur 9 & 8 quæ primã ſeſquioctauã comparationem efficiũt, medium nullum interuallũ habent: geminatis autem vtriſq; numerus qui medius interuenit, duo interualla reddit: perſpicuũ eſt, ſi ea æqualia ſint, ſeſquioctauũ bipartitò diuidi. Verùm quũ duplicentur 8 in 16, 9 in 18, mediáq; recipiat 17, euenit vt interuallorum vnũ maius, alterũ minus ſit. Prius enim ſeptimadecima, poſterius ſextadecima parte antecedit: propterea ſecabitur inæqualiter ſeſquioctauum: quod ſi eſt, tonus etiam. Neutrũ igitur eo dimidiato ſegmentum hemitonium efficitur, ſed meritò à mathematicis defectio appellatur. Atq; id eſt quod à Platone dicitur,

A 1877 B C D 1878

A ſeſquitertia Deum ſeſquioctauis expleſſe, quum particulam ſingulorum relinqueret, comparationémque extitiſſe quam 256 habent cum 243. Sumatur enim diateſſaron in numeris duobus comparationẽ ſeſquitertiam habentibus, 256, & 192, quorum minor 192 ſtatuatur qua tetrachordi ſonus grauiſſimè reſonat, maior 256, qua acutiſſimè tinnit, oſtendendum eſt, eo duobus ſeſquioctauis expleto, interuallum relinqui tantum quantum inter 256 & 243 patet. Nam ſi gra
B uius tono intendatur, qui quidem ſeſquioctauus eſt, fiunt 216: quòd ſi tono rurſus altero intendatur, colliguntur 243, à quibus exuperantur 216, 27: & à 216, 192, 24, in quibus 27, 216 ſeſquioctaua ſunt, & 24, 192. Quocirca in tribus iſtis numeris maximus medii ſeſquioctauus efficitur, & medius minimi, minimíque interuallum ad maximum, id eſt à 192 ad 243, duorum tonorũ totidem explemus ſeſquioctauis: quo dempto reliquum ſupereſt ſummæ totius interuallum quod inter 243 & 256 patet, ſcilicet 13, ex quo nume
C rum iſtum λεῖμμα nuncupabant. Equidẽ iſtis in numeris arbitror planè & inſigniter Platonis ſententiã declarari. Alii fines collocant ex modo diateſſaron, acutũ in 288, grauẽ in 216, reliqua deinceps pro rata parte ſimiliter tranſigunt: præterquam quòd λεῖμμα duorum interpoſitorum accipiunt. Nam ſi grauius tono inten-
1879 das, fiunt 243: ſi acutius tono remittas, 256. Sunt enim 243 ſeſquioctaua 216, & 288, 256, vt interuallum vtrunque toni ſit; relinquatur autem inter 243 & 256 non hemitonium, ſed hemitonio minus. Nam
D 288, 256 præſtant 32: 200 autem 43, 216 antecedũt 27: 200 autem 56, 243 antecellunt 13. Iſta autẽ exuperationis vtriuſque dimidio minora ſunt. Itaq; duorum tonorum & defectionis, non duorum tonorũ & dimidii, deprehenditur modulus diateſſaron. Iſta igitur hunc in modum demonſtrantur. Cæterùm illud haudquaquã perſpectu difficile eſt ex iis quæ iam antè diximus, cur Plato quum diceret interualla ſeſquitertia ſeſquioctauis explendo, effici ſeſquipla ſeſquitertia & ſeſquioctaua interualla, ſeſquiplorũ nõ meminerit,

ſed præ-

ſed prætermiſerit. Nam ſeſquiplum, ſi ſeſquitertium A
ſeſquioctauo, aut ſeſquitertio ſeſquioctauum addas, expletur. His iam demonſtratis, interuallorum expletio, & medietatum interpoſitio ſi à nemine antea tentata eſſet, tamen eam vobis exercitationis gratia relinquerem, nunc iſto loco cum à plurimis & eximiis viris perpolito, tum verò à Crantore, Clearcho, Theodoro Solenſibus pertractato, pauca quædam de eorum diſſentione attingere incõmodum non fuerit. Theodorus enim non, vt illi, duos inſtituit ordines, ſed ad B
lineam normam quæ deinceps numeros duplos triplóſque in ſeriem exponit. Ac primùm quidem nititur illa naturæ fiſſione quæ in porrectũ dicitur, quæ duas quaſi ex vna partes efficit, non quatuor è duabus: deinde medietatũ interiectiones ita locari oportere cõtendit, alioqui perturbationẽ confuſionémque ſequuturam. Statímque in primũ tranſit triplum ex primo duplo, ſupplementis vtrũque explere debentibus. Verùm Crantori ſuffragatur collocatio parium & impa- 1880 C
rium numerorum, in qua plana cum planis, quadrangula cum quadrangulis, teſſeræ cum teſſeris exaduerſum iugata ſunt: illique ſumptioni quæ nõ ſtriga quadam nec ſerie contineatur, ſed vicibus parium & imparium alternatur * vniuſmodi eſſe dicit, velut formam & ſpeciem: quod ex corporibus diuiduũ gignitur, velut receptaculum & materiam: mixtũ, quod ex ambobus promiſcuè conflatũ eſt. Igitur diuiduam naturam, quæ vna atque eadem ſemper eſt, ne quis ex paruitate, quemadmodũ minutiſſima, corpuſcula partitionis fugientem eſſe cenſeat. Eius enim vis illa ſim- D
plex, impatibilis, ſyncera, ſingularis vniúſq; formæ, partionis expers & indiuidua dicta eſt, quæ in cõpoſitis, diuiduis, diſſidẽtibus, ſui cõtagione multitudinẽ cohibet & ſiſtit, & ad vnam habitudinem ſimilitudine redigit. Quæ autem in corporibus diuidua gignitur, ſi quis cognominatè materiam vocare velit, illi vtique ſubiectam & illius participem naturam, nihil ad ſententiam retulerit. Qui autem corporatam materiam cenſent cum indiuidua miſceri, falluntur. Primùm

A quòd nullo eius nomine impræſentiarum Plato vtitur. Nam illam ſemper conceptaculum vocare conſueuit, & omnium receptatricem & nutricem, quæ non mediusfidius corporibus diuidua eſt, ſed corpus potius ſingulatim diuiduum. Deinde quid ab origine mundi ortus animi diſcrepabit, ſi vterque materiatus eſt, & ex iis quæ ſub intelligentiam cadunt cohæreſcit? Atqui ipſe Plato velut abdicans illam animi ex corpore procreationem, omne quod corporeum erat ei factũ in-
B terius à Deo prædicat: deinde extrinſecus ab eo circumiectũ eſſe: demúmque exornato & abſoluto proportione animo, poſterius inducit materiæ diſputationem, quòd nihil ea, quũ animum conderet abſque materia generatũ, indigeret. Similia ferè iſtis contra Poſidonium etiam dicere licet. Non enim longè à materia recedit, ſed cenſens naturam extremorũ ex corpo-
1881 ribus diuiduam appellari, extremáque cum eo quod intelligentia comprehenditur miſcens, animum pronuntiat ſpeciem eſſe eius quod interuallis quoquouer-
C ſum diſtat, numerorũ modulatione conſtantem. Etenim mathematica inter prima illa quæ intelligentia comprehenduntur, & ea quæ ſenſu percipiuntur, media interuenire: animíque qui & ratione comprehenſibilium æternitate præditus eſt, & ſenſum mouẽtium functionibus offenſionibúſque obnoxius & infeſtus, naturam meritò in medio tanquam ancipitem ambigere. Nam & is animaduertiſſe non videtur, Deum corporum extremis, animo iam abſoluto, ad materiæ conformationem vti cœpiſſe, vt diſſipabilem vndique
D nec compactã definiret, & aptis triangulorum libramentis comprehenderet. Iam illud maioris inſcitiæ, animum ſpeciẽ facere, quũ ille mobilitate vigeat, hæc immobilis ſit: hæc ab eorum quæ ſenſum pellunt cõmercio incontaminata ſit, ille ſit in corpore incluſus: Deúſque ſpeciei, tanquam exemplaris, imitator fuerit, animi, tanquã operis, molitor & effector. Quòd autem Plato animi naturam non eſſe numerum ſtatuat, ſed eum numeroſa collocatione conditum, iam antea dictum eſt. Vtriſq; autem cõmuniter reſponderi poteſt,

neque in extremitatib⁹, neque in numeris vllum illius A
facultatis veſtigium inhærere, qua quæ ſenſibus obuer
ſantur, animus diiudicet. Mentem enim & intelligen-
tiæ ſenſa, primordii particeps ſub intelligentiā caden-
tis conſequutus eſt: opinionē & aſſenſionem, à parte
viſorum informatrice & patibili, quæ à corporis quali-
tatibus afficitur. Quod profectò nemo quiſquam nec
ex vnitatib⁹, nec lineis, nec libramentis ingenerari po-
ſſe intellexerit. Non ſolùm autem mortalium animi
partis ſentientis iudicio facultatéque præditi ſunt, ve- B
rumetiam animum mundi ait ſeipſum conuerſantem,
quum materiam mutabilem arripuit, & quū rurſus in-
diuiduam, omnem ſe in ſeipſo mouentem, diſcernere
quid ſit eiuſdem generis & quid alterius, quid cuique
rei ſit maximè aptū, quid quoque loco, aut modo, aut
tempore contingat, quomodo quicque vel erga quic-
que affectum ſit, vel à quoque patiatur, tam in iis quæ
gignuntur, quàm in iis quæ ſunt ſemper vniuſmodi.
Hîc cum decem categoriarum lineamēta quædam, ſi- 1882
mul adumbrans iſtud, declarat, tum verò in ſequentib⁹ C
multo magis. Ratio enim (inquit) vera quū eam partē
attingit qua ſenſus cieri poteſt, & orbis alterius gene-
ris rectus incedens omni eius animo denuntiat, tum
opiniones aſſenſionéſq; firmæ veræq; gignuntur. Quū
autē illis in reb⁹ vertitur quæ intelligentia cōtinentur,
& circulus eiuſdē generis volubilis ea denuntiat, ſciē-
tia neceſſariò efficitur: quæ quidem cui ingenerātur, ſi
quis aliud quàm animum pronuntiauerit, is profectò
quiduis potius quàm verū dixerit. Ergo magni fuerit
operis explicare vnde animus iſtam agitationē rerum D
ſenſum mouentiū perceptricē & opinatricem adeptus
ſit, aliā ab intelligente & in ſcientiā deſinente, niſi ra-
tum firmúmque ſtatuas, nunc ab eo nō abſolutè ani-
mum, ſed mundi animum ex ſubiectis naturis confici,
vna præſtantiore & indiuidua, altera deteriore, quam
corporib⁹ diuiduā appellauit, quæ non alia ꝓfectò eſt
quàm agitatio opinatrix & viſorū informatrix, cum
iis quæ ſenſum ciēt, conſentiens: haud ſanè natiua illa
quidē, ſed nō ſecus quàm altera ex æterno cohærens.

A Natura quippe quum intelligentem vim ſortita ſit, e-
tiam opinationem habebit,ſed illam immobilem,im-
patibilem,in materia ſemper manente conſidentem:
iſtam diuiduam & vagam, vt quæ materiã ſemper mo
uentem & caducam apprehendat. Neque enim quod
ſenſum mouet,ordinatum erat, ſed deforme & inter-
minatum,in eóque collocata vis neque opiniones ar-
ticulatas,neque motiones conſtãtes & ratas habebat,
ſed plerunque inani quodam ſomnii ludibrio fucatas
B & temere turbulentéque ſe iactantes,quib' quod cor-
poratum erat ſollicitabatur & perturbabatur: niſi for-
te fortuna meliorem in partem incurreret. Nam me-
dia inter vtranque erat vtriſque conſentientem & co-
gnatam indolem ſortita,ſenſu materiã vſurpans,iudi-
cio quæ intelligentia continentur vendicans:idque fe-
rè ſic verbis ipſe declarat, Iſta (inquit) meo calculo
ſubducta ratio in ſummam reddatur:id quod eſt,locũ,
originem tria trifariam in rerũ natura vel ante cælum
1883 conditum extitiſſe. Nam & materiã appellat locum,
C veluti ſedem interdum & receptaculum: id quod eſt,
quod mentis conformatione percipitur:originem au-
tem mundo nondum genito,nihil aliud quàm muta-
tionibus & agitationibus obnoxiam naturam impri-
mentis impreſſique mediam, illinc huc imagines pro-
dentẽ. Ergo & iſta de cauſa diuidua dicta eſt, & quòd
cum ſenſo quod ſentit,cum viſo & impulſione cogita-
tionem quæ viſionem conformat, pariter diuidi & æ-
què pertinere & patere oporteat. Etenim agitatio ſen-
tiendi quũ animi propria ſit, ad id quod ſenſui obuer-
D ſatur foras emicat:mẽs autẽ ipſa ſecũ ſtabilis & immo-
ta erat,verùm animo ingenerata & imperio potita, in
ſe tota cõuertitur,anfractúmque luſtrat conuerſionis
id quod eſt ſemper in manentibus potiſſimùm attin-
gentis. Proinde difficilis cuiuſdam temperamenti fuit
earum ſocietas,quæ cum diuiduo indiuiduũ,omnibus
modis immobili prorſus agitabile miſceret, & alte-
rius cum eodem congreſſionem ingratiis imperaret.
Eſt autem alterum, non motus, quemadmodum nec
idem ſtatus, ſed differentiæ & diſſimilitudinis princi-

pium. Vtrunque enim ab altero principio proficiſcitur,idem ab vno,alterum à duobus. Ac primùm hîc in animo miſcētur numeris & proportionibus & medietatibus harmonicis colligata,affértque alterum eidem inſitum differentiam: idem alteri ordinem, velut perſpicuum eſt in primi animi poteſtatibus, quæ ferè ſunt iudicādi & impellendi. Ergo motio ſtatim in cælo oſtendit in eodem alterum ex inerrantium conuerſione:in altero idem,ex errātium ordine. In illis enim idem euincit: ſed in terrena plaga, contrá. Iudicium porrò duo primordia habet, mentē ab eodem ad vniuerſorum perceptionem, & ſenſum ab altero ad ſingulorum cognitionem: quibus ex ambobus ratio temperata fit in iis quæ intelliguntur intelligentia, in iis quæ ſentiuntur opinatio:inſtrumentíſque mediis animi conformatione & memoria vtitur, quorum partim in eodem alterum,partim in altero idem efficiunt. Eſt enim intelligentia intelligentis motio in manente,opinio permanſio ſentientis in mouente: conformationem autem animi opinationis cum ſenſu copulationem & connexionem in memoria ſtatuit & ſiſtit quod idem eſt:alterum rurſus mouet,quū in diſcrimine præteriti & inſtantis eiuſdē & alterius vim arripiat. Enimuero ordinationē deſcriptionémque qua mundi corpus comparatum eſt,imaginem aſciſcere proportionis oportet, qua animus aptus connexúſq; eſt. Nā illic extrema ignis,& terra,malignam & difficilē temperationis rationem inter ſe habebant: imò verò quæ neque temperari, neque cohærere vllo modo poſſet. itaque in medio collocauit aerem ante ignem, aquam ante terram,iſtáque primùm inter ſe temperauit, deinde horum beneficio illa & cum his, & inter ſe miſcuit & copulauit. Hic autem rurſum idem & alterum contrarias poteſtates & aduerſarias extremitates in vnum conduxit,non ipſorum ope, ſed alterius naturæ interuentu, eidem indiuiduam naturam,alteri diuiduā nonnihil vtranque vtrique affinem præponens:deinde illis,quas miſcuerat poſtea,vtrunq; inuergens & temperans, ſic totam demum contexuit animi formam,

A B 1884 C D

A quoad eius fieri poterat, ex diſſimilibus ſimilem, ex
multis vnam. Nonnulli autem cenſent non ritè à Pla-
tone alterius naturam mixtionis alienam eſſe dictam,
non modò ab ea non abhorrentem, verumetiam mu-
tationis amantiſſimã: quinetiam eiuſdem cõditionem,
ſtabilẽ præſertim & ægrè mutabilẽ, non facilè mixtio-
nem admittere, ſed aſpernari atq; fugitare, vt ſimplex
permaneat, ſyncera, viciſſitudiniſque neſcia. Sed qui
iſta inſimulant, ignorant idem eorum ſpeciẽ eſſe quæ
B eodem modo ſeſe habeant, alterum eorũ quæ diſſimi-
liter: huiúſque munus eſſe quæcunque attigerit, diſtra-
1885 here, mutare, numeroſa reddere: illius, cogere & coa-
gmentare, quum per ſimilitudinẽ multa in vnã ſe for-
mam induant & poteſtatẽ. Iſtæ ſunt igitur poteſtates
in animo vniuerſitatis. Cæterùm in mortalia & patibi-
lia penetrantes inſtrumẽta, quæ caducis etiam corpo-
ribus concreta ſunt, duorum interminatam partẽ ma-
gis omnino ſignificant: ſpeciẽ autẽ ſimplicis & ſingu-
laris partis obſcurius immerſam & inſignitã habẽt. Ve-
C runtamen neque hominis perturbationẽ facilè quiſ-
quam penitus orbatã ratione notauerit, neque cogi-
tationis agitationem, in qua nullum cupiditatis aut ſtu
dii, nullum lætantis aut dolentis veſtigiũ hæreat. Pro-
inde philoſophi nõnulli perturbationes rationes affir-
mant eſſe, quòd omnis libido, omnis ægritudo, omnis
iracundia iudicium quoddã eſſe videatur. Alii virtutes
functionis & perpeſſionis eſſe pronuntiant. fortitudi-
nem enim idem quod formidoloſum eſſe: temperan-
tiam, quod voluptuarium: iuſtitiam & bonitatẽ, quod
D quæſtuoſum. Iam verò quũ animus & cognitione re-
rum pariter & actione valeat, quúmq; vniuerſa & ſin-
gula conſideret, illa tamen intelligere, hæc ſentire vi-
deatur, cõmunis ratio ſemper in eodẽ cum altero con-
ſueſcens, & in altero cum eodem verſans, definitioni-
bus & partitionibus ſegregare vnũ & multa, quod ex-
pers eſt diuiſionis & quod diuiduũ aggreditur: neutro-
bi tamen pura & liquida, propterea quòd primordia
inter ſe alterno nexu conſerta implexáque ſunt, & in-
ter ſe confuſa. Qua de cauſa illud naturæ concepta-

culum ex diuidua & indiuidua materia deus eidem & A alteri conſtituit, vt in differentia ordo naſceretur: eáq; rerum origo erat. Nam alioqui & idem differentia caruiſſet, ex quo impulſu & ortu: alterum ordinis expers fuiſſet, proinde coagmentationis & originis. Nam ſi idem diuerſum eſt ab altero, rurſus alterum aliud eſt quàm idem: nimirum eorum mutua impartitio nihil fœcundum reddiderit: ſed iſta eguerint tertia quadam tanquam materia receptatrice, quæ ab vtriſque afficiatur: quam quidem primam condidit, quum eorum ſtabilitate quæ intelligentia continentur, infinitatē mobilitatis corporibus inhærentis terminaſſet. Quemadmodum autem vox aliqua eſt rationis expers & ſignificationis, oratio autē dictio eſt in voce mentis interprete, concentio porrò ex ſonis & interuallis conſtat, ac ſonus quidem vnum idémque eſt, interuallum ſonorũ diſſimilitudo & differentia, quibus mixtis canticum & modus efficiuntur: eodem modo pars animi in qua perturbationes commouentur, nihil terminati, nihil penſi habebat: pôſt vbi terminus & ſpecies ingenerata ſunt diuiduæ & variæ modis omnibus agitationi, definita eſt: qúmque idem & alterum ſimilitudinibus & diſſimilitudinibus numerorũ ex diſcrepantia conſenſionem gignentium comprehendiſſet, vita vniuerſi prudentiæ compos ipſa extitit, & cōcentio ac ratio neceſſitatem ſuadela mixtam ducēs, quod fatum appellare vulgò ſolent, Empedocles amicitiam & odium, Heraclitus intentionem mundi tanquam lyræ & arcus refugam, Parmenides lucem & tenebras, Anaxagoras mentem & infinitionē, Zoroaſtres deum & genium, quorum vnum Oromaſdem, alterum Arimanium vocat. Verùm Euripides non rectè pro coniunctione diſiunctionem vſurpauit,

B 1886

C

D

Mens Iuppiter mortalium aut neceſſitas
Natura.-- Neceſſitas quippe & mens vis eſt per vniuerſa pertinēs: quocirca id Ægyptii obſcurè inuerſis verbis innuũt, quũ aiunt Oro ſuppliciũ cōmerito ſpiritũ & ſanguinem patri, matri viſcera & adipem

A tribui. Cæterùm nihil animi ſyncerũ, nihil merũ, nihil
ab aliis ſecretũ relinquitur. Concentio enim latẽs, ma-
nifeſta, melior eſt, (vt Heraclitus inquit) in qua tem-
perator Deus differentias & diſſimilitudines demerſas
occultauit. Veruntamẽ in eius apparet parte quæ bru-
ta eſt, perturbatio: in ratione, conſtantia : in ſenſibus,
neceſſitas: in mente, ſuæ ſpontis & ſui iuris libera po-
teſtas. Poteſtas autem definiendi, vniuerſa & indiui-
dua propter cognationem amplectitur, contráque di-
B uidendi ex diuiduo ad ſingula pergit : quódque totum
1887 & integrum eſt, mutatione quæ propter idem cietur
quò flagitat, alterius gratia gaudet: tamen vel maximè
diſtinctio honeſti & turpis, voluptatis & doloris, a-
mantium vecordiæ & conſternationes & contentio-
nes ſatis habent argumenti, vt partem dignitatis dili-
gentem & flagitioſam, ex diuina & impatibili, ex mor-
tali & in corporibus patibili particula temperatam in-
telligamus. Quarum alteram, libidinem voluptatum
inſitam & innatam appellat: alteram, aduentitiam opi-
C nionem, optimi diligentem. Vim enim illam animus,
in qua turbatur, ex ſe ipſe promit : mentem à potiore
principio ingeneratam habet. Ac geminæ iſtius ſocie-
tatis ne cæli quidem natura exors eſt, ſed alterã in par-
tem propendere, eiuſdem ambitu obtinente, & mun-
dum gubernare cernitur: aduenietque annis voluenti-
bus dies tandem aliquando, & plerunque iam extitit,
qua acies eius partis quæ prudentia viget obtundatur
& hebeſcat dormitétque, obliuione ſuarũ rationũ ei
obrepente: vis autem quæ corpori familiaris iam inde
D à principio conſentit, attrahat & oneret ac replicet in
dextram incitatum vniuerſi lapſum: veruntamen fun-
ditus conuellere nõ poſſit, ſed meliora rurſus recupe-
rentur, & ad exemplar Dei conuertentis & corrigentis
reſpiciant. Ita nobis vndiquaque animum non omni-
no Dei opificium eſſe oſtendit, ſed quum inſitam ha-
beret mali portionẽ, ab illo adornatum eſſe, qui vnius
ope infinitatẽ determinauerit, vt natura determinatio-
nis eſſet particeps: eiuſdẽ & alteri' poteſtate ordinẽ &
mutationẽ, differentiã & ſimilitudinẽ commiſcuerit:

quibus omnibus quoad eius fieri poterat, ſocietatem A mutuam & charitatem cõciliarit numeris & concentu. His autem de rebus, etſi ſæpenumero iam audiſtis, in multóſque ſermones & commentarios incidiſtis, non improbum tamen fuerit aliquid me quoque breuiter perſtringere, tamen antè propoſita Platonis dictione:

Vnam principiò partem detraxit ex toto, ſecundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam quæ 1888 eſſet ſecundæ ſeſquialtera, primæ tripla: deinde quartam, quæ ſecundæ dupla eſſet: quintam inde, quæ tertiæ tripla: tum ſextam octuplam primæ: poſtremò ſeptimam, quæ ſeptem & viginti partibus antecederet B primæ. Deinde inſtituit dupla & tripla interualla explere, partes rurſus ex toto deſecans, quas interuallis ita locabat, vt in ſingulis eſſent duæ medietates, earúmque altera eadem parte extremorum præſtaret, eadémque ſuperaretur: altera pari numero præſtaret extremis, paríque ſuperaretur. Seſquialteris autem interuallis & ſeſquitertiis & ſeſquioctauis ſumptis, ex iis colligationibus, in primis interuallis ſeſquioctaui interuallo ſeſquitertia omnia explebat, quú particulam C ſingulorum relinqueret. Eius autem particulæ interuallo relicto, habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationémque in extremis, quam habent 256 cum 243.

In his primùm quæritur de numerorũ ſumma, mox de ordine, tertiò de poteſtate: de ſumma, qui ſint quos in duplis interuallis ſumat: de ordine, vtrum in verſum omnes vna ſerie explicari debeant, vt Theodorus cenſet, an potius, vt Crantor in Λ figuram, primo in vertice collocato, duplis triplíſque ſeorſum in duobus verſibus ſubiunctis: de vſu & poteſtate, quam vim habeãt D ad animi conſtitutionem aſſumpti. Ac primùm quidẽ, in primo eos reiiciemus qui aiunt in proportionibus ipſis ſatis eſſe, ſpectare quæ ſit interuallorum conditio & mediorum ipſa explentium: quum quibuſcunque numeris poſitis, in quibus ſedes ſint mediæ & memoratarum proportionum capacitates, eodem modo doctrina abſoluatur. Nam vt quod aiunt verum ſit, ta-

A men diſciplina obſcurior fuerit abſque exemplorum
1889 illuſtratione,& ab alia quoque contemplatione exclu-
ſerit quandam iucũditatem & gratiam habente,à phi-
loſophia non abhorrentem. Igitur ſi ab vno auſpicati
duplos triplóſque in partem ſigillatim, (vt præſcribit)
collocemus:deinceps exponẽtur hinc ſecundus,quar-
tus,octauus : illinc tertius, nonus, viceſimusſeptimus:
in ſumma ſeptem:vnóque cõmuni ſumpto,ad quater-
na multiplicatio progredietur. nõ enim hîc ſolùm,ſed
etiam multifariam quaternarii cum ſeptenario con-
B ſenſio perſpicuè cernitur.Itaque quaternarius ille tam
ambitioſè à Pythagoricis celebratus , ſex & triginta,
mirificum quiddam habere videtur, quòd coaleſcat ex
primis paribus quatuor , totidémque primis impari-
bus. Exiſtit autem quarta coniugatio numeris dein-
ceps compoſitis. Nam prima eſt vnius & duorum,al-
tera imparium.Vnũ enim,quod commune eſt ambo-
bus,præponitur, ita octo ſumit, deinceps quæ 27,ferè
nobis indicans, quam vtrique generi regionem attri-
buat. Verùm iſta aliorum fuerit accuratius exquirere:
C reliquum, operis ſuſcepti proprium. Non enim ad o-
ſtentationem Plato eruditionis mathematicæ ad inſti-
tutionem & argumentum naturæ, quum minimè re-
ferret , medietates arithmeticas & harmonicas indu-
xit: verùm quòd animi conſtitutioni ratio iſta potiſſi-
mùm conueniret. Quanquam nonnulli alii in perni-
citate errantium globorum , alii potius in ſpatiorum
intercapedine, alii in ſtellarũ magnitudine, alii, qui ad
amuſſim rẽ exigere videntur in epicyclorum media-
nis lineis proportiones quas memorauimus quærunt:
proinde quaſi hac gratia effector animum ſeptem in
D partes diſtributum cæleſtibus accommodarit. Multi
huc etiam Pythagorica trãsferunt, à medio corporum
interualla triplicãtes:quod quidem fit in igne,vno po-
1890 ſito,in antichthone tribus,in terra nouem,in luna vi-
gintiſeptem , in Mercurio octogintavno, in Lucifero
243,in ſole 729: qui numerus vnà quadratus & teſſel-
latus eſt. Itaque ſolem interdum quadratum & teſſe-
ram vocant : ſic alias quoque ſtellas triplicando redi-

gunt: in quo plurimùm hallucinantur, & à vero aberrant, ſi qua hic geometricarum rationum vtilitas eſt: eóſque ad fidem locupletiores comparari poſſe oſtendunt qui ab iſtis proficiſcuntur: quanquam ne ad vnguem quidem ipſi explorata produnt, ſed (vt æſtimamatio conſtet) proxime verum loquûtur, medianæ ſolis lineæ ad medianam terræ proportionem eſſe dodecuplam: medianæ rurſus lineæ orbis terræ, ad medianam lunæ triplam: quæ autem minima ſtellarum inerrantium cerni poteſt, eius medianam lineam non eſſe minorem triente medianæ lineæ orbis terræ, orbémque terrarum lunæ globo vigintiſeptem partibus antecellere luciferi & terræ medianas duplam, globo octuplam proportionem habere. Iam ſpatium vmbræ in lunæ laboribus medianæ eius lineæ, triplum eſſe: latitudinem, qua vtranque in partem deflectit à medio ſignorum circulo, vnciam eſſe. Eius porro erga ſolem affectiones & habitus in triquetris & quadratis ſpatiis formas diuiduas & vtrinque ſinuoſas gibberáſque adipiſci: ſignis ſex peragratis plenam, veluti ſex tonis conſtantem diapaſon modulationem referre. Iam quum ſol tardiſſimè ſolſtitiali & brumali reuerſione, celerrimè æquinoctio moueatur, de diéque detrahat & nocti addat, aut contrà, iſta ferè ratio eſt, vt in primis triginta diebus ſecundum brumam diei ſextãtem exſuperantiæ addat, qua productiſſima nox breuiſſimam diem excedit: ſequenti menſe, trientem: reliquis diebus ad æquinoctium ſemiſſem, ſeſcuplis & triplis interuallis inæquabilitatem temporis ſole exæquante. Narrant Chaldæi ver cum autumno comparationem diateſſaron habere, cum hyeme diapente, cum æſtate diapaſon. Quòd ſi rectè diſtinguit Euripides,

A (beside line 1) · B (beside "minorem triente…") · C (beside "ſtantem diapaſon…") · 1891 (beside "addat, aut contrà…") · D (beside "ron habere…")

Menſes quaternos hyemis æſtatiſque item:
Veriſque binos, grati & autumni pares,

proportionẽ certè diapaſon anni quadripartita commutatio habuerit. Nonnulli autem terræ attribuentes proſlambanomenon, lunæ ſummã chordam, Mercurium & Luciferũ diatono & lichano mouentes, ſolem velut mediam obtinentem, modulationem diapaſon

A continere cenſent, à terra diſtantem modulo diapente, ab inerrantium globo diateſſaron. Sed neque horum ſolertia verum vlla ex parte attingit, neque illi vſquequaque emendata tradunt. Quibus igitur iſta non videntur à Platonis abhorrere ſententia, ea,modis omnibus,rationibus muſicis affinia putabunt,quòd quũ quinque tetrachorda ſint,ſummum,medium,coniunctum,deiunctum, exuperans, quinque interuallis errones quoque diſtinguuntur, quorum vnum eſt à luna ad ſolem,& ſtellas eius curſui pares, Mercurium &
B luciferum: alterum inde ad Martis aſtrum,(pyroenta vocant) tertium quod ei & Ioui interiectum eſt, mox deinceps ad phænonem: (*id eſt Saturnum*) poſtremò illinc ad inerrantem globũ:vt planè ſoni qui definiunt tetrachorda, reſpõdeant rationi ſtellarum errantium. Ad hæc priſcos ſcimus chordas poſuiſſe,tres imas,duas ſummas, ſingulas medias, ſingulas parameſas (*id eſt mediæ propinquas*) vt erronum numero pares ſtabiles eſſent: iuniores,quum proſlambanomenon tono à ſumma chorda differentem, grauitati addidiſſent, to-
C tam conſtructionem diſdiapaſon effecerunt, ſed ger-
1892 manum conſonantiarum ordinem non retinuerunt. Nam ſummæ tono adiecto ad grauitatem, diapente ante diateſſaron gignitur: quum tamen perſpicuum ſit à Platone in acutum aſſumi. Ait enim in libris De republica, vnumquenque octo globorum à Sirene in eo inſiſtente verſari:omnes autem canere ſingulos tonos citantes, vnámque ex omnibus concentionem temperari. Illæ autẽ liberali animi remiſſione diuina prædicant, ſacríque ſtaticuli & tripudii octo chordarum
D diſcriminibus diſtinctam modulationẽ incinunt.Nam octo erant duplarum & triplarum rationum primi fines,vno vtrique parti adnumerato.Iam veteres nobis nouem tradiderũt muſas, octo(velut Plato)cæleſtibus templis tribuentes: nona terræ finitima demulceri & deliniri prædicantes,qua ex erroris & diſſidii inæqualitate & tumultu iſta reuocantur & ad quietem coriguntur.Mihi etiam illud ſpectate num animus ſapientiſſimus & iuſtiſſimus cælum & cæleſtia modis ſuis &

impulſionibus agat: quippe talis genitus eſt, concen- A
tionis modulis & proportionibus, quarum rerum i-
magines in aſpectabilibus ad ea quæ corpore vacant
ſuppetunt, & in illis mūdi partibus & corporibus quæ
cernuntur. Princeps autem & præſtantiſſima vis vel o-
culorum fide perſpicuè animo immixta eſt, eúmque
conſonum & morigerum præbet, ſemper excellenti-
ſſimæ & diuiniſſimæ parti omnibus aliis conſentienti-
bus. Quum enim effector in agitationibus inconditi
illius & inſani animi perpetuò ſecū diſſidentis, omnem B
ordinis perturbationem prauitatémq; repeariſſet, par-
tim diſcluſit & diſtinxit, partim concentu & numeris
vſus vnà cōciliauit & collocauit, quibus leuiſſima cor-
pora, lapides, ligna, libri ſtirpium, beſtiarum quoque
ipſarum coagula inter ſe temperata & accommodata
mirificas imaginum ſpecies, mirificas medicamento-
rum & inſtrumentorum vires & facultates præſtant.
Proinde Zeno Cittieus adoleſcētes ad tibicinum ſpe-
ctacula hortabatur, vt diſcerent qualem cornua & li- 1895
gna, cicutæque cannarum, quæque alia ratione & cō- C
ſonantia prædita ſunt, vocem emittunt. Omnia enim
numerorum ſimilia eſſe (vt Pythagoræ ſententia affir-
mat) orationem deſiderat: cæterùm quod omnibus
quibus ex diſſidio & diſſimilitudine ſocietas aliqua &
modulatio quæſita & innata eſt, eius cōciliatrix ſit mo-
deratio & ordo numeris & concentione adeptis, id ve-
rò ne poetas quidem fallit: præſertim quum ἄρθμια a-
mica & blanda vocare ſoleant: ἀναρσίους verò, inimicos
& hoſtes: quòd diſſidium ἀναρμοστία, *id eſt incommodi-
tas quædam* eſſe videatur. Ac qui in Pindarū næniam D
ſcripſit,

Hoſpitibus nempe aptus erat popularū amicus,

aptam quandam & commodam facilitatem planè exi-
ſtimauit virtutem eſſe: velut & ipſe Pindarus Cadmum
oſtentans audiente Deo virtutem negat. Quinetiam
priſci illi Theologi omnium philoſophorum vetuſti-
ſſimi inſtrumenta muſica deorum ſignis in manus da-
bant, non quaſi lyram & tibiam, ſed quòd nullum eſſe
deorum officium tale cenſerent, qualis harmonia &

A modulatio eſſet. Quemadmodum igitur qui ſeſquiplas, triplas, ſeſquitertias rationes in iugo lyræ & teſtudine & epitoniis quærit, ridiculus eſt, tametſi iſta ſcitè modificata eſſe oportet inter ſe longitudinis & craſſitudinis momentis, veruntamen iſtam modulationem in ſonis ſpectare oportet: itidem veriſimile eſt ſtellarum corpora & orbium interualla & celeritates conuerſionum tanquam inſtrumenta, rato ordine inter ſe modificata eſſe, & vniuerſi comparatione, tamet-
B ſi modus ipſe nos latet. Veruntamen proportionum illarum & numerorum, quibus effector eſt vſus, munus exiſtimatote ipſius animi conuenientiam & concordiam ſibi concinentis: quibus cælum ipſum auctum infinitis commodis repleuerit, omniáque in orbe terrarum, anni temporibus, commutationibus moderatis diſtincta & notata præſtantiſſimè & pulcherrimè & ad rerum procreationem, & ad eorum quæ procreantur ſalutem & incolumitatem ornata digeſſerit.

C

PLVTARCHI DE STOICIS contrarietatibus,

D *IANO CORNARIO, MEDICO, phyſico, interprete.*

1898 PRIMVM omnium expeto vt dogmatũ profeſſio in ipſa vita conſpicua ſit. Non enim adeo oportet rhetorem idem dicere quod legem, (velut Æſchines ait) ſicut vitam philoſophi ſermoni cõſonam eſſe: (Sermo enim philoſophi, lex voluntaria & priuata exiſtit) ſi ſanè non ludum & loquacitatem ad opinionem pa-

randam , ſed opus maximè ſerium , velut vtique eſt, A
philoſophiam opinantur.Quandoquidem igitur mul-
ta quidem in ſermonibus ipſi Zenoni,multa Cleanthi,
plurima Chryſippo ſcripta ſunt, de repub. de ſubditis,
de magiſtratu , de iudicando & patrocinando : verùm
in nullius vita reperire eſt , neque exercitum ductum,
neque legiſlationem, neque acceſſum ad ſenatum,ne-
que patrocinium apud iudices,neque militiam pro pa- 1899
tria , neque legationem , neque erogationem publicè
factam,ſed apud externos ſchola velut loto guſtata,o-
mnem vitam,eámq; non breuem, ſed quæ valde lon- B
ga ipſis contigit, in ſermonibus ac libris & deambula-
tionibus contriuerunt,vt non obſcurum ſit,quòd ma-
gis in his quæ ab aliis ſcripta ac dicta ſunt vixerint,
quàm iis quæ ipſi ſunt profeſſi , in quiete , quam Epi-
curus & Hieronymus laudant,vniuerſa vita tranſacta.
Ipſe itaque Chryſippus in quarto De vitis , ſcholaſti-
cam vitã nihil putat à voluptuaria differre. Sed appo-
nam ipſius verba : Quicunque opinantur ad philoſo-
phos maximè pertinere ab initio ſcholaſticam vitam,
non videntur mihi quid aberrare , oblectamenti cu- C
iuſdam gratia hoc facere oportere ſuſpicantes, aut al-
terius cuiuſdam rei huic conſimilis,& totam vitam ſic
diſtrahere, hoc eſt,iucundè,ſi palàm quis contemple-
tur. Nõ enim clàm eſſe oportet ipſorum ſuſpicionem,
quum multi manifeſtè hoc dicant , non pauci autem
obſcurius. Quis igitur magis in hac ſcholaſtica vita
conſenuit , quàm Chryſippus , & Cleanthes, & Dio-
genes , & Zeno, & Antipater? qui etiam proprias pa-
trias reliquerunt , nihil conquerentes, ſed quò quietè
in voluptate & in porticu philoſophantes, & ſermo- D
nis ſtudio dediti vitam degerent. Itaque Ariſtocreon
Chryſippi diſcipulus & familiaris, imaginem æream
ipſi ſtatuens,hoc elegiacum diſtichon adſcripſit:

Hanc tibi Ariſtocreon ſtatuam,Chryſippe,locauit
Illaqueamentis falci Academiacis.

Hoc igitur Chryſippus ſenex , philoſophus , & qui re-
giam ac politicam laudat vitam , ſcholaſticam autem
nihil à voluptuaria differre arbitratur,ſcripſit.Quicũq;

A verò alii ex ipſis ad reſpublicas accedunt,magis adhuc
ſuis ipſorum dogmatibus aduerſantur. Nam & magi-
ſtratus gerunt, & cauſas iudicant, & conſulunt,& le-
ges ferunt,& puniunt,& damnant,tanquam ciuitates
habeant in quibus rempub.adminiſtrent,& ſenatores
1900 ac iudices qui ſemper ſorte fiant,& belli duces qui ple-
biſcito creentur, & Cliſthenis & Lycurgi ac Solonis
leges,quos vitioſos & fatuos fuiſſe dicũt.Quare etiam
rempub.gerentes ſibiipſis repugnant.Quin Antipater
in libro de Cleanthis & Chryſippi differentia narrat,
B quòd Zeno & Cleanthes non voluerint Athenienſes
fieri,ne patriis ſuis iniuriam facere viderentur. Siqui-
dẽ igitur hi rectè,non rectè fecit Chryſippus in remp.
adſcriptus.ſed dimittamus hoc.Valde autem pugnans
eſt,neque ratione cõſiſtens,corpora ac vitas adeo lon-
gè ad peregrinos homines transferre, nomina verò
patriis ſeruare. Quemadmodum ſiquis relicta vxore,
& cum altera viuens ac condormiens, & ex ipſa libe-
ros ſuſcipiens, nuptias non contrahat, ne priorem in-
iuria afficere videatur. Chryſipp' porrò rurſus in libro
C De rhetorica ſcribens, ſic patrocinari ac remp.gerere
ſapientem oportere,velut & diuitiæ bonæ ſint,& glo-
ria,& ſanitas:confitetur ſermones ſuos exitu carere,&
ad remp. non pertinere, & dogmata non conuenire
rebus & actionibus.

Inſuper Zenonis dogma eſt, templa deorum non
eſſe extruenda: templum enim non pretioſum, etiam
ſanctum non eſt.Architectorum autem &mechanico-
rum nullum opus pretioſum eſt. Qui verò hæc laudãt
vt probè dicta, in templis initiantur,& in arcem con-
D ſcendunt, & ſimulachra adorant, & naues coronant,
quæ architectorum opera exiſtunt, & hominum me-
chanicorum.DeindeEpicureos redarguiſſe ſibi viden-
tur, qui ſacrificant diis:verùm ipſi magis redarguuntur
ſacrificantes in aris ac templis,quæ neque eſſe debere,
neque ædificari oportere cenſent.

Zeno virtutes relinquit plures ſecundũ differentias,
quemadmodum Plato, velut prudentiam, fortitudi-
nem,temperantiam,iuſtitiam, tanquam inſeparabiles

quidem

quidem ſint, aliæ tamen & inter ſe diuerſæ. Et rurſus A
vnamquanque ipſarum definiens, fortitudinem ait
eſſe prudentiam in faciendis: iuſtitiam autem, pruden- 1901
tiam in diſtribuendis: tanquam vna virtus ſit, verùm
habitibus ad res agendas differre videatur. Non ſolùm
autem Zeno ſibiipſi repugnans in his videtur, ſed &
Chryſippus, dum Ariſtonem quidem reprehendens,
quòd vnius virtutis reliquas habitus eſſe dixerit: Zeno-
nem autem defendit, ſic vnamquanque virtutem defi-
nientem. Cæterùm Cleanthes in commentariis phyſi-
cis dicens, quòd firmitas eſt plaga ignis, etſi ſufficiens B
in anima fiat ad perficienda ingruentia, robur appella-
tur & fortitudo, hæc verba infert: Hæc autem fortitu-
do ac robur, vbi quidem in conſpicuis expectandis
contigerit, temperãtia eſt: vbi verò in ſuſtinendis, for-
titudo: circa officia autem, iuſtitia: circa eligenda ac fu
gienda, prudentia. Ad eum qui dixit,

Fac tua ne dirimat, iudex, ſententia litem
Ne prius audieris ambos— Zeno cõtradixit, huiuſ-
modi quodã ſermone vſus: Siue demõſtrationẽ ac pro
bationem fecit qui prior dixit, non audiendus eſt ſe- C
cundus: (finem enim habet quod quæſitum eſt) ſiue
non fecit: ſimile enim eſt velut ſi non apparuiſſet, nec
audiuiſſet vocatus, aut obediens cantilenam ceciniſſet
ac eluſiſſet. Atqui aut demõſtrauit & probauit cauſam,
aut non: minimè igitur ſecundi oratio audienda. Hunc
autem ſermonem ipſe propoſuit, & refutauit ad Pla-
tonis rempublicam, ſoluítque ſophiſmata, & dialecti-
cen velut hoc facere potentem, diſcipulos aſſumere
iuſſit. Quanquam ſiue demonſtrauit Plato, ſiue non
demonſtrauit ea quæ ſcripſit in Republica, iuxta neu- D
trum neceſſe erat refutare ac reſcribere, ſed penitus
ſuperfluum eſt & vanum. Idem etiam de ſophiſmatis
dici poteſt. Chryſippus putat adoleſcentes primùm
audire oportere logicen, (*id eſt Rationalem philoſo-
phiam*) deinde moralem, & poſtea naturalem: ſimiliter
de diis ſermonem poſtremum aſſumere. Quum autem
multis locis hæc ab ipſo dicta ſint, ſufficit apponere
quæ in quarto De vitis ſcripſit, in hæc verba: Primùm

A quidem igitur videtur mihi, prout rectè à veteribus
1902 dictum eſt, tria genera ſpeculationum philoſophi eſſe,
rationale, morale, & naturale. Deinde ex his præponi
oportet primùm rationale, ſecundò morale, tertiò na-
turale. Ex naturalibus autem poſtremus ſermo de diis
ſit: quapropter etiam traditiones de his *Græci* τελετὰς à
fine nominauerunt. Atqui hunc ſermonem quem po-
ſtremum ordinari oportere dicit de diis, illic præpo-
nit, & exponit ante omnem moralem quæſtionem.
Neque enim de finibus, neque de iuſtitia, neque de
B bonis & malis, neque de nuptiis & puerorum educa-
tione, neque de lege & repub. quicquam ex toto lo-
quutus apparet: niſi, quemadmodum qui ſuffragia ac
decreta ciuitatibus inferunt, præſcribunt bonam for-
tunam, ſic etiam ipſe præſcripſerit Iouem, fatum, pro-
uidentiam, contineri vna facultate mundum qui vnus
ſit & finitus: ex quibus nihil perſuaderi poteſt ei qui nõ
penitus ſit in phyſicis ſermonibus imbutus. Audi verò
quæ de his in tertio De diis dicit: Non eſt enim repe-
rire aliud iuſtitiæ principium, neque aliam generatio-
C nem, quàm ex Ioue & communi natura: inde enim o-
mne tale principiũ habere oportet, ſi de bonis & ma-
lis promptè dicturi ſumus. Et rurſus in phyſicis poſi-
tionibus: Non enim aliter aut ſyncerius ad bonorum
ac malorum ſermonem peruenire datur, aut ad virtu-
tes, aut ad felicitatem, quàm à communi natura, & à
mundi gubernatione. Et rurſus paululum progreſſus:
Oportet enim his connectere ſermonem de bonis &
malis, quum non ſit aliud melius ipſorum principium,
neque relatio, neque alterius alicuius gratia naturalis
D ſpeculatio abſumatur, quàm ad bonorum ac malorum
diremptionem ac diſcretionem. Fit itaque & ante &
poſt moralia, ſermo naturalis, ſecundum Chryſippum:
imò magis in totum dubia eſt ordinis circumactio, ſi
1903 poſt hæc ille locandus eſt, quorum nihil ſine illo in-
telligi poteſt. Et ſatis manifeſta eſt pugna, ponẽtis qui-
dem naturalem ſermonem principium eſſe eius qui de
bonis & malis eſt, verùm iubentis non prius, ſed poſte-
rius eius traditionem fieri. Siquis porro dicet ſcripſiſſe

Chryſippum in libro De ſermonis vſu, quòd nõ omnino abſtinendũ eſt ab aliis, ei qui logicen primam aſſumit, ſed etiam illa attingenda eſſe, prout id datur: vera quidem dicet, accuſationem autem confirmabit. Pugnat enim aduerſus ſeipſum, alibi poſtremum de diis ſermonem & vltimũ aſſumere iubens, vt qui propterea etiam τελετὰ ſit appellatus: alibi rurſus in primis ſimul & hunc aſſumendum eſſe dicens. perit enim ordo, ſi omnia in omnibus attingere oportebit. Et quod maius eſt, poſtquam ſermonis de bonis ac malis principium ſtatuit eum qui de diis eſt, non ab hoc iubet exordium moralium ſumere, ſed illo aſſumpto hunc ſimul attingere, prout id datur: deinde ab illis ad hunc tranſire, ſine quo nullum principiũ ab illis neque acceſſum eſſe dicit aduerſus contraria diſſerendi. In ſumma, non dicit ſe improbare, verùm ita cum cautione vti admonet, velut in iudiciis non cum defenſione, ſed ipſorum fidem ac integritatem eleuando. Etenim ad eos qui de omnibus ſuſpenſam ſententiam retinent, pertinet hoc facere (inquit) éſtque ipſis auxiliare ad id quod volunt. Qui verò ſcientiam inſtituunt iuxta quam ex profeſſo viuamus, vice verſa elementa tradere oportet, & eos quos erudiunt ordine ducere à principio vſque ad finem: in quibus occaſio eſt meminiſſe etiam contrariorum ſermonum, ipſorum veri probabiliſve ſpeciem eleuando, quemadmodum etiam in iudiciis. Hæc ſanè ſunt ipſius verba: Quòd igitur abſurdum eſt philoſophos putare, oportere proponere contrarium ſermonem nõ cum defenſione, ſed ſimiliter vt cauſidici eum eleuando, tanquam non ad veritatem, ſed de victoria 1904 contendant, aliis locis aduerſus ipſum dictũ eſt. Quòd autem ipſe non in ſermonibus ſolùm, ſed multis in locis contrarios his, quos antea probauit, ſermones ac ſententias adſtruxit, ídque fortiter ac feriò & cũ tanta contentione, vt non cuiuſuis ſit conſequi quid ipſi placeat ac probetur: ipſi ſanè dicũt qui vehementiam viri admirantur, & Carneadem nihil proprium dicere putant, ſed ex iis quæ Chryſippus adſtruxit, in contrarium procedere, ac ipſius ſermones impetere, illúdque

A obiter ſæpenumero dicere,

Infelix tua vis & te vehementia perdet,

vt qui magnas occaſiones contra ſeipſum præbuerit, his qui dogmata ipſius reprehendere & euertere velint. Cæterùm ob hos qui contra conſuetudinem editi ſunt libros, ita ſuperbiunt & magna iactant, vt omnes omnium ſimul Academicorum libros in vnum collatos, non dignos cēſeant qui cum his conferantur quos Chryſippus in ſenſuum calumniam ſcripſit: atque hoc quidem ineptiarum & proprii amoris ſignum eſt in
B iis qui talia dicunt. Verùm illud verum eſt, quòd volens rurſus pro conſuetudine & ſenſibus dicere, inferior ſeipſo factus eſt, & ſcriptum ſcripto mollius eſt, vt ipſe ſibiipſi repugnet, iubens quidem contraria ſemper non cum defenſione, ſed cum indicatione eius quod falſum eſt apponere: ſui verò ipſius dogmatum accuſator eſt vehementior quàm defenſor, admonétque vitandum eſſe contrarios ſermones aliis apponere, velut comprehenſionem diſtrahentes: verùm ipſe ſtudioſius componit deſtruentes quàm confirmantes cōprehen-
C ſionem ſermones. Quanquam quòd hoc ipſum vereatur & timeat, manifeſtè ſubindicat in quarto De vitis hæc ſcribens: Non autem fortuitò contrarii ſermones demonſtrandi ſunt, neque ad contraria probabilia, ſed cum cautione, ne diſtracti ab ipſis comprehenſiones
1905 dimittāt, neque ſolutiones ſufficiēter audire potentes, & vt facilè excuti queant, comprehēdentes. Quandoquidem qui iuxta conſuetudinem comprehendunt & ſenſibilia & alia, ex ſenſibus facilè hæc dimittunt, tum à Megaricis quæſtionibus, tum ab aliis pluribus & po-
D tentioribus & quæſtionibus diſtracti. Libenter itaque audierim ex Stoicis, an Megaricas quæſtiones potentiores eſſe arbitrantur, iis quæ à Chryſippo contra cōſuetudinem in ſex libris cōſcripta ſunt: aut hoc ex ipſo Chryſippo percunctari oportet. Vide enim qualia de Megarico ſermone ſcripſit in libro De ſermonis vſu, hoc modo: Quale quiddam contigit & in Stilponis ſermone ac Menedemi. Quum enim in ſapiētia valde celebres ipſi fuerint, nunc in opprobrium ſermo ipſo-

rum conuerſus eſt, velut partim craſſus, partim apertè A
operibus fucum inducant. Hos quidem ſermones, ô
bone, quos derides, & opprobria proponentium vo-
cas, velut manifeſtam malitiam habentes, tamen times
ne aliquos diſtrahant à comprehẽſione. Verùm tu ipſe
qui tot libros contra conſuetudinem ſcripſiſti, quibus
quicquid inueniſti inſerſiſti, Arceſilaum ſuperare con-
tendens, nullum eorum quibus illi obueniunt inter-
pellaturum eſſe ſperaſti? Non enim nudis vtitur con-
tra conſuetudinem aggreſſionibus argumentorum, B
ſed velut in publica actione cum affectu quodam, co-
affectus ſimul ipſe, ſtulta loqui & inanem operam in-
ſumere ipſos dicit. Quò verò ne contradictionem qui-
dem relinquat contraria dicendi, in phyſicis poſitio-
nibus hæc ſcripſit: Licet autem comprehendere &
aggredi etiam contraria, defenſionem quæ in ipſis eſt
faciendo: quandoque verò neutrum comprehendere,
in vtrunque quæ ſunt dicere. Verùm in libro De vſu
ſermonis, vbi dixit quòd non oportet ſermonis facul-
tate ad impertinentia vti, quemadmodum neque ar- C
mis, hæc ſubiunxit: Equidem ad veritatis inuentionem 1906
oportet ipſis vti, & ad eorum qui veritati ſunt cogna-
ta, ad contraria autem non, quum multi hoc faciant.
Multos autem fortaſſis dicit eos qui ſuſpenſam ſen-
tentiam retinent. Verùm illi quidem neutrum com-
prehendentes, argumentis vtrunque aggrediuntur,
quòd comprehenſibile exiſtat. Tu autem illos accu-
ſans, ipſéque contraria ſcribens in his quæ de conſue-
tudine comprehendis, & hoc alios facere cum defen-
ſione inhortans in inutilibus & nociuis, fateris te dum D
ſermonis facultate vteris, & iuuenili temeritate multa
audere, ídque ambitioſè ac contentioſè.

Porro rectè factum, aiunt legis præceptum eſſe; pec-
catum autem, legis interdictum: propterea legem mul-
ta malis interdicere, mandare autem nihil. Recta enim
facere non poſſunt. Et quis non nouit, quòd ei qui
non poteſt recta facere, impoſſibile eſt non peccare?
Ipſam igitur ſibiipſi repugnantem faciunt legem, præ-
cipientem quidem quæ facere nõ poſſunt, interdicen-

A tem autem iis à quibus abſtinere nequeũt. Etenim ho-
mo qui modeſtus eſſe non poteſt,non poteſt non eſſe
proteruus: & qui ſapere nequit,non poteſt non deſipe-
re.Attamen ipſi dicunt,interdicẽtes aliud dicere,aliud
interdicere,aliud præcipere. Qui enim dicit,Non fu-
raberis,dicit quidem ipſum hoc,Non furaberis,inter-
dicit autem nõ furari. Nihil igitur interdicit lex malis.
Si verò nõ,præcipiet vtique quid.Et medicũ diſcipulo
præcipere dicũt ſecare & vrere,iuxta omiſſionem eius
quod eſt tempeſtiuè & moderatè: & muſicum lyra ca-
B nere & pſallere,iuxta omiſſionem eius quod eſt cõcin-
nè & conſonanter. Propterea etiã eos qui inartificioſè
ac malè hæc faciũt,caſtigãt,velut præceptũ ſit rectè,hi
verò nõ rectè fecerũt.Igitur & ſapiẽs ſeruo mãdans di
cere quid ac facere,& ſi nõ opportunè hoc ille fecerit,
neq; velut oportet, caſtigans, manifeſtè apparet rectè
factũ(*κατόρθωμα Græci vocant*) mãdaſſe,non medium.

1907 Si autem media præcipiunt ſapientes malis,quid ve-
tat etiam legis præcepta talia eſſe? Quin & concitatio
(iuxta quidem ipſius ſententiam)ſanè hominis,ſermo
C eſt præceptorius ipſi faciẽdi,velut in libro De lege ſcri-
pſit.Igitur & prætextus ac cauſificatio,ſermo eſt inter-
dictorius,& inclinatio,ac rationalis inclinatio: imò e-
tiam reuerẽtia,ſermo interdictorius eſt ſapiẽti. vereri
enim proprium eſt ſapiẽtum,non malorum. Siquidem
igitur aliud eſt ſapientis ſermo,& aliud lex,repugnan-
tem legi ſermonem habent ſapientes reuerentiam: ſi
verò non aliud quid lex eſt,quàm ſapientis ſermo, in-
uentum eſt legem interdicere ſapientibus facere quæ
verentur.

D Malis nihil vtile eſſe Chryſippus ait, neq; vllius ma-
li vtilitatem eſſe, neque aliquo opus eſſe. Hæc loquu-
tus in primo rectè factorum,rurſus dicit & gratam be
neficii memoriam ipſúmque beneficium in media ſe
extendere, quorum nullum eſt vtile ſecundum ipſos:
quin neque proprium, neque conueniens quicquam
malo eſſe ait in his verbis; Iuxta hæc ipſa autem, pro-
bo quidem & bono nihil alienũ, malo verò nihil pro-
prium eſt:quandoquidem alterum bonum,alterũ ma-

lum eſt ex ipſis.Quomodo igitur tollit ac deſtruit rur- A
ſus per totũ librũ phyſicum peculiariter & moralem,
ſcribens,quòd appropriamur ad ipſa ſtatim vbi nati ſu-
mus,& partibus & ſobole? In primo autẽ De iuſtitia,
etiam beſtias dicit moderatè ob vtilitatem ſobolis ad
ipſa appropriari, exceptis piſcibus: ipſorũ enim fœtus
nutriuntur per ſeipſos. Sed neque ſenſus eſt iis quibus
nihil ſenſibile eſt: neq; appropriatio,quibus nihil pro-
prium. Appropriatio enim, ſenſus & adeptio proprii
eſſe videtur: & hoc dogma ad principaliſſima conſe- B
quens eſt.Et Chryſippus etiamſi multa ad contrarium
ſcripſit,manifeſtè propoſuiſſe videtur, quòd neque vi-
tium vitio, neque peccatum peccato præmineat, ne-
que virtus virtuti,aut rectè factum rectè facto,ſicut in
tertio De natura ait: Quemadmodum Ioui conuenit 1908
grauem perſonam induere, propter ſe ac vitam ſuam,
& magnificè ſentire,&(ſi ita dicere licet)ceruicem eri-
gere, & ſuperbire ac ſe iactare, propterea quòd vitam
viuat iactantiâ dignam:ſic bonis omnibus cõuenit ea-
dem facere, vtpote quibus nulla parte Iupiter præmi- C
neat.Cæterùm ipſe rurſus in tertio De iuſtitia ait,quòd
iuſtitiam tollunt qui finem voluptatem ſupponũt: qui
verò ſolùmodo bonum eſſe dicunt,nõ tollunt. Verba
eius ſic habent:Fortaſſis enim bonum ipſi relinquitur,
finis autem non.Quum autem per ſe eligibilium ſit &
honeſtum,ſaluarimus vtique iuſtitiam, maius bonum
relinquentes iuſtum & honeſtum, quàm voluptatem.
Sed ſi quidem ſolum honeſtũ bonum eſt, peccat qui-
dem qui voluptatem bonum pronuntiat, minus au-
tem peccat quàm is qui etiam finem ipſam facit: hic e- D
nim iuſtitiam tollit, ille ſeruat: & iuxta hunc ſocietas
vana eſt, & periit ,ille verò probitati & humanitati lo
cum præbet. Inſuper quod dicit ipſe in libro De Ioue,
virtutes augeſcere & tranſire, dimitto, ne videar no-
mina reprehendere, quanquam amarulentè in hoc
genere & Platonem & alios Chryſippus mordeat: ve-
rùm iubens laudare non omne factum ſecundum vir-
tutem, oſtendit quandam rectè factorum differen-
tiam. Dicit autem ſic in libro De Ioue: Quum enim

A opera ſecúdum virtutes ſint, propria ſunt & inter hæc prælata: velut, fortiter digitū extendere, & continenter abſtinere à dolorofa & cruciata anicula, & inoffenſè audire eū qui dicit, tria nō eſſe quatuor perfectè: qualem frigiditatē declarat, qui propter huiuſcemodi laudare aliquos & encomiis vehere aggreditur? Similia his relata ſunt in tertio De diis: Inſuper opinor (inquit) laudes alterari iuxta talia contingentia à virtute, velut
1909 abſtinere à doloroſa anicula, & tolerare muſcæ morſum. Quem igitur aliū accuſatorem hic ſuorū dogma-
B tū expectat? Si enim frigidus eſt qui talia laudat, multo vtiq; frigidior eſt qui ſingula hæc rectè facta & magna ac maxima eſſe ponit. Si enim æquale eſt, fortiter muſcæ morſum perferre, modeſtè à vetula abſtinere, nihil (opinor) differt bonū virum ab his aut ab illis laudari. Inſuper in ſecundo De amicitia docēs quòd non in omnibus peccatis amicitias diſſoluere oportet, his verbis vtitur: Cōuenit enim alia quidē in totū prætermittere, alia autē aduertētiam nanciſci modicā, alia etiam ampliorē, alia penitus diſſolutione digna iudicare. Et
C quod maius eſt, in eodē ait, quòd aliis amplius, aliis minus cōiungimur, vt aliis plus, aliis minus amici exiſtamus. Quū autem multiplex huiuſmodi diuerſitas fiat, (alii enim talis, alii tātæ amicitiæ digni ſunt) etiā alii in tantum fide & ſimilibus digni iudicabūtur. Quid enim aliud fecit in his, quàm quòd etiam horū magnas differentias reliquit? Atqui in libro De honeſto, ad demonſtrationem eius quòd ſolū honeſtum bonū eſt, talibus verbis vtitur: Bonū eligibile eſt, eligibile verò placitū, placitū autem laudabile, laudabile verò honeſtum. Et
D rurſus: Bonum gratum eſt, gratum autem venuſtum, venuſtū autem honeſtum. Hi autem ſermones pugnāt aduerſus illum. Si enim omne bonum laudabile eſt, etiā modeſtè à vetula abſtinere, laudabile fuerit. Omne autem bonum, neque venuſtum, neque gratum eſt. Sed perit ſermo: fortaſſis enim poſſibile eſt, alios à talibus laudare, frigidum eſſe: ipſum autem ob talia gloriari, & grauem perſonam induere, nō ridiculum eſſe. Et in multis quidem eiuſmodi eſt: verùm in contra-

dictionibus aduerſus alios, minimè curioſus eſt de eo A
vt nihil contrarium ſibiipſi ac diſſonum dicat. Itaque 1910
in libris de inhortando, Platonē reprehendens dicen-
tem quòd ei qui neque didicit neq; nouit viuere, con-
ducit nō viuere: hæc ad verbū dixit, Talis ſermo & ſi-
biipſi repugnat, & minimè inhortatorius eſt. Primùm
enim pronuntians quòd optimum eſt nobis non viue-
re, & quodammodo moriendū cenſens, ad alia quæ-
dam magis nos inhortatur quàm ad philoſophādum:
non enim poteſt non viuens philoſophari, nec tamen B
multum tempus viuens malè & ineptè, prudens fieri
poteſt. Et progreſſus ait quòd conuenit etiam malos
manere in vita. Deinde hæc verba ſubdit, Primùm e-
nim virtus ſimpliciter nihil eſt ad hoc quòd nos viua-
mus, ſic autem neque malitia quicquā eſt ad hoc quòd
nos moriamur. Atqui non opus eſt alios Chryſippi li-
bros euoluere, ad oſtendendam ipſius contra ſeipſum
pugnā, ſed in his ipſis aliquando illud Antiſthenis lau-
dans producit, Oportet comparare mentē aut reſtim.
Item illud Tyrtæi, *Virtutis finem prende vel interi-* C
tum. Verùm quid hæc volunt aliud oſtendere, quàm
quòd non viuere conducibilius eſt quàm viuere malis
& ſtolidis? Aliquando Theognidem corrigens, Non
oportebat (inquit) dicere, Pauperiē fugias: ſed magis,

Tu vitium fugias cetoſo & mergito ponto,
Rupéque de celſa præcipitato malum. Quid igi-
tur aliud facere videri poteſt, quàm quòd tales res ac
dogmata ipſe adſcribat, quū verò alii ſcribant expun-
gat? vtpote qui Platonem reprehendat, quòd non vi-
uere conducibilius eſſe, quàm malè & ignoranter vi- D
uere pronuntiat: Theognidi autem conſulat, de rupe
præcipitem dare ac in pontum abiicere ſeipſum, quò
vitium effugere poſſit. Antiſthenem equidem laudās
quòd eos qui mentem non haberent, ad laqueū com-
pulit: ipſe rurſus vituperauit vbi dixit nihil eſſe mali-
tiam ad hoc quòd nos ex vita decedamus. Cæterùm 1911
in libris aduerſus ipſum Platonē De iuſtitia, ſtatim in
principio impetit de diis ſermonem, aítque non rectè
ab iniuſtitia auertere Cephalū deorū timore, poſſéq;

A ipſum facilè reuelli, vt qui ad contrarium multas diſtractiones inducat, & multa item probabilia quæ reluctantur aduerſus ſermonem de pœnis à diis ſtatutis, velut nihil differentē à fabulis Accus & Alphitus, per quas mulierculæ puerulos à peccando deterrent. Porrò quum ſic detrahat Platoni, laudat rurſus in aliis, & profert ſæpe hæc Euripidis,

Sed ſiquis eſt qui rideat quæ dicta ſunt,
Eſt Iuppiter, ſunt & dei, mortalium
B *Qui ſcelera conſpiciunt.* Et ſimiliter in primo libro De iuſtitia Heſiodicos hos verſus proferens,

Iuppiter ingentem è cælo cladem intulit, Vrgens
Fame ſimulque & peſte Viros mox interituros.

Hæc ait deos facere, quò malis punitis, reliqui ipſos exempla ſibi proponāt, & minus tale quid facere tentent. Rurſus in libris De iuſtitia præloquutus, quòd eos qui bonum, ſed non finem, ponunt voluptatem, poſſibile eſt etiam ſaluare iuſtitiam: hoc loquutus hæc verba ſubiungit, Fortaſſis enim bonū ipſi relinquitur, C finis autem non. Quum autem per ſe eligibilium ſit etiam honeſtum, ſaluarimus vtique iuſtitiam, maius bonum relinquentes iuſtum & honeſtū quàm voluptatem. Hæc quidem in his de voluptate. Verùm in libris aduerſus Platonem, accuſans ipſum quòd videatur bonum relinquere ſanitatem, non ſolùm iuſtitiam, ſed etiam magnanimitatem tolli dicit, itémque temperātiam, aliáſque omnes virtutes, ſi voluptatem aut ſanitatem, aut aliud quid quod non honeſtum eſt, bonum eſſe relinquamus. Quæ quidem igitur pro Platone ad-
D uerſus ipſum dicenda ſunt, alibi ſcripſi. Hìc autem pugna manifeſta eſt, alibi quidem iuſtitiam ſaluari dicē-
1912 tis, ſiquis vnà cum honeſto ſupponat etiā voluptatem bonum eſſe: alibi verò rurſus criminantis, omnes virtutes tollere eos qui non ſolum honeſtum bonū eſſe relinquunt. Quò verò ne excuſationem quidem reliquam faciat contrarietatibus, Ariſtoteli de iuſtitia cōtradicens, haud rectè ipſum dicere inquit, quòd voluptate exiſtente fine, tollitur quidem iuſtitia, ſimul autem cum iuſtitia tolluntur & reliquæ virtutes ſingulæ.

Iuſtitiam enim ab ipſis verè tolli, verùm nihil prohibere alias virtutes exiſtere, etiamſi non per ſe eligibiles, attamen bonas & virtutes futuras. Deinde ſingulas nominat: ſed præſtat ipſius verba apponere: Etenim quum voluptas(inquit)finis per talem ſermonem pronuntietur, tale quidem totum non videtur mihi in ipſo comprehendi: quapropter dicendum, neque virtutem aliquam per ſe eligibilem eſſe, neque vitium fugiendum, ſed omnia hæc referri oportere ad ſubiectũ ſcopum. Nihil tamen prohibebit ſecundum ipſos, fortitudinem quidem & prudentiam & temperantiam & tolerantiam ac his conſimiles virtutes bonas eſſe, contrarias verò fugiendas. Quis igitur hoc impudentior in ſermonibus fuit, qui duobus optimis philoſophis crimini obiecit, alteri quòd omnem virtutem tollit, non ſolum honeſtum bonum relinquendo: alteri quòd voluptate fine exiſtente, non omnem virtutem, excepta iuſtitia, ſaluari putat? Mirabilis enim licentia eſt de iiſdem rebus diſſerentem, ea quæ ipſe ponit criminans Ariſtotelem, rurſus tollere accuſantem Platonem. Atqui in demonſtrationibus de iuſtitia ad verbum dicit quòd omne rectè factum, & iuxta leges rectè factum, etiam iuſtè factum eſt: quod verò ſecundum temperantiam, aut tolerantiam, aut prudentiam, aut fortitudinem factum eſt, rectè factum eſt, quare etiam iuſtè factum. Quomodo igitur non relinquit his iuſtitiam, quibus relinquit prudentiam fortitudinémque ac temperantiam, quum ſtatim quæ rectè faciunt in relatis virtutibus, etiam iuſtè faciant? Porrò quum Plato de iniuſtitia dicat, quòd exitium & interitus ſeditióque animæ exiſtens, neque in ipſis eam habentibus vim abiicit, ſed ipſum malum cum ſeipſo committit, pulſátque ac conturbat. Chryſippus reprehendens hoc, abſurdè ait dici aliquem ſibiipſi iniuriam inferre: iniuriam enim eſſe ad alterum, non ad ſeipſum. Verùm horum oblitus, rurſus in demonſtrationibus de iuſtitia, iniuſtum ſibiipſi iniuriam inferre ait, & à ſeipſo iniuriam pati, & quum alteri

A iniurias infert, ſibiipſi præter ius faciendi cauſam fieri, ſeipſumque præter dignitatem lædere: quũ tamen in libris aduerſus Platonem dixiſſet, iniuriam nõ dici ad ſeipſum, ſed ad alterũ, & de hoc verba hæc iſtic protulit: Propriè enim iniuſti conſtant ex pluribus, quum tales contraria dicant: & aliàs etiam iniuſtitiam accipiant, velut pluribus ad ſeipſos ſic habentibus. Verùm in vnum nihil tale pertingit: quantum autem ad propinquos ac alios, res ſe ſic habet. At verò in de-
B monſtrationibus talia verba propoſuit de eo quòd iniuſtus etiam ſibiipſi iniuriam inferat, Cauſam fieri facti contra legem, lex interdicit: & iniuriam inferre, eſt factum contra legem: qui igitur cauſa ſibi fit iniuriam inferendi, contra leges iniuriam facit ſibiipſi. Qui autem præter legem agit in vnum aliquem, etiam illum iniuria afficit: quem igitur tandẽ quis iniuria afficiat, etiam ſeipſum iniuria afficit. Rurſus, peccatum res nocens eſt, & omnis peccans, in ſeipſum peccat: omnis igitur peccans, lædit ſeipſum præter officium: ſi verò
C hoc, etiam iniuria afficit ſeipſum. Inſuper etiam ſic: Qui læditur ab altero, ſeipſum lædit, & præter officiũ ſeipſum lædit: atque hoc eſt iniuria afficere. Qui igitur iniuria afficitur à quocunque tandem, omnis ſeipſum iniuria afficit. Sermonem de bonis & malis, quē ipſe
1914 in ducit ac probat, conſonantiſſimum eſſe ait vitæ, & inſitas prænotiones (προλήψεις *Græci dicunt*) maximè attingere. Hæc enim in tertio exhortationum dixit. In primo verò hunc ſermonem ab aliis omnibus detrahere hominem ait, velut nihil ad nos ſint, neque
D quicquam conferant ad felicitatem. Vide igitur quomodo ſibiipſi concordet, qui detrahentem à viuendo, à ſanitate, ab indolentia, à ſenſuum incolumitate, & nihil ad nos hæc eſſe dicentem quæ à diis petimus, maximè conſonum eſſe vitæ & communibus prænotionibus pronuntiat. Sed vt negare nequeat ſe contraria dicere, in tertio De iuſtitia hæc dixit: Quapropter etiam propter exceſſum magnitudinis & pulchritudinis, figmentis ſimilia dicere nobis videmur, & nõ ſecundum hominem atque humanã naturã. Poſſitne

igitur aliquis manifeſtius confiteri ſe contraria dice- A
re,quàm hic ipſe ad ſeipſum fecit? Quæ propter ex-
ceſſum(inquit)figmenta putamus eſſe,& ſuper homi-
nem humanámque naturam,dicere nimirū hæc con-
ſona eſſe vitæ,& inſitas prænotiones maximè attinge-
re. Subſtantiam infelicitatis pronuntiat malitiam per
totum librum naturalem ac moralem, ſcribens ac cō-
tendens quòd idem ſit viuere ſecundum malitiam, &
viuere infeliciter. In tertio autem De natura, vbi dixit
quòd magis conducit viuere ſtolidum quàm bouem, B
etiamſi nunquam ſapiens futurus ſit, infert: Talia e-
nim hominibus bona ſunt,vt quodam modo mala in-
ter media primas obtineant. Quòd quidem igitur in
aliis locis loquutus,nihil eſſe ſtolidis conducibile, hîc
ait conducere ſtolidè viuere, dimitto. Quòd verò in-
ter media appellata, quæ neque mala ſunt neque bo-
na,primas obtinere ait mala, nihil aliud dicit quàm
mala non malis præminere, & infelicem eſſe condu-
cibilius eſſe quàm non infelicem eſſe. Incommodius 1915
igitur putat non infelicem eſſe. Si autem incommo- C
dius eſt,etiam nocentius eſt quàm eſſe infelicem. Vo-
lens itaque hanc abſurditatem leuigare,ſubdit de ma-
lis:Sunt autem non hæc præminentia, ſed ratio, cum
qua viuere magis conuenit, etiamſi ſtolidi ſimus. Pri-
mùm igitur mala malitiam dicit,& quæ malitia parti-
cipant, aliud verò nihil. Malitia autem rationale eſt,
imò magis ratio aberrans & delinquens. Nihil igitur
aliud eſt cum ratione viuere ſtolidos exiſtentes,quàm
viuere cum malitia: deinde viuere ſtolidos exiſtentes,
eſt viuere infelices exiſtentes. Ad quod igitur præmi- D
net hoc ex iis quæ ſunt media? Non enim admittit
(inquiunt)felicem eſſe præminere & primas obtine-
re, præ infelicem eſſe:ſed neque omnino (aiunt) pu-
tat Chryſippus oportere, neque manſionē in vita bo-
nis,neque egreſſum de vita malis admetiri, ſed ſecun-
dum naturam mediis: quapropter etiam felicibus ali-
quando contingit vt officii ipſorū ſit, ſeipſos vita pri-
uare:& rurſus infelicibus,in vita manere.Deinde quæ
maior cōtrarietas eſt ad electionem & fugā, ſi ſummè

A felicium officii eſt, propter abſentiam ſcientiæ vtendi
indifferenter bonis præſentibus, ſeipſos vita priuare?
& quidem quum indifferentium nullum eligibile, ne-
que fugiendum,ſed ſolum bonum eligibile, & ſolum
malum fugiendũ putent. Quare contingit iuxta ipſos
vt neque ad eligibilia neque ad fugienda, actionũ ra-
tiocinationes faciant, ſed aliarum rerum coniectura,
quas neque vitant neque eligunt, & viuant & morian
tur. Bona ad mala omnem habere differentiam Chry-
B ſippus confitetur,& neceſſarium eſt: ſiquidem altera
ſtatim extremè infelices faciũt eos quibus adſunt, al-
tera verò ſummè felices. Senſibilia autem eſſe & bona
& mala,in priore De fine dicit,hæc ſcribens:Quòd e-
1916 quidem ſenſibilia ſint & bona & mala, etiam his ſuffi-
cit dicere. Non enim ſolùm quæ affectiones ſunt,ſen-
ſibiles ſunt cum ſpeciebus, velut triſtitia, & timor, &
conſimilia: ſed etiam furtum & adulterium & ſimi-
lia ſentimus, & in totum ſtoliditatem & timiditatem,
& alia non pauca vitia: neque ſolum gaudium & be-
C neficentiam,aliáque multa rectè facta, ſed etiam pru-
dentiam & fortitudinem ac reliquas virtutes. Horum
quidem reliquam abſurditatem dimittamus: quòd ve-
rò pugnant cum iis quæ ab ipſo relata ſunt circa oc-
cultum & ignorantem ſe ſapientem, quis non confi-
teatur? Senſibili enim præſente bono, & magnam ad
malum differentiam habente, eum qui ex malo pro-
bus euaſit,ignorare hoc ipſum,& præſentem virtutem
non ſentire, ſed putare malitiam ſibi adeſſe, quomo-
do non eſt abſurdiſſimum? Aut enim nullus ignora-
D re,ſiue diffidere poteſt, virtutes omnes habens, aut
parua quædam eſt & omnino cognitu difficilis diffe-
rentia virtutis ad vitium,& felicitatis ad infelicitatem,
& optimæ vitæ ad turpiſſimam,ſiquis hæc pro illis ſe
acquiſiuiſſe ipſe ignoret. Vnum opus eſt De vitis, libri
autem quatuor:in quarto horum dicit ſapientem ne-
gotiis non diſtringi, ſed rem priuatam ac ſuam cura-
re. Verba eius hæc ſunt: Opinor ego ſanè prudentem
negotiis non diſtringi,& paucas res curare, ſuarúm-
que ſatagere,quum & ſuarum rerum curatio, & pau-

carum tractatio, vrbanæ & bonæ res exiſtant. Similia A
fermè in libro de iis quæ per ſe eligibilia ſunt dixit, his verbis: Reuera enim apparet vitam quietam, quiddam periculo vacans & ſecurum habere, vulgo id intelligere non potente. Quòd quidem igitur ab Epicuro non abeſt prouidentiam tollente, per hoc quòd deos humanarum rerum cura non diſtringi dicit, manifeſtum eſt. Verùm ipſe Chryſippus in primo De vitis, ſapientem voluntariè regnum ſuſcipere dicit, & quæſtum ex ipſo conſectari, & ſi ipſe regnare non poſſit, B
viuet cum rege, & militabit cum rege: qualis erat Hy- 1917
danthyrſus Scytha, aut Leucon Ponticus. Apponam autem & hanc ipſius dictionẽ, vt videamus an quemadmodum ex fide ſuprema ac infima ſit conſonantia, ſic conſona fiat vita viri, & otium ac paucarum rerum curam eligentis, deinde ſimul equitantis cum Scythis, & res tyrannorum in Boſphoro curantis, ex quacunque tandem neceſſitate. Quòd enim (inquit) & militabit cum potentibus, eiſque conuiuet, rurſus conſiderabimus in ſequentibus, quum aliqui neque hæc C
ſuſpicentur, propter ſimiles ratiocinationes: nos autem & hæc ipſis relinquimus, propter conſimiles rationes. Et paulo pòſt: Non ſolùm autem cum aliquantulum præminentibus, ſed etiam in ducatibus & quibuſdam gentium regnis tyrannidem gerentibus, velut apud Leuconem & Hydanthyrſum. Calliſtheni quidam vitio dant, quòd ad Alexandrum nauigauit, ſperans ſe reſtituturũ eſſe Olynthum, quemadmodum Ariſtoteles Stagiram. Ephorum & Xenocratem ac Menedemum laudant, quòd contempſerint Alexandrũ. Chry- D
ſippus autem quæſtus gratia ſapientem præcipitem in Panticapæum detrudit, & Scytharum ſolitudinem. Quòd autem rei faciendæ ac lucri gratia hæc facit, etiam antea declarauit, tribus propoſitis ſapienti conuenientibus lucris, à regno, ab amicis, & tertio poſt hæc, à doctrina: quanquam multis locis hoc ipſum rurſus deſtruat, hæc laudans,

Mortalibus quid amplius præter duo?

Verùm in libris De natura dicit, Sapientem, ſi maxi-

A mas opes abiiciat, drachmam vnam ſe abieciſſe putare. Quum autem ſic ipſum extollat iſtic & tumidum faciat, hîc rurſus in mercenariam ſeruitutem & docẽdi munus deiicit. Nam & exacturum & præſumpturum mercedem dicit, partim ſtatim à principio, par-
1918 tim vbi temporis progreſſu diſcipulus aliquandiu adhæſerit, quod etiam benignius eſſe ait: tutius eſſe autem præſumere, tanquã loco iniurias ſuſcipiente. Dicit autem hoc modo, Exigunt mercedem non omnes
B qui mentẽ habent eodem modo, ſed alius aliam ſummam, prout occaſio tulerit, non promittentes ſe facturos bonos, idque intra annum, verùm quantum ad ſe attinuerit, ſe hæc facturos eſſe ad præſtitutum tempus. Et rurſus paulum progreſſus, Tempus opportunũ cognoſcet vtrũ ſtatim vt acceſſit diſcipulus, mercedem ſumere oporteț (quemadmodum plures fecerunt) aut tempus ipſis dare, hoc loco etiam magis iniurias ſuſcipiente, quum tamen aliquo modo benignius hoc eſſe videatur. Item quomodo pecuniarum contemptor ſa-
C piens, ſyngraphæ ſcripto cauebit, virtutem pro argento tradens: & ſi non dederit, mercedem exigens, tanquam qui fecit quæ ad ſe pertinuerint: aut damno ſuperior vitabit, ne iniuria afficiatur circa mercedẽ. Nemo enim iniuria afficitur, qui non læditur, aut damnũ incurrit. Vnde quum in aliis locum iniuria non affici pronuntiauit, hic locum iniuriam quandam ſuſcipere dicit. In libro verò De repub. nihil voluptatis gratia facturos aut ſubornaturos eſſe ciues dicit. Et Euripidem laudat hæc proferens,

D *Mortalibus quid amplius præter duo,*
Cereris cibus, para ſimul potúſque aqua? Deinde paululum ab his progreſſus, Diogenem laudat in propatulo pudendum detergentẽ, & ad præſentes dicentem, Vtinam etiam ſic famem de ventre detergere poſſem. Quam igitur habet rationem in iiſdem laudare eiicientem voluptatem, ſimúlque talia voluptatis gratia facientem, & huiuſmodi turpitudinem perpẽtrantem? At verò in libris De natura quum ſcripſiſſet, quòd multa animalia pulchritudinis gratia natura produxit,

produxit, nimirum quòd honeſti ac pulchri ſtudioſa A
ſit,& varietate gaudeat, intuliſſétque ſermonem abſurdiſſimum, quòd pauonis caudæ gratia productus 1919
ſit ob ipſius pulchritudinem:rurſus in libro De repub. grauiter obiurgauit eos qui pauones & luſcinias alunt, velut contra mundi legiſlatorem leges ferens,& naturæ circa pulchritudinem ſtudium deridens, circa talia maximè animantia, quibus ſapiens in ciuitate locum non concedit. Quomodo enim non abſurdum eſt illiberaliter vitio dare iſta nutrientibus,ſi prouidentiam B
laudat? Itaque in quinto De natura quũ dixiſſet quòd cimices vtiliter nos ex ſomno excitant, & quòd mures commonefaciunt nos ne ſingula neglectim ponamus (nam pulchritudinis ac elegantiæ ſtudioſam eſſe naturam,& varietate gaudere veriſimile eſſe) hæc verba intulit: Huius rei ſignificationem vel maximè ex pauonis cauda ſumere licet. Hic enim pronuntiat animal caudæ gratia factum eſſe,& non vice verſa,quum mas ſic productus ſit, & ad hanc conſequutum eſt vt C
ipſum fœmina amaret. In libro autem De repub. vbi dixit quòd propemodum etiam ſterquilinia & cacatorias ſellas pingimus, paulo pòſt rem ruſticã quoſdam exornare dicit vitibus arbuſtiuis & myrtis,& pauones & columbas ac perdices vt ipſis cantillent, alentibus, itémque luſcinias. Libenter autem interrogauerim, quid ſentit de apibus & melle. Equidem conſequens erat ad hoc quod dixit,cimices vtiliter procreatos eſſe, apes inutiliter procreatas dicere. Si verò his locum in ciuitate dat, propter quid ciuibus prohibet ea quæ & D
auditu & viſu iucunda exiſtunt? In ſumma, quemadmodum qui concœnantes reprehendit quòd bellariis & vino & opſoniis vtuntur,eum verò qui ipſos ad hæc vocauit,& hæc præparauit,laudat,abſurdus eſt: ſic qui prouidentiam laudibus vehit,piſces & volucres & mel ac vinum præparantem, vituperat autem eos qui non reiiciunt hæc, neque contenti ſunt *Cereris cibo puræ ſimul potúque aquæ*, velut eorum quæ adſunt & nos nutrire poſſunt,nullam rationẽ habentes,ſibiipſi contraria dicere videtur. Atqui in opere Adhortationum

A vbi dixit quòd & matribus & filiabus aut ſororibus
1920 miſceri,& quid comedere,& à lecto aut morte ad tem
plum progredi, præter omnem rationem damnatum
eſt:etiam bruta animantia reſpicere oportere dicit, &
ex iis quæ ab illis fiunt coniecturam facere,quòd ni-
hil talium abſurdum aut contra naturam exiſtat. Op-
portunè enim adhæc fieri aliorũ animalium collatio-
nes,quòd neque coeuntia , neque generantia, neque
morientia in templis, numen inquinent. Verùm rur-
B ſus in quinto De natura dicit,probè quidẽ interdicere
Heſiodum,ne in flumina & fontes meiamus. Inſuper
verò magis tolerãdum eſſe vt quis ad arã meiat,quàm
vt ſtatua dei pro ratione non adſit,ſi canes & aſini hoc
faciant,& pueruli infantes nullam aduertentiam neq;
ratiocinationem talium habentes. Abſurdum quidem
igitur eſt,illic opportunam dicere brutorum animan-
tium beſtialitatem,hìc verò excuſabilẽ abſolutionem
impetui præbere ac prætendere , quòd ab externis
cauſis coactus eſſe videatur. Quidã philoſophi quen-
C dam diſcurſorium motum in principali animæ parte
faciunt,qui in non differentibus & per omnia ſimili-
bus maximè cõſpicuus fiat. Quũ enim duobus æqui-
ualentibus & ſimiliter habentibꝰ, alterum ſumendum
eſt,& nulla cauſa ad alterum ducat , propterea quòd
nulla re ab altero differat,facultas hæc animæ diſcur-
ſoria ex ſeipſa inclinationem ſumens, hæſitationẽ di-
rimit. Aduerſus hos Chryſippus contradicens , velut
per contrarium naturam violantes , inter multa pro-
ponit talariũ ludum & libram , & multa alia quæ non
D poſſunt aliàs alios accipere caſus ac inclinationes, ci-
tra aliquam cauſam & differentiam,aut omnino circa
ipſa,aut circa extrinſeca factã. quod enim cauſa ca-
ret,& ſpontaneum eſt , omnino nullam ſubſtantiam
habere. Verùm in fictis à quibuſdam,& appellatis diſ-
curſibus, cauſas obſcuras ſubeſſe , & nos latere , quæ
1921 ad altera impetum adigant. Hæc quidem igitur ex no
tiſſimis ſunt inter ea quæ ab ipſo ſæpius relata ſunt.
Quæ verò his rurſus contraria protulit , non ſimiliter
in medio poſita , ipſis illius verbis apponam. Etenim

in libro De iudicando, proponens duos curſores ſimul pariter ad metã peruenire, dubitat quid præmiorum præfecto facere conueniat: Vtrum (inquit) licet præmiorum præfecto palmam vtri vult dare, & ſi ipſi fuerint familiariores, vt hic de ſuo quid largiatur aliquo modo, tanquam palma magis communi vtriſque facta, velut ſorte quadam præſtituta variè nutante iuxta inclinationem prout contigit, ipſam palmam tribuere. Dico autem prout contigit inclinationem, A
qualis fit quum duabus propoſitis drachmis cætera ſimilibus, ad alteram inclinati ipſam accipimus. In nono autem De officio, vbi res quaſdam non multo negotio neque aduertentia dignas eſſe dixiſſet, putat oportere dimittere circa has mentis, prout contigit, inclinationem, & electionem ſorte facere. Velut (inquit) ſi duabus quibuſdam drachmis ad probandum ac iudicandũ propoſitis, alii hanc, alii illã verã eſſe dicerent, honeſtum eſt neutram ipſarũ accipere: tũ verò in præſens dimittendo amplius de ipſis inquirere, quam con B
tingit alio quodam tempore accipiemus, ſorte de ipſis data (inquit) & adhuc vel maximè adulteratam ex ipſis accipiemus. In his enim ſors & inclinatio mentis prout contigit citra omnem cauſam, diuerſorũ acceptionem inducit. Porro in tertio De dialectica vbi dixit, quòd Plato diligenter circa dialecticen verſatus eſt, itémque Ariſtoteles, & qui ab his fuerunt vſque ad Polemonem & Stratonẽ, maximè verò Socrates, & exclamatione addita quòd etiam cum tantis ac talib⁹ viris delinquere quis velle debeat, infert hæc verba: Si C
quidem oſcitanter de ipſa dixiſſent, fortaſſis quis locũ D
hunc ſubſannaret: quum autẽ adeo diligenter tractarint, tanquã inter maximas & ſummè neceſſarias facultates ipſa exiſtat, nõ probabile eſt in tantum delinquere ipſos qui in tota philoſophia tales ſunt quales eſſe ſuſpicamur. Quid igitur (dixerit quiſpiam) tu ipſe viris talibus & tantis nunquã repugnare ceſſas, neque reprehẽdere deſinis, tanquã in principaliſſimis & maximis, tuo iudicio, delinquentes ac errantes? Nõ enim ꝑfectò de dialectica diligenter ſcripſerũt, de principio 1922

A autem & fine & de diis ac iuſtitia,oſcitanter & ludentes, in quibus cæcum ipſorum ſermonem appellas,& ſibiipſi repugnantem,& alios infinitos errores habentem dicis.

Gaudium in alienis malis,alicubi non habere ſubſtantiam ait:quandoquidem nullus bonus vir in alienis malis in totum gaudet. In ſecundo autem De bono, inuidiam exponens eſſe triſtitiam propter aliena bona,nimirum volentium humiles & abiectos eſſe vi-
B cínos,quò ipſi præmineant,cônectit gaudium in alienis malis. Huic cohæret (inquit) gaudium in alienis malis,eorum qui humiles eſſe volunt vicinos propter ſimiles cauſas: eorum verò qui iuxta alios naturales caſus euertuntur,miſericordia contingit. Hîc enim manifeſtum eſt quòd gaudium in alienis malis ſubſtantiale,velut inuidiam & miſericordiam relinquit,quod in aliis ſubſtantiam non habere dicit,quemadmodum etiam odium mali,& turpe lucrum. Quum in multis locis dixerit quòd per longius tēpus felices, nihil ma-
C gis felices ſunt, ſed ſimiliter & ex æquo iis qui breui tempore felicitate participant: in multis rurſum dixit, quòd ne digitum quidem extendere conueniat, breuis prudentiæ gratia,quæ velut fulgur euolet. Sufficiet autem apponere quæ de his in ſexto Quæſtionū moralium ſunt ſcripta. Quum enim dixiſſet quòd neque omne bonum in gaudium, neque omne rectè factum in gloriam cadit,intulit hæc:Si enim breue ſolummo-
1923 do tempus aut extremum prudentiam habiturus eſt, ne digitum quidem extendere conuenit prudentiæ ſic
D affuturæ gratia:quanquam per longius tempus nihilo magis felices ſint, neque perpetua felicitas breui ſit præferenda. Siquidem igitur prudentiã putaret effectiuum eſſe felicitatis bonum, quemadmodum Epicurus,ipſam ſolam abſurditatem & incredibilem dogmatis opinionem coarguere oportebat. Quandoquidem verò prudentia non aliud eſt à felicitate per ſe,ſed felicitas, quomodo non pugnat dicere, Ex æquo virtutem eſſe breuem felicitatem & perpetuam, nullius autem rurſus pretii aut æſtimationis breuem?

Virtutes porrò dicunt ſe mutuò conſequi, non ſolùm A
ob id quòd qui vnam habet, omnes habet, ſed etiam
quòd qui ſecundum vnam quodcunque tandem per-
petrat, ſecundum omnes perpetrat. Neque virum per-
fectum eſſe dicunt, qui non omnes virtutes habet: ne-
que actionem perfectam, quæ non ſecundum omnes
virtutes peragitur. Atqui in ſexto quæſtionum mora-
lium Chryſippus dicit, non ſemper fortiter agere virũ
bonum: neque ſemper timidum eſſe qui malus eſt: vt
neceſſe ſit ex quibuſdam in ſuis imaginationibus inuo- B
lutis, alterum quidem permanere in negotiis ſuis, al-
terum verò inde diſcedere. Veriſimile autem eſt (in-
quit) neque ſemper proteruum eſſe qui malus eſt. Si-
quidem igitur fortiter agere, eſt fortitudine vti, & ti-
midum eſſe, timiditate vti, pugnantia dicunt, dicentes
ſecundum omnes virtutes ſimul, itémque ſecundum
vitia operari eum qui illa habet, non autẽ ſemper for-
titer agere bonum & fortem, neque ſemper timidum
eſſe, malum. Cæterùm rhetoricen diffinit artẽ de or-
natu, & dicendi ac habendi ſermonis ordinẽ. Inſuper C
in primo hæc ſcripſit: Non ſolũ autem liberalis & ſim-
plicis ornatus curam habere oportere etiam in dicen-
do puto, ſed peculiarium quoque actionũ iuxta cõue-
nientes moderationes vocis, & figuras tum faciei tum
manuum. Quum autem ita ambitioſè ſtudioſus orna-
tus, & eximiè elegans hic ſit, rurſus in eodem libro De
vocalium colliſione præfatus, Nõ ſolùm, inquit, hæc 1924
dimittenda ſunt, & potioribus inhærendum, ſed etiam
obſcuritates aliquæ & defectiuæ orationes, & Hercu-
les ſolœciſmi, ob quos alii nõ pauci pudore confunde- D
rẽtur. Itaq; alicubi vſque ad manuũ & oris decorũ ge-
ſtum, dicentibus permittere vt ſermonis ornatum di-
ſponant: alicubi verò neque defectuũ & obſcuritatum
curam habere, neque ob ſolœciſmos pudore affici, vi-
ri eſt penitus quid dicat ignorantis. At verò in poſitio-
nibus naturalibus, de iis quæ experimento & veritatis
inſpectione opus habent quietos nos eſſe iubens, dicit:
Neque ſimiliter vt Plato ſuſpicemur, liquidũ quidem
alimentum in pulmonem deferri, ſiccum verò in ven-

A triculum ; neque in alios conſimiles his impingamus errores. Equidem exiſtimo alios reprehendere, deinde ipſum in ea quæ reprehendit collabi, & non cauere, omnium contrarietatum maximã eſſe, & omnium errorum turpiſſimum. Atqui ipſe decem autoritatum complexum, copia decies centena millia excedere dicit, quum neque ipſe rem diligenter inueſtigauerit, neque per expertos veritatem inſpexerit ac didicerit: & quidem quum Plato habeat medicos celeberrimos te-
B ſtimonium ipſi præbentes, Hippocratem, Philiſtionẽ, Dioxippum Hippocraticum, & ex poetis Euripidem, Alcæum, Eupolim, Eratoſthenem, dicentes quòd potus per pulmonem penetret. Chryſippũ autem omnes reprehendunt arithmetici, ex quorum numero etiam Hipparchus eſt, demonſtrans ingentẽ in ratiocinatione errorem ab ipſo admiſſum eſſe. Siquidem affirmationem facit autoritatũ decies centenorum millium, inſupérque trium millium & quadraginta nouem: negationem verò noningenta quinquagintaduo, ſupra
C tricies centena ac dena millia. Quidam ex ſenioribus Zenoni accidiſſe aiunt, id quod vappam habenti accidit, nimirum qui neque vt acetum, neque vt vinũ ven-
1925 dere poſſet. Nam præpoſitũ apud ipſum, neque vt bonum, neque vt diuerſum habere diſpoſitionẽ. Verùm Chryſippus rem adhuc magis perplexam reddidit. Etenim quandoque ait inſanire eos qui diuitias, & ſanitatem & indolentiam ac corporis integritatem nihili faciunt, neque talia amplectuntur: & apponens Heſiodi verſum, *Fac lucrare aliquid Perſa diuûm genus*
D inſuper exclamauit quòd contraria admonere furioſum eſt, nimirum, *Ne lucrare aliquid Perſa diuûm genus.* Et ſapientem quidem in libris De vitis, etiam cum regibus victurum dicit, quæſtus gratia. Item propter pecuniam diſcipulos docturũ eſſe, ita vt ab aliquibus præexigat, cum aliis verò pactũ faciat. In ſeptimo verò De officio, etiam in caput ſe ter deuoluturũ eſſe, *manibus ac pedibus adductis, quemadmodum ſaltatores petauriſtæ facere ſolent*, atque hoc talenti præmio accepto. In primo autẽ De bonis, quodammodo per-

mittit ac concedit volentibus præpoſita ac præcipua A
appellare bona & cõtraria mala, his verbis: Siquis vult
iuxta tales diuerſitates, aliud ex ipſis bonũ, aliud malum appellare, malum ſanè ad has res referens, & aliàs
non aberrans, in ſignificatis quidem non aberrabit ab
ipſis, ſi aliàs coniectabit appellationũ conſuetudines.
Quũ autem ſic præcipuũ cum bono fermè committat
ac permiſceat hoc loco, in aliis rurſus, nihil talium in
vniuerſum ad nos eſſe dicit, ſed ab omnibus eiuſmodi
ſermonẽ auellere & auertere nos oportere. Hæc enim B
in primo De inhortãdo ſcripſit. In tertio autẽ De natura dicit, aliquos regnãtes & diteſcentes beatos prædicari, ſimile eſſe velut ſi aureis matulis ac aureis fimbriis
vtentes beati prædicentur. Bono autẽ opes omnémq;
ſubſtãtiã abiicere, eſſe velut drachmã abiicere, & ægrotare, velut impingere ſeu pedẽ offendere. Quapropter
contrarietatib' his non ſolùm virtutẽ, ſed etiam prouidentiam impleuit. Etenim virtus extremè vilium rerũ
curioſa & ſtolida apparebit, ſi de talibus fuerit ſolicita,
& ſapientẽ harũ gratia in Boſphorũ nauigare iuſſerit, C
& in caput ſaltando prouolui. Iupiter verò ridiculus 1926
videbitur, ſi poſſeſſor & fructifer & gratiarũ largitor
appellari gaudet, quòd videlicet aureas matulas & aureas fimbrias malis largitur, bonis verò drachmæ pretii æſtimanda, vbi diuites euaſerint iuxta Iouis prouidentiam. Amplius autẽ ridiculus videbitur Apollo, ſi
de aureis fimbriis ac matulis, & de peccatorũ abſolutione, fas ac ius pronuntians deſidet. Inſuper verò per
demonſtrationẽ magis adhuc conſpicuã faciunt contrarietatẽ. Quo enim & bene & malè vti licet, hoc ne- D
que bonũ neq; malũ eſſe dicunt. Diuitiis autẽ & ſanitate ac robore corporis, omnes ſtolidi malè vtuntur:
quare nihil horũ eſt bonũ. Siquidẽ igitur Deus virtutẽ
hominib' nõ largitur, ſed honeſtũ per ſe eligibile eſt,
diuitias autẽ & ſanitatẽ citra virtutẽ dat, nõ ſanè bene
vſuris dat, ſed malè, hoc eſt nociuè ac turpiter & perniacioſè. Atqui ſi poſſunt virtutẽ præbere dii, non ſunt
boni non præbentes: ſi verò bonos facere non poſſunt, neque prodeſſe poſſunt, quũ nihil ex aliis rebus

A bonum aut vtile exiſtat. At verò aliter bonos factos
iudicare ſecundum virtutem aut fortitudinē, nihil eſt.
Nam & malos boni iudicant ſecundum virtutē ac for
titudinem: quare nihil magis proſunt quàm ipſi vtili-
tatem ab hominibus capiūt. Sed & neque ſeipſum bo-
num Chryſippus, neque quenquam ex ſuis familiari-
bus aut præceptoribus pronūtiat. Quid igitur de aliis
ſentiant quàm hæc quæ dicunt? inſanire omnes, deſi-
pere, ſceleſtos eſſe, iniquos eſſe, ad ſummū omnis in-
B felicitatis infortunium peruenire: deinde prouidentia
deorum gubernari res noſtras qui ita miſerè agimus?
Si igitur dii tranſmutati lædere nos velint, & malè a
affligere, euerteréque ac conterere, non poſſint peius
afficere ac tractare nos, quàm nunc habemus, quum
(velut Chryſippus pronuntiat) neque vitiorum neque
1927 infelicitatis exceſſus vitæ reliquus ſit, vt ſi vocē habeat
ipſa, hæc Herculis verba proferre poſſit,
Turgens malis ſum, nec vacat locus magis. Quas
igitur tandem magis inter ſe pugnantes ſententias re-
C perire quis queat, quàm eſt ea quā Chryſippus de diis,
itémque de hominibus protulit, illos, quatenus poſſi-
bile eſt, optimè prouidere: hos, quantum poſſibile eſt,
peſſimè agere dicens? Quidam ex Pythagoricis vitio
dant ipſi in libris De iuſtitia ſcribenti de gallis, quòd
vtiliter facti ſunt. Nam & excitāt nos, & ſcorpios col-
ligunt, & inter pugnandum nos ad ſe conuertunt, æ-
mulationem quandam ad fortitudinem inducentes:
tamen oportet etiam hos comedere, ne pullorū mul-
titudo vtilitatem excedat. At verò ipſe ſic deridet eos
D qui hæc ſibi vitio dant, vt de Ioue ſeruatore & genito-
re ac patre iuſtitiæ, & bonarū legum ac pacis, ſic ſcri-
bat in tertio De diis: Quemadmodum ciuitates populo
ſuperabundantes, in colonias transferunt ipſius mul-
titudinem, & bella aduerſus aliquos parant: ſic Deus
corruptionis principia dat. Et Euripidem teſtem, i-
témque alios producit, qui dicunt quòd Troianum
bellum à diis excitatum ſit, hominum multitudinis
exhauriendæ gratia. Horum autem reliquas abſur-
ditates dimitte: (non enim ſiquid non rectè, ſed quæ

aduerſus ſeipſos diuerſe dicunt, ſolùm expendere propoſitum eſt) conſidera verò, quòd Deo quidem ſemper pulchras & amoris erga homines indices appellationes, verùm facta ac opera agreſtia barbaráque ac Galatica attribuit. Non enim coloniis ſimiles ſunt tantæ hominum corruptiones ac ſtrages quales Troianum bellum inuexit, itémque Medicū & Peloponneſiacum: (niſi quaſdam in orco & ſub terra norunt hi condi vrbes) ſed Galatæ Deiotaro Chryſippus ſimilem Deum facit, qui quum plures filii ſibi nati eſſent, vni volēs regnum relinquere ac domum, omnes alios mactauit, velut vitis germina reſecās ac mutilans, quò vnum relictum robuſtum fiat & magnum: quanquam vinitor quidem adhuc paruis ac debilibus exiſtentibus ſarmentis hoc facit: & nos ex recēns natis ac cæcis catulis pleroſque tollimus, vt matri ſit conſultum. At Iupiter non ſolùm relinquēs ac ſinens ad iuſtam magnitudinem progreſſos, ſed quos ipſe produxit ac augeſcere fecit, ad ſupplicium deſtinat, corruptionis ac interitus cauſas ſubornans, quum magis oportuerit cauſas & principia generationis nō præbere. Hoc quidem igitur minus eſt, illud verò maius. Nullum enim hominibus bellum naſcitur, citra vitiorum malitiam: ſed aliud voluptas, aliud auaritia, aliud gloriæ cupiditas, aut regnandi libido excitat. Igitur Deus bella & malitias operatur, homines incitādo ac peruertendo. Atqui dicit ipſe in libro De iudicādo, & rurſus in ſecundo De diis, quòd malorum & turpitudinis autorem Deū eſſe, non eſt ratione apprehēſibile. Quemadmodum enim neque lex cauſa eſt peccādi, neque dii autores ſunt impietatis, ita conſentaneum eſt neque turpitudinis alicuius ipſos autores eſſe. Quid igitur turpius eſt quàm hominib' pernicies ex ſeipſis mutuò oriri, cuius Chryſippus aſſerit Deum principia immittere? Verùm per Iouem dicit quis rurſus ipſum, Euripidem laudare dicentem:

A B 1928 C D

Si turpe quid faciunt dii, non ſunt dii. Et hoc,
Facillimum eſt culpam deis adſcribere.

Quaſi verò nos nunc aliud faciamus, quàm quòd con-

A trarias ipſius voces ac opiniones proponimus. Verun-
tamen hoc ipſum quod nunc laudatum eſt non ſemel,
neque bis,neque ter,ſed ſexcenties ad Chryſippum di-
cere licet:

Facillimum eſt culpam deis adſcribere.

Primùm enim in opere De natura, perpetuitatē mo-
tus cyceoni,(*potioni ex farina & aqua conſtanti*)aſſi-
milás, quæ alio modo alias res à natura productas alit
ac conturbat, hæc dixit: Sic autem vniuerſorum gū-
bernatione præeūte, neceſſarium eſt ſecundum hanc,
B vtcunque habeamus,nos habere,ſiue præter naturam
1929 propriam ægrotantes, ſiue mutilati, ſiue grammatici,
ſiue muſici facti fuerimus. Et rurſus paulo pòſt: Iuxta
hanc autem rationem conſimilia dicemus, & de vir-
tute noſtra ac vitiis, & in ſumma de artibus & non ar-
tibus,velut dixi. Et paulo pòſt, omnem tollens ambi-
guitatem: Nihil enim ex rebus particularibus,ac ne mi
nimum quidem aliter fieri poteſt,quàm ſecūdum com
munem naturam,& ſecundum illius rationem. Quòd
autem communis natura, & communis naturæ ratio,
C fatum & prouidentia & Iupiter eſt, neque Antipodas
latet: vbiq; enim hæc vulgata ſunt ab ipſis.Et-*Iouis eſt*
perfecta voluntas,Homerum dixiſſe ait,relatione ad fa-
tum & vniuerſorum naturam ritè habita,per quam o-
mnia gubernātur.Quomodo igitur ſimul nullius tur-
pitudinis autor eſt Deus,& ſimul ne minimum quidē
aliter fieri poſſibile eſt, quàm ſecundum communem
naturā & illius rationem? In omnibus enim quæ fiūt,
etiam turpia, vtique deorū ſunt. Atqui Epicurus quo-
dāmodo torquetur & multa arte diſceptat, à perpetuo
D motu liberare ac exoluere cōtendens liberū arbitriū,
ac vt ne inculpabilem relinquat malitiā,patentē liber-
tatem ipſi motui tribuit,tāquam nō ſolùm ex neceſſi-
tate,atq; ſecundū fatū,ſed etiam ſecundū rationē Dei,
& ſecundū optimam naturā factus ſit. Inſuper autem
& hæc ad verbū ſic habere vidētur: Quū enim cōmu-
nis natura in omnia ſe extēdat,oportebit omne quod-
cūque ratione fit,& quacūq; in parte, ſecundum illam
fieri, & ſecūdum illius rationem, nemine conſequēter

impediẽte, propterea quòd neque forinſecus ſit quod A
ſe gubernationi ipſius opponat, neq; partem aliquam
habeat quò moueatur aut habeat ſe aliter quàm ſecũ-
dum cõmunem naturam. Qui igitur partium habitus
ſunt & motus? Equidem palam eſt quòd habitus ſunt
vitia & morbi, pecuniæ amor, voluptates, gloriæ cu-
piditates, timiditates, iniuſtitiæ: motus autem ſunt, a- 1930
dulteria, furta, proditiones, homicidia, parricidia. Ho-
rum neque minimum, neque maximum, præter Iouis
rationem, & legem, & iuſtitiam, ac prouidentiam eſſe
Chryſippus putat, adeo vt neque præter legem fiat, ſi B
quis cõtra legem peccet: neque præter iuſtitiam, ſiquis
iniuriam faciat: neque præter prouidẽtiam, ſiquis ma-
lè faciat. Atqui Deum punire vitia, & multa facere vt
ſupplicium de malis ſumat, dicit. Velut in ſecundo De
diis, aliquando quidem grauia & incõmoda bonis ac-
cidere ait, non, quemadmodum malis, ſupplicii gratia,
ſed iuxta aliam gubernationem, quemadmodũ in vr-
bibus. Et rurſus in iiſdem: Primùm ad mala cõſimiliter
accipiẽda ſunt prædictis: deinde quòd hæc diſtribuun-
tur ſecundum Iouis rationem, ſiue in ſupplicium, ſiue C
ſecũdum aliam vniuerſorum gubernationem. Eſt qui-
dem igitur hoc graue & horrendum, & fieri vitia, &
puniri, ſecundum Iouis rationem. Auget autem con-
trarietatem in ſecũdo De natura hæc ſcribens: Malitia
autem ad grauia accidentia propriam quandam ratio-
nem habet: fit enim ipſa quodammodo ſecundum na-
turæ rationem, & (vt ita dicam) non inutiliter fit ad v-
niuerſa: neque enim aliàs eſſent bona. Atque ſic incre-
pat eos qui ex æquo ad contraria diſſerunt, vt præ ni-
mio ſtudio omnino aliquid, & de omni quid peculia- D
re & eximium dicere volens, nõ inutile dicat eſſe, cru-
menas ſecare, calumniaríque ac deſipere, & non in-
commodè malos eſſe nociuos & infelices. Deinde qua-
lis eſt Iupiter (dico autem Chryſippi) qui punit rem,
neque à ſeipſa, neque inutiliter factam? Nam malitia
penitus inculpabilis eſt iuxta Chryſippi ſententiam.
Iupiter autem culpandus venit, ſiue inutilem mali-
tiam fecit, ſiue non inutiliter factam punit. Rurſus in

A primo De iuſtitia præfatus de diis velut inſtantibus &
ſe opponentibus aliquibus iniuriis: Malitiam autem,
inquit, in vniuerſum tollere, neque poſſibile eſt, ne-
1931 que probè habeat res, ſi iniquitas & iniuſtitia ac praui-
tas & ſtoliditas tollatur. Non eſt præſentis ſermonis de
hoc inquirere, verùm ipſe quantum in ſe fuit, philoſo-
phando malitiam tollens, quam ſublatam non opor-
tuit, quiddam & cum ratione & cum Deo pugnans fa-
cit. Et ad hæc, aliquibus iniuſtè factis Deum inſtare di-
B cens, rurſus impietatis peccatorum ſignificationem
præbet. Præterea quum de eo quod nihil culpabile ne-
que reprehenſibile in mundo ſit, omnibus iuxta opti-
mam naturam perfectis ſcripſerit, alicubi rurſus cul-
pabiles quaſdam negligentias non circa parua & exi-
gua relinquit. In tertio igitur De ſubſtantia, mentione
habita quòd quædam talia malis ac bonis contingunt,
Vtrum (inquit) neglectis quibuſdam, quemadmodum
in magnis domibus furfures quidam intercidunt, & a-
liquantulum etiam tritici, quum vniuerſa recta diſpen-
C ſatione gubernentur, aut quòd talibus mala numina
præfecta ſunt, in quibus reuera culpabiles negligentiæ
fiunt? Dicit autem multum quoque de neceſſitate ad-
mixtum eſſe. Talia quidem igitur honeſtorum ac bo-
norum virorũ accidentia, quale eſt Socratis cõdemna-
tio, & Pythagoræ viui exuſtio per Cyloneos, & Zeno-
nis per Demylum tyrannum, & Typhonis per Diony-
ſium tortorum interitus, furfuribus intercidentibus
aſſimilare, quantæ leuitatis ſit præmitto. Verùm mala
numina, *ſiue iniquos dæmones*, ex prouidentia ad eiuſ-
D modi rerum actus præfectos eſſe, quomodo non eſt
conuitium Dei: quemadmodum ſi rex malis & ſtolidis
ſatrapis ac ducibus adminiſtrationem rerum commit-
teret, & optimos quoſque ab his negligi ac petulanter
tractari permitteret? Sed & ſi multum de neceſſitate
rebus admixtum eſt, neque dominatur omnibus Deus,
neque omnia ſecundum illius rationem gubernantur:
aduerſus Epicurum, & eos qui prouidentiam tollunt,
maximè pugnat ex notionibus, quas habemus de diis,
beneficos & hominum amantes ipſos eſſe animo con-

cipientes. Et quum hæc multis locis ab ipſis dicantur, A
nihil opus erat verba apponere,quanquam nō omnes 1932
deos bonos eſſe præſumit. Vide enim qualia Iudæi &
Syri de diis ſentiunt.Vide item poetarū ſcripta,quanta
ſuperſtitione referta ſunt. Corruptibilem certè & genitum deum, nemo vnquam (vt vno verbo rem iſtam cōplectar) ſenſit aut cogitauit. Verùm vt alios omnes relinquam, Antipater Tarſenſis in libro De diis, hæc ad verbum ſcribit: Cæterùm ad vniuerſi ſermonis efficaciam, notionem quam de diis habemus, breuibus complectemur. Deum itaque mente concipimus eſſe B
animal beatum & incorruptibile, beneficum hominibus. Deinde ſingula hæc exponens, ſic inquit: Et ſanè incorruptibiles ipſos omnes arbitrantur. Nullus igitur ex omnibus eſt Chryſippus ſecūdum Antipatrum: nullum enim deorum incorruptibilem eſſe putat, præter Iouem, ſed omnes æqualiter & genitos & corrumpendos. Hæc autem vbique (vt ita dicam) ab ipſo aſſeruntur: verùm apponam verba ex tertio De diis, in altero ſermone: Alii enim geniti ſunt & corruptibiles, alii ingeniti. & hæc ab initio demonſtrare, magis ad phyſi- C
cum pertinet. Sol etenim & Luna atque alii dei conſimilem rationem habentes, geniti ſunt: Iupiter autem ſempiternus eſt. Et rurſus aliquantum progreſſus: Similia autem & de eo quòd corrumpuntur, & de eo quòd geniti ſunt, dicentur tum de aliis diis, tum de Ioue. Alii enim corruptibiles ſunt, huius verò partes incorruptibiles. His inſuper volo comparare pauca ex iis quæ Antipater dicit: Quicunque auferunt à diis beneficentiam, partim illorum anticipationem impetunt: iuxta eandem rationem etiam, qui putant ipſos D
generationis ac corruptionis participes eſſe. Siquidem igitur ex æquo abſurdus eſt, qui deos corruptibiles putat, & qui eos non prouidere arbitratur, neque hominum amore teneri, æqualiter cum Epicuro errauit Chryſippus: ille enim beneficentiam, hic verò incorruptibilitatem à diis aufert. Quin & in tertio De diis, 1933
Chryſippus de eo quòd alii dii nutriantur, hæc dicit: Alimento quidem reliqui dii vtuntur, conſimiliterque

tat, velut plãtam. Vbi autem natus fuerit, ſpiritũ frigefactum ab aere ac firmatũ, tranſmutari & fieri animal. A
Vnde non abſurdè animam Græcis à frigiditate ψυχὴν appellatam eſſe. Ipſe verò rurſus, animam rariorem & tenuiorem naturæ ſpiritũ opinatur, pugnãs planè aduerſus ſeipſum. Quomodo enim poſſibile eſt, tenuem & rarũ ex craſſo fieri iuxta perfrigerationem & denſationem? Et quod maius, quomodo animatũ frigiditate fieri pronuntiãs, animatũ putat ſolem qui igneus eſt, & qui genitus eſt ex euaporatione in ignem trãſmutata? Nam in tertio De natura dicit: Ignis trãſmutatio talis eſt: per aerem in aquam vertitur, & ex hac terra ſubſiſtente, aer exhalat, attenuato autem aere, æther circumcirca abit. Stellæ verò ex mari cum Sole accẽduntur. Quid igitur magis contrarium eſt incẽſioni quàm perfrigeratio? aut diffuſioni, quàm dẽſatio? Nã aquam & terram ex igne & aere facit: in ignem verò & aerem vertit liquidũ ac terreũ: & tamen alibi incẽſionem, alibi perfrigerationẽ, animationis principiũ facit. Quin & quum incẽſio facta fuerit, penitus viuere & animal eſſe dicit: quũ verò extinguitur rurſus & dẽſatur, in aquam & terrã ac corporeũ verti. Dicit autem in primo De prouidentia: Quũ enim mũdus penitus ſit igneus, ſtatim etiam anima ipſius eſt, & principalis eius pars. Aliquãdo verò in liquidũ tranſmutatus, etiã incluſam animam quodãmodo in corpus trãſmutans, vt ex his nimirum conſtet, aliam quãdam rationem habet. Hoc ſanè loco palàm etiam inanimatas mũdi partes per incenſionem in animatas verti dicit: & rurſus, per extinctionem etiam animam dilui ac liquefieri, & in corporeum tranſmutari. Abſurdus igitur apparet, modò ex inſenſibilibus faciens animata per frigiditatem, modò maximam animæ mundi partem, per eandem in inſenſibilia ac inanimata tranſmutãs. Et ſi hæc etiam nõ ita ſe haberent, tamen ſermo ipſius de animæ generatione, demonſtrationem habet cum ipſo dogmate pugnantẽ. Nam animã gigni ait, vbi fœtus fuerit natus, ſpiritu per frigiditatẽ, velut corroborationẽ ac cõfirmationẽ, tranſmutato. Demõſtratione autẽ vtitur eius

A quòd anima genita ſit & poſterior natu, maximè ex eo quòd filij parentum ſimiles moribus fiunt. Horum autem contrarietas conſpicitur. Non enim poſſibile eſt, animam ante partum moribus conformari, quæ poſt partum gignitur: aut continget, priuſquam gignatur anima, ſimilem animæ eſſe, hoc eſt, & eſſe ſimilitudine, & non eſſe, propterea quòd nondum genita ſit. Si verò quis dicat, quòd ſimilitudine temperamentis corporum innata, animæ naſcentes tranſmutantur, is corrumpit coniecturam eius quòd anima genita ſit. Poſſi-
B bile eſt enim hoc modo etiam ingenitam eſſe, & quũ ingreſſa fuerit, per temperamẽtum ſimilitudinis tranſmutari. Aerem porro aliquando ſurſum ferri & leuem eſſe dicit, aliquando neque grauem neque leuem. Itaque in ſecũdo De motu, & ignem grauitatis expertem ſurſum ferri dicit, & conſimiliter huic aerem, quum aqua quidem terræ magis ſit attributa, aer autem igni. Verùm in artibus naturalibus ad alteram opinionem repit, quòd neque grauitatem neque leuitatem aer ex ſeipſo habet. Aerem inſuper natura tenebro-
C ſum eſſe dicit: & hac coniectura vtitur, quòd etiam frigidus primariò ſit: opponi enim ipſius tenebroſitatem ad ſplendorem, frigiditatem verò ad calorem ignis. Hæc in primo Quæſtionum naturalium mouens, rurſus in libris De habitibus, nihil aliud habitus quàm aeres eſſe dicit: ab his enim continentur corpora: & quòd ſingula quæ habitu continentur, qualitatem habeant,
1936 aer continens cauſa eſt, quem duritiem in ferro, denſitatem in lapide, candorem in argento vocant: quum multam abſurditatem & pugnam hæc habeant. Si enim manet qualis natura eſt, quomodo nigrum in nõ
D albo, albedo fit? & molle in non duro, duritia? & rarum in non denſo, denſitas? Si verò mixtus in his excedit abítque ac aſſimilatur, quomodo habitus eſt, aut facultas, aut cauſa eorum à quibus ſuperatur? Patientis enim eſt, non agentis, neque cõtinentis, ſed languentis, talis tranſmutatio, per quam qualitates ſuas amittit. Atqui quum vbique materiam otioſam ex ſeipſa & immobilem qualitatibus ſubiacere pronuntient, qualitates

litates verò ſpiritus, quos etiã aereas firmitates appel- A
lant,quibuſcúque partibus materiæ ingenerentur,ſin-
gulas ſpecificare & figurare:hæc dicere ipſis non licet,
quia aerem natura talem ſupponunt. Habitus enim exi-
ſtens ac firmitas,ſingula corpora ſibiipſi aſſimilabit, vt
mollia ſint admodum. Si verò per temperamentum ad
illa, contrarias accipit formas his quas habere à natu-
ra ſolet materia,quodammodo materiæ nõ cauſa, ne-
que facultas eſt. Quod extra mũdum inane,infinitum
eſt:infinitum autem neque principium,neq; medium,
neque finem habet: ſæpe ab ipſo dicitur. Et iuxta hoc B
maximè, atomi *ſiue indiuidua* ad inferna lationem ab
Epicuro inductam ex ipſo tollunt,quum non ſit in in-
finito differentia, iuxta quam intelligi poſſit aliud ſur-
ſum,aliud deorſum ferri. Verùm in quarto De poſſibi-
libus,medium quendam locum ac mediam regionem
ſupponens,hîc mundum firmari dicit. Verba eius hæc
ſunt: Quapropter etiam de mundo dicendum,corru-
ptibilem ipſum eſſe,ratione putamus indigere. Verun-
tamen mihi magis ſic videtur habere. Fermè autem ad
eam quæ eſt velut incorruptibilitas, multum ipſi con- C
fert regionis occupatio, quòd videlicet in medio exi-
ſtit:quandoquidem ſi alibi eſſe intelligeretur,etiam o-
mnino cõiungeretur ipſi corruptio. Et paulo pòſt rur-
ſus:Sic enim quodammodo etiam contigit vt ſubſtan- 1937
tia ſempiternè ſit medium locum indepta,& ſtatim ta-
lis exiſtat, vt iuxta aliũ modum, imò etiam per caſum,
non ſuſpiciat corruptionem,& ſecundum hoc ſempi-
terna exiſtat. Hæc vnam quidem manifeſtam & cõſpi-
cuam cõtrarietatem habent, quòd videlicet medium
quẽdam locum ac mediam regionem relinquit. Alte- D
ram verò obſcuriorem quidem, verùm hac abſurdio-
rem. Putãs enim nõ incorruptibilem permanere poſſe
mundũ, ſi iuxta aliam vacui partem contigiſſet ipſi ſe-
dem fieri,palàm prodit quòd timeat, ne partibus ſub-
ſtantiæ in mediũ allabentibus, mũdi diſſolutio ac cor-
ruptio fiat. Hæc autem nõ vtique timuiſſet,ſi non cor-
pora à natura vndiquaque ad mediũ ferri putaſſet,non
ſubſtãtiæ,ſed regionis cauſam cõtinentis:de quo etiam

dddd.j.

A ſæpe dixit, velut impoſſibile & præter naturam exiſtat. Non enim exiſtere differẽtiam in vacuo, quæ corpora magis huc quàm illuc adducit: verùm mundi conſtructionem cauſam eſſe motus nutantium & labentium vndiquaque ad centrum ac medium ipſius. Sufficit autem ea gratia apponere verba ex ſecundo De motu. Præfatus enim quòd mundus perfectũ corpus eſt, non perfectæ autem mundi partes ſint, propterea quòd ad totum ſe quodammodo habeant, & non per ſe ſint: &
B de motu ipſius ſermone habito, quòd ad ſe continendum, ſuæque conſeruationis gratia, per omnes partes moueri à natura ſoleat, non ad ſe conterendum, ſuæq; diſſolutionis gratia, hæc dixit: Sic autem toto in idem tendẽte, extentóque ac moto, itémque partibus hunc motum ex corporis natura habentibus, probabile eſt omnibus corporibus primum ſecũdum naturam motum eſſe ad mundi medium, mundo quidem ſic moto ad ſeipſum, partibus autem velut partes ſunt. Poſtea verò dixerit quiſpiam: O homo, quid accidit tibi vt horũ
C ſermonum obliuiſcereris, & pronũtiares mundum, ſi
938 non mediam regionem ex fortuna occupaſſet, diſſolubilem ac corruptibilem? Si enim ipſe in idem medium ſemper à natura ſolet, & partes ad hoc contendere vndiquaque, ad quamcũque tãdem vacui partem tranſponatur, incorruptus & inconfractus permanet, continens hoc modo cooperiénſque ac complectens ſeipſum. Quæ enim confringũtur ac diſpergũtur, hoc ipſum ex diſcretione ac diſſolutione partiũ perpetiuntur, vnaquaque ad propriũ locum, ex eo qui præter na-
D turam eſt, diffluente ac diſcedente. Tu verò, ſi iuxta aliam vacui partem ponatur mundus, putãs ſic penitus coniungi ac imminere corruptionem, atque ſic dicens, & propter hoc medium in eo quod nullum ex natura medium habere ſolet, in ipſa videlicet infinitorum regione relinquens, extenſiones quidem & cohibitiones ac nutationes illas, velut nihil magnæ ad conſeruationem exiſtimationis habẽtes, dimiſiſti, occupationi autem loci vniuerſam durabilitatis cauſam attribuiſti. Quanquam prædictis hæc connectis, tanquam ipſe

teipſum redarguere cõtendens: Iuxta quem verò modum vnaquæque pars mouetur, cognata ac cohærens alteri, eodem modo conſentaneum eſt etiam per ſeipſam moueri: etſi, verbi cauſa, mente concipiamus ac ſupponamus ipſam in vacuo quodam huius mũdi eſſe. Velut enim contenta ac concluſa vndique, mouebatur ad medium, in hoc motu manet, etiamſi, verbi gratia, derepẽte circum ipſam vacuũ fieret. Deinde verò quæcunq. pars à vacuo apprehenſa, non abiicit inclinationem ad mundi medium ducẽtem: ipſe autem mũdus, ſi non mediam regionem quod ſpontaneũ eſt, ipſi ſubornaret, perdet contentiuam ſui firmitatem, aliis ſubſtantiæ ipſius partibus aliò dilabentibus. Atq; hæc quidem magnas habent cõtrarietates ad naturalem rationem: illud verò etiã ad rationẽ de Deo & prouidẽtia, quòd minutiſſimas cauſas his defert, principaliſſimum autem & maximũ aufert. Quid enim principalius eſt mũdi durabilitate & conſeruatione, & quàm cõtineri ſubſtantiam partibus vnitam ad ſeipſam? Verùm hoc ſanè contigit ſpontè, iuxta Chryſippum. Si enim loci occupatio cauſa eſt incorruptibilitatis, hæc autem caſu contigit, vniuerſorum ſalus & conſeruatio, caſus nimirum opus eſt, non fati ac prouidentiæ. At verò poſſibilium ratio, ad fati rationem, quomodo non pugnans ipſi exiſtit? Si enim nõ eſt poſſibile, quod aut eſt aut erit verum, ſecundum Diodorum: ſed omne ſuſceptiuum vt fiat, etiamſi futurũ non eſt vt fiat, poſſibile eſt: multa poſſibilia erunt quæ non iuxta fatum inuictum incoactúmque & omnia exuperãs fiunt, aut fatum vim perdit: aut tale quũ exiſtat quale Chryſipp' eſſe cẽſet, id quod ſuſceptiuũ eſt vt fiat, ſæpe in impoſſibile incidet. Et omne quidem verum neceſſarium erit, principaliſſima omnium neceſſitate apprehenſum: omne autem falſum impoſſibile, vt quod maximam habet cauſam ſibiipſi obſtantem, quominus verum fiat. Cui enim fatale eſt in mari perire, quomodo poſſibile eſt hunc ſuſceptiuum eſſe vt in terra pereat? Quid verò poſſibile eſt eum qui apud Megaram eſt, peruenire in Athenas à fato prohibitum? Quin & de imaginationibus

A (beside line 1), B (beside "ſi non mediam regionem…"), C (beside "occupatio cauſa…"), 1939 (beside "contigit, vniuerſorum…"), D (beside "quod ſuſceptiuũ…")

A iuueniliter ac fortiter dicta, fato aduerſantur. Imaginationem enim volens non eſſe perfectam aſſenſionis cauſam demonſtrare, dixit quòd nocẽt ſapientes falſas imaginationes inducẽtes, ſi imaginationes faciãt perfectè aſſenſiones. Sapientes enim ſæpe mendacio vtuntur ad malos, & imaginationem probabilem adducũt, non tamen cauſam aſſenſionis, quandoquidem etiam opinionis falſæ & deceptionis cauſa erit. Hæc igitur ſi quis à ſapiente transferens ad fatum, dicat non per fatum fieri aſſenſiones, quandoquidem per fatum erunt B etiam falſæ aſſenſiones, ac opiniones & deceptiones, & lædentur per fatum: hic ſermo qui ſapiẽtem de nocendo excuſat, ſimul etiam fatum non omniũ cauſam 1940 eſſe demonſtrat. Si enim neque opiniones habent, neque læduntur per fatum, palàm eſt quòd neq; rectè faciunt, neque ſapiunt, neque conſtanter apprehendunt, neque vtilitatem capiũt per fatum, ſed periit, omnium cauſam eſſe fatum. Quòd ſiquis dicat Chryſippum nõ perfectam ac abſolutam horum cauſam, ſed ſolùm externam ac laceſſentem, feciſſe ipſum fatum, etiam hic C rurſus demonſtrabit ipſum aduerſus ſeipſum pugnantem, vbi Homerum inſigniter laudat de Ioue dicẽtem,

Ex hoc contingunt bona nobis & mala quæque.

Item Euripidem,

O Iuppiter, quiſnam miſeram mortalium
Videre quid putauerit ſapientiam?
Pendemus ex te cunctis enim pronuntio,
Et quod facimus & quod patimur de te venit.

Ipſe autem multa his cõſentientia ſcribit. Ad finem verò dicit, nihil teneri, neq; moueri, & ne minimũ quidẽ D aliter quàm iuxta Iouis volũtatem, qui idem cum fato exiſtit. Inſuper verò cauſa externa & laceſſens debilior eſt, quàm perfecta ac abſoluta, & non procedit ab aliis exurgẽtibus ſuperata. Fatũ autem cauſam inuictam & impediri nequiẽtem ac immutabilem pronũtians, ipſe appellare ſolet immutabile, ineuitabile, (*quod Græci* ἀδράστειαν *vocãt*) neceſſitatẽ, & (*Græca voce*) πεπρωμένην, tãquam quod omnibus finem imponat. Vtrum igitur aſſenſiones non dicimus in nobis eſſe, neque virtutes,

neque vitia, neque rectè facta, neque peccata, ſi fatum A
dicimus defectuoſum eſſe, & πεπρωμένην finem non cõ-
ſequi, & Iouis motus ac habitus ad finem nõ perduci?
Hæc enim partim conſequűtur ex eo quòd perfecta &
abſoluta eſt, partim ex eo quòd externa tantùm ac la-
ceſſens cauſa fatű exiſtit. Perfecta enim cauſa omnium
exiſtens, id quod in nobis eſt & liberum arbitriű tollit:
externa verò & laceſſens tantùm exiſtens, perdit vim
impediri nequientem & operum effectricem. Neque
enim ſemel aut bis, ſed vbique, magis autem in omni- B
bus phyſicis libris ſcripſit, particularibus quidem na-
turis ac motibus multas inſtantias ac impedimenta 1941
contingere, vniuerſorum verò naturæ, nullas. At quo-
modo motus vniuerſorum extẽdens ſe ad particulares,
impedimẽto caret, ac prohiberi nequit, quum illi pro-
hibeãtur ac impediãtur? Neque enim hominis natura
impedimento caret, niſi etiam pedis aut manus natura
impedimẽto careat: neque nauis motus impedimẽto
caruerit, ſi circa velű aut remigationis actum impedi-
menta quædam extiterint. Et ſi hæc etiã non ita ſe ha-
berent, ſiquidem imaginationes non fiunt ſecundum C
fatű aſſenſionum, imò verò propterea quòd facit ima-
ginationes quæ ad aſſenſionem ducunt, ipſæ aſſenſio-
nes ſecundű fatum fieri dicũtur: quomodo nõ pugnat
fatű aduerſus ſeipſum, ſæpe in maximis rebus diuerſas
imaginationes inducens, & quæ mentem in contraria
diſtrahant? quando ſanè aſſentientes alteri, & non ſuſ-
penſam ſentẽtiam tenẽtes, peccare dicunt: &, ſi obſcu-
ris quidem & incertis cedãt aſſentiãtúrve, impingere:
ſin falſis, ſeduci: ſin incomprehenſibilibus communi- D
ter, opinione duci. Atqui quű tria ſint, aut non omnem
imaginationem eſſe fati opus, aut omnem aſſumptio-
nem & aſſenſionem imaginationis peccati expertem
eſſe, aut neque ipſum fatum inculpabile eſſe: haud ſcio
quomodo culpa vacet tales inducens imaginationes,
quibus nõ repugnare neque reſiſtere, ſed ſequi ac ce-
dere, vitio vertitur. Quin & in certaminibus aduerſus
Academiacos, tum ipſi Chryſippo, tum Antipatro plu-
rima contentio fuit de eo quòd neque facere, neque

A animum inducere oporteat circa aſſenſionem : ſed figmenta eos dicere atque inanes quæſtiones proponere, qui cenſent ſtatim vt imaginatio facta eſt, animum inducendum eſſe, & neque cedendum, neque aſſentiendum. Rurſus autem ipſe Chryſippus dicit, & Deũ & ſapiẽtem falſas imaginationes inducere, eóſque non opus habere, neque vt aſſentiamur nos, neq; vt cedamus, ſed vt faciamus ſolùm, & animum inducamus ad id quod nobis per imaginationẽ viſum eſt: nos autem per vitia noſtra, præ imbecillitate talibus imaginatio-
B nibus aſſentiri. At verò horum ſermonũ turba & inter
1942 ipſos diuerſitas, nõ valde difficilẽ habet ſpeculationẽ. Qui enim nõ opus habet aſſentientibus, ſed ſolùm facientibus his quibus immittit imaginationes, ſiue Deus is eſt ſiue ſapiens, nouit quòd ad faciendum ſufficiunt imaginationes, & abducũt aſſenſiones. Nam ſi quum intelligat imaginationem effectiuum impetum non inducere citra aſſenſionem, falſas operatur & probabiles imaginationes, vltronea cauſa eſt vt impingamus & peccemus, dũ incõprehenſibilibus aſſentimur.

C

PLVTARCHI SVMMA, Quòd Stoici magìs inopinata quàm poetæ dicunt.

IANO CORNARIO, MEDICO
D *phyſico, interprete.*

CÆNEVS apud Pindarum iudicatur præter fidem, ferro infractus, & ita formatus vt corpus læſioni minimè obnoxiũ habeat: deinde inuulneratus terram ſubiens, terra recto pede fiſſa. At verò Stoicus Lapitha,

quemadmodum ex adamantina materia, ab ipſis ex A indolentia fabrefactus, non inuulnerabilis eſt, neque morborum expers, neque dolorum exors, verùm intrepidus manet, & triſtitiæ expers, & inſuperabilis, & cogi non poteſt, etiamſi vulneretur, doleátque ac torqueatur, in patriæ deuaſtatione, ac huiuſmodi afflictionibus. Et Pindari quidem Cæneus impetitus nõ ſauciatur: Stoicorum autem ſapiens incluſus non impeditur, & præcipitatus non cogitur, & tortus non torquetur, & mutilatus non læditur, & in luctando ca- 1943
dens inſuperabilis eſt, & obſeſſus non obſidetur, & B venundatus ab hoſtibus capi non poteſt: nihil differens à nauibus quibus ſpecioſi tituli inſcripti ſunt, Bona nauigatio, &, Prouidentia ſeruatrix, &, Cura, tempeſtatem tamen perferunt, conteruntúrque ac ſubuertuntur. Iolaus Euripidis ex imbecilli & decrepito, voto quodam iuuenis & fortis ad pugnam repentè factus eſt: Stoicus autem ſapiens heri quidem erat odioſiſſimus ſimúlque peſſimus, hodie repentè mutatus eſt in virtutem, & ex rugoſo ac pallido, & (velut Æſchylus ait) ex lumborum doloribus vexato, & à doloribus C conuulſo, miſero ſene, decorus, pulchra atque adeo diuina ſpecie præditus euaſit. Et Vlyſſis rugoſitatem, caluitiem ac deformitatem Pallas abſtulit, vt pulcher appareret. Cæterùm horum ſapiẽs non deſerente corpus ſenecta, ſed etiam augeſcente & ferè obruente, manens incuruus, (ſi ita contingat) & edentulus, & vnoculus, neque turpis, neque deformis, neque inhoneſta facie præditus eſt. Stoicus enim amor, quemadmodum ſcarabæi dicuntur vnguẽtum relinquere, graueolentia verò perſequi, ſic turpiſſimis & deformiſſi- D mis conuerſans, vbi in formoſitatem ac pulchritudinem à ſapientia mutati fuerint, auertitur. Porro qui apud Stoicos manè, (vt ita ponamus) peſſimus eſt, veſperi optimus eſt: & qui ſomno ſe dedit, ſtolidus, indoctus, iniuſtus, proteruus, & per Iouem ſeruus, & pauper, & inops, eo ipſo die ſurgit & rex, & diues, & felix factus, modeſtúſque & iuſtus, & conſtans, & illuſtris, nondum barba producta, nondum pubertate expleta,

A in corpore iuuenili ac tenero,imò in imbecilli ac tene-
ra anima,effœminatáque ac inconſtanti,mentem per-
fectam,ſummam ſapientiam,diſpoſitionem diuinam,
inopinabilem ſcientiam, & intranſmutabilem habi-
tum nactus, non remittente prius in ipſo malitia, ſed
derepente,parum abeſt,heros quidam,(vt ita dicam)
1943 aut dæmon,aut deus,ex peſſima beſtia factus. Etenim
qui virtutem ex Stoa accepit, dicere poteſt: Opta ſi
quid voles, omnia tibi contingent: diuitias affert,re-
gnum habet, fortunam præbet, felices facit, nulliúſ-
B que rei indigentes ac ſufficientes, eos qui ne vnam
quidem drachmam domi habent. Equidem poetica
fabula decori rationem cuſtodiens, nuſquam relin-
quit Herculem neceſſariorum indigum, ſed velut ex
fonte affluit ipſi ac ſociis ipſius: at verò qui Stoicam
accepit Amaltheam, diues quidem factus eſt, cibum
autem corrogat ab aliis:& rex quidem eſt, verùm pro
mercede reſoluit ſyllogiſmos: & omnia quidem habet
ſolus, verùm pro domo locatori perſoluit, & farinas
emit, ſæpe à fœneratoribus mutuans, ac petit etiam à
C non habentibus. Et Ithacenſium quidem rex mendi-
cat, latêre cupiens quis ſit, & ſe egeno humili quam-
maximè aſſimilans: Stoicus autem valde boans ac vo-
ciferans, Ego ſolus rex ſum, ego ſolus diues ſum, ſæ-
penumero ante alienas fores conſpicitur dicens,

Da pallium Hipponacti: Valde rigeo,
Et dentibus crepo.

A

PLVTARCHI DE EO quòd ne viuere quidem iucundè quiſquã poſſit, qui ſectam ſequatur Epicuri: Vel, CONTRA COLOTEN, Liber prior.

ARNOLDO FERRONO BVRdigalenſi, regio conſiliario, interprete. B 1994

COLOTES, Epicuri familiaris edidit librũ cum hac inſcriptione, Qui cæterorum philoſophorum decretis pareat, ne viuere quidem illum poſſe. Ego verò, quæ pro philoſophis contra illum differenti mihi ſuccurrebant, literis paulo antè mandaui. Sed quoniam finita diſputatione, cœtúque dimiſſo, multi inter C deambulandum ſectam illam exagitabant: mihi conſtitutum eſt, hos etiam admonere, atque in viam reuocare, ſi non aliam ob cauſam, certè vt intelligant ii qui vocant aliorum decreta in diſquiſitionem, & expendi rationum momenta, & eorum ſcripta, quos conuincere ſtudes, accuratè perlegi oportere: non autem exceptis quibuſdam vocibus, nudáque verba ſine ſcriptis vrgendo, homines ſimplices ab inſtituto aliquo reuocari. Quum enim ex conſuetudine iremus ad gymnaſium è ſchola, Zeuxippus, Non tam ſeuerè ac cõſtanter, inquit, (vt mea quidem fert opinio) cauſa per- D orata eſt, quàm poſtulabat libertas diſputãdi: quo etiã nomine Heraclides nos accuſauit, hinc diſcedens, in Epicurum & Metrodorũ (nec id noſtro hortatu) importunius paulo inuectus. Hîc Theon, Et illud (inquit) prætermittis ſilentio, neminem Colote, ſi cum iſta factione conferatur, minus virulentum, magis ſobrium viſum iri? Nam conquiſitis quæ turpiſſima vſquam ſunt flagitiis verborum, liguritionẽ, ſordes minutas, ſcurrilem audaciam, & vanitatem, meretricios amores, cædẽ luctuoſam, præcipitẽ, multis capitalem,

A effutierunt in Ariſtotelem, Socratem, Pythagoram, Theophraſtum, Protagoram, Heraclidem, Hipparchum, denique in nobiliſſimum quenque philoſophantium: adeo vt quanuis tota eorum diſciplina ſapienter inſtituta eſſet, propter hanc libidinem maledicendi & criminandi à philoſophia abſint, & arceantur quamlongiſſimé. Excluditur enim ab illo cæleſti choro inuidentia omnis atque æmulatio, quæ ſuum dolorem nequit tegere. Tum Ariſtoteles hunc ſubſe-

1995

B quutus, Heraclides, inquit, quoniã grammaticus eſt, gratiam hanc Epicuro de fæce ac turba poetarũ, (ſic enim Epicurei appellant) déque fatuis Homeri nugis, refert: aut Epicurũ ita inceſſit, quoniam Metrodorus principi poetarum toties in ſuis libris conuitiatur. At hos (mi Zeuxippe) miſſos faciamus: quin potius quod initio diſputationis aduerſus Epicureos dictũ eſt, Neminem qui eorũ ſectam ſequatur in vita manere poſſe: nos inter nos, quando hic iam defeſſus eſt, adhibito in ſocietatem operis Theone, perteximus? Cui

C Theon, Iſtud quidem certamen nonnulli ante nos confecerunt: nunc alio diſputationis exitu (ſi placet) propoſito, vt pœnas philoſophis dependant, ita demũ efficiamus. Docere quippe quoad eius fieri poteſt, enitemur ei qui ſectam iſtorum ſequatur, ne iucundam quidem ſuppeditare vitam. Tum ego arridens, Papæ, inquam, iſtis (quantum apparet) in ventrem inſultabis, & pro carnibus dimicandi afferes neceſſitatem, illiſque voluptatem auferes vociferantibus, Non ceſtu certare habiles ſumus, non rhetores, non cuſto-

D des, & præſides populorum, non principes. At nos crebra iuuant dapibus conuiuia, motúſque ſuauis cõmeans per carnem, animo ad voluptatem & gaudium incitato. Proinde non è vita tollere omnem iucunditatem (vti aiunt) mihi videris, ſed omnino illos vita exuere, ſi voluptuariam vitam non relinques. Quid ergo (inquit Theon) prohibet, ſi ſermonem ipſe nõ aſpernaris, quominus occaſione hac vtar? vobis aures præbens, & ſiquis quid requirat, etiam reſpondens? Priores autem vobis partes concedã. Quum Theon pau-

liſper excuſatione vteretur,quo id munus defugeret, A
Tu verò, Ariſtodemus inquit, facilem nobis, & planam ad conficiendum quod volumus,viam obſepſiſti: non paſſus quod attinet ad honeſtum, prius hanc ſectam vocari in diſquiſitionē. Nam qui ſummum bonum voluptate metiuntur,eos voluptaria vita exturbare non eſt procliue: vbi honeſtate exciderint, eadem 1996
opera iucunditate exciderunt: ſiquidē (vt ipſis placet) iucundè viuere,niſi qui honeſtè,mortalium queat nemo.At iſtud(inquit.Theon)ſi tum videbitur opportunum,orationis progreſſu diſpiciemus: nūc his vtemur B
quæ dant ipſi. Arbitrantur ſummum bonum in ventre ac in cæteris viis corporis eſſe poſitum, per quas inſinuat ſe voluptas, non autem dolor: tum omnia pulchrè & ſapienter inuenta, huius voluptatis conciliandæ gratia primùm extitiſſe: firmáque ſpe propagari quod ad ventrem attinet, vt ſapiens ille Metrodorus ait.Quod ipſum argumento eſt quàm ieiunam, anguſtam,putrem,debilem ſummi boni cauſam vendicent, non diuturnā & certam:cuius viæ quibus introducunt C
voluptatem, æquè doloribus tritæ ſunt & patent: imò verò,non ita multæ ſunt corporis partes quæ recipiunt voluptatem, nulla nō obnoxia dolori. Cernitur enim voluptas maiorem partem in pedum & manuum articulis, neruiſque,in quibus domicilium habent acerbi, tetri,horrendi illi morbi,fluxiones, podagræ, exulcerationes, cancer, exuſtiones, putredines. Iam admoue corpori ſapores quoſq; ſuauiſſimos & odores, exiguum prorſus in eo quiddam inuenies quod motu leni placidóque cieatur: quum interea ſæpius partes reliquæ indignentur,& iniquè ferant:at igne,ferro,morſibus,flagris, nulla corporis pars non appetitur, nulla eſt quin doloribus tentetur. Æſtus, algores, febris, D
altè radices agunt,omniáque peruadūt: Voluptates,vt auræ,corporis aliis aliæ promontoriis leniter aſpirantes citò diffluunt & diſſipātur. Ac tempus quidem quo hæ durant,non admodum longum eſt, ſed quaſi emicantes in cælo ignes eodem puncto inflammationem & extinctionem intra cutem ſortiuntur.Quàm verò

A penitus hæreat dolor, teſtis eſt locupletiſſimus apud
Æſchylum Philoctetes, quum ait,

Heu nulla requies, non draco morſum abſtinet.
Oris ſceleſti ſegete confixit pedem,
Sulcóſque duxit effera lues altius. Nec has &
alias eiuſmodi partes corporis leuiter ſolùm perſtrin-
git & titillat: ſed vt medicæ ſemen ambagibus curuis
1997 & flexuoſis penetrat altè in terram, vigétque diutius
præ aſperitate nimia: ſic dolor ſuis hamis & fibris latè
B diſperſis, affuſus carni & vſque adhæreſcens, non mo-
dò diem, noctémve vnam, ſed annorum aliquot fluxu
& olympiadum confecto ſæpius quinquennali curri-
culo vix tandem diſcedit: ídque duntaxat ab aliis do-
loribus magis adhuc grauibus, velut clauus clauo ex-
truſus. Quem enim reperias qui temporis tantum im-
pertiuerit curationi corporis, ſumendo cibum aut po-
tum, quanto ſitiunt febricitantes, aut obſidione preſſi
eſuriunt? vbi terrarũ continuatur animi remiſſio tan-
diu, & ſermo familiaris cum amicis, quandiu tyranni
C ſupplicia ſumunt, & equuleo torquẽt? Quoniã enim
praua merx eſt ipſum corpus & inhabile ad volupta-
riam vitam, facilius perfert dolores, quàm capit volu-
ptates. Ad dolorem ferendum vtitur magna virium
firmitate, in his percipiendis neſcio qua debilitate &
faſtidio ſtatim langueſcit. Iucundè autẽ viuere (ſi for-
tè plura in hanc ſententiam loqui cœperint) nos haud
ſinunt: quippe qui fatentur, minimam partẽ volupta-
tis eſſe in corpore, aut ne tantulum quidem verius, ni-
ſi rerum inanis, impudens, & plena vanitatis ſit eorum
D oratio: Metrodori, quum inquit, Sæpius deteſtamur &
reſpuimus corporis voluptates: Epicuri, quãdo ait, Sa-
pientem in maximis quibuſque grauiſſimíſque corpo-
ris morbis non raró exultare lætitia, & ridere. Qui fit
igitur vt ii quibus adeo procliue eſt ferre corporis do-
lorem, tantum tribuãt voluptati? nam vt longinquita-
te & magnitudine voluptas nihil cedat dolori, certè
modum ei dolores præſcribunt: & Epicurus finẽ hunc
voluptatibus communem impoſuit, omnis doloris a-
motionem, quia natura iucunditatem in corpore tan-

tiſper augeat dum ſuſtulerit omnem materiam dolo- A
ris: vltrà non ſinat progredi eius accretionem, ſed quum in eo ſtatu fuerit vt nullum ſentiat dolorem, multiplici & exquiſita varietate pro condimentis vtatur. Ad eum verò ſtatũ duce appetitu progreſſio, quũ ſit modus voluptatis, non eſt laborioſa, ſed admodum compendiaria: quo fit vt animaduerſa huius loci ieiunitate, velut ex agro ſterili, vltimum bonorum à cor- 1998
pore transferant ad animum, vbi prata luxuriantia vo-
luptatum nobis augeſcent, B

At non aptus equis Ithacæ locus. non in caruncula leuis harum perceptio, ſed aſpera, plena ſentibus, confuſa, & mixta plurimis quæ infeſta ſunt, quæ ardoribus vlcerum quaſi aculeis pungunt. Tum Zeuxippus, Túne, inquit, minus eos rectè facere exiſtimas, qui orſi à corpore, in quo nata primùm apparuit, eam traducunt ad animum, velut ad locum tutiorem, in quo vniuerſam abſoluunt? Minimè verò (inquam) ſed admodum rectè: nam ſequuti magis accommo-
datam in eo naturæ viam quod præſtabilius eſt, quód- C
que re vera perfectius conſectantur, non minus quàm qui dediti ſunt contemplationi rerum, quíve nati ad rempublicam gerendam. Quòd ſi eos audis, dum obteſtâtur & clamant, Nihil eſſe quo animus lætetur, & in quo acquieſcat, niſi corporis voluptates, quas aut percipit aut expectat, ipſúmque bonum illis eſſe, quid cenſes? An non tibi videntur animo vti pro vaſe defrutario corporis? quum voluptatem, vt ex dolio pertuſo & defluente vinum, huc transfundunt & vetuſtate cô-
firmant, præclarè & magnificè rati ſe facere. Atqui va- D
ſa tempore diſſolutum vinum conſeruant & condiunt: voluptatis memoriã velut odorem capit animus, præterea nihil retinet. Nam ſimul atque efferbuit voluptas in corpore, ſtatim extinguitur, cuius quæ in memoriã ſeruantur reliquiæ, præbent ſpeciem vmbræ aut nidoris, quum ea quæ quis olim comederit biberítve, reputat ſecum, & crebris cogitationibus quaſi depromit ex penu: & quoniam nullas habet recentes voluptates quibus vti poſſit, his vtitur. Vide quanto

A Cyrenaici modeſtius, quanuis de eodem poculo biberint cum Epicuro: Non eſſe operam dandam Veneri luce clara putant, ſed tenebrarum velo tegendam voluptatem, ne aſpectus recipiat operis huius imagines, & ardorem libidinis in mente non ſine euidentia quadam accendat ſæpius. Verùm iſtos nihil ſapientiæ laude dignum profiteri, dum eo potiſſimùm cæteris præſtare ſapientẽ volunt, quòd perſpicuè capit continétque memoria voluptatum pulſus, viſa, motiones, dum
1999 B in eius animo tanquam domicilio corporis relinquũt voluptatis igniculos & fomenta, non dicam. Quòd autem ad iucundè viuendum nihil iſta conferre poſſint, ex hoc ipſo euadit perſpicuum: Nihil prohibet quominus illam recordationem voluptas non ſequatur, ſi & parua iudicetur quum adeſt, & obtigerit homini moderato, cui vtile ſit eam defugere ſimul ac deguſtarit: quando eorum animis, quos rapit in admirationem quicquid à corpore prouenit, vbi exciderint voluptates, nulla inhæret lætitia, ſed vmbra quædã & ſomniũ
C voluptatis, quæ iam auolauit, in animo relinquitur, velut fax cupiditatum. Vt qui ſiti aut amore in ſomnis cruciantur, voluptates mancas ſentiunt quæ libidinis ardorem acrius concitant. Enimuero nec eis iucundum eſt meminiſſe voluptatum, quas in vita perceperint: ſed abſentia voluptatis iam obſcuræ & inanis eos vulnerat, & inflammat, quaſi œſtro percitos, quum euidens illa cupiditas remittit aliquantum. Nec probabile eſt ſobrios & pudentes rerum talium cogitatione diem abſumere, aut, quod ipſe Corniadem facere ſoli-
D tum ioco ſcripſit, tanquam euoluendis aduerſariis recognoſcere, Quoties cum Hedia vel Leontio rem habui? vbi Thaſium vinum bibi? quibus lunæ vigeſimanis lautiſſimè cœnaui? Declarat enim iſta concitatio tam præceps ad recolendam memoriam voluptatum, & animi morbus quo extabuerunt, immanem & feram in voluptatibus fruendis & captandis perturbationem & rabiem. Quum igitur hæc incommoda (vt ego quidem exiſtimo) præuiderent, ad indolentiã, firmúmque corporis ſtatum confugerũt: quippe vitam

iucundam in eo eſſe poſitam, vt aliquando corporis A
eſſe vſum magnis voluptatibus, aut vſurum breui co-
gites. Nanque firma conſtitutio corporis, & perſuaſio
minimè fallax, eam fore diuturnam, ſi rectè quis æſti-
met quod res eſt, ſummum gaudium, maximéque ſta-
bilem oblectationem parit. *Hæc illi.* Primùm cogita
quàm impudenter agant, iſtam ſiue voluptatem, ſiue
indolentiam, ſiue iucunditatem ſurſum deorſumque
comportantes à corpore ad animum, ex hoc rurſum
in illud, ſuo eam principio coacti adiungere: (quam B
quia diffluit, & motu lubrico paſſim elabitur, nullum 2000
vas capere valet) tum oblectationem corporis (vt ait
Epicurus) animi lætitia fulcientes, rurſum lætitiam a-
nimi, ſpe oblectationum corporis, terminantes. An fie-
ri poteſt vt concuſſo fundamento, quod ei innititur,
non vnà labefactetur? útve non dubia ſpes & gau-
dium à tempeſtate liberum ex eo proueniat quòd ia-
ctetur tot fluctibus, tot mutationibus, quæ inſidiantur
paſſim corpori, multis malis aduentitiis, & infortu-
niis obnoxio, tum in ſe malorum habenti cauſas, quas C
ratio dimouere nequeat? Nam ſi poſſent iſta conſilio
ſanari, nunquam viros prudentes & conſideratos illi
morbi inuaderent, veſicæ ac torminum, tabes, aqua
intercus: quorum cum aliis Epicurus conflictatus eſt,
& Polyænus: alii Neocli & Agathobulo exitiabiles
fuerunt. Nec id dicimus exprobrandi cauſa, quum
Heraclitum & Pherecyden aliquando morbis graui-
ſſimis non ignoremus occidiſſe: ſed æquum ducimus
(modò congruentia ærumnis quibus afflictantur di-
cere velint, non autem tanta confidentia & iactatio- D
ne populari, voces effundendo inanes infamiam ſub-
ire vanitatis) vt vel non ordiantur lætitiam à corpo-
ris firma conſtitutione, vel non aſſeuerent homines
in cruciatibus, & morbis grauiſſimis hilaritate, laſci-
uia, riſu differri & diſtineri. Nam vſuuenit perſæpe
vt corpus bene ſit conſtitutũ: at explorata & firma ſpes
id ita futurum, in animum prudentis nunquam inci-
dere poteſt. Verùm vt in mari (quod Æſchylus ait)

A *Metum incutit nox ipſa rectori cato·.*
Vnda ſilenti, quid futurum non liquet. Sic animus ſapientis, qui conſtitutione firma corporis, & ſpe percipiendæ voluptatis ſummum bonum metitur, nullo pacto degere poteſt ſine timore & fluctuatione. Non enim ſolùm corpus, vt mare, tempeſtatibus & procellis vrgetur aduentitiis, ſed plures & maiores tumultus ſibi ipſum procreat: citiúſque ſerenitatẽ brumali die quis permanſuram, quàm corporis immunitatem ab
B omni peſte ſibi diuturnam fore, perſuadeat. Quid enim aliud poetis cauſam præbuit, vt omnia hæc momentanea, vaga, incerta nominarent? Vitam hominum cõpararent foliis quæ naſcuntur anni certo tem-
1001 pore, mox intereunt, quàm infirmitas corporis? cui quæ noceant infinita penè ſunt, cuius ſalutem tot vndique morbi infeſtam reddunt, cuius etiam firmitudinem ſummam vt pertimeſcamus & coerceamus docti monent. Habitus optimus non vacat periculo, inquit Hippocrates.
C *Qui ætate nuper viguit, vt lapſum polo*
Sidus cucurrit, ait Euripides.
Quid quòd receptum eſt opinione, liuorem & inuidentiam formoſis nocere coniectu oculorum? *(Faſcinare id appellant)* quia florens ætas celerrimam mutationem capit. tanta imbecillitas eſt corporis. Omnino autem parum eſſe firmam horum diſciplinam ad traducendam ſine moleſtia vitam, quæ aliis ipſi denuntiant facilè teſtantur. Iniuſti (inquiunt) & malefici per omne vitæ tempus in miſeriis & plurimo metu ver-
D ſantur: quia licet facinora ſua celare poſſunt, exploratam ſpem ea ſe celaturos nunquam cõcipere poſſunt. Quamobrem futuri metus eorum capiti ſemper imminens, omni fructu lætitiæ priuat: neque, ſi verſentur in rebus proſperis, confidere ſinit. Quæ aliis quũ denuntiant, ſibi per imprudentiam dictitant. Accidit enim ſæpius, vt bene conſtituto corpore bona valetudine vtamur: at ſpem minimè fallacem, id ita futurum, ſumere nemo potuit vnquam. Ita neceſſarium eſt eos maximo cruciatu timoris angi, & tanquam parturiant

quid

quid corpore futurum ſit eſſe ſolicitos, (alioqui cur A
adeo tenentur expectatione ſuſpenſi?) quum adhuc nequiuerint certam & ſtabilem ſpem, huius fiducia, ſibi proponere. Innocentia verò quam prædicant, nihil habet momenti ad ſecuritatem. Non enim præſenſio malorũ, quæ meritò nobis euentura ſunt, ſed ipſa expectatio mali ſua ſponte formidoloſa eſt: nec ſi contagione ſceleris infici moleſtum, alieno ſcelere circumueniri non erit acerbum: ſed Athenienſibus ſi nõ magis, nihilo certè minus damnoſa erat ſæuitia Lacha- B
ris, & Dionyſii Syracuſanis quàm his ipſis. Quòd enim alios cruciarent, cruciabantur ipſi, quòd læſerant priores & omni crudelitate, vt in quemque inciderant, vexarant ſuos ciues, ſupplicia & vncos pertimeſcebant. Ecquid opus eſt populorum impetus furioſos, immanitatem latronum, hæredum ſcelera, contagiones aeris, mare vocale (cuius fluctibus quum Lampſacũ nauigaret, vt ipſe ſcribit, penè fuit abſorptus Epicurus) perſequi dicendo? Satis eſt vnius corporis natura ſyl- 2002
uam in ſe morborum alentis, & (quod ioco dicitur) C
ex boue ipſo ſumentis lora, nempe cruciatus & dolores ex corpore: ſatis, inquam, eſt ad efficiendum vt æquè bonis ac improbis periculoſa, plena formidinis, dubia ſit omnis vita, ſi ſemel opinionem hanc imbuerint, curandam cuticulam, ſpes omnes in ea ſitas eſſe: aliud nihil reperiri quo lætentur & niti debeant, vt Epicurus cum aliis locis pluribus ſcriptum reliquit, tum in iis quæ de ſummo bono tradidit. Non igitur incertum modò & inſtabile vitæ iucundæ principium eſt, quod ponunt, ſed etiam contemptum, abiectum, mi- D
nutum, quando ipſorũ ſententia mali deuitatio, lætandi fons, vltimum bonorum eſt. Nihil aliud ſe ſuſpicari dicunt poſſe, imò ne naturam quidem penitus habere, in quo ſummum bonum collocetur, niſi depulſione omnis mali ab ipſa natura, vt Metrodorus ait in libro Aduerſus ſophiſtam. Proinde hoc ſummum bonum, liberari malo: vbi enim reponatur ſummum bonum, quũ deſiit exire dolor à corpore, ab animo ægritudo, locus non eſt reſiduus. Paria his tradit Epicurus boni

A naturam fuga mali,recordatione,gratia, quòd id obtigerit,habenda,procreari. Euaſiſſe enim (inquit) aliquod ingens malum,à quo non multùm abſueris,lætitiam gignit incomparabilem. Hæc boni demum eſt natura,ſi rectè quis expendat,& in eo acquieuerit:non autem deambulans,inaniter de ſummo bono garriat. O voluptatem ingentem! ô homines beatos! quum dolores nullos perferunt,omnibus cupediis læti abundant,quúmque cruciatus nullos,nullam ægritudinem
B animi ſentiunt. An non hæc tanti ſunt, vt animos eis afferant? vt ita glorientur? ſe immortales, diis pares nominent? vt in faſtigio bonorum conſtituti, omnia fremitu & vlulatibus more bacchantum compleant? quòd cæteris ſagaciores,ſoli diuinum illud bonum inuenerint:tum vacare moleſtia omni, tum eſſe corpus in ſtatu commodo, animúmque fiducia eius niti. His rebus quum felicitatem & beatam vitam metiuntur, nihil ſuibus aut pecudibus cedunt inertia. Nam illæ
1003 animantes quibus natura ſolertiam & ingenium paulo
C dedit elegantius,non ſibi fugam mali,vt vltimũ finem, proponunt:ſed quũ expletæ ſunt& ſatiatæ cibo, dant ſeſe cantib^9,volatu & natatu delectãtur, voces omnigenas & ſtrepitus per laſciuiam, præ voluptate nimia & habilitate,æmulari ſtudent. Ad hæc blanditiis inter ſe vtuntur, & ſaltationibus quum euaſerunt malum, quippe quæ natura duce ad id quod ipſis bonũ eſt incitantur;imò verò quicquid ſenſui doloris coniunctũ, quicquid alienum eſt,à natura ſua expellunt,tanquam repugnãs eius appetitioni,& adeptioni quod ipſis ac-
D commodatũ,quódq; melius ſit. Non enim ſiquid neceſſarium eſt, continuò erit bonum, ſed in bonis vltra declinationem mali,expetendum, & optabile ſedem ac locum habet,& verò iucundum,cognatum (vt inquiebat Plato)qui vetuit ne depulſionẽ moleſtiarum, & dolorum pro voluptatibus duceremus: quia ſit tanquam adumbrata imago,& mixtio cognati cum alieno,ceu nigri & candidi, rerum(inquam) ab extremo inferiore ad medium aſpirantium. Summa verò imperitia & extremi inferioris ignoratio facit, vt quod

medium ſit, vltimum & ſummum eſſe arbitrentur: vt A
Epicurus & Metrodorus, vim & naturam ſummi boni fuga mali terminantes, gaudio mancipiorum elati aut vinctorum, quibus carcere ſolutis, poſt lacerationem, vibices, flagra, vngi & lauari ampliſſimum videtur, quum liquidam, ſanam, & ſiccam, libero dignam, non ſuppuratam lætitiam neque guſtarint, neque aſpexerint. Non enim ſi carnis impetigine vexari, aut lippitudine oculorum eſt alienum, mox diuinũ quiddam & admirabile fuerit, emungi aut fricari: nec ſi B
dolore confici, deos metuere, iis quæ traduntur de inferis terreri, malum, hæc vitaſſe, beatum quiddam & fortunatum: ſed exiguum ſanè & anguſtum locum aſſignat lætitiæ, in quo hactenus verſatur volutatúrque iſtorum cura, vanitate opinionum aucta, vt det operam ne inferorum metu pehorreſcant. Eò ſcilicet progreſſi ſunt, eum ſapientiæ finem quæſierunt, qui non iniuria brutis obtigiſſe, *nullo ipſorum labore* videatur. Etenim ſi nihil ad indolentiam corporis intereſt, 2004
vtrum ſibi procuret immunitatem doloris, an id beneficio naturæ conſequatur: ad ſecuritatẽ animi non C
plus habet ponderis ſeſe armare contra omnes motus, quàm ita eſſe animum munitum ope naturæ, vt omni perturbatione timoris vacet. Etiam non ſine cauſa diceret quiſpiam eſſe plus roboris in ea diſpoſitione quæ naturæ inſtinctu quicquid perturbationem allaturum ſit, aſpernatur, quàm quæ induſtria & ratione malum in quo verſetur, effugiat. Verùm ſint iſta ſanè patia. Hoc enim conſtituto, facilè apparebit horum vitam conditione beſtiarum nihilo eſſe meliorem, quum aiunt ſe nihil commoueri iis quæ de inferis, quæ de diis feruntur, non expectare quum deceſſerint animi dolores, corporiſque cruciatus, exitũ non D
habentes. Epicurus quidem certè in hunc modũ ſcribit: Si nullam ſuſpicionem & curam ſupera & cæleſtia nobis vnquam inieciſſent, nullam quæ de morte & cruciatibus feruntur: explanatio naturæ ad id comparata minimè nobis vtilis, ſed ſuperuacanea, fuiſſet. Nam ipſe nullam ſuſpicionem de diis habet ſiniſtram,

eee.ij.

A nullas opiniones quibus morte obita perturbetur, nec penitus eſſe quicquam in his formidabile cogitat, nec agnoſcit. Enimuero ſi prouidentiam ill?, notione antecepta quam informát de Deo, non ſuſtuliſſent, magis homines prudentes ad vitá cum voluptate degendam, in optima ſpe victuri, quàm belluæ viderentur inſtructi: quum omnis illa de diis oratio huc ſpectet, Non eſſe numen timendum, eiuſmodi pauoré deponendum. hoc bono ſecurius (vt opinor) & certius ea B fruuntur quæ nullam penitus habent notitiá deorum, quàm qui Deum nemini nocentem animo informare didicerunt. Non enim ſuperſtitione pecudes liberantur, at ne obligantur quidem: non deponunt formidabilem illam de diis notionem, at nõ induunt. Eadem dicenda de inferis: boni ſpem à morte concipere, nec his nec illis integrum eſt: ſuſpicio metúſque malorum quæ eueniunt à morte, minus in has cadit, quæ mortis anticipationem nullam habent, quàm in illos qui antecépta notione percipiunt morté nihil ad nos per- C tinere. Ad illos verò pertinet, qua ex parte cogitát de ea diſputántque, quum omnino beſtiæ earum rerum cura vacent quæ ad ipſas nihil pertinét: quòd ſi flagra, vulnera, cædémque fugiunt, id in morte etiá hæ pertimeſcunt, quod illis terrorem incutit: *ſenſum, inquam,*
2005 *doloris*. Ac huiuſmodi quidé ſunt quæ ſapienter à ſe inuenta prædicant: quibus auté ſe ipſi bonis fraudent & excludant, age nunc diſquiramus. Animi effuſiones, quibus exultat quum eſt delibutum aliqua ſuauitate corpus, ſi ſunt modicæ, abiectas & contemptas: ſi D modum exceſſerint, cum inanes & lubricas, tú odioſas, importunas, non venuſtas, nõ animi alumnas, ſed corporeas voluptates: animi tanquá illecebras, & coniunctas corpori delinitiones, appellare non eſſet alienum. Quas verò æquum & idoneum eſt hilaritates & gaudia vocare, nihil contrarii habent admixtum, nullam inflammationé doloris, nihil quod mordeat, cuius nos pœniteat, ſed animi proprium, ei re vera cognatú, germanum, nõ aſcitum, quod eas comitatur, bonum eſt, non abiunctum à ratione, ſed coniunctiſſimum ab

ea parte intelligentiæ ſuccreſcens, cuius pabulum eſt A
contemplatio: vel ab ea quæ actuoſa eſt, quam omnia
pulchra & magnifica delectant. Quarũ vtraque quot
& quantas procreet voluptates, dicendo qui velit per-
ſequi nullum exitum reperiet. Vt tamẽ paucis rem at-
tingam, ſeſe primùm offert hiſtoria quæ multis ob-
lectationum diuerticulis plena, cupiditatẽ veri viſen-
di ſemper in animo relinquit inſatiabilem, non exple-
bilem voluptate. Qua fit, vt falſa mentitáque non in-
grata ſint, non expertia lepôris: ſed etſi fabulæ com- B
mentitiæ aut poemati qui fidem adhibeat nemo ſit
tamen ineſt occulta quædam vis perſuadendi. Cogita
enim quum apud Platonem legimus Atlanticum bel-
lum, & Iliadis èxtremos verſus, vt pungimur? velut tẽ-
plis aut theatris clauſis quod reſiduum eſt fabulæ re-
quirentes. At ipſam veritatẽ cognoſcere tam eſt ama-
bile, tam eſt deſiderabile, quàm ſpirare, quàm debere
vitam ſcientiæ. Contrà in morte hæc maximè horrẽ-
da, hæc teterrima ſunt, obliuio, ignoratio, tenebræ.
Quo fit, vt mortales penè òmnes acerrimè cum his pu C
gnent, qui vita functis ſenſum adimunt, quum hoc v-
ſurpatum ſit pro lege, animi beneficio, qua ſentiat in-
telligátque nos viuere, eſſe, lætari: (quin & fieri poteſt
vt quæ pariant moleſtiam, audiantur nõ ſine volupta- 2006
te) quum, inquam, ſæpenumero iis commoti quæ nar
rantur & flentes, iubeant tamen pergere: vt ille,

Me heu tempus vrget proloquendi ipſum malum,
Méque audiendi. At audienda ſunt tamen.

quanquam hæc ab intemperie quadam & auiditate
omnia cognoſcendi, quæ tranſuerſam agit & ſecum D
rapit mentem, eſſe nata videantur. At ſi explicationi
veteris memoriæ narrationíque, nihil in ſe quod aures
offendat, animũ exulceret, habenti, res præclaras &
magnas complexæ, genus dicendi copioſum & venu-
ſtum adhibeatur, (vt rebus geſtis Græcorũ ſtilus He-
rodoti, Perſarum Xenophontis) nihil accidere nobis
iucundius queat. Tum autem quæ cecinit Homerus
ſapiens, mirandáque callens, quæ Eudoxus de terræ
circuitu literis mãdauit, quæ Ariſtoteles de ciuitatum

A initiis rerúmque publicarum,quæ de virtutibus claro-
rum virorum Ariſtoxenes, quum audiuntur,volupta-
te nos ducunt non modò maxima plurimáque , ſed &
ſyncera , cuiúſque nunquam pœnitendum ſit. Ecquis
eſt, qui malit eſuriens aut ſitiens , Phæacum epulis fa-
mem , potione ſitim reſtinguere , quàm Vlyſſis erro-
rum perlegere fabulam? Quis tandem eſt qui malit cũ
formoſiſſima muliere ſomnum capere,quàm iis legen
dis que ſcripſit de Panthia Xenophon, ducere noctem
B inſomnem? aut quæ Ariſtobulus de Timoclea, de
Thisbe Theopompus? Tamen hæ voluptates animi
peculiares ſunt: iſti verò etiam exturbant ex ſuis hor-
tulis, & reiiciunt illas quæ ab inuentis mathematico-
rum proueniunt. Atqui hiſtoria ſimplicem,vnius ge-
neris,& læuẽ conciliat voluptatem:quum earum quas
geometria,aſtrologia,harmonica producit, acres ille-
cebræ , & omni varietate delectabiles ſint , nullóque
careant inuitamento : ſed amœnitate deſcriptionum,
tanquam poculis amatoriis, & excantationibus(quas
C vocant ἴυγγας)ad ſe alliciant. Quas qui guſtauerit ſæ-
pius,modò peritus & exercitatus ſit,illud Sophocleum
canit obambulans,

Furor inceſſit Pieridum animo. & illud,
Pergo ad collem crepitúſque lyræ
Cantúſque ciens.

Huiuſmodi ſunt quæ Thamyras canit inſtinctu muſa-
rum,& verò Eudoxus,Ariſtarchus, Archimedes. Ete-
nim ſi artifices, quos pingendi tenet ſtudium,vſque eo
concinnitas delectat operum ſuorum , vt Nicias pin-
D gens Homeri νεκύας, ſæpe pueros ſuos interrogarit,an
eſſet pranſus:deinde quum rex Ptolemæus ſexagena ei
talẽta,iam opere abſoluto,miſiſſet,accipere pecuniam,
2007 vendere tabulam recuſarit. Quas voluptates & quãtas
colligere putemus ex geometria & aſtrologia Eucli-
dem,quum tradit artem perſpiciẽdi?Philippum, quum
de lunæ figura demonſtrationes texit? Archimedem,
quum ex angulo deprehẽdit ſolis diametrum tot par-
tibus minorẽ eſſe maximo circulo, quota pars ille an-
gulus eſt quatuor rectorum?quãtas Apolloniũ & Ari-

ſtarchum, qui alia multa inuenerũt, quorũ cõtẽpla- A
tio,& perceptio ſummum gaudiũ ſtudioſis & ſpiritus
mirabiles affert. Neq; dignũ eſt vllo modo illarũ vo-
luptatum è culina & gurguſtiis lenonũ, facta cum his
contentione, Muſas ignominia notare,& Heliconem,

Vbi paſcere auſus dentium nemo pecus
Quo non ſecurũ ſe intulit. Sed hæc apum verè
ſunt paſcua, intacta, nulli obnoxia peſti, ſuũ illa & hir-
corum titillationes ac pruritus inuitantur, quum ani-
mi partem molliſſimã, perturbationibus maximè pa- B
tentem exaturant. Verſatile quidem, variũ & procax
eſt voluptatis ſtudium: at in hanc diẽ inuentus nemo,
qui poſt amicæ complexum præ lætitia diis taurũ im-
molarit: nemo vnquã à diis immortalibus precatus eſt
vt expletus obſoniis, & placentis regalibus, confeſtim
obiret diem. Atqui Eudoxus optauit, modò aſtitiſſet
ad ſolem, ipſiúſque ſideris deprehendiſſet figurã, mo-
lem, ſpeciem, vt fulmine inſtar Phaethontis conflagra-
ret. Pythagoras inuenta deſcriptione quadam ſacrifi-
cauit bouem, vt Apollodorus inquit, C

Nobile Pythagoras diagramma vt repperit, illud
Pinguia diis cuius nomine ſacra tulit. ſiue de
linea quæ aduerſus angulum rectum trianguli porrigi-
tur, eam æqualem eſſe ambabus illis quæ continent
rectum illum angulum: ſiue problema fuerit de linea
circumeunte aream coni (*quæ παραβολὴ appellatur*) Ar-
chimedem verò vi abſtractum à deſcriptionibus, ſer-
ui vngebant, interim ille figurarum notas ſtrigili ſuper
aluum exarabat. Idem (vt ferunt) aliquando lauans
quum animaduertiſſet ex aqua effluente quemadmo- D
dum appendi votiuam coronã oporteret, velut inſtin-
ctu aliquo inflatúque diuino exiluit, Inueni, clamans:
ídque identidem vſurpans domum ibat. At nunquam
helluonem abdomini ſuo natum, audiuimus cupidè 2008
vociferantem, Comedi: nec amatorem, Dedi ſuauium.
licet ſexcenties ſexcenti homines flagitioſi ante hoc
tempus fuerint & ſint. Quin eos auerſamur & odim’,
qui cœnas ſuas cõmemorant nimis vehemẽti affectu:
vt qui voluptates exiguas minimíq; pretii pro maximis

A bonis amplexentur. Cum Eudoxo, Archimede, Hipparcho vnà efferimur, quaſi afflatu diuino, illud dictũ Platonis comprobantes, mathematicorũ inuenta negligi, & contemni inſcitia, & imperitia hominum, tamen ingratis inuitíſque omnibus ſua venuſtate augeſcere. Has tamẽ voluptates tot ac tantas veluti profluentes aliò deriuant & conuertunt, neque patiuntur vt qui ſe in ipſorum diſciplinam tradiderint, eas deguſtent, quorum alios ſublatis dolorib' capeſſere fugam,
B & eas vitare iubẽt. Pythoclea verò ſectæ huius omnes viri mulierculæque orant, obſecrant, Epicuri verbis, ne ingenuas illas (quæ ita vocantur) diſciplinas admiretur & conſectetur: tum Apellem, neſcio quem, ſuſpiciunt, & propugnant ſuis ſcriptis, quòd mathematicas artes inde ab initio aſpernatus, immunem ſe ab earum contagione præſtabat & liberum. Atque vt nihil de cætera iſtorum inſcientia dicam, verba Metrodori ſolùm de hiſtoria proferam ex libro De poetis: Si non reformides (inquit) operis Homeri verſus primos, aut
C qui medium obtinent locum, penitus neſcias vtri Hectorem ducem habuerunt. Minimè tamen feſellerit Epicurum voluptates corporis tanquam Eteſias ventos, vbi peruenerint ad ſummum incrementum, marceſcere & expirare: quod in cauſa eſt vt anquirat verũ ſapiens ætate decrepita, qui res venereas nequeat exercere, contactu formoſorum & contrectatione adhuc gaudeat: longè aliter ſentiens quàm Sophocles, qui libenter iſtinc, vt à domino agreſti & furioſo, ſe profugiſſe ait: ſed quum pleraſque voluptatum iſtarum ſene-
D ctute exareſcere videant, quúmque

Cytherea canos ſit peroſa milites, multo potius debebant homines voluptarii animi voluptates conquirere, ac velut cibaria quæ non putreſcant, & in-
2009 corrupta durent, ad obſidionem tolerandam ſibi parare: ita demum Aphrodiſia, pulchróſque dies feſtos in hiſtoriis & poetarum ſcriptis contexere, aut agitandis quæſtionibus muſicis, & geometricis. Tum enim haud illis vſu veniſſet tam altè in animũ defigere cæcas edentulorum attrectationes, initúſque flagitioſos,

quũ ſi nihil aliud, de Homero ſaltem & Euripide, qua- A
lia ſcripſit Heraclides, Ariſtoteles, Dicæarchus, ſcribere
edocti eſſent. Cæterùm hos cõmeatus (opinor) quum
pro nihilo putarent, diſciplina autem eius ieiuna, iniu-
cunda, arida, (quibus ipſi notis inurunt virtutem) reſi-
dua ſit, tamen lætari modis omnibus velint, ac corpus
debilitatum ſuccumbat: obſoleto, intempeſtiuo, turpi
remedio fatentur ſe vti, quum recordatione priſtina-
rum voluptatum ſe ipſi recreant: & quia non ſuppetũt
recentes, quibus vti queant, veteribus illis, id eſt, mor- B
tuis & pollinctis, alias iam moribundas aut enectas
in carne, vt in frigido cinere, mouent aduerſante na-
tura, ventilántque pauliſper fouendo: quippe qui in a-
nimo nullam habent domeſticam voluptatem dignam
libero, condîtam hilaritate. Equidem cætera, vt quid-
que veniebat in mentem explicaui: muſicam verò tan-
tis ſuauitatibus præditam, tot lenociniis delectabilem,
quàm indignè auerſentur & defugiant, obliuioni tra-
dere ſi velim, non poſſem, adeo ſunt abſona quæ dicit
Epicurus: capi nouitate omnium rerum ſapientem au- C
tumans, in libro Addubitationum: tam eum delectari
acroamatis & ſpectaculis ludorum Liberalium, quàm
qui maximè: contrà muſicis problematis, & critico-
rum doctis percunctationibus nullum ne in conuiuio
quidem locum relinquens, autor eſt muſicæ ſtudioſis
regibus, vt in ſympoſio fabulas militares & ſcurriles
iocos ferant potius, quàm de muſicis poeticíſque ſer-
monem inſtitui & abſolui ſinant. Talia enim auſus eſt
in libro De regno literis conſignare, quaſi Sardanapa-
lo aut Narato ſatrapæ Babylonis ea dictaret. Nũquam D
enim Attalo, Hieroni, Archelao perſuaſiſſet, vt Euripi- 2010
de, Simonide, Melanippide, Cratete, Diodoto, à ſuis
conuiuiis ſummotis, Cardacas, Agriantas, Calliam ri-
diculum, Thraſonidas, terræ filios, Thraſyleontas,
vlulatum edere doctos, & obſtreperos plauſus, illorum
loco diſcumbere iuberent. Quid ſi Ptolemæus ille qui
primus omni copia muſæum inſtruxit, in hæc pul-
chra & regia monita præceptáque incidiſſet? nónne
diceres Samiis, Muſa quis te dente Theonino vellicat?

A Non enim par eſt Atheniẽſium quenquam adeo muſis infeſtum eſſe, aut bellum indicere,

Quæ malè rector olympi
Odit, ad cantus fremunt
Pieridum, auribus hauſtos.

Quid ais Epicure? tu citharœdo & tibicini daturus operam, diluculo theatrum adis? in conuiuio ſi verba faciat de concentibus Theophraſtus, de tonorum immutatione Ariſtoxenus, de Homero Ariſtophanes, ſtomachans téque auertens, manibus obturabis aures?
B An non elegantius eſt concinniúſque quod de Atea Scytha prodiderunt? qui, quum Iſmenias tibicen captiuus in cœna tibiis cecinifſet, iurauit ſe hinnitũ equi auditurum libentius. Nam inficiantur hi bellum ſibi internecinum eſſe cũ honeſtate. Detrahe voluptatem, quid ſynceri & præclari conſectantur & amant? non accommodatius erat ad vitam iucundè agendam, non laudabilius, odiſſe vnguenta ſuffimentáque, vt ſolent ſcarabei, & vulturii, quàm ſermones criticorum & muſicorum fugere & deteſtari? Quæ tibia, quæ cithara, fidibus aptè diſtincta ad edendos cantus, quis
C tandem

Chorus, eiaculans docta per ora,
Vibrata, ſonitus patulos,

tantum oblectamenti Epicuro & Metrodoro attulit, quantum Ariſtoteli, Theophraſto, Hieronymo, Dicæarcho initi ſermones de choris, eruditáque problemata de rhythmis, harmoniis, tibiis? Verbi cauſa, quî fit vt tibiarum longitudine parium, altera quæ anguſtior eſt, ſonum edat grauiorem? cur quum fiſtula ſublimè attollitur, omnes eius calami acutè: quum
D deprimitur, iidem grauiter ſonant? Ecquid cauſæ eſt
2011 quòd tibia coniuncta alteri, grauius: diſiuncta, paulo reſonet acutius? Quo pacto fit vt ſi orcheſtram theatri paleis aut puluere inſperſo compleas, qui venerint ad ſpectaculum cæci reddantur? Quum Alexáder proſcenium ex ære faciũdum eſſet, locaturus Pellæ, vetuit artifex, quia infringeret vocem actorũ. Cur inter concentuum genera ſuaui modulatione diffundit animos

chromaticum, harmonia contrahit? Iam verò apud A
poetas morum adumbratio, commenta fabularum,
ſtilus,enodatio locorum difficilium,cũ decorè,& po-
litè,tum appoſitè & probabiliter cõtexta,mihi viden-
tur, vt Xenophon inquit, obliuionem inducere amo-
ris. Tanta vis eſt eius quam pariũt voluptatis, cuius iſti
nullam partem attigerunt, imò eius communionem
ſuſcipere recuſant. At quum intelligentiam, corporis
praua libidine, tanquam plumbea lamina detractam,
in corpus deprimunt,& compingunt, equiſonum aut
paſtorum factum æmulãtur, fœnum,ſtipulas,aut her- B
bam apponentium aliquam ſuis gregibus, quia ſit eis
congruens hæc depaſci & arrodere. Quid enim? an
non ad hunc modum corporis voluptatibus animum
rentur ſaginandum, ſpe duntaxat alicuius ſuauitatis
fruendæ,corpore,aut perceptione, aut eius recolenda
memoria lætantem: proprium ei quicquam quod de-
lectabile iucundúmque ſit neque vendicare, nec inue-
ſtigare quenquam ſinunt? Quo quid abſurdius, quid
ineptius queat reperiri, quàm ſi, quum duæ ſint res C
ex quibus homo cõſtat,animus & corpus,animus au-
tem natura multo aptior ſit ad principatum, tamen
corporis aliquod eſt eximium, innatum,domeſticum
bonum,animi nullum: ſed animus deſidet,intuens &
reſpectans ipſum corpus,ei dum voluptate fruitur arri-
det,cum eo gaudet & hilaratur,ſua ipſe natura immo-
bilis,torpens,iam inde à principio durus,ſtupidus,ni-
hil optabile, expetendum,lætabile quo vtatur prorſus
habet? Etenim aut aperire planè ſententiam ſuam, &
hominem totum ex carne moliri debuerant:(id quod
faciunt nonnulli,vim animi nullam eſſe in rebus dicti- D
tantes)aut ſi relinquant duas in nobis naturas multùm 2012
inter ſe differentes,ſuum cuique bonum & malum re-
linquere, cognatum & alienum: vt ſanè vnuſquiſque
ſenſuum peculiariter ad quippiam affectus & compa-
ratus eſt,cuius ſenſuum habiturus ſit,magnus licet ho-
rum inter ipſos appareat concentus & conſpiratio. Se-
des porro ſenſuum in anima eſt ipſa mens, cui nullam
rem ſubiici propriam in qua verſetur,nõ ſpectaculum,

A non motum, non delinitionem cognatam & inſitam, qua adepta lætari ſoleat, omnibus modis alieniſſimum eſt: niſi fortè his viris calumniam ſtruimus imprudentes. Cui ego, Nequaquã, inquam, nobis iudicibus, ſed omni te abſoluimus culpa maledicendi. Quare nihil reueritus perge ad cætera. Qui dum, (inquit) an non Ariſtodemus, ſi quidem te vires defecerint, oneris huius reliquum ſuſcipiet? Maximè verò (Ariſtodemus inquit) vbi te deſeſſum æquè atque hunc videro. Sed quum adhuc robore valeas, noli parcere labori, præbe B temetipſum, nec committas vt debilitatus fractúſque videare. Hercle (inquit Theon) quod reſtat magni laboris non eſt. Reliquum eſt autem expromere, quot iucunditates complexa ſit eorum vita, qui in puluere & ſole degunt. Epicurei ita cenſent: multo ſuauius eſſe alterum beneficio afficere quàm affici. Bene autem promeremur alios verbis, ſæpius potiúſq; factis, vt & nomen beneficii declarat, & ipſi teſtantur. Audiuimus hunc paulo prius narrantem, cuiuſmodi voces commiſit Epicurus, quales ſuis epiſtolas ſcripſit, laudans C Metrodorum, & ad cælum efferens, quòd opem allaturus Mithro, & cuidam Syro, egregiè ac ſtrenuè ab vrbe in Piræeum deſcenderat, quum tamen Metrodorus nihil hoc itinere profeciſſet. Quanto æquius eſt lætatum Platonem, quum eius doctrina Dion animatus, eius auſpiciis regno expulit Dionyſium, libertatem Siciliæ reddidit? Quam Ariſtoteles voluptatem cepit, quum patriam dirutam inſtaurauit? ſuos ciues ab exilio reduxit? aut Theophraſtus & Phidias, quum tyrannos patriæ vterque ſuæ, eradicarent? Quid enim vobis D exponã, qui hæc optimè tenetis, quàm multis hi mortalibus priuatim commodarunt? non aliquot grana tritici miſſitantes, nec farinæ medimnum, (vt Epicurus)
1013 ſed exulibus reditum procurantes, vinctis libertatem, efficientes vt qui eſſent ſpoliati coniugibus & liberis, eos recuperarent. Hoc loco importunitatem hominis leuiſſimi, ne ſi velim quidem, ſilentio præterire poſſum: Themiſtoclis res geſtas & Miltiadis eleuat, pedibúſque ſubiicit: de ſe ipſe ad amicos ita ſcribit. Quòd

triticum ſedulò curaſtis huc deportandum, præclarè A
& magnificè me accepiſtis, & beneuolétiæ ſummæ ma
ximum erga me ſignum dediſtis. Hæc verba, quibus
gratiam habet philoſophus, ſi nomen tritici ex epiſto-
la ſolùm eximas, in eam nos opinionem adducerent,
vt totius Græciæ cauſa, vel Athenienſis populi libera-
ti & conſeruati, gratiam haberi cenſeamus. Id omit-
tendum eſt, naturam multo inſtrumento, & apparatu
ſumptuoſo egere ad explendas corporis voluptates:
nec in pane cibario, & léte, dulcedinem eſſe ſummam,
ſed pulpamenta, vina Thaſia, B

Coctas placentas opere ſubtili manus,
Flauòque dulces ſude apis liquamine,

ab iſtis voluptuariis appeti: tum etiam mulierum gre-
gem forma & ætate florentium in hortis ſuis eos pa-
ſcere ſolitos, Leontium, Boïdium, Hedium, Nice-
dium: hæc, inquam, omittenda ſunt. Illud certè con-
ſtat, animi oblectationibus molem quandam operum
& actionum, quæ pulchræ ſint & illuſtres, ſubiici o-
portere: ſiquidem non inanes, pueriles, ignobiles e-
dantur, at ſolidæ, diuturnæ, ſplendidæ. Verùm inſo- C
lentius efferri quum bene habitus & affectus es, more
nautarum Veneri feſtos dies agentium, & animos ſu-
mere, quòd alio morbo alium inuitas & cumulas,
(nunquam enim conuocatis amicis, inſtituebat con-
uiuium, quin daret potum alicui parcè dimenſum, a-
qua intercute laboranti, nunquam reputabat memo-
ria Neoclis dicta vltimum vitæ diem agentis quin
dolore conficeretur, ſuam illam voluptatem perci-
piens luctui mixtam.) hæc (inquam) nemo ſanus i-
dem eſſe iudicarit quod gaudere ac lætari: ſed ſi pro- D
prius vllus eſt animi Sardonius riſus, profectò in his
voluptatibus cernitur, per vim expreſſis, melle & felle
condítis. Quæ tamen ſiquis gaudia & lætitias iudicet, 2014
velim expendat, quanto illæ maiores ſint,

Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum. &,
Hic patriæ ſidus, Romæ hic inſigne, Viator. &,
Téne ſolo annumerem, an cælo, ſors ambigit hærens.

Equidem quum Thraſybuli & Pelopidæ facta illu-

A ſtria mihi ante oculos propono, aut Ariſtidem dimicantem Platæis, aut Marathone Miltiadem, facere non poſſum quin (vt ait Herodotus) quod ſentiam eloquar, Multo plus habet iucunditatis, quàm ſplendoris hominum vita, in puluere & ſole degentium. Teſtis Epaminondas, quem ferunt ita dixiſſe, Nihil vnquam in vita accidiſſe ſibi iucundius, quàm adhuc ſuperſtites parentes ſuos Leuctricum trophæum inſpectaſſe ſe imperatore partum. Conferamus cum matre Epaminondæ matrem Epicuri, dum lætatur quòd
B in vita filium vidiſſet in hortulo latitantem, liberos procreantem ex Cyzicena meretricula, operis cum Polyæno diuiſis. Metrodori matrem & ſororem ſupra modum exultaſſe, quod initis cum eos nuptiis cõſuetudinem haberet, epiſtolæ ad fratrem, quarũ pleni ſunt libri, declarant, Vitam à ſe iucundè actam: florere ſe omnibus copiis: ſuam ſe vitam prædicare quantum poteſt, ad rauim vſque clamantes afferunt. Quum Saturnalibus ſerui epulantur, aut agrum obeuntes Bacchanalia celebrant, nemo eſt qui eorum vlulatus
C & tumultum ferat, dum hæc faciunt, & huiuſmodi voces præ gaudio, & inſulſitate iactant,

Diſcumbe, ceſſas? age bibamus: non vides
Cœnam paratam? ne miſer genium velis
Fraudare: at illi vocibus lætis fremunt.
Hic vina miſcet, hic coronata exhibet,
Pulchráque turpem laurea vinctus comam
Phœbus ſiniſtrè carmen haud aptum euomit,
Stridente dulcem tibia ille coniugem
Balbus ſalutat.

D An non ſimilia his ſunt quæ ſcribit Metrodorus ad fratrem? Nihil attinet ſalutem Græciæ propugnare, nihil à Græcis coronam ſapientiæ teſtem promereri,
2015 ſed comedamus, vináque bibamus, mi Timocrates, magno ventris commodo & oblectatione. Rurſus libro eodem, Vt lætor (inquit) ac triumpho, didiciſſe me ab Epicuro quemadmodum ventri ſine errore gratificer. Et, Summum bonum, phyſice Timocrates, exiſtit in ventre. Totam denique voluptatem

quantacunque fuerit, tanquam centro & ambitu A
ventre definiunt: gaudio luculento, regali, magnos ſpiritus afferenti, & luce tranquilla re vera diffuſa in omnes mortales nunquam in vita fruuntur: quando ſibi delegerunt vitam inertiæ plenam, vmbratilem, ſeiunctam à reipub. cura & commerciis officiorum quæ nullis gloriæ gratiæque ſtimulis crucietur. Non enim res parua, humilis, ignobilis eſt fortuna, nec polypodum more victum appetit ſolum, in quo acquieſcat, ſed iſtam cupiditatem vnius horæ momen- B
to præceps tollit amputátque ſatietas. Quum viget ardor impetúſque animi ad præclaras functiones, ad gloriam & gratiam conciliandam virtute, non iiſdem terminis quibus vitæ tempus continetur, ſed gloriæ amor, beneficentia, comitas, prenſat æternitatem: cum ea certat, ad eam rebus præclarè geſtis (quibus comes eſt maxima voluptas) & hominum charitate aſpirat. Quam ſeſe offerentem, quoquò te conferas, & amplexantem, boni, quum recreant multos beneficiis, licet fugiant, euitare non poſſunt:

Vrbe incedentem tota ceu numen adorant. C

Qui enim tanto ſibi alios affectu deuinxit, vt eius aſpectu lætentur non obſcurè, vt tangere compellaréque identidem cupiant, vel cæco clarum eſt, magna ipſum voluptate affici & frui: quo fit vt nunquam homines remittant ſtudium cōmodandi quibus poſſunt: nec eos benefacere vnquam pigeat: verùm tales eorũ audimus voces,

Hominum ſaluti genitor hunc terris dedit. Et,

Id agamus vnum, promereri hominum genus. D

Superuacaneum eſt virorum laude præſtantium facere mentionem, ſi homini nō improbiſſimo, quũ eſt moriturus, is in cuius eſt poteſtate, ſiue deus, ſiue princeps, vnam horam largiatur, quã vbi impēderit alicui facto præclaro, aut perceptioni voluptatis, nulla mora interiecta diem ſuũ obeat: eſſétne quiſquam adeo vecors vt malit eo tēpore frui Laïde, & Aruiſium potare vinum, 2016
quàm interfecto Archia, vindicare in libertatem Athenas? Ego verò non eſſe quenquam reor. Sæpe enim

A gladiatores conſpicor, qui non penitus efferati & barbari ſunt: at Græci, quum in arenam deſcendunt propoſito omni genere ciborum lautiſſimorum, eo tempore libentius fidei amicorum ſuas coniuges commendare, ſeruos manumittere, quàm ventri operam nauare. At demus, maximã capi ex corpore voluptatem: certè non minus ea fruuntur homines (vt ita dicam) actuoſi, quàm iſti otioſi:

Nã Cererẽ apponunt menſis Bacchúmque nigrantẽ.

& cum amicis non paulo auidius & ſuauius epulantur
B confecto prælio, (vt ſolitus eſt Alexander, Ageſilaus, & verò Phocion, Epaminondas) quàm hi ad focum lauti & vncti, dum lectica molliter agitati gulam prouocant. Etiam illi generis huius voluptates quum in maioribus verſentur, ſolent deſpicatui ducere. Quid attinet Epaminondæ laudare factum, qui cœnare cum amico noluit, vt apparatum ſplendidiorem, quàm opes hoſpitis patiebantur, vidit? Ego (inquiens) epulare te ſacrificium facere putabam, non inſolenter effu-
C ſéque luxuriari: Quum Adæ coquos ſummouerit Alexander, aſpernatúſque ſit? multo meliores ſibi eſſe dictitans obſoniorum artifices, ad prandium quidẽ nocturnum iter, ad cœnam verò, tenue prandium. Idem quum ei ſcripſiſſet Philoxenus, inueniri pueros venuſta facie, & an emendos curaret ex eo quæſiuiſſet, minimum abfuit quin abrogarit homini præfecturã. At quis poterat impunius? Verùm (vt ait Hippocrates) quum eodem tempore duo nos dolores tenent, alterum qui leuior ſit à grauiore obſcurari: ſic voluptates
D ignauas corporis, oblectationes animi, quas gignit ſtudium honoris, & actiones laudabiles, extinguunt & obruunt ſua mole, & exuperantia. Verùm ſit ita ſanè, bonorum quibus aliquando fruebamur recordatione, maximam vitæ iucundæ partem contineri: nemo certè fidem habeat Epicuro, quòd tantis cum morborum cruciatibus moriens opprimeretur, vt nihil ad eorum magnitudinem poſſet adiungi, tamen voluptatum antè perceptarum memoria ſe conſolatus ſit, atque mu-
2017 niuerit contra dolorẽ. Nanque facilius quis imaginẽ

ſui

ſui vultus in aquæ fundo turbatæ & inundatis viſurum A
ſe confidat, quàm in conuulſione & laniatione tanta corporis adeſſe blandam voluptatis memoriam credat: operum autem ſuorum ex animo delere memoriam, vt maximè id agat, nemo poterit vnquam. Niſi exiſtimamus fieri potuiſſe vt Arbelas obliuioni traderet Alexander, aut Leontiadem Pelopidas, Salamina Themiſtocles. Marathonia verò pugna in hanc vſque diem ab Athenienſibus, & à Thebanis Leuctrica, & verò à nobis illa prope Hyampolin duce Daiphanto commiſſa epulo (vt ſcitis) ſolẽni celebratur, & in Pho- B
cide paſſim fiunt ſacrificia, honor diis habetur: neque quiſquam eſt noſtrum, cui quæ comederit biberítve, tantum afferant voluptatis, quantum egregia facta illorum. Et quo facilè intelligas, quantum lætitiæ horum operum autoribus, quantum gaudii dum viuerent adfuit: quorum memoria quingentis & eo amplius annis præbuit ſatis materiæ ad lætandum. Exiſtere verò ex gloria quaſdam voluptates non negabat Epicurus. Negaret autem, homo ad gloriam ruens adeo furenter, & laudis ſitim anhelans, vt non modò præ- C
ceptores ſuos repudiet, nequid vnquam didiciſſe videatur, & cum Democrito, (cuius decreta ne mutatis quidem verbis ſurripuerat) de ſyllabis & apicibus vi ſumma digladietur, neminémque vnquam ſapientem fuiſſe dicat, ſe excepto, ſuíſque diſcipulis: ſed etiam prodat literis Coloten ſibi de natura diſputanti genua prehendiſſe, vti veneraretur? Neoclem fratrem ſuum inde ab ineunte ætate pronuntiare ſolitum, Epicuro nulla memoria quenquam extitiſſe ſapientiorem? matrem aluo continuiſſe eas atomos, quarum concurſu D
ſapiens naſci potuerit? & dubitamus quin, vt dicebat Callicratidas pollui mare à Conone furtim adulterio, poſſit obiici Epicuro? turpiter & clàm ab eo attentari pudicitiam gloriæ? huic vim parari? cuius apertè potiundi quum hominem ſpes fruſtretur, ſeipſum torquet conficítque amore. Vt enim corpora quibus alimentum non ſuppeditat, impulſu famis contra naturam ſe ſui conſumptione alunt, ita gloriæ cupiditas

A peſtem in animo nefariam machinatur: vt quos laudis
1018 obtentat eſuries, quum eam ab aliis non aſſequuntur,
ſuo ſe præconio venditant. At enim qui laudis & glo-
riæ ſtudio in hunc modum affecti ſunt, num eadem o-
pera ingenuè fatentur, ſe maximas voluptates è mani-
bus emittere, quum diffiſi ſuis viribus, aut mollitia de-
trectantes laborem principatus, reipub. munera, re-
gum amicitias deuitant, quæ (vt Democritus cenſet)
plurimis & ſummis ornamentis omnium vitam locu-
pletarunt. Nemo mortalium eſt cui fidem fecerit Epi-
B curus, quum teſtimonium Neoclis Colotæ veneratio-
nem tanti æſtimarit, tam honorificum ſibi duxerit, ſi
plauſus ei à cuncto conſeſſu in Olympicis ludis dare-
tur, qui ſtatim inſaniret, vlulatúſque ederet, imò læti-
tia inflaretur,

Languentis æuo cardui vt pappus tumens,

ait Sophocles. Quòd ſi laude florere non iniucũdum
eſt, infamia flagrare ſine dubio moleſtum. Quid au-
tem turpius quàm reſpuere omnes amicitias? nihil
præclarum aggredi? deorum metu non teneri? eos tol-
C lere? in luxu & incuria ſumma ætatem agere? quæ in-
commoda ſuſcipi hac philoſophandi ratione, præter i-
pſos, cuncti exiſtimant. Non (inquies) meritò: at quid
receptum opinione, non quid verum ſit, expendimus.
Neque iam libros eruditorum aduerſus eos, neque
ſcita ciuitatum plena contumeliis, quibus inuſti ſunt,
perſequemur: (non enim res vacaret odio) verùm ſi
facultas diuinandi eſt vlla, ſi prouidentia, ſi paren-
tum erga liberos amor inſitus, & natiua propenſio,
ſi reipub. munia tractare, ciuibus præeſſe, fungi ma-
D giſtratu, plurimùm valet ad gloriam & nominis com-
mendationem: neceſſe eſt malè eos audire, qui nul-
lam Græciæ ſalutis curam eſſe ſuſcipiendam putant,
ſed epulis & potationibus ventri conſulendum & gra-
tificandum. Neceſſe (inquam) eſt hos non modò in-
famia laborare, ſed improbos etiam iudicari: quales
quum habeantur, omne ſtudium remittant, ſéque fla-
gitiis dedant, quum & ipſum honeſtum & nominis ce-
lebritatem in his numerent, quæ iucunda ſunt. Quæ

quum Theon dixiſſet, viſum eſt inambulãdi finem facere: vbi in ſubſelliis aſſedimus, tacitè nobiſcum quæ dicta erant reputabamus, nõ ita longo tempore. Zeuxippus enim complexus animo quæ dicta fuerunt, aliquid deſiderari agnouit, &, Quis, inquit, noſtrum huius diſputationis quod reliquum eſt abſoluet? nondum enim perducta ad iuſtũ finem eſt: quãdo Diuinationis & Prouidentiæ facta mentione, de quo differamus hic præbuit. Nanq; hæc potiſſimùm ſunt, quibus iſti euerſis, tum voluptatem, tum ſecuritatem, ſe in vita ſibi peperiſſe, vtq; conſiderent aſſequutos eſſe dicunt. Quare de his etiam dicẽdum nonnihil. Hic Ariſtodemus, At, inquit, voluptas ea cuiuſmodi fuerit, ſatis ferè dictum eſt in hanc ſententiam: vt maximè perficiat quod volũt, exitu felici eorũ oratio, metũ forſitan ipſis adimet ac ſuperſtitionem, gaudiũ & lætitiam, conceptam fiducia deorũ, non afferet: ſed facit vt aduerſus deos perinde animati ſint, (quos neque timeant iratos, neq; ſibi propitios eſſe lætẽtur) atq; nos ſumus erga piſces Hyrcanos, à quibus nihil exiſtimamus boni neque mali ad nos peruẽturum. Tamen ſi locus poſtulat, vti de ea voluptate plura dicantur, illud primùm ab ipſis mutuari mihi poſſe videor. Cũ iis acriter pugnant, qui in morte amicorum negant luctui, lacrymis, ſuſpiriis locũ eſſe. quin & ita cenſent: vacuitatem iſtam doloris in funere amicorũ, quæ modũ perturbationibus imponit, ex diritate, multis partibus malo grauiori, aut effrænatione impotẽtis animi ad gloriam, & rabie quadam exiſtere. Ob eam rem ſatius eſſe cõmoueri ſenſu doloris, fletu paſcere oculos, liquefieri, contabeſcere, & huius generis non pauca, quæ quum affectus cientes dicũt, literiſque mandant, elegantuli, ſciti, amicabiles ſibi videntur: nam hæc verba ſunt Epicuri cum aliis compluribus libris, tum in Epiſtolis, (caſu enim perlegi eas dudum) de morte Hegeſianactis ad Doſitheum patrem huius, Pyrrhonémque fratrem. Igitur hoc, vt ipſorum veſtigiis perſequar, ita cenſeo: non leuius malum eſt quàm crudelitas & amor laudis peruerſus, nullam eſſe vim deorum ſuſpicari: quo qui Deum tangi gra-

A (beside line 1) · B, 2019 (beside lines 10–11) · C (beside line 18) · D (beside line 30)

A tia & iraſci negant,nos inducunt.Satius eſt talem motum animi notitiæ de diis anteceptæ inſidere,& admiſceri, qui nos partim vt vereamur, partim vt metuamus deos,impellunt: quàm ne id vſuueniat prouidendo,neque quod ſperemus,beneuolentia freti deorum, neque quo nitamur in rebus proſperis, nec in aduerſis quò perfugiamus ope numinis, quicquam relinquere. Dubium id quidem non eſt quin ab opinione, quam de diis informamus,omnis ſuperſtitio tanquam lippitudo ex oculis amouenda ſit: tamen ſi hoc effici
B nequit,non vnà cum ſuperſtitione conuellenda & obcæcanda eſt omnium mortalium de diis certa perſuaſio. Cuius ſpecies nec formidabilis, nec aſpectu tetra
2020 eſt.(qualem iſti eam commenti ſunt,quò facilius prouidentiæ ſtruerent calumniam, quòd quaſi pueros agat terrore præcipites, aut tanquam pœna feralis & tragica omnibus impendeat) ſed nonnulli deum timent,quibus non expedit metu liberari. Homines facinoroſi Deum, vt principem bonis principium, malis infeſtum timentes, vno metu res duas complexi,
C (qui vnus quum ſit, facilè præſtat vt multorum operam, ſublatis diis, viam ad delinquendum aperientium,nihil morentur)& vitia ſua frænantes,in animo quaſi extabeſcentia, minus quàm ii perturbantur,qui depoſito timore laxant vitiis habenas,vbi quid perpetrarint in metu verſantur, nolléntque factum. Cæterùm vulgus imperitorum(homines minimè mali) erga Deum huiuſmodi animo eſt, cum veneratione & cultu numē proſequitur,leui quodam cruciatu (quod haud negem) timoris pungitur,quem motum ſuper-
D ſtitionem appellant:ſpeciem tamen concipit,expectationémque millies maiorem. Quicquid in rebus proſperis eſt,quo frui poſſit,à diis optat,munere deorum ſibi concedi exiſtimat. Cuius rei maxima hæc argumenta ſunt: Nulli ſermones inſtituti ab iis qui ſacra curant, nullum tempus feriarum, nihil eorum quæ fiunt aut ſpectantur in ſacris, æquè nos hilarant, ac ea quæ ipſi ſpectamus,facimus,diis exhibemus bacchantes, choream ducentes, epulare ſacrificium intuen-

tes aut cæremonias ſolennes : non enim , quaſi ad ty- A
rannos accederet,ſæuóſque carnifices, eo tempore a-
nimus triſtis abiectúſque deſperat:(quod tamen ſuſpi-
cetur quis non iniuria) ſed vbi potiſſimùm adeſſe nu-
men arbitratur,intelligítque,ibi potiſſimùm angores,
metum,curas,deponẽs ac reiiciens,ſeſe diffundit adeo
lætitia,vt ad ebrietatem,iocum,riſum deſcẽdat.Quod
ait de amatoriis poeta,

Atque anus, atque ſenex, flãmis Vbi Cypridis aureæ
Incaluere nouis,elato pectore gaudent. B

Verùm in ſacrificiis & põpis non modò ſenex & anus,
ſed etiam,

Ancilla tumido crure quum Verſat molam,

Et vernæ , & mercenarii lætitia gaudióque incitati
efferuntur. Beatis quidem & regibus lauta conuiuia,
epulæ communes , viſcerationes ſuppetunt : at quæ
victimis & thure cohoneſtantur,(quum homines cul- 2021
tu & veneratione ſibi propemodum tangere Deum
videntur animi ratione) multo maximam volupta-
tem venuſtatémque pariunt. Quibus omnino is ca- C
ret, qui nullam ſibi ſpem in prouidentia relinquit.
Etenim non vini copia , nec aſſæ carnes in ſacrificiis
præbent materiam lætandi : verùm ſpes magna , &
certa opinio , Deum adeſſe propitium , libenter acci-
pere quæ proponuntur.Statæ quædam feriæ ſunt,qui-
bus corollas & tibias detrahimus : ſi Deum à ſacrifi-
cio ſeiungas , vt epularem accubationem à templo,
quæ reſtant , impia , inhonorata , inculta , illætabi-
lia ſunt , imò penitus iniucunda & acerba accidunt
Epicuro. Simulat inuitus ſe precari & venerari deos, D
multitudinis metu coactus , & inſtitutæ à ſe philoſo-
phandi rationi contrarias emittit voces. Quum im-
molat , ſacrificulo mactanti hoſtiam veluti coquo a-
ſtat: vbi ſacrum peregit , hac oratione diſcedens vti-
tur , Quod hominum tulit conſuetudo , diis immo-
laui , nequaquam mihi auſcultantibus. Hanc ſcilicet
perſonam Epicurus indui putat oportere,Nemini ſuc-
cenſeas : nec ea contemnens & ſtomachans quæ gra-
ta ſunt aliis , in odium & offenſionem hominum in-

A curras: & vt Euenus ait,

Durum eſt quod cogis, quódque neceſſe pati. Quapropter etiam exiſtimant ſuperſtitioſos minimè duci voluptate ad perſoluendum diis honorem, ſacrificiis & ludis ſolennibus, verùm adigi timore. A quibus tamen ipſi non diſcrepant: ſiquidem & impulſi metu eadem quæ hi faciunt, & nihil, vt hi, à diis boni ſperant: miſerè timent ſolùm & pauore concutiuntur, veriti ne planum fiat quàm fallaciter & inſidioſè agãt cum im-
B perita multitudine, cõtra quam ediderunt illos omnes De diis libros, Déque natura deorum

Tecta inuolucris, nilque ſynceri. Vbi rem totam veſtiunt obſcuritate dicendi, ſuam ſententiam metu retardati celant. Quoniam de facinoroſis, & plebe imperita diximus: iam tertium genus hominum longè his melius, ſanctum, religioſum, age conſideremus, quantum ſynceræ voluptatis certa numinis notione capiant, quum ita cenſent, Deum boni omnis eſſe autorem & principem, omnium quæ præclara vſ-
C quam ſunt, parentem: cui fas non ſit mali quicquam
2022 perpetrare, vt ne perpeti quidem. Bonus quippe eſt: ei quod bonum eſt nulla res inuidiam, metum, iram, odium parit: quod enim eſt calidum, eius haud munus eſt refrigerare, ſed calefacere: nec eius quod bonum eſt, nocere. Ira enim à gratia, indignatio à clementia, ab humanitate & comitate ſæuitia & aſperitas, quamlongiſſimo naturæ interuallo diſſita ſunt. Illa enim ex virtute & animi firmitudine proueniunt, hæc ab infirmitate vitióque. Ergo neque gratia numen tangitur,
D neque ira, cui tamen gratiam inire à mortalibus, ferre ſubſidium, eſt inſitum, iraſci & nocere non inſitum. Magnus ille in cælo Iupiter deſcendit huc primus, omnium diſpenſator, cuſtos, gubernator: cæteris diis ſua cuique prouincia obtigit. Hic ἐπιδώτης, *quem dixeris Munificum*: ille μειλίχιος, *id eſt Mitis appellatus eſt*: ille ἀλεξίκακος, *Latini nominant Auerruncum.* Phœbum ſibi mortales propitium ante alios, placidúmque deſtinarunt (vt Pindarus canit) volucrem currum agens: vtque ait Diogenes, omnia in deorum poteſtate

ſunt: amicorum bona communia: boni, deorum amici: nec vllo modo fieri poteſt quin ei bene ſit, cuius animo deorum amor hæſit altiùs, quin qui ſobrius fuerit & iuſtus idem ſit religioſus. Expectatiſne dum alias pœnas luant qui prouidentiam euertunt? non ſatis graues perſoluerunt ſibi tantum voluptatis præcidentes & gaudii? At enim quanta nos lætitia hoc modo aduerſus numen animati fruimur, tantum Metrodorus, Polyænus, Ariſtobulus, contulit Epicuro & ad bene ſperandum, & ad lætandum? per quos ei reſpirare nunquam licebat, quin aut ægrotantes ſedulò curaret, aut ſpiritum extremum dugentes lugeret. Quid ergo Lycurgus, quum à Pythia ſalutaretur his verbis, A B

Chare Ioui, ſuperum quicunque & tecta frequentāt.

Quid Socrates? ratus ſecum loqui numen præ beneuolentia. Quid Pindarus? quum audiret Pana modulantem carmen ab ipſo compoſitum, num modicè gauiſus eſt? num Phormio, quum Dioſcuros, Sophocles quum Æſculapium apud ſe diuertere ſibi perſuaderet? in eadémque opinione cæteri eſſent? quia numinum horum aduentus rei fecerat fidem. Operæpretium eſt autem quæ ſentiebat de diis Hermogenes iiſdem verbis commemorare: Adeo (inquit) me, qui omnia poſſunt, omniáque norunt dii, diligunt, vt quoniam illis curæ ſum, nec interdiu neque noctu quo ire cogitem, quid moliar, quídve facturus ſim ignorent: quoniam multo antè quid euenturum ex re quaque ſit, præuident, mihi omnia per hos interpretes, hariolationes, ſomnia, auguria denuntiantes. Ergo eſt conſentaneum à diis niſi bona nihil proficiſci: quæ qui beneficio deorum ſibi obtingere putat, magna ducitur voluptate, optima ſpe fouetur, animos ſumit, lætitiam percipit, rebus proſperis, penè dixerim, affulgentem. Quibus aliter videtur, ſibi quod in vitæ proſpero curſu iucundiſſimum eſt, inuident, rebus ſuis aduerſis nullum præſidium relinquunt, ſed in vnicum illud perfugium portúmque calamitate preſſi cōiiciunt oculos, diſſipationem, C 2023 D

A quam ſenſuum extinctio ſequatur: vt ſiquis coorta in
mari tempeſtate progreſſus in medium animos ſuo-
rum his verbis confirmet, Neminem qui regat nauem
eſſe, nec in auxilium Dioſcuros venturos, vt irruentia
ponti vada violenta molliant, citóſque turbines aura-
rum: nihil tamen eſſe periculi: iamiam fore vt æſtu na-
uis abſorbeatur, aut in ſcopulos eliſa comminuatur.
Nam in atrocibus morbis, & ſummis doloribus, hæc
Epicuri eſt oratio: Speras aliquid à diis boni, fiducia
pietatis? magno errore inflatus es. Natura enim beata
B & immortalis, neque gratia, neque ira tangitur. Spem
beatioris vitæ tibi à morte proponis? falſus es. Quod e-
nim diſſolutum eſt, caret ſenſu: quod caret ſenſu, ad
nos nihil pertinet. Quî dum ergo (vir bone) mihi au-
tor es, vt comedam & bibam? ſcilicet ob eã rem quòd
quum aduerſa tempeſtate iactor, nõ procul abeſt nau-
fragium? dolor enim modum excedens, addicet morti.
Atqui vector excuſſus naue fracta, tamen ſpe fulcitur
& vehitur, fore vt terram teneat, incolumis natando
euadat: horum philoſophiæ talis exitus eſt,

C *Nuſquam euentus abit, nuſquam fugit æquore cano.*

2024 Animus (inquã) è corpore, ſed ſine mora it peſſum &
diſſipatur, & ipſum corpus interitu ſuo anteuertit. Eo
fit vt ſupra modum lætetur animus, imbibiſſe ſe decre-
tum illud ſapiens & diuinum: finis miſeriarum animi
hic eſt, occidere, periiſſe, nihil & nuſquam eſſe. Verùm
inſulſus (inquit) me aſpiciẽs, & vecors iudicer, ſi de eo
plura dicam, quum te nuper audierim ſatis grauiter
contra eos diſputantem, quibus placet, oratione Epi-
curi nos expeditiores ad mortem effici & alacriores,
D quàm his legendis quæ Plato ſcripſit de animo. Itá-
ne tandem, (inquit Zeuxippus) efficiet iſtius au-
toritas, vt opus illud Platonis inchoatum & minu-
tum iudicemus? Num Epicuro Phœbi oraculum ve-
rebimur opponere? minimè verò (inquam) ſed vt ait
Empedocles,

Quos audiſſe iuuat, par eſt audire.

Itaque rurſus nobis cohortãdus eſt Theon: quũ enim
illa dicerentur, non interfuiſſe eũ arbitror. Eſt quidem

adoleſcens, non tamen veretur ne obliuionis cauſam A dicere cogatur ab adoleſcentibus. Tum Theon, vt cui afferebatur vis, Enimuero (inquit) ſi ita cenſetis faciẽdum, non æmulabor tuum Ariſtodeme factum. Tu quæ hic dixerat, verius es vſurpare: ego iis vtar quæ à te dicta ſunt. Rectè (meo iudicio) diuiſiſti in tria genera homines: primum iniuſtorum & facinoroſorum: alterum plebis illiteratæ, quos idiotas vocant: tertium bonorum & prudentium. Iniuſti & facinoroſi modò pertimeſcãt pœnas omnibus æquè imminentes & B ſupplicia, nec admittere ſcelus audeant, & eo magis coerciti metu, nihil moliantur, vitam iucundiorẽ, minúſque anxiam degent. Epicurus aliud nullum remedium ſceleris coercendi reperit, niſi metu ſupplicii. Quare inculcanda eſt eis ſuperſtitio quoad expleãtur, concitandæ in eos vndique à cælo terráque formidines, hiatus, terrores, ſuſpiciones: ita demum fiet vt his rebus in pauorem adducti cicurentur, & modeſtius ſe gerant: quibus eſt conducibilius inferorum metu terreri, quo abſtineant à maleficiis, quàm vbi ſe inquinarunt labe ſcelerum, cum timore & periculo vitam degere. C Vulgus hominum autem non modò vmbrarum metus in officio continet, ſed illius æternitatis fabuloſæ etiam ſpes, vtque alicubi ſint cupiditas, amore antiquiſſimo maximóque, illicit: tum voluptate, tum dulcedine ſua, terrorẽ illum orci puerilem ſuperãs. Cuius impulſu, quum amittunt liberos, coniugem, amicos, facilius ſibi perſuadent eos alicubi eſſe & manere, vel cum cruciatu quàm omnino ſublatos & ad nihilum redactos euanuiſſe, libentérque audiunt illas voces: E D vita migrare mortuos, aliò conceſſiſſe, quæque iudicãt ſupremum diem afferre, commutationem loci aio, nõ extinctionem: & ita dicunt, 1025

Aſt illic capitis non ducam obliuia chari. &,

Quid vis marito nuntiem aut nato Hectori? Conſuetudine hinc nata, arma, omne inſtrumentum, veſtem de mortuis familiarem, vtque Minos cum Glauco, *—Creſſas*

Maculis notati tibias prædam binnuli.

A vnà ſepeliunt, dolorémque ſuum eo pacto ſubleuant. Siquid petere illos ſuſpicantur, aut enixè flagitare, læti impertiuntur, vt Periander rogo vxoris mundum eius omnē (quòd algere illa ſe diceret, id precibúſque contenderet) non grauatè impoſuit cremauítque. Æacos verò, Aſcalaphos, Acherontas nō valde reformidant, quum & choros & theatra, omnéque modulationis genus, quo ſe oblectent, his tribuerit vetuſtas. Illam faciem mortis, vt formidabilem, tetram, tenebricoſam,
B cuncti horrent: amiſſionem ſenſus, obliuionem, ignorantiam. & quum hæc audiunt, Interiit, Extinctus eſt, Nuſquā eſt, expaueſcunt: illa dici ferunt indigniſſimè,

Putreſcet humi tabe ſolutus,
Epularum exors dulciſque lyræ: &,
Quem grata dedit tibia cantus: Tum illud,
At non vita hominum redit in præcordia, nuſquam
Præda manet cuiquam, ſimul oris ſepta profugit.

Aut potius enecat imperitos eorum oratio: Semel homines nati ſumus, bis vt naſcamur natura non patitur:
C morte obita nihil & nuſquam, æternùm erimus. Huius etenim vitæ ſpatium, vt exiguum aut ne tantulum qui-
2026 dem potius ſi cum vniuerſa æternitate conferas, fructu omni iucunditatis vacuum tranſmittunt, virtutem & actiones præclaras negligunt: velut à ſeipſis deſperati, ſe obiicientes tanquam breuis æui, fragiles, caducos, temeritati ſortis obnoxios, nullius magnæ rei gratia factos. Neque enim ſenſu vacare, diſſipatū iri, quod caret ſenſu nihil ad nos, & alia eiuſmodi, liberant nos terrore mortis, ſed eius metum quaſi certa demonſtra-
D tione confirmant, quia id ipſum eſt quod maximè natura pertimeſcit:

At vos terra omnes & aqua in ſe quæque reſoluat,

ne ita diſſoluatur animus, vt intelligentia ſenſúque ſpolietur. Cuius diſſolutionem quum aliud nihil Epicurus eſſe ſtatuit quàm diſſipationem in atomos & inane, multo adhuc magis ſpem infringit & conuellit immortalitatis. Qua omnes, penè dixerim, viri fœminæque adeo tenentur, vt parati ſint

Cum Cerbero certare morſu, & condere

Aluo rapaci fruſta: quò in rerum natura ſolum A
manèant,nec omnino deleantur. Atenim qui illa metuant (quemadmodum dixi) vt matrum & nutricum præcepta,fabuloſáque,nõ admodum multi ſunt: ſiqui pertimeſcant, tamen ſacrificiis quibuſdam ſolennibus & expiationibus credunt ea procurari : in quibus ſi ſe integros & ſanctos præſtiterint, fore vt apud manes ludum, & choros in perpetuum exerceant: vbi ſplendor & liquidus aer, & ſoni dulces. At orbari vita,

—curis acuit iuuenéſque ſenéſque. B

Inſanus agit nos amor huius
Quem conſpicimus lucere ſolo, vt ait Euripides.

Nec illud audimus facilè abſque moleſtia,

Talia dicentem aura diei
Splendida, rapidis vecta iugalibus,
Fugit ambroſia. Ergo cum opinione immortalitatis vnà tollunt ſuauiſſimas vulgi ſpes maximáſque. Quid bonis, integrè iuſtéque tranſacta vita, cenſes animi eſſe, qui nihil apud inferos mali, plurima C
maximáque bona prorſus diuina expectant? primùm athletæ, niſi certent haud coronantur, ſed qui decertarint in ſtadio vicerintque. Ad hunc modum hi rati præmia bonis triumphalia vitæ anteactæ poſt mortem aſſignari præſtóque eſſe:dii boni, quàm ſibi placent fiducia virtutis? ſpe illius ſtatus, quum eſt futurum, vt qui opulentia potentiáque ſe nunc efferunt in- 2029
ſolenter, & alios ſe præſtantiores ſumma fatuitate rident, ipſis inſpectantib' graues iuſtáſque pœnas luant. Deinde veri inueniendi, & eius quod eſt cognoſcendi, D
nullus amatorum in hac vita ſuam expleuit cupiditatem: quia interiectu corporis, tanquam caliginis aut nubis, vtitur quiſque pingui ac turbato ſenſu animi, ſed in morem auiculæ, cælum aſpicientes vt mox euolaturi è vinculis corporis ad amplam & ſplendidam fortunam, expeditum & alacrem deſpicientia rerum humanarum præbẽt animum, ídque philoſophia duce, quæ meditatio mortis eſt. Ac mea quidẽ ſententia boni tantũ cumulatè ſecum affert mors, vt tum demũ verè ſit animus victurus, quum exceſſerit è vita: hìc nõ

A viuat re vera, ſed inſtar ſomnii nutet. Proinde ſi recordatio amici vita functi modis omnibus grata eſt (vt ait Epicurus) vel ex hoc coniicias quantum ſibi detrahant voluptatis. Exiſtimant ſe amicorũ lumine carentium viſa & vmbras excipere, venarique, in quibus neque ſit mens neque ſenſus. Iidem non exiſtimant iterum aliquando cum eis ſe conſuetudinem habituros: nec charum genitorem, charam matrem, coniugem frugi vſquam viſuros: nec ea cõmunicatione vitæ congreſſúque familiari, quo qui perinde ſentiunt animã eſſe immortalem, ac Pythagoras, Plato & Homerus, vbi decesserint ſe vſuros ſperant. Cuiuſmodi autem ſit motus iſte quo afficiuntur, multo antè expreſſerat Homerus, quum Æneæ ſimulachrũ, quaſi iam extincti, proiicit in aciem mediam, mox illud ipſum præbet ſuis conſpiciendum, & inquit,

B (marginal letter at "que familiari")

--lætatur Troïa pubes,
Illum vt conſpexit viuum incolumémque reuerti,
Robore adhuc firmo,-- & imagine relicta illum ſequuti ſunt. Quamobrem nos etiam hoc ſta-

C bilito & fixo, qui exceſſerint è vita, ſine dubio conueniri poſſe,

Fáſque eſſe amanti tactè amantem agnoſcere,
Sanóque ſenſu viuidum & amicè frui,

* qui adhuc ſimulachra modis volitantia miris, & exuuias corticémque nequeant abiicere, quibus addicti vitam in luctu & angoribus tranſigunt. Adhæc autem qui morte aliam vitam inchoari putãt meliorem,

2028 ſi vtantur rebus proſperis, eo magis gaudent ſpe ſtatus amplioris: ſin autem viuunt haud ex ſententia, non ad-

D modum iniquè ferunt: ſed ſpes qua tenentur, fore vbi deceſſerint, vt maximis fruantur bonis, cui mirabilis voluptas & expectatio comitatur, huius vitæ compenſat incommoda: ſiquid offenſionis inſederit animo, eluit & aufert. Quia enim ſentiunt in via ſe tantùm eſſe, aut potius in diuerticulo ſanè quàm breui, omnes caſus æquo animo ferre didicerunt. Contrà qui extinctione ſenſus, naturæ diſſolutione vitam terminari volunt, eis mors, quia minimè ſecum affert mutationem in melius, vtrocunq; in ſtatu fuerint, moleſta & odioſa

eſt: magis tamen beatis quàm laborioſis. His eripit ſolam incertam ſpem, qua ſibi lætiorem fortunam pollicebantur: illos explorato bono, vita iucunda, ſpoliat. A
Quemadmodum verò medicamenta, quæ parū commoda, verùm ſalutaria ſunt, ægrotātibus aliquid laxamenti afferunt, bonam contrà valetudinē labefactant, ſanos cruciant malis exemplis: ita Epicuri de morte oratio, calamitoſis & ærumnoſis nihil quidem quod fauſtum ſit oſtentat: tamen adhibet mortis remedium, qua extingui oportet animum & diſſolui: eadem homines conſideratos, ſapientes, omnibus affluentes copiis, nunquā ſinit animo eſſe tranquillo & alacri, quādo huc redigentur, vbi vixerint beatè, vt vita careant, nulli ſint. Nemini porrò dubium eſt, quin illa cogitatio, Bonis eſſe cedendum, pariat tantū moleſtiæ, quātum iucunditas ſperata vel adiuncta procreat voluptatis. Dicunt hi tamen formidine malorum quæ nec finem habitura ſint nec modū, ita ſe liberari, vt ea ſublata ſuſpicione certiſſimum ipſis bonum relinquatur notio, qua præuident diſſolutionem & interitum: & id aſſequi ſe oratione Epicuri, mortis metū terminantis animi extinctione. Quòd ſi iucundiſſimū eſt, malorū innumerabiliū metu in illa æternitate immenſa expediri: ergo etiā ſpe bonorū quæ nunquā interitura ſunt, excidere moleſtū, atq; adeo ſumma illa felicitate ſpoliari. Bonū certè quidē non eſt, vtrocunq; in ſtatu ſis, luce priuari, ſed iis omnibus quæ ſunt, nihil & nuſquā eſſe, natura inimicum & infeſtum. Quibus autem ſupremus dies affert malorum vitæ finem, nempe interitu, habent quo ſe conſolentur, ſenſus vacuitatem, 2029
quum quaſi fuga euaſerunt: contrà qui in ſtatu proſpero viuunt, & tamē eò recident, vt mortui nulli ſint, haud dubitem quin vltimum tempus illud quo interpellabitur beatæ vitæ curſus, maximè reformident. Non enim quia noui quicquam moliatur, amiſſionem ſenſus timet natura, ſed quia huius vitæ commodis nos priuat. Illud verò, Nihil ad nos pertinere mortem, quum quicquid eſt noſtri iuris, penitus eripiat, eo ipſo ad nos pertinet, ſaltem qua eius mali nos ſuſpicio

A tangit. Neque, Extinctum iri ſenſus, iis qui tum nihil erunt, moleſtiam exhibet, ſed iis qui ſunt: quia demerguntur eius opera in perniciem vt nulli ſint, haud tamen ſubmergi, & in orcum irrepere queant. Itaque non Cerberus eſt, non Cocytus, qui nobis iniiciat mortis immenſum terrorem: ſed illa comminatio, Futurum vt ad nihilum redigamur, quæ nullam vitæ recuperandæ ſpem, vbi mortuus ſis, relinquit. Bis enim naſci minimè cõtingit: ſed æuo immortali erimus nuſ-
B quam & nihil, vt Epicurus inquit. Etenim ſi hoc vltimum eſt in rebus humanis, Nullum eſſe, ídque ſine caritarum, ſtabile & immutabile, priuatio vitæ vtilitatum, malum ſempiternum, ſibi comitem inuenit ſenſus vacuitatem, nullis ſæculis deſituram. Et Herodotus longè quàm iſti ſapientius, Deus, inquit, æternitatis dulci guſtu ſolus fruitur, ex quo inuidum & iniquum eſſe apparet, iis præſertim quos beata vita florere iudices. Nam his iucunditas vitæ eſt inuitamentum & eſca ad dolendum, quum ea guſtant quibus mox carituri
C ſunt. Quam enim lætitiam, quem fructum iucunditatis, quam hilaritatem non excutiat iſtis, non detrahat, qui voluptate ſummum bonum & honeſti vim omnem metiuntur, ea ſuſpicio mortis in animum ſemper incurrens: quum animo neceſſe eſt ſuas cogitationes in hanc infinitatem futuri temporis, vt in mare vaſtiſſimum, explicare? Iam verò ſi (vt cenſet Epicurus) non ſine cruciatu magna ex parte intereunt, nihil prorſus relinquitur quo mortis queat ſubleuari metus, quæ interuẽtu malorum bonis exuit. Hæc licet ita
D ſint, nunquam deſinent pugnare, víque homines eò impellere, vt malorum amotionem, bonum exiſtimẽt: vitæ commodis priuari, malum ne putent. Illud tamen apertè dictitant, Neque ſpei, neque lætitiæ quicquam reſiduum eſſe à morte: verùm eius aduentu omnia iucunda & bona intercipi: quum interea loci multa præclara, magna, diuina, ſimulac ceſſerint fato, ſibi de-
2030 ſpondeant, qui æternos animos & immortales cogitant eſſe, aut multis ſæculorum curſibus conuerſionibúſque manſuros, nunc terris, nunc cælo inſiſtentes,

donec tandem in illa diſſipatione mundi cum ſole & A
luna, in flammam conuerſi ſola mente comprehenſibilem, igneſcant. Tam vberem voluptatum ſegetem, tamque copioſam excæcat Epicurus. Idem hac opinione fixa, Nihil à diis ſperandum boni, non tangi eos gratia, vim eneruauit vtriuſque partis animi, tam eius quæ in contemplando, quàm quæ in agendo cernitur: huius ſtimulos, quibus incitatur ad gloriam, retudit: illius aciem, rebus cognoſcendis intentam occæcauit.
Idem quum ait, quòd lætetur animus, corpori ac- B
ceptum ferri debere: in anguſtum ſanè locum, ac ne purum quidem, compulit & detruſit naturam: perinde acſi nullum maius bonum, mali declinatione, quo frui queat, haberet.

PLVTARCHI, CONTRA Coloten: C

Vel, CONTRA COLOTEN liber poſterior,

ARNOLDO FERRONO, BVRdigalenſi, regio Conſiliario, interprete.

COLOTES, quem ſolitus eſt D
Epicurus blandiens appellare Colotulum & Colotillum, edidit cum hac inſcriptione librum, Saturnine, Qui pareat decretis cæterorum philoſophorum, ne quemadmodū quidem viuat, eū poſſe reperire. Illud autem ſcriptum dedicatum eſt regi Ptolemæo. Quæ mihi aduerſus Coloten diſputanti venerint in mentem, ea literis mandata, tu, quem omnia pulchra delectant, quem ſtu-

A dium antiquitatis tenet, (cui digniſſimũ videtur principe viro, in commentariis veterum recolẽdis, & perpetuo, quoad fieri poteſt, euoluẽdis, operam collocare) non ſine voluptate lecturus es. Quum itaque proximis ſuperioribus diebus recitaretur liber, vnus è neceſſariis meis Ariſtodemus Ægienſis (quem probè noſti) vir ex Academicorum illo choro, æmulus Platonis, non thyrſiger in eius ſacris & initiatus tantùm, ſed qui bacchari conſueuerit in eis acerrimè, ſibi (neſcio
2031 quo pacto) ſilentium, præter quàm ſolebat, imperarat,
B & auditorem ad exitum vſque ſe moderatum præbuerat. finis vt recitationi eſt impoſitus, Sint iſta verò, inquit: at quem excitabimus ex hoc conſeſſu, qui cũ iſto pro philoſophis dimicet? Haud enim conſilium & factum Neſtoris facilè probem, qui ex illis nouem principibus quum deberet præſtantiſſimum deligere ſuo arbitratu, Fortunæ temeritati rem permiſerit, ſortéſque coniecerit in vrnam. Atqui vides (inquam) quo etiam modo ille ſortiendi partes ſibi deſumpſerit. Hinc eſt factum, vt illa deſcriptio ſortitióque ductu hominis
C prudentiſſimi perageretur. Tum,

Dat ſeſe è galea ſaltu ſors, omnibus æquè
Optata, in Telamoniaden.

Cæterùm ſi deligere nos iubes qui reſpondeat:

Quinam ego caligenæ tandem obliuiſcar Vlyſsi?

Tu te compara ad hoc certamen: proſpice atque meditare, quem in modum eius impetus propulſare & vlciſci vicem philoſophorum velis. Hîc Ariſtodemus, At, inquit, te non fugit, quid aliquando fecerit Plato: cui quum ſeruus quiſpiam mouiſſet ſtomachum, ei noluit
D ipſe plagas infligere: ſed tradidit Speuſippo cædendum, ſe iratum eſſe dicens. Tu ergo ipſum arripe, & tractato vt tibi commodum videtur: ſum enim ipſe iratus. Quum alii me, idem vt facerem, hortarentur: Dicendum igitur eſt, inquam: ſed & multum ipſe vereor, ne pugnare aduerſus eum librum inſtituens, ſtudio incenſus præter modum iudicer: tanta eſt diritas & ſcurrilis importunitas hominis, aceruum conuitiorum Socrati, tanquam fœnum quo veſci debeat proiicientis,

& ex eo

Digitized by Google

& ei eo quærentis qui tandem cibũ indere in os conſueuerit, & non in aurem. Verùm iſta quod rideas for te præbeant, ſi apud animum repures lenitatem Socratis. De toto agmine cæterorum philoſophorum (in quibus ſunt Democritus, Plato, Empedocles, Parmenides & Meliſſus, cõtumeliis verborum malè accepti) non modò turpe eſt agere ſilentium, ſed etiam nefas cedere vlla ex parte, aut de ſumma libertate pro iis dicendi quicquam remittere, qui philoſophiã eò dignitatis prouexerunt. Enimuero quòd viuimus, parentum eſt ſecundum deos beneficium: at ius, fas, leges, rationẽ, quæ legibus adminiculo eſt, cupiditatum noſtrarũ moderatricẽ, à philoſophis, quò rectè viuamus, accepiſſe nos credimus. Rectè porrò viuere, quid eſt aliud quàm delectari ſocietate hominum, præſtare ſe omnibus amicum, iuſtè ac ſobriè viuere? Hæc omnia prorſus euertunt, qui eſſe in ventre ſummum bonum clamitãt: qui omnes virtutes in vnũ adductas locũ, ſeiuncta & expulſa penitus voluptate, pertuſo teruntio non emant: quorum diſciplinæ congruens non eſt, de diis déque animo verba facere: quippe, hunc, diſſolutum interire autumant, illos, humanarum rerum minimè tangi cura. Tamen ii cæteros in reprehenſionem vocant philoſophos, ſua illa ſapientia freti, quòd nullam viuendi materiam relinquant: his cæteri obiiciunt, quòd ignobilem & fœdam inſtituant rationem vitæ. Attamen diffuſa hæc ſunt & ſparſa per Epicuri diſputationes, eiúſque philoſophiam totam peruaſerunt. Quemadmodum autem Colotes librum conſcripſerit, quibuſdam verbis árreptis ſententias mutilatas & truncatas, iis quæ faciunt ad confirmandum propoſitum aut intelligentiam & fidem ſpoliatas, in ſuum vſum trahens, veluti auctionem faceret, aut tabulam refertam monſtris proponeret: vos (inquam) optimè tenetis, qui è manibus ſcripta veterũ nunquam dimittitis. Atque is mihi videtur non vnum aperire in ſe oſtium, vt Lydius ille, ſed plurimis Epicurum & maximis difficultatibus implicare. Sumit initium maledicendi à Democrito: is egregiam percipit à diſcipu-

A B 2032 C D

A lo mercedem, pretiúmque doctoris: nam longo tem-
pore ſe Democriteum prædicauit Epicurus, vt teſtan-
tur cum alii, tum Leonteus, vnus è nobiliſſimis Epicu-
ri diſcipulis, ad Lycophronem ſcribẽs, Democrito plu-
rimum honoris detuliſſe Epicurum, quòd ante ipſum
attigiſſet veri notitiam, opinione recta imbutus. Deni-
que totam eam diſciplinam appellari Democriteam,
quia is ante Epicurum in vera principia naturæ inci-
diſſet. Metrodorus de hac philoſophandi via perſpi-
B cuè ait, Niſi præluxiſſet Democritus, nunquam ad ſa-
pientiæ culmen euaſiſſet Epicurus. Quòd ſi ex inſtitu-
to Democriti nullo modo tranſigi vita queat, ridicu-
lus eſt Epicurus, qui eius veſtigia ſequitur viam ad
altiora monſtrantis. Obiicit primùm ei, quòd quum
percenſuiſſet ſingulas res, nihil potius hoc modo eſſe
affectum quàm alio quouis, dixerit: & ob eam rem
2033 confuſiones tetras in hominum vitam inuexerit. At-
qui tantum abeſt vt Democritus in ea fuerit ſententia,
Nihil exploratè eſſe tale potius quàm tale, vt etiam
C Protagoræ autori huius opinionis aduerſatus ſit, & in
eum multa & probabilia ſcripſerit: quæ quoniam Co-
lotes ne in ſomnis quidem inſpexerit, neque legerit,
non aſſequutus eſt eius verba, quum ſubtiliter docet
ipſum Δὶν nihilo eſſe verius in rebus quàm Μηδὲν. (Δὶν
appellat ipſum corpus, Μηδὲν verò inane: ſcilicet vim
aliquam & naturam ſibi peculiarem etiam habere ina-
ne in rebus ſentiẽs.) At iſte ratus, voluiſſe eum dice-
re, nihil hoc modo eſſe affectum potius quàm illo, v-
titur Epicuri decreto, Viſa omnia quæ obiiciũtur ſen-
D ſibus vera eſſe. Proponamus ergo duos, alter auſterũ
eſſe vinum cenſeat, alter dulce: horum neuter fallitur.
Quid eſt cauſæ quamobrem potius auſterum dicetur
vinum quàm dulce? Quid quòd vtuntur eodem bal-
neo, hi frigido, illi calido: quum hi iubent frigidam
infundere aquam, illi verò calidam? Ferunt ad Bero-
nicem Deiotari vxorem aliquando veniſſe quandam
Spartanam, & quum prope alteram altera conſtitiſſet,
ſtatim vtranque auertiſſe vultum: hanc, quia vnguenti
odorem ſcilicet ferre non poterat: illam, quia butyrum

auerſabatur. Si harum altera ſenſus perceptio nõ magis fallax eſt quàm altera: conſentaneum eſt, illam aquam non magis calidam quàm frigidam eſſe, nec vnguentum aut butyrum ſuauis potius quàm tetri eſſe odoris. Quòd ſi dixeris, ea viſa quæ inter ſe differant etiam à rebus diuerſis elici, duo in idem concurrere dicis imprudens. Adhæc, illæ proportione concinnatæ dimenſiones quas venditant ſæpius, viarúmque concentus in ſedibus ſenſuum, & multiplex illa permixtio quæ inſperſa omnibus humorum, odorum, colorum generibus (ſic enim dictitant) alium atque alium ſenſibus motum, alia atque alia qualitate afferunt: an non opes iſtorum apertè compingunt in ſalebras opinionis quam ipſi damnant, Nihil magis hoc modo affici quàm illo? Etenim qui putãt ſenſus ideo falli, quia vident contrariè affici pleroſque, dum ſenſu percipiunt rem eandem, iis vt ſatisfaciant, docent quemadmodum permixtæ confuſæque ſint res ferè omnes inter ſe. Quúmque aliud alii congruens & aptũ ſit, nõ eadem qualitas ſemper mouet contractum & perceptionem, nec ſubiecta ſenſibus res afficit eodem modo ſingulos 2034 cunctis ſuis partibus. Sed quum in ea quiſque incurrat ſolùm, ad quæ percipienda ſenſus habet concinnatos pro rata portione: non rectè homines tantopere inter ſe pugnant, bonum aut non bonum quippiam, album aut non album eſſe contendentes, ſuáſque perceptiones quum quid ſenſu diiudicant, ſe confirmare ita demum rati, ſi labefactent cæterorum de eadem re iudicia ſenſus. Æquũ eſt autẽ non oppugnare ſenſus: nanque ſinguli rem aliquam attingunt, quũ ex illa multiplici permixtione ſeminum, tanquam ex fonte, quod ſibi accommodatũ & cognatum eſt quiſque amplectitur: neque par eſt totum genus vituperare, quando in aliquam ſolùm partem incurris: nec exiſtimare omnes qui rem vllam ſentiãt eodem modo affici debere, quũ alius alia eius qualitate afficiatur. Quid cenſes? num adhuc contra eos diſſerendum? Ecquis verò eſt qui æquè opinionem illam, Nihil magis, agglutinat rebus, atque illi homines qui rem quanque ſenſilem ita tem-

A peratam eſſe dictitant, vt omnium qualitatum quæ vſquam ſunt, colluuione mixta confuſique ſit,

Vt dulce muſtum præmium tibicinű. Etiam ipſi fatentur ſuas ratas ſententias reguláſq; peſſum iri, funditúſque conuelli vim eam qua iudicamus, ſi res vlla ſenſilis pura ſimpléxq; ſit vllo modo, & non relinquãtur multa in vno quoque. Iam vide quæ Polydini ſit oratio de vini calore, qua vſum in Sympoſio finxit Epicurus. Nam eo dicente, Nunquid, Epicure, is infi-
B cias, vino ad calefaciendũ ineſſe vim? reſpondit quiſpiam, Non in vniuerſum calefaciendi vim eſſe in vino ſe arbitrari. & paulo pòſt: Vinum in toto genere non videtur calefaciendi habere vim: ſed hunc calefieri hoc tantulo vino facilè dixeris. Rurſus vbi ſubiunxit cauſam, atomos quaſdã collidi & variè per quanque rem diſſipari: aliàs, quũ admiſcetur vinum corpori humano, inter ſe commiſceri & copulari, ad extremum ait: Quare dicendum non eſt, in vniuerſum adeſſe vino calefaciendi vim: ſed in hac natura, hoc modo diſpo-
C ſita, hoc vinum tantulum gignit calorem: aut in illa hoc tantulum frigus parit. Sunt enim ea corpuſcula in hac congerie, ex quibus coaleſcere queat frigidũ, quæ ſi aptè cum aliis copulentur (vt res monet) refrigerationis naturam ſtatim expreſſerint. Hinc manauit error, vt alii vino calefaciendi in vniuerſum, aliĩ refrige-
2035 randi tribuerint vim. Cæteros qui errare dicit, quum in eo quod calefacit, eſſe vim calefaciendi arbitrantur, aut in eo quod refrigerat, refrigerandi: ſi putat non ex iis conſequi quæ profert in medium, nullam
D rem potius hoc modo affectam eſſe quàm illo, ipſe penitus errat. Ille verò his attexit generis eiuſdem alia: Non raro (inquit) penetrat in corpus vinum, neque vim calefaciendi ſecum afferens vllam, nec refrigerandi: tamen concitata vini totius mole & concedentibus ex alio loco in alium corporibus, quæ pariunt calorem atomi, nunc in vnum coeuntes & confertæ numeroſæque procreant æſtum & ardores in corpore, nunc eliſæ ac diſſipatæ refrigerant. Inſuper Colotes in eam ſe neceſſitatem fuiſſe abductũ, vt hac ora-

tione vereretur (Quæ habentur & dicuntur amara, dulcia, purgantia, ſoporifera, luminoſa, quaſi id conſtet in rerum natura eſſe nihil, cui certas & proprias qualitates re vera ineſſe cenſeas, aut vim peculiarem: nihílque reperiri, quod agere dicas potius quàm pati: ſed quum inſinuant ſeſe qualitates in corpora, tum rem quanque diuerſis permixtionibus non vnam præbere ſpeciem, ſed ſubinde variari) non obſcurè præ ſe tulit. Iam ipſe Epicurus libro aduerſus Theophraſtum A
ſecundo, quum ait, Non inſitũ eſſe corporibus quenquam colorem, ſed effici quadam recta collocatione & ordine atomorum in aſpectũ incurrentium, vt res præditæ hoc aut illo colore videantur: an non ait his verbis potius expertem eſſe coloris quamlibet naturam, quàm vllo præditã colore? Idem paulo ſuperius ſcribit hunc in modum: Quanuis id cauſæ non eſſet, haud reperio quemadmodum, quæ in tenebris latent, colorata eſſe dicendum ſit. Atqui ſæpenumero fit, vt eodẽ aere circunfuſo, nubibúſq, inuoluto, alii ſentiãt B
diſcrimina colorum, alii caligantes acie obtuſa non ſentiant. Tum verò quum ſerena luce ingredimur domum tenebris obſitam, nullum colorem omnino perſpicimus: ſi pauliſper ibi cõſiſtimus, mox perſpicuè videmus. Ergo nullum corpus eſt, quod potius coloratum dixeris quàm expers coloris. Quòd ſi color eſt in iis quæ comparantur cum alio, nihílque exploratè denotat, tum & candor in eiſdem erit ac cæruleum: quæ ſi comparantur cum alio, dulce amarúmque comparabuntur. Ex quo efficitur vt connexum hoc verè de C
qualitate omni dicatur, non magis eam in natura rerum eſſe quàm non eſſe: quoniam res ipſa ei quẽ hoc modo afficit, huiuſmodi erit: (*fac eſſe albam, dulcem, nigram, aut amaram*) ei verò cui non affert hanc motionem, haud erit: denique luto illo ac * ſtercore, in D
quo dicit eos volutari, qui de rebus ſingulis pronuntiant illam ſententiam, Nihil magis, ſeipſum perfundit Colotes, ſuúmq; præceptorẽ. Nunquid hoc duntaxat loco ſe vir egregius præbuit talem qui medicetur alis, ipſe vulneribus ſcatens? minimè veró. Sed adhuc 2036

A multo apertius libro Reprehenſionum ſecundo, Epi-
curum è vita cum Democrito exturbat imprudens.
Nanque ait Democritum ita cenſuiſſe, Tantum opi-
nione colorem eſſe, ac dulcedinem ſolùm compara-
tione, quum atomi ſenſibus admouentur: qua in ſen-
tentia qui perſiſtat, eſſe aut viuere illum, ſe non poſſe
ſuſpicari. Aduerſus iſta quæ dicam non habeo. Quod
dicam id vnum reſtat: Hæc non magis à decretis Epi-
curi poſſe ſegregari, quàm figuram & pondus ab ato-
B mo, vt ſentiunt ipſi. Democritus quid ait tandē? Eſſe
naturas quaſdam infinitas numero, indiuiduas, diſcre- Democriti opinio de principiis rerum naturalium.
pantes, tum expertes qualitatum, nō patibiles, eáſque
diſperſas per inane ferri: quum inter ſe coeunt, aut cō-
currunt, aut mutuo complexu tenentur, ea coaceruа-
tione, nunc aquæ ſpeciem præberi, nunc ignis, nunc
plantæ, nunc hominis. Re vera hæc eſſe atomos o-
mnia, quas ideas vocat. Niſi atomos nihil in rerū na-
tura inueniri: ſiquidem ex eo quod non ſit, nihil pro-
creari neque gigni quicquam ex iis quæ ſunt: quia nec
C accipere quicquam atomi & quaſi pati, nec mutari
queunt propter ſoliditatem. Ea re nec colorem in eis
exiſtere, quæ colorari nequeunt: nec vllam naturam,
aut animum ex rebus iis effici, in quas non cadit per-
peſſio. Vocandus in reprehenſionem eſt Democritus,
non quia quæ conſequūtur incommoda ex principiis
ab ipſo poſitis non negat, ſed quia huiuſmodi ponit
principia ex quibus hæc incommoda ſequantur. Par
erat nō id ponere, quæ prima ſint, eſſe mutationis ex-
pertia, non autem quum id eſſet poſitum nō animad-
D uertere qualitatis ortum labefactari. At id cōſequi ne-
gare, quum intellexeris quàm ſit abſurdum, ſummæ
impudentiæ fuerit: quod tamen fecit Epicurus. Pone-
re ſe ait principia eadem quæ Democritus: non tamen
dicere colorem eſſe duntaxat opinione, aut dulce, al-
2037 bum, cæteráſve qualitates. Si illud ipſum non dicere,
idem valet quod non fateri, ſuo more facit. Prouiden-
tiæ locum non relinquens, tamen cultum deorum &
pietatem non ſe ait tollere. Amicitias voluptatis cauſa
conſectatus, pro amicis ſe non recuſaturum maximos

ferre cruciatus. Hoc vniuerſum eſſe infinitum ſe ſta- A
tuere, tamen ſuperum inferúmque non tollere. Quo-
dam verò loco ſe ait poculo accepto quantū velit bi-
bere, quod reſiduum ſit reddere: hoc viri ſapientis ſci-
tè dictum memoria potiſſimùm debemus recolere,
Quorum principia non ſunt neceſſaria, finis eſt ne-
ceſſarius. Non neceſſe fuit ergo id ponere: imò verò
detrahendum opinioni Democriti erat quod inquit,
Omnium rerum principia eſſe atomos. Nunc quia &
poſuit pronuntiatum iiſdem rationibus quibus in ſpe- B
ciem probabilibus ille vſus eſt, & initio ſuæ diſputatio-
nis adornat eam ſententiam, ebibat quū illis neceſſe
eſt, & ſuſcipiat incommoda quæ eum ſequuntur: aut
certè doceat quónam modo expertia omnis qualitatis
corpora omnis generis exhibeant qualitates ſola con-
curſione. Verbi cauſa, ne repetam longius: Quod ap-
pellatur calidum, vti fert opinio veſtra, quibus tandem
ex oris delapſum eſt? aut quo pacto infuſum atomis
adhæſit, ſi neque appulerunt præditæ calore, nec cale-
fieri, quanuis in vnum coeant, poſſunt? nam illud eſt C
eorum quæ calida ſunt, hoc eorum proprium quæ na-
ta ſunt ad excipiendum, quaſique patiēdum. Vos affir-
matis neque hoc neque illud in atomos cadere, quòd
æternæ ſint. At enim an non vſuuenit Platoni, Ariſto-
teli, Zenocrati, vt aurum ex non auro, lapidem ex non
lapide, ac cætera omnia ex illis quatuor ſimplicibus
corporibus primíſque generarint? ſanè verò. At homi-
num iſtorum opinione ſtatim ipſa principia concur-
runt, vt quicque generatur, qualitatéſque ſibi mixtas,
tanquam ſymbola præclara ſecum afferunt: & quum D
in eundem locum conueniunt concurrúntque, humi-
da & ſicca, frigida & calida, dura & mollia: corpora,
dum mouentur ab aliis alia & patiuntur, mutantúrque
ſecundum omnes partes, coniuncta pariunt, aliam a-
lia permixtione naturam. Verùm atomus quæ ſua ſpō-
te, ac per ſe cōſiderata, omni vi genitali deſtituta & nu-
data eſt, ſique in alteram incurrat eiuſdem generis, 2038
fragorem edit, quòd refractaria ſit ac dura, motum a-
lium quem afferat nullum habet, nec aliud quicquam

A molitur, ſed feriunt ſe inuicẽ, feriuntur ab illis ſine intermiſſione: tantúmque abeſt vt animal poſſint, aut animam, aut naturam aliquam edere, vt multitudinem conflare nequeant ſuo concurſu, non aceruũ aliquem communem, quia ſemper vibrantur & diſſiliunt. Colotes verò quaſi apud illiteratum regem verba faceret, rurſus adoritur Empedoclem, ita ſpirantem inflatu muſarum,

Nunc aliud pandam, nulla eſt natura caducis
B *Rebus, & horrifici nulla eſt generatio lethi,*
Solùm quæ miſcentur habes, quæ mixta reſultant
In diuerſa: eadem naturæ nomine dicunt.

Equidem non perſpicio quid ſit quamobrem iſta pugnent cum ipſa ratione viuendi, præſertim quum eorum inſtituto, qui nec id oriri quod non eſt exiſtimãt, nec id interire quod iam eſt poſſe, ſed concurſu quorundam corporum facto nomen ortus adhiberi: rurſus quum eadem illa diſſoluũtur, id appellari Mortem. Nam quod vſurpauerit naturæ vocabulum ortus loco,
C ſidus eximium Empedocles, quum ei opponat mortem, facilè declarat. Iam ſi neque viuũt nec poſſunt viuere qui, ortus rerum permixtione facta, interitum diſſolutione fieri arbitrantur, quid aliud ſibi proponunt iſti? quanquam Empedocles elementa conglutinans, & inter ſe temperans calore, mollitie, humore, mixtionem & concretionem, qua concilientur, eis penè iuſtam admoueat: quum ii in vnum locum atomos, quæ nec mutari neque quicquam perpeti queunt, contrudant, éque ipſis quidem nihil fabricentur, ſed ictus earum complures & cõtinuatos comminiſcantur. Nam
D quòd amplexu ſe mutuo continent, eò fit, ne diſſoluantur: eóque magis earum colliſio increſcit, adeo vt nec fiat permixtio, nec conglutinatio, ſed pugnas & tumultum cieant, quod illi ortus nomine appellari aiunt. Quæ autem vix manent punctum temporis, & interdum auolant propter colliſionem, interdum accedunt, quum ſcilicet ictus langueſcit: illæ ipſæ amplius quàm duplo temporis ſpatio diſſident, & ſeiunctæ inter ſe conſiſtunt, ita vt neque ſe tangant, nec

admoueantur proximè: quo fit vt ne animum quidem ex eis effici quicquam poſſit. Senſus verò, anima, A
intelligentia, mens, ne cogitatione quidem, vt maximè velis, informare poſſis, quemadmodum procreari 2039
queat in ipſo inani ex atomis, quæ nec qualitatem ſua ſponte habent vllam: nec pati, vel mutari, quum in vnum coeunt, ſolent. Imò verò earum congreſſus iis nunquam eſt, qui eas ita temperet vt miſceâtur & coaleſcant: facit enim vt impingantur aliis aliæ, mox reſultent. Quare talium decretis (quum huiuſmodi ponant principia, quæ nihil perpeti valeant, quæ inanima B
ſint prorſúſque impia, tum haud explicabilia: quæ temperari denique inter ſe non poſſint) vita tollitur, animalis natura nulla relinquitur. Quî dum ergo naturam, animam, & animal relinquunt? nempe vt iuſiurandum, precationem, ſacrificium, venerationem, verbis & nomine tenus dictitando, ſimulando, crebris vſurpando ſermonibus, quæ ſuis tamen principiis & decretis cõuellunt. Ad eundem ſanè modum id quod natum eſt, naturæ: quod eſt ortum, ortus nomine ap- C
pellant: vt qui lignationem, ligna, concentum, ea quorum fit concentus, per tranſlationem vocant. Cæterùm quid ei venit in mentem, vt Empedoclem his verbis inſectaretur? Cur (inquit) excruciamus nos, & tantopere quæ opus ſunt curamus? Cur alia conſectamur, alia defugimus? Nec enim ſumus nos, nec rebus vllis ipſi fruimur, nec viuimus. Sed enim dicat ei facilè quiſpiam: Bono animo ſis, optime Colotille, nemo tibi cura tuæ ſalutis interdicit, quum id docet, Coloten ipſum eſſe naturam Colotæ, nec præterea quicquam: D
nemo vetat (inquam) ne rebus ipſis fruare, quæ vobis autoribus ſunt meræ voluptates, quum oſtendit eſſe nullam in rerũ natura matulæ vim, aut odorũ, aut cõgreſſus venerei. Tamen matulas in rebus numerari, & vnguenta, & mulieres, non magis quàm grammaticus qui vim Herculeã dixerit pro ipſo Hercule. Neque verò qui concentus fidium & commiſſiones trabium, eſſe tantùm deflexiones verbi afferunt, cõtinuò negant in rerum eſſe natura ſonos & trabes: quum

A etiam ſint qui funditus tollant animum & intelligen-
tiam, munus tamen viuendi ac intelligendi non euer-
tere videri volunt. Cæterùm quod Epicurus inquit,
Rerum natura ſunt corpora & forma: vtrum intelli-
gendum ita eſt, quaſi naturã diuerſum quiddam à re-
bus velit docere, an verbo naturæ nihil aliud quàm
res ipſas declarare? quemadmodum certè inanis na-
2040 turam pro inani, atque adeo naturæ vocabulum pro
re quaque ſolet vſurpare. Tum ſi quærat ex eo quiſ-
B piam, Quid Epicure? tu cenſes aliud eſſe ipſum inane,
aliud naturam inanis? Minimè verò, inquiet: ſed inue-
terata eſt duntaxat hominum ſermone appellationũ
iſtarum diſcrepantia. Vtrum (inquies) certa lege opi-
nionis, an alio modo? Iſto, inquiet, modo. Quid Em
pedocles fecit aliud, quum docet inter naturam & id
quod naſcitur, mortem & id quod moritur, nihil in-
tereſſe? Nam vt ſæpius poetæ fictis perſonis vtuntur,
& ſic canunt,

C *Hic fera mors volitat, bellum, diſcordia tetra,* ita
vulgò iis quæ coaleſcunt modò aut diſſipantur, ortus
neſcio cuius nomen aut interitus aſcribunt. Qui tan-
tùm abeſt, vt de ſuo ſtatu ea quæ ſunt dimoueant, aut
iis quæ perſpicuè apparẽt, aduerſetur, vt neque vocem
ſuam deflectat à conſuetudine loquendi, ſed amolitus
ea ſolùm quibus decipi, magno detrimento rerum co-
gnitionis, poſſes. In cæteris ſuo nomine deſignandis
ab vſu non recedit:

Ætheris & lucis quando eſt concretio facta,
Gens hominum venit in lucem, virgulta feraue,
D *Aut volucrum genus, atque ortus hoc nomine dicunt.*
Quum diſperſa volant eadem, mors horrida fertur
Aduentaſſe: nec his dictis tamen ipſe repugno.

Quæ verba quum protuliſſet in medium Colotes, non
animaduertit Empedoclem ſuſtuliſſe è rebus viros, fe-
ras, virgulta, volucres: quæ quidem omnia perfici ele-
mẽtorum permixtione dicit. Quũ autem eos qui con-
cretionem iſtam aut ſegregationẽ, naturæ, aut infau-
ſti lethi, mortiſque funeſtæ nomine appellant, erroris
ſui admonet conuincitque, nõ eripuit nobis vſum vo-

cabulorum quæ trita ſunt ad ea deſignanda. Ego verò A
non arbitror ab Empedocle mutari ſanè receptam explicationem verborum, ſed (vt antè dixi) de rebus ipſis eum inſtituere concertationem puto, nempe de ortu ex eo quod non eſt, cui naturæ nomē ſunt qui tribuāt: id quod maximè iudicat his verſibus,

Ignari, aſsiduis quia non obnoxia curis
Corda gerunt, quicquam gigni quod non fuit antè,
Occidere aut ſperant, penitus peſtémque ſubire.

Qui verſus hominis ſunt clamore magno contenden- B
tis, (niſi planè tibi aures obſurduerint) ſe non labefa- 2041
ctare ortum funditus, ſed huiuſmodi ortum qui ſit ex eo quod non eſt: nec interitum, ſed eum qui ſit omni ex parte, id eſt qui redigat rem in id quod penitus non ſit. Iam verò qui velit non adeo immaniter & ſtolidè, ſed paulo moderatius, calumniari quæ conſequuntur, quod in contrariam partem criminetur reperiet. Verbi gratia, quum dicit Empedocles,

Hæc animo ſapiens qui poſsit vaticinari,
Quando agitant æuum, quod vitæ nomine dicunt: C
Eſſe hominis tantiſper amaris, dulcibus vſi
Nondum concretos, nihil eſſe, aut morte ſolutos:

quum hæc (inquā) dicit, non inficiatus eſt eſſe ac ſpirare eos qui viuunt, aut aliquando fuerunt: ſed potius eſt in ea opinione, vt qui nondum fuerūt, quíque ſint mortui, putet eos eſſe. Quod tamē non ei obiecit Colotes: verùm ait eius opinione effici, vt nec incidere in morbum, neque vulnerari quis vnquā debeat. Quónam modo credibile eſt, eum qui amara & dulcia mor-
talibus ſuppetere dicit antequam prodierint in lucē, & D
quū deceſſerint, iis qui fruuntur vita, nullum perpetiēdi vſum relinquere? At quibus tandem, ô Colota, vſu venit, vt eos nec vulnerari nec ægrotare conſentaneū ſit? Vobis qui conflati ex atomis & inani coaluiſtis, quorū neutrum cōmunione ſenſus viget: in quo quidem nihildum eſt incōmodi, ſed in eo maximum, vobis nihil ad procreandam voluptatē reliqui eſſe, quando atomus ea quæ agēdi vim habent, aſpernatur & refugit, nec inane quicquā ab eis poteſt perpeti. Quoniā

A autem Colotes, Democrito profligato, deinceps conatus eſt Parmenidem cum eo defodere atque opprimere, atque eius omiſſa defenſione, quæ pertinebant ad Empedoclem refutaui, quòd illa propius reprehenſiones primas attingere videbantur: nunc redeamus ad Parmenidem. Colotes eum turpibus fœdiſque captionibus dicit eſſe vſum, quibus tamen nec amicitiam vir ille reddidit ignobiliorem, nec ſtudium voluptatis nequius & importunius, nec honeſto detraxit illecebras & inuitamẽta quibus ducit homines, nec obſtitit quo
B minus per ſe omne honeſtum honoratũ expetendúmque ſit, nec informatas de diis notiones opinionéſque conturbauit: verùm quando ait, vniuerſum hoc eſſe vnum, credo ne vitam degeremus impedimento fuit. Atqui Epicurus, quum hoc vniuerſum eſſe infinitum ait, nec ortum habuiſſe nec interitum habiturum, nec
2042 augeri nec diminui: de vniuerſo, vt de eo quod vnum ſit, diſſerit. Deinde principio ſuæ diſputationis quando rerum omnium naturã his duobus complectitur,
C Corpore ac inani: quod ſua ſponte vnum erat, diuiſit in duo. Quorum alterum reuera nihil eſt, à vobis modò ſic appellatur, videlicet Intractabile, inane, vacans corpore. Quare veſtra etiam ſententia hoc vniuerſum erit vnum: ſiquidem vultis non inani verborum ſtrepitu de inani vti, tam cupidè cum antiquis futili diſceptatione pugnantes. At enim cenſet Epicurus, infinita numero eſſe corpora, & ex illis cuncta quæ cernimus oriri. At vide cuiuſmodi procreandis rebus principia ponatis, Infinitionem & Inane: hoc, ignauum,
D non patibile, vacans corpore: illam, inordinatam, ſtolidam, vaſtitate immenſam quæ diſſipet ſeipſa, turbáſque ſibi moliatur, quæ coerceri ſuis finibus ac determinari præ multitudine nunquam queat. Enimuero Parmenides nec ignem ſuſtulit, nec aquam, nec præcipitium, nec vrbes (vt ait Colotes) in Europa Aſiaque habitatas: quippe qui prodidit literis quemadmodum exornatus diſtributúſque ſit mundus: Idem vbi inter ſe elementa miſcuit, luminoſum & tenebricoſum, ex eis, pérque ea, omnia quæ cernũtur vſquã efficit. Nam

de terra pluribus agit, déque cælo, ſole, luna, ſideribus: A
ſed homini ortum adimit. Neque ſilentio quicquam in explicatione naturæ, vt vnus ex antiquitate illa, prætermiſit, verùm edito peculiari ſcripto, non alieno, quid ea inter ſe differant, quæ principatum in rebus obtinent, docet. Primus omniũ vidit, etiam antè quàm Socrates extitiſſet, in natura quod ſub opinionem cadat reperiri, tũ quod queat intelligentia percipi. Quod autem cadit ſub opinionem, eſt inſtabile, patibile, idque multis modis, ac mutationibus, qua ex parte minuitur, augetur, alio atque alio modo aduerſus hoc & B
illud afficitur, neque reſpectu eiuſdem, quod ad ſenſum attinet, ſemper eodem modo. Eius autem quod intelligentia percipitur, eſt alia forma. Nam ſanum, ſolidum, firmúmque, & originis expers, (vt inquit ipſe) conſtátque ſibi natura, ſui ſimile. Quæ Colotes nominetenus calumniis extrahens, & verborum veſtigiis, non rei ſubiectæ perſequens hanc diſputationem, cõuelli omnia ſuis ſedibus à Parmenide ait, quum is vnum eſſe, quicquid vſquam ſit, affirmat. Ille verò neu- 2043
tram labefactat naturam, verùm ſic vtranque deſcribit C
appoſitè, vt ſub ideam regulámque vnius, ac eius quod eſt, redigat illud ipſum quod intellectu eſt comprehenſibile: (cui ſanè tribuit nomen eius quod eſt, vt æterno ac immortali, & vnum appellauit, propter ſimilitudinem qua ſe ipſum attingit, & quia nullam varietatem admittit) ſenſile autem ſub ea natura collocet, cuius quies nulla eſt, quæque certum ordinem non habet. Quorum vtriuſque ſedem & vim iudiciariam facilè cognoſcas,

Cana fides illam ſequitur, vis certáque veri D
mentem videlicet, quæ rem intelligentia comprehenſibilem, & ſemper in eodem ſtatu perſiſtentem, arripit tangítque:

Illa virûm comes eſt placitis, quæ haud conſcia veri:
Quia verſatur in iis rebus quæ omnis generis mutationes, tum affectiones, & varietates inæquabiles in ſe recipiunt. At profectò explicare verbis queat nemo, qui tãdem locũ reliquerit ſenſui & opinioni, ſi omnino

A ſenſibile atque opinabile ſuſtuliſſet: verùm ei quod re vera eſt aptum & congruẽs fuerit, in rerum ſtatu manere perpetuò: hæc autem nunc ſunt, interdum non ſunt, imò ſemper interpellantur & naturam mutant. Ita nomen aliud quærendũ iſtis potius quo deſignentur, quàm vt eius quod ſemper eſt, appellationem ſortiantur. Quapropter illa diſputatio, qua quicquid vſquam eſt, vnum eſſe probatur, non inſtituta eſt in perniciem rerum ſingularum quæ ſub ſenſum cadunt: ſed vt intelligatur, quid inter has & id quod mente comprehenditur, ſit diſcriminis.
B Quod quum adhuc dilucidius Plato exponat in ea quæ de moribus eſt diſceptatione, etiam criminandæ materiam Colotæ dedit: quo fit, vt quæ aduerſus hunc dicuntur, expromere deinceps non alienum putem. Ac primùm hominis philoſophi accurationem, exquiſitámque doctrinam diſpicere nobis certum eſt. Platonis (inquit) decreta hi ſequuti ſunt & comprobarunt, Ariſtoteles, Xenocrates, Theophraſtus, & omnes peripatetici. Arbitror enim te librum in aliqua ſolitudine exaraſſe, vti quum hæc
C fingeres crimina, ne in eorũ ſcripta incurreres, nec in manus ſumeres, quæ de cælo, déq; anima Ariſtoteles edidit, quæ Theophraſtus cõtra phyſicos, Heraclidéſve Zoroaſtrem, de iis quæ feruntur apud inferos, quæ in explanatione naturæ in dubium reuocari ſolẽt, tum Dicæarchum De anima, quib' libris quæ maximi ſunt momenti apud Platonem in Phyſicis, quæque grauiſſima, oppugnãt, & in eum perpetuò agunt cuniculos.
1044 Quin & Stratoni coryphæo peripateticorum cum Ariſtotele locis pleriſque non conuenit: Platoni multis
D opinionibus idem aduerſatus eſt, de motu, mente, anima, ortu. Tandem eò eſt progreſſus, vti aſſerat, mundum non eſſe animal. Tum, quæ ſecundum naturam ſunt ea conſequi ex fortuna: eſſe enim caſum qui rebus initium præbeat: eo præeunte, ſingulas rerum naturalium motiones atque perpeſſiones ad exitum perduci. Iam ideas (quarum nomine quum Ariſtoteles inceſſit Platonem, turbans locis omnibus, & nullum non incommodum eis imputans in Ethicis, in Phyſicis,

in libris populariter ſcriptis, *quæ vocauit* ἐξωτερικά: ſunt A
qui magis ambitione quadam, & ſtudio concertandi,
quàm veri ex inſtituto philoſophiæ indagandi feciſſe
id eum exiſtiment) idem Strato labefactare nititur ſuis
decretis : quippe cui erat propoſitum, Platonis ſu-
perare aut faſtidire philoſophiam, tantum abfuit vt
eum ſectaretur. Ergo quanta præcipitantia eſt,
non cognito & intellecto quid hi ſentiant, eis quæ
non probent falsò tribuere? Quúmque aliorum te o-
piniones conuincere tibi perſuadeas, manu tua obſi-
gnatam proferre contra teipſum teſtificationem in- B
ſcitiæ ac temeritatis? eos inter ſe conſentire dictitan-
do, qui diſſentiunt : etiam æmulos eius eſſe, cui con-
tradicunt? Atenim quos appellamus equos, Plato in-
caſſum equos & homines arbitratur eſſe. Quo loco,
Platonis operum id Colotes clauſum & occultatum
repperit? Nos ſanè locis omnibus ita ſcriptum com-
perimus legimúſque, Qui homo ſit, hominem : qui
equus, equum : qui ignis, ignem eum opinari. Hinc
eſt factum vt hæc opinabilia ſuo quodque loco no-
minet. Verùm Colotes, (vt is qui ne tantulum qui- C
dem abeſſet à ſapientia) nil intereſſe credidit vtrum
dicas, Non eſſe hominem, an, Eſſe non ens homi-
nem. Plato arbitrabatur plurimùm referre vtrum di-
cas quippiam non eſſe, an eſſe non ens: altero decla-
rari prorſus nullam rei naturam eſſe, altero quid in-
ter ſe differant, quod communicatur, quódque com-
municat. Quam differentiam qui conſequuti ſunt, eius
ætatem ad genera, formas, communiones neſcio quas,
& proprietates, quæ nomine qualitatũ inſignitæ ſunt,
poſtea tranſtulerunt, & in iis duntaxat collocarunt, ad D
altiora non progreſſi, in argutias dialecticorum &
quæſtiones perplexas imprudentia delapſi. Eſt autem 2045
eius quod communicatur aduerſus id quod commu-
nicat ratio planè eadem, quæ cauſæ erga rem compo-
ſitã, & exẽpli alicuius imaginis erga ipſam imaginem,
eiúſque quod agendi vim habet aduerſus id quod pati-
tur. Verùm in quo maximè quod eſt per ſe, in eodém-
que ſtatu ſemper, ab eo quod per aliud eſt, nec vnquam

A ſeruat vnum tenorem,differt,hoc inuenitur:illud nunquam fuit,nec erit in iis quæ non ſunt: & idcirco verè omninóque eſt in iis quæ ſunt:hoc ne eatenus quidem ſtabile firmúmque eſt, quatenus ei contigit in partem aliquam naturæ alterius beneficio venire, ſed propter imbecillitatem ſæpius è ſtatu ſuo dimouetur. Cuius rei cauſa eſt,materia ſæpe formam excutiens motu lubrico,quæ vt afficiatur ſæpius,mutetúrque in varias imagines,natura diuerſas, quod ad formam attinet,comparata eſt: adeo vt multum agitetur ac fluctuet. Ergo
B quemadmodum is qui negat imaginem Platonis,loco Platonis accipiendam, non ei ſenſum & locum in rebus,quà eſt imago,adimit: ſed oſtendit intereſſe quippiam inter id quod per ſe conſtat, & quod ad eius ſimilitudinem expreſſum factúmque erat:ſic neque naturam, nec vſum rerum, nec hominum ſenſum euertút, qui vnumquenque noſtrum communis cuiuſdam naturæ participatione,quam ideam vocant,factum,eius rei appellant imaginem, quæ in ortu noſtro illam ſimilitudinem præbuit. Non enim qui negat ferrum
C candens idem eſſe quod ignem, aut lunam quod ſolem,ſed aliud quiddam hanc dicit,verbi cauſa,

Nocte ſolum peragens alieno lumine lumen,

vt inquit Parmenides: non (inquam)tollit vſum ferri, lunæve naturam. Qui autem negat eam eſſe corpus præditum lumine, is iam pugnat cum ſenſibus, æquè atque ille qui corpus & animal, ortum ſenſúmq; nullum relinquit.Iſta verò qui eſſe ſuſpicatur quæ participant in aliquo, vidétque quantum ab eo quod ſemper eſt,quódque eis præbet vt ſint in rerũ natura,ſuperen-
D tur: non id aſpernatur quod cadit ſub ſenſum, ſed eò ducit inferius,quòd ſola mente comprehenditur,,nec eas tollit affectiones quæ in nobis cernũtur & exiſtũt. Sed eſſe alia iis firmiora & diuturniori natura ꝙ nec oriuntur, nec intereunt, nec accipiunt,nec patiuntur quicquam, probat ex conſequentibus: & meliori fide verborum differentiæ manum admolitus, docet hæc appellanda eſſe eorum quæ ſunt nomine, illa eorum quæ fiunt. Quod & illo recẽtioribus pleriſq; vſuuenit.

multas

multas enim res, magníque momenti, eius quod eſt A
appellatione ſpoliant: inane, tempus, locum, genus de- 2046
nique totum eorum de quibus diſputari ſolet, ſub quo
etiam quæ vera ſunt continentur. Quædam enim ex
his ita in rebus numerari cēſent, vt etiam re vera ſint,
quædam non eſſe arbitrantur: quibus tamen perinde
quaſi conſtent vi ſua & cohæreant, in vſum adhibitis
ſuum, vitam philoſophando tranſigunt. Sed ex ipſo ad-
uerſario lubet quærere an & ipſi in rebus à ſe conſti-
tutis non obſeruant & perſpiciunt hoc diſcrimen eſſe,
nonnulla quæ fixa ſunt & non mutabilia natura, vt B
aiunt: & atomos, tū quia ſint ab omni affectione vſque
aduentitia immunes, tum quia ſolidæ, perpetuis ſecu-
lis in eodem ſtatu permanere: contrà verò quicquid
ex eis conflatum ſit, in fluxu & mutatione verſari, &
quoad fiunt & intereunt ſolùm eſſe, ſexcentis ſimula-
cris abſque intermiſſione dilabentibus à re quaque, &
effluentibus: ſexcentis item aliis (vt eſt conſentaneum)
ex aere circumfuſo affluentibus, & coagmentationes
moléſque totius rei complentibus quaſi lacunas, re ſæ-
pius in faciem nouam, huius ſucceſſionis opera, mu- C
tata, & multiplici permixtione variata: quia ſcilicet,
quæ in imo fundo receſſúque vltimo concretionis cu-
iuſque atomi latēt, abſtinere nunquam poſſunt à mo-
tu, colliſione, vibrationéque mutua, vt dicunt ipſi. Cæ-
terùm eſt in rebus (inquient) hæc naturæ diſcrepan-
tia: tamen Platone ſapientior Epicurus eo nomine
quòd æquè omnia in iis numeret quæ ſunt, tam ina-
ne illud non tractabile, quàm corpus ſolidum, quod
alteri ſemper obnititur ſua duritie, tum principia, &
concretiones. Qui quum id quod ſempiternum eſt, ne D
in ſubſtantia quidem, quæ communis eſt omnibus na-
tura conſtantibus, loci habere quicquam exiſtimet,
vocat eum in reprehenſionem, qui rebus aliquando
natis ſempiterna præponit: & intereuntibus, eas natu-
ras quæ nulla vi aduentitia premuntur: & eas quæ diu-
turnitate ac firmitudine ſemper ſibi conſtant, neque
mutari, nec deleri vnquam, aut è numero rerum exci-
dere poſſunt, his ducit præſtabiliores, quæ quia per-

A peſſioni ac mutationi patent, quoad in rerum natura ſunt,nunquam in ſtatu eodem manent:ſed vt maximè in his exponendis abſque controuerſia ſit erratú à Platone, debuit reus poſtulari confuſionis verborum,ab iſtis præſertim qui tã accuratè loquuntur Græcè,támque ſyncero dicendi genere viuuntur: non eo crimine, quòd res ipſas funditus perdat,nóſque vita exuat, notari:nempe quòd ea quæ fiunt, nõ quæ ſunt,quemadmodum hi vocant,appellauit.Quoniam autem defenſione Socratis qui Parmenidem conſequebatur proximè,

B ſuperſederamus,etiam huius cauſa ſuſcipienda eſt.

2047 Colotes hîc ſtatim à ſacra linea mouet teſſerã: quúmque expoſuiſſet quòd Chærephon dei reſponſum de Socrate retulit à Delphis, oraculum illud(inquam)omnibus notú,his verbis illud repudiat: Fabulam illam de Chærephonte, quia prorſus eſt inſidioſa, fallax & importuna,ſilẽtio prætermittemus.Nempe igitur importunus eſt Plato, qui oraculum hoc literis mãdarit? Vt nihil de cæteris dicam,importuniores Lacedæmonii,qui oraculum de Lycurgo proditú in antiquiſſimis

C tabulis exaratum & conditum aſſeruant.Captioſa erat Themiſtoclis interpretatio,qua quum Athenienſes vt vrbem relinquerent,naues conſcenderent,impuliſſet, nauali prælio barbarum illum regem profligauit. Importuni putidique Græciæ legumlatores,qui maxima plurimáque ſacra iuſſu & autoritate Pythii Apollinis primùm inſtituerunt. Quòd ſi oraculum,quo eſt pronuntiatum eſſe ſapientem Socratem, (quem virum conſtat inflatu diuino incitatum ad virtutem fuiſſe) tum eſt putidum & inſolens,tum captioſum & appoſi-

D tum ad fallendum : qua tandem voce, pro eo ac indignitas rei poſtulat,fremitus,vlulatus,plauſus, venerationes,obteſtationes veſtras deſignabimus, quibus & nos ad voluptatem impellitis, & eum qui autor eſt atque hortatur vt nullum tempus ab earum perceptione vacuum tranſmittamus, diuinis laudibus celebratis? qui in ea quam ad Anaxarchum ſcripſit epiſtola, ſcribit hunc in modum: Ego verò cenſeo te addicas voluptatibus perpetuò, idémque moneo ne virtutes

futiles, irritas, impeditas, ſpe fructus percipiendi turbulenta, confectere. Nihilo tamen ſecius Metrodorus ad præclara ſtudia incitans Timarchum, inquit: Cumulemus ſemper aliquod facinus pulchro facinore, ingreſſi propemodū pari ſtudio quo ille princeps philoſophorum, vt expediti hac terrena ſordidáque vita, in ipſa penetralia ſacrorum Epicuri & orgiorum, quæ ſunt verè diuinitus prodita, euadamus. Colotes ipſe quum audiret Epicurum verba de natura facientem, ſubitò ei ad genita accidit. Quid quòd Epicurus glorians his verbis vtitur? Tibi verò, vt qui veneratione A
proſequebare quæ à nobis tum dicebantur, cupiditas valde abhorrens à ratione explorata naturæ inceſſit, meis genibus applicari & aduolui, nec vllum genus honoris, precationis, cultus, omittere, quo qui furoris afflatu tenētur, vti ſolēt: quo facto nos impuliſti vt te viciſſim ſanctè coleremus & veneratione proſequeremur. Quid ergo mirum eſſe quoſdam qui dicant, neminem reperiri qui nolit eius ſpectaculi expreſſam in tabula imaginem pretio quouis redimere, quò intueretur alterum ad genua procidentem & prehēſantem, alterum contrà ſupplicantem & adorantem? Ex quo obſequio tamen Colotes, licet aptè inſtituto ad aſſentationem, fructum pro eo ac merebatur non percepit. Non enim declaratus eſt ſapiens, ſed tantùm ait, Immortalem te eſſe quà inambulas ſcito, immortaléſque vos ducito. Talium verborum, motuum, perturbationum, ſibi conſcii, importunos vocant cæteros. Et verò Colotes, his fundamētis de miniſterio ſenſuū pulchrè ſapientérque iactis, Nos quidem frumento in cibum vtimur, non fœno: & traiicimus maiores fluuios nauibus: quum eò redierint vt facilè tranſmittentur, pedibus: emittit ad extremum hanc vocem: Tu te Socrates ad oſtentationem & iactationem, dicendo differendóque, cōparaſti: tuus ſermo apud familiares cum factis pugnabat. Quidni arrogās oratio Socratis, ſe nihil ſcire dicētis, ſed quotidie doctiorem fieri, ac verum indagare? Si incidiſſes, Colota, in huiuſmodi Socratis voces, cuiuſmodi ſunt quæ ſcribit Epicurus ad Idomenem:

B

2048

C

D

A Quare mittito ad nos primitias, quibus ſacroſanctum corpus noſtrũ curemus:ídque tam nomine tuo, quàm liberorum Quibus demum verbis atrocioribus & magis inhumanis vtere? Iam orationem Socratis cum vita pugnaſſe, tibi mirum in modum quæ ad Delium geſſit, ſuffragantur, & ad Potidæam, quæ ſub triginta tyrannis: tum qualem ſe præbuit aduerſus Archelaum atque populum Athenienſem: tum viri mors, an non iſta ſermonibus à Socrate habitis congruentia? Ita demum, ne diutius erres, apertè Socrates, vt is cuius oratio diſcreparet à factis, conuinceretur, ſi, vltimo bonorum in vita voluptuaria poſito, vixiſſet, quemadmodum vixit. Hæc ad contumelias verborum. Quemadmodum autem ipſe qui alios in crimen vocat religionis violatæ, vt inteſtabiles & ſacros, eiuſdem criminis contagione imbutus ſit, non perſpicit. Vnum hoc Epicuri decretorum eſt: Neminem eſſe cui perſuadeatur ita quicquam, vt de ſententia deduci nunquam poſſit, niſi ſapientem. Ergo quum ſapiens non fuerit Colotes, etiam perfunctus illis venerationibus, eat nunc, & præclaras illas quæſtiones ſciſcitetur: Quî dum veſcitur cibo, nõ autem ori fœnum admouet vir tam deditus virtuti? Quamobrem induit corpus veſte potius quàm columnam, quando nec cibum eſſe cibum, nec pallium eſſe pallium, explorata & non mutabili opinione induxit in animum? Hæc tamẽ ſi facit, ſique fluuios qui magni ſunt pedibus non trãſmittit, fugit ſerpentes & lupos, nõ eam ob cauſam quòd vnumquodque horum aliter eſſe ac videtur haud mutabili perſuaſione credit: verùm quia eius quód videtur, quum hæc agit, ſolùm habet rationem: ne Socrati quidẽ obſtare debet illa quam de ſenſuum infirmitate concepit, opinio, quo minus iis quæ apparẽt æquè vtatur atque ille. Nõ enim propterea Colotæ viſus eſt panis eſſe panis, quòd cælitus miſſas illas regulas Epicuri legerat: nec interea Socrates vanitate & impudẽtia quadam elatus, panem eſſe fœnũ, aut fœnum eſſe panem cogitatione ſibi finxit. Decreta rationéſque, quibus ſapientes iſti vtuntur, longè meliora ſunt noſtris: at ſentiendi, & im-

Margin letters B (at "tio diſcreparet"), 2049 (at "ſit, niſi ſapientem"), C (at "& præclaras"), D (at "agit, ſolùm").

preſſas rerum imagines recipiendi,omnibus eſt com- A
munis affectio,quam inchoant, & abſoluũt cauſæ pe-
nitus expertes intelligentiæ. Illa verò diſputatio, qua
ſenſus ad fidem faciendam,tũ ineptos,tum minus fir-
mos eſſe oſtenditur,nequaquam prohibet quo minus
quale eſt quidque nobis tale videatur.Sed quũ eorum
opera in actionibus, prout res quæ obiicitur mouet,
vſi fuerimus,vetat ne iis,vt ex parte veris & ſtabilibus,
fidẽ habeamus. Satis eſt eis credere quoad neceſſe &
commodum fuerit,quia quod præſtabilius firmiúſque B
ſit,nihil in eis eſt.Scientiam vllius rei,certámve cogni-
tionem, ad quam homines imbuti præceptis philoſo-
phiæ ſemper aſpirant,ſuppeditare nullus ſenſuum po-
teſt. Cæterùm de his alio rurſus loco dicẽdi materiam
præbebit Colotes, quippe qui pluribus idem crimen
hoc intentauit:quo loco mirificè Socratem irridet,in-
ſulſitatíſque damnat, quærentem quid homo ſit,glo-
riantem(vt inquit) ſe neſcire quid ſit: facilè apparet,i-
pſum de ea re nunquam diligentius paulo cogitaſſe.
Atqui Heraclitus quaſi magno & nobili facinore fun- C
ctus, Ego memet,inquit, quærere cœpi. Nec in Del- 2050
phici Apollinis æde vllum aliud eo ſcripto diuinius
habetur,NOSCE TEIPSVM:quod quidem So-
crati,vt hunc in modum anquireret dubitarétque,cau
ſam præbuit, vt Ariſtoteles in libro De placitis Plato-
nis ſcriptum reliquit: Colotæ tamen ridiculum vide-
tur de eo quærere.Cur igitur & ſuum præceptorem in
eodem crimine deprehenſum, ſicubi de natura víque
animæ,de totius rei iam coagmẽtatæ primordio ſcri-
bit, aut diſſerit, ludibrio non habet? Nam ſi id quod D
conflatum ex vtroque eſt, vt cẽſent ipſi,ex anima (in-
quam) & corpore, quod certo modo habitum ſit, eſt
homo, quiſquis animæ naturam diligentius exquirit,
hominis naturam perueſtigat,exorſus à principio cau-
ſáque potiori. Cuius vim explicari nunquam poſſe di-
ſſerendo,nec cogitatione percipi, neque ſenſus bene-
ficio teneri,non ex diſciplina Socratis,ſophiſtæ auda-
cis,frontéque perfricta ſupra modũ arrogantis,ſed ex
horũ ſapientum inſtitutis in noſtrũ vſum tráſferamus

A licet.Nanque naturam animi,qua ex parte functiones
in corpore habet, quarum vi calorem,mollitiem,cer-
tum tenorem huic præbet & firmitudinem , ex quo-
piam quod eſt calidum,animabile,atque aereum con-
glutinantes,ad principalem eius naturam non pertin-
gunt,ſed onere victi manus dant. Vim eam qua iudi-
cat,meminit,amat,odit, ſapit denique ac intelligit,ex
quadã qualitate quæ minimè nominari poteſt in cor-
pore dicit exiſtere.Totũ iſtud,MINIME NOMI-
NARI,apertam eſſe confeſſionem ignorantiæ,cuius
B eos ipſos piget pudétque,quando ſe non reperire no-
men rei dictitant , quam intelligendo aſſequi non po-
ſſunt,nos quidem haud fugit.Nihilo ſecius cõdonabi-
tur iſtud etiam,vt ſolent dicere.Quantum enim appa-
ret,nõ leue id contemnendúmque eſt , nec prõptum
vt à quouis è plebe intelligi queat,ſed abdidit ſe in lo-
cum ſpinoſiſſimum ad quem nullus patet aditus,ſéque
mirificè occultauit,ſiquidem nullum è tot nominibus
explanationi eius aptũ & congruens eſt.Nihil eſt ergo
C quòd Socratem inſulſum iudices, operã in eo ponen-
tem vt ſeipſum quærat,ſed omnes qui aliud quicquam
quærere inſtituunt,antequam de iſto ponant quæſtio-
nem,cuius cognitio neceſſaria quum ſit, naturam in-
uenire vſque eò arduum ſit. Non enim facilè ſperabit
alterius ſe cuiuſq; rei poſſe ſcientiam tenere,cuius no-
titiam quod in ipſo præcipuum maximéque eximium
eſt, fugerit. Verùm vt demus ei nihil æquè inutile im-
portunúmque eſſe ac ſeipſum indagare, ſciſcitemur ſa-
205 t nè,Quæ tandem iſta vitæ confuſio?aut,Quî dũ in vita
D durare non is poteſt, qui ſuam fortè naturam ſecum
expendit hunc in modum? Age quis tandem ſum,qui
hîc conſedi?vtrum quædam concretio,quæ ſit facta ex
permiſtione animi & corporis: an potius nihil aliud
quàm ipſe animus vtens miniſterio corporis,quemad-
modum eques ille eſt, qui vtitur equo , non quædam
moles ex homine conflata & equo? An vis illa cuiuſ-
que, quæ principatum in nobis obtinet, qua ſapimus,
intelligimus,agimus,is eſt quiſque noſtrum,ita vt cæ-
tera omnia ſint particulæ quædam animi, quæ in cor-

pore, vt inſtrumenta, ſeruiunt huic facultati? An nulla A
prorſus natura eſt animi eſſentiæque, ſed corpus ita temperatum eſt, vt ſua ſponte vim habeat intelligendi ſpirandíque? At enim Socrates vitam non eripit his indagandis, de quibus phyſici omnes ponunt quæſtionem: cæterùm illa in Phædro quæ maximè intolerabilia ſint, rerúmque omnium ſtatum côuellât, reperiuntur, quû idê cenſet ſibi ſe inueſtigandû eſſe vtrû ſit fera multo aſtutior verſatiliórq; Typhone, multóq; magis inflâmata & elata: an ſit animal diuinæ cuiuſdam ſortis cômunione, quam nulla ſuſpicio faſtus attingat, diuinitatis natura particeps. B
At his cogitationibus non vitam ſuſtulit, ſed audaciam cæcam & attonitam, necnô arrogâtiam è vita expulit: tum voces odioſas, tinnulas, nimis magnificas, omnémque iactationem: Iſta enim ſunt typhon ille *& faſtus*, quem vobis plurimùm indidit præceptor, quû aduerſus deos hominéſque diuinos ita præliatur. Poſt Socratê & Platonê oppugnatur Stilpo, ac vera eius decreta ſermonéſq; (quibus laudem ſibi peperit: ornamentum patriæ, amicis, regibus, qui eum impenſè coluerût, attulit) nullo modo literis C
mâdauit Colotes, nec eius magnitudinem animi, coniunctam lenitati & æquanimitati: vnius autem dicti mentione facta, quod, ciens riſum & ludens, obiecerat ſophiſtis ſui têporis: nec tamen eo reprehenſo nec refutato, qua ex parte quiddam habet ſimile veri, tragœdias excitat in Stilponem, vitam eius oratione labefactari inquiens, quû alterum de altero nunquam niſi temere dici autumat. Vitæ enim quæ ſpes relinquitur nobis, ſi hominem bonum non licet dicere, nec hominem eſſe imperatorem: ſed ſuo quidque loco ſeparatû: D
Homo eſt homo, Bonû eſt bonum, Imperator eſt imperator? 2052
Nec equitum decem millia, nec vrbem munitam: ſed equites eſſe equites, dena millia eſſe dena millia: itémque in cæteris. Cui tandem iſta vt deterius viueret, cauſam præbuerunt? Quis quum audit ea, non intelligit eſſe orationem hominis eruditè iocantis & feſtiuè, aut exercitationis gratia hæc in medium proponi ad diſcernêdum? Non eſt intolerâdum

A facinus,Colota, ne hominem bonum dicamus prohi-
bere,aut equitum decem millia,ſed ne Deum pronũ-
tiemus Deum aut cenſeamus: quod facitis,qui neque
Iouis Natalitii,nec Cereris Legiferæ, neque Neptuni
Satoris numen vultis agnoſcere? Iſta diſtinctio verbo-
rum fallax eſt & malitioſa, vitámque contemptionis
verborum & ſceleratæ audaciæ plenam reddit, quan-
do nomina cum deorum maieſtate coniuncta eis vi
detrahentes, eadem opera conuellitis ſacra, cæremo-
B nias arcanas,pompas,dies feſtos. Nam cui primordia
rei diuinæ in ara exhibebimus?cui vota pro ſalute nũ-
cupabimus, aut perſoluemus? Quomodo agitabimus
Phoſphoria, Bacchanalia, ſacrorum in nuptiis prima
tyrocinia,ſi nullum relinquimus Bacchanalis numen,
nullos luciferos, nullos qui præſtent vt auſpicato quæ
facimus,faciamus:nullos ſoſpitatores. Hæc enim, res
præcipuas momentíque maximi tãgunt, earúmq; fir-
mitudinem tentant: nec in vocibus neſcio quibus aut
verborum compoſitione,aut nominũ vſurpatione,ſed
C in rebus ipſis verſatur iſta fallacia.Quòd ſi error etiam
in verbis omnem vitam euertit funditus, quis eſt vſ-
quam gentiũ qui magis in vſu loquendi quàm vos pec-
cet?Genus verborum,quæ profamur,tanquam funda-
mẽtum orationi ſubiicitis,tamen voces penitus è me-
dio tollitis: iidem rebus fortuitis locũ in natura ſolum
relinquitis:res interiectas, quaſi in anchoris ſtent flu-
ctuantes, quibus ferè omnes perceptiones fiunt, tum
cognitiones,prænotiones,intelligentiæ,appetitiones,
aſſenſiones,vſquã eſſe negatis omnino: verùm vt pro
D Stilpone reſpondeam,hoc modo res ſe habet.Si equo
(inquit)verbum Currit attribuimus,quod dicitur non
erit idem cum eo de quo dicitur: ſed alia eſt ratio defi-
nitióq; hominis,boni alia. Rurſus Equum eſſe, differt
ab eo quod eſt Currere. Quum enim vtrumuis horũ
iubemur definitione explicare,nõ vna & eadem deſcri-
bimus vtrunque: quo fit (inquit) vt errore ducantur
2053 qui de altero quicquam enunciant. Etenim ſi bonum
eſt idem cum homine, aut cum equo res ſubiecta
currendi verbo, quídni etiam bonum dicetur idem

eſſe cum cibo & pharmaco? atque adeo cum leone & A
cane ipſum Currere viciſſim? Sin autem quod de alio
dicitur cum eo non eſt idem, de quo dicitur, vide ne
haud verum ſit, hominem dicere bonum, aut equum
currere. Demus hoc loco grauiter impegiſſe Stilponem, ea quæ ſunt in ſubiecto, aut de ſubiecto dicuntur, negantem cum ſubiecto penitus copulari: & exiſtimantem, nullum ex eis (niſi cum eo de quo dicitur planè idem ſit) de alio dici, nec attribui ſubiecto debere quicquam quod accidentis inſtar obtineat: tamen B
facilè apparet hominem verborum tendiculis eſſe pauliſper litigioſum, & argutiis quibuſdam exagitari vſitatum dicendi morem, non de ſuo ſtatu dimouere vitam, nec ipſas res. Colotes reprehenſione priſcorum perfunctus ſe conuertit ad philoſophos ſui ſæculi, nec tamen cuiuſquam eorum nomẽ adſcripſit. Atqui hos refutare nomine citato oportuit, aut ne priſcos quidem nominare. Quando autem tot locis Socratem, Platonem, Parmenidem ſtilo ſubiecit, perſpicuũ euadit, coercitum metu eum à viuis abſtinuiſſe, nõ eis honoris cauſa peperciſſe, quem viris longè nobilioribus C
minimè detulit. Conſilium eſt eius, quantum ſuſpicor, Cyrenaicos refellere priores, tum Arceſilam Academaicum ſecũdo loco. Hic, is erat qui ſuam aſſenſionem in re quaque ſuſtineret: illi, quum affectiones & viſa interius in ſe ipſis abdidiſſent, negabant in ea quæ ex iis naſcitur approbatione, ſatis eſſe præſidii ad aſſequendam ſolidam rerum cognitionem: ſed ita relictis, velut in obſidione fit, iis quæ extra ſunt, ſe intra mœnia ipſarum affectionum recipientes, iis quæ proximè D
nos tangunt, adiiciunt, VIDETVR. De iis verò quæ ſunt extra nos, & cadunt ſub ſenſum, non item ipſum EST pronuntiant. Quamobrẽ ait Colotes eos vitam degere nequire, aut rebus vti. Deinde mordens comicè, Iſti hominẽ eſſe, inquit, & equũ & murum ſermone nõ vſurpãt: verùm ſibi muralem imprimi ſpeciem, aut equinam aut humanam dicunt: Quibus nominibus ad inſtar ſycophantarum malitioſè vtitur. Haud negarim ex eorum verbis opinionem hanc conſequi: 2054

A tamen debuit eiſdem verbis ſententiam ipſorum ſuper ea re exponere. Nam dicunt quidpiam dulceſcere, exacerbari, illuminari, tenebreſcere, ita vt ſingulæ horum affectionum ſibi coniunctam, vſque adhærentem in ſe contineant actionem ſuam. Mel autem eſſe dulce, ramum oleaginum amarum, grandinem frigidam, temetum calidum, noctem tenebricoſam, refelli teſtimoniis multorum huic iudicio repugnantium, tam ferarum & aliorum animalium, quàm hominum:
B quum alii mel auerſantur, alii ſuccum lignorum oleæ guſtent cupidè, aut vrantur grandine, aut refrigerentur vino, aut caligent in ſole, aut perſpicaces noctu ſint. Itaque quum perſiſtit in affectionibus, vel vltrà progreditur opinio, facilè ſeipſam tuetur, ne decipi queat: quum extra ſuos fines euagatur, & iudicare, ſententiámque de iis quæ extrà ſunt (vltra modum curioſa) ferre nititur, ſæpius turbat ſeſe, aduerſatúrque aliis, quos eædem qualitates contrario modo afficiunt, & imaginibus admodum diuerſis percellunt.
C Sed Colotæ idem error aciem perſtringere videtur, qui pueros recèns literarum cognitione imbutos tenet. Hi enim formulas literarum in tabulis exaratas vti recognoſcant aſſuefacti, ſi eas alibi vſpiam ſcriptas viderint, perturbati & incerti ambigunt: ita Colotes quæ in Epicuri ſcriptis amplectitur, probat, admiratur: eadem quum ab aliis dicuntur, nec intelligit nec agnoſcit. Epicurei, quum dictitant quoties incurrit in ſenſum alicuius noſtrum imago rotunda, tum alia inflexa, ſenſui quidem veram ſpeciem imprimi,
D non tamen de eo quod præbuit eam ſpeciem vltra quicquam decernere ſinunt: nempe arcem rotundam eſſe, aut remum inflexum, ſuas affectiones ſuáque viſa confirmant: ac ea quæ extra ſenſum poſita, hanc ſpeciem attulerunt, iſto modo affecta eſſe, ſcilicet volunt inficiari. Vt ergo Cyrenaicis, equinam ſibi ſpeciem aut muralem obiici, dicendum eſt, non equum, nec parietem eſſe quidpiam: ſic Epicurei, rotundari aſpectum & imbui quadam ſpecie inflexa, non remum inflexum aut arcem rotundam eſſe, dicant ne-

ceſſe eſt. Nam ſimulacrum quo feritur & afficitur aſpectus, eſt inflexum: remus, à quo promanat illud ſimulacrum, non item. Itaque quum inter affectionem illam, & ſubiectam extrinſecus rem plurimùm interſit, aut in ea motione diiudicanda conſiſtere opinionẽ, vel vltrà progredi oportet: aut ſi, poſtquam ſibi videri quicquam opinio pronuntiauit eſſe ſic reuera, quæ poſita ſunt extra ſenſum, inſuper pronuntiant, futurũ eſt vt in manifeſto errore teneantur. Quod verò clamat, & ſenſuum nomine, quos vult propugnare, his tantopere iraſcitur, quoniam non dicunt id quod extra ſenſum eſt calidum eſſe, ſed huiuſmodi affectionem extitiſſe in ſenſu: improbè facit. Quid enim inter hanc orationem, & illam de guſtu intereſt? Non cenſet id quod ſubiectum extrinſecus eſt, eſſe dulce: verùm affectionem & motionem talem guſtatui obiectam fuiſſe? Inſuper ei qui ad ſe accidiſſe ſpeciem humanam dicit, ſed num homo ſit nécne, iudicare ſenſu ſe haud poſſe, quis præbuit occaſionem ita ſentiendi? Nónne ii qui dicunt ſe informare viſum rei in ſpeciem curuæ, id autem eſſe curuum quod obiicitur, aſpectum minimè iam ſtatuere nec rotundum quidpiam eſſe, verùm informatam eſſe animo viſa recipiente vmbram & figuram, quæ rotunda videatur? Demus iſta, inquies: at enim vbi acceſſero ad arcem propius, aut remum tetigero, nil cunctatus pronuntiabo hunc eſſe rectum, illam multis angulis præditam: Cyrenaicus verò, quanuis propè admotus, ſibi videri & ita apparere, nõ prætereà quicquam, fatebitur. Sanè verò meliùs quàm tu, bone vir, quid aptum & congruens propoſito ſit perſpiciens, ita cenſet, hócque ſedulò tuetur: Omnem viſionem æquabiliter eſſe fidelẽ, quoad ſuis finibus continetur: ſi alias res quàm ſeipſam complectitur, nullo modo exploratum eſt cuiuſmodi ſit, verùm æquè declinat in vtranque partem. Interea conuulſa eſt euerſáque opinio tua, ſenſus omnes eſſe veros, nullũ dubia fide, aut falſum, ſiquidẽ cenſes, quum hi proximè rem admotã percipiãt, iam de ea pronuntiandũ: illis verò q̃ longo interuallo à re diſtant, niſi quatenus afficiũtur,

A 2055 B C D

A nullam fidem eſſe habendam. Enimuero ſi proximè
ſenſus admoti, longiúſque diſtantes, valent perinde ad
faciendam fidem: aut omnibus eorum perceptionibus
ex æquo eſt aſſentiendum, aut neque in iis quæ fiunt
re propius admota, quod obiicitur ſic eſſe ſtatuẽdum,
quando falſum eſt, exiſtere quicquam in affectione di-
ſcriminis, quum abſumus longius & acceſſimus pro-
pius, propterea quòd viſum aut perceptio ſenſus vna
nunquam ſit euidentior quàm altera: quò fit vt illa cõ-
traria (quæ vocant) multorum teſtimonia, non à ſenſu
B proficiſcantur, ſed ab opinione. Quum igitur nos iu-
bent arbitratu horum teſtimoniorum, de rebus extra
ſenſum poſitis in alteram partem ſtatuere: opinionis
iudicio ſic eſſe quidpiam intelligi, ſenſus verò affectio-
1056 ne videri quippiam exiſtimantes, munus iudicandi &
cognoſcendi * ab eo quod verũ omnibus modis eſt,
ad id transferunt quod ſæpenumero labaſcit & inter-
cidit. Quid autem opus eſt in præſentia, quàm hæc ple
na ſint confuſionis, quantum à ſeipſa diſſentiant, expli-
C care? Ad Arceſilam nunc venio, cuius gloria nõ me-
diocrem dolorem, quantum apparet, Epicuro attulit,
& qui ea tempeſtate vnus omnium philoſophorũ ma-
ximè diligebatur. Hunc ait, de ſuo nihil proferentem,
ea opinione imbuiſſe homines illiteratos, vti ſe litera-
rum omníque doctrina liberali excultum eſſe exiſti-
marent. Cæterùm Arceſilas gloriam nouitatis adeo
non conſectabatur, nec inuenta priſcorum venditabat
pro ſuis, vt etiam à ſophiſtis ſui ſæculi reprehenſus ſit
eo nomine quòd Socrati, Platoni, Parmenidi, Hera-
D clito, ſententiam illam de ſuſtinenda aſſenſione, tum
Nihil percipi, *(quam Græci ἀκαταληψίαν vocant)* quaſi
labem inurens, aſcripſit, de quibus illi nunquam cogi-
tarint, ſed autoritate hominum laude florentium, ad
ea confirmanda & ſtabilienda velútque in præſidio
collocanda, ſic voluit vti. Gratia quidem habenda eſt
Colotæ de iſto, tum ei quiſquis Academaicã rationem
philoſophandi ab antiquitate illa perueniſſe ad Arce-
ſilam ſenſerit. Aſſentionis verò in re omni retentionẽ
ne illi quidem potuere, qui plurimũ in eo deſudarunt,

eámque libris editis ac diſputationibus multis exagi- A
tarunt,loco pellere: ſed quum parum ſuccederet, ad
extremum illam Stoicorum ἀπραξίαν, *(id eſt Inertiam)*
eis tanquam Meduſæ caput intentantes, dederunt
manu. Quibus omnia expertis, omnémque mouen-
tibus lapidem,non paruit appetitio, vt abiret in aſſen-
ſionem vel ſenſum, vt ſuæ declinationis impetúſque
primum incitamentum agnouit: ſed eam ſibi ducem
ad actiones ſatis idoneam eſſe,nec pati, vt loco ſit ac-
ceſſionis, perſpicuum euaſit. Æquum enim aduerſus B
illos hi certamen inſtituunt.

Qualia dicta dabis,reddentur talia contrà.

Iam verò Colotes meo quidem iudicio, quum audit
quæ ſubtiliter diſputantur de appetitione & aſſenſio-
ne,aſinus lyram audit: at eorum qui huius diſciplinæ
ſunt æmuli,& iſta cognouerunt, hæc eſſe ſolet oratio:
Quum tres animi functiones ſint, viſa capiendi,appe-
tendi,aſſentiendi,impulſionē qua viſa recipimus,quã-
uis id enitamur,non poſſumus eximere.Sed quum in-
currimus in ipſas res, quin aliquo ſimulacro feria- C
mur, & ab eis aliquid recipiamus, facere nequimus.
Tum etiam fit vt appetendi vis ad ea quæ ſibi cognata 2057
ſunt,ab altera facultate quæ viſa recipit excita, homi-
nem facto quaſi nutu & lapſu eius partis, quæ præci-
pua in animo eſt,ad actiones impellat obeundas. Ita-
que non præripiunt locum his functionibus,qui ſuam
ſententiam in quauis re cohibent, ſed vtuntur appeti-
tione ad id naturaliter ducente,quod aptum & cogna-
tum videtur. Quid ergo eſt quod ſolum fugiũt? Id ſci-
licet,in quo ſolo mendacium & error naſcitur. Opi- D
nari(inquam)& aſſenſionē vlli rei adiungere recuſant:
qua qui vtitur,deſperatione virium ſuarum, eius quod
in ſpeciem apparet ductũ ſequitur:nec in ea quicquam
ineſt cōmodi. Nam actio his duobus abſoluitur, eius
quod eſt cognatum viſione, & impulſione ad id quod
ſemel viſum fuerit cognatum, quorum neutrum cum
aſſertionis retentione pugnat: quia non à viſione aut
impulſione, ſed ab opinatione nos eorum abducit o-
ratio. Siquando igitur quod eſt ſuaue, cognatum vi-

A debitur,vt ad illud incitemur & feramur nihil opus eſt opinione,ſed ſtatim offert ſe appetitio,quæ motus eſt animi & incitatio. Quin & iſtorum ſententia, modò vigeat in nobis ſenſus, benéque corpus habitum ſit, voluptatem bonũ eſſe apparebit: ac proinde qui ſuam aſſertionem ſuſtinet, ei bonum apparebit. Eſt enim ſenſus particeps,idémque conflatus ex carne, idem ſimul ac bonum viſione complexus eſt,appetit, eóque aſpirat,enixè dans operam ne ſibi,quod eſt proprium,

B elabatur è manibus, néve vnquam ab eo ſegregetur, quoad eius fieri poteſt,nulla vi geometrica, ſed naturali,tractus:adeo vt motiones illæ præclaræ,lenes,tractabiles,propitiæ,corporis viſa nullo præceptore edoctos ſua ſponte alliciant, vt aiunt iſti: quibus inſuper eum qui minimè vult videri,quíque ſedulò negat, tamen flecti & ſubiugari putant. At enim, quî tandem accidit vt qui aſſertionem retinet,in balneum eat,non ad montẽ curſu contendat? quia dum ei venit in mentem quum exurrexit,in forum cogitarit proficiſci, ad

C ianuam rectà pergere, non ad parietem? Túne iſtud ex me ſciſcitaris,qui domicilia ſenſuum eſſe firma, viſiones veras & fideles ais? Nempe quia videtur eis balneum,non eſſe mons,verùm balneum: nec ianua eſſe paries,verùm ianua:itémque in cæteris. Inſtitutum enim ſuſtinendæ aſſertionis nõ euertit ſenſus, nec affectionibus & motionibus illis, ope nulla rationis genitis,affert eam commutationem, quæ vim recipiendi viſa de gradu deiiciat & turbet, ſed opinionibus in re-

1058 rum natura locum denegat: cætera pro eo ac natura

D cuiuſque poſtulat in vſum ſuũ conuertit. At fieri non poteſt(inquies)vt aſſenſionẽ ab euidenti aliqua re cohibeamus:ſiquidẽ longè abſurdius eſt, ea negare quibus omnino tribuitur fides,quàm neq; negare, neque ponere. Quis demũ ea quæ creduntur de ſtatu dimouet? quis pugnat cum euidẽtibus? Ii profectò qui tollunt diuinationẽ,non cognoſcunt prouidentiam deorum,negant animatum eſſe ſolem & lunam,quibus omnes mortales ſacrificia,cultũ,preces,venerationẽ exhibẽt.Nomine liberorũ eorũ ſaluti proſpicere parẽtes

naturæ inſtinctu,quod omnium cõſenſu approbatur, A
vos euertitis? Nónne iidem pronuntiatis, inter voluptatem & dolorem nihil eſſe medium, contra ſenſum communem? eos lætari quos haud vrgeat dolor, affici dolore niſi lætetur, dictitantes? Iam vt reliqua prætermittam quid euidentius & certius quàm hominis aſpectum & auditum, in acrioribus morbis quos atra bilis excitat, obtundi & deprauari, quum huiuſmodi perturbatio mentem concuſſit?

En mihi furiæ incinctæ facibus, B
Nigro tegmine pullatæ, oculos
Flamma effodiunt, matrémque ſinu
Ardente fouent. Hæc aliáque multo atrociora & mirabilibus portentis illis Empedoclis paria, (ſemibubus, inquam, humana facie, ac veſtigiis errabundis) omnémque ſpeciem & monſtruoſam naturam in vnum coaceruantes ex inſomniis & delirationibus, negant in horum vllo aſpectum deprauari, falli, ſibi repugnare: ſed viſiones has omnes veras eſſe, ſolida, formáſque ab aere circumfuſo in aſpectũ cæteróſque ſenſus peruenire aſſerunt. C
Quid ergo vſquam reperias à quo ſuſpendere non licet aſſenſionem, ſi hæc vera eſſe perſuaderi cuiquam poteſt? Quando enim eiuſmodi ſimulacra & ludibria ſeriò eſſe ſtatuunt, qualia nemo fictor perſonarum, nemo figulus, rerúmve admirabilium artifex, nemo denique pictor, quanuis ingenioſus, vnquam auſus eſt operi ſuo fallendi gratia adhibere. Imò niſi hæc reuera eſſent, nihil cui credas, quod firmum certúmque ſit, aut de quo verè iudices, relinqui aſſerunt: illi ipſi ſtuporem & tenebras omnibus rebus inducunt: metum cuiuſque iudicio afferunt, D
2059
& actionibus ſiniſtram ſuſpicionem: ſi quæ perficiuntur, quæ approbantur, quæ nota & familiaria nobis ſunt, quæ quotidie verſantur in manib', eadem firmitudine (quod ad viſionẽ attinet & fidem) nituntur, qua illa ſpectra quæ furioſo offerũtur, quæ obſcœna ſunt, & à naturæ inſtituto abhorrẽtia. Nã æquabilitas illa, quam omnibus quæ vſurpãtur opinione volunt quadrare, potius fidem detrahit nouæ inauditæq; ſentẽtiæ

A quàm conciliat. Hinc eſſe factum ſcimus, vt philoſo-
phorum non nemo libentius fuerit affirmaturus vi-
ſionem prorſus nullam eſſe veracem, quàm omnes æ-
quabiliter niti vero: potiúſque nec cuiquam homini in
quem haud incidiſſet, nec rei, nec orationi penitus cre
diturum quàm ſibi, vel vnam modo earum viſionum
eſſe veram & ſolidam perſuaſurũ, quas furioſi, aut nu-
mine afflati, aut dormientes imbuunt. Quare ſi multa
ſunt quæ partim licet tollere, partim vocare in dubita-
B tionem haud licet, hæc vna oratio tam ſibi repugnans
vt aliud nihil ſit quod eis obiiciatur, facilè declarat
iſtorum peruerſitatem & ſtuporem in rebus diiudicã-
dis: nec ſynceri ab eis quicquam proferri, ſed omnia
plena tenebrarum & tumultus. Infinitas quidem illa
mundorum, & natura indiuiduorum corporũ & mul-
tiplex ratio declinandi, quanquam pleroſque commo-
ueant: eſt tamen quo excuſari poſſint, nempe quod in
propinquo minimè ſint: imò quod vnumquodque ho
rum de quibus ponitur quæſtio, quamlongiſſimè re-
C ceſſerit à ſenſibus. Iſta verò quæ ante oculos, in auri-
bus manibúſque dubitatio, diffidentia, error, ignora-
tio, turba denique verſatur, ſint ne veri an falſi ſenſus
& viſiones, cuius ſententiam non concutit? quam a-
ſſenſionem, quod iudicium non inuertit? Nanq; mi-
rum, ſi homines, non ebrii, non afflictati morbis, nõ
delirantes, ſed ſobrii, ſed qui rectè valeant, qui libros
edant, de vero, de regulis generalibus, vſque iudican-
di, ſenſus motionibus, & affectionibus quibus nihil eſt
euidentius, aut vt veris aſſentiendum putant, nec ta-
D men cohærere: aut vt falſis, nec item ſibi conſtare. Nec
incredibile eſt inueniri qui de rebus obiectis ſenſui ſen
tentiam non ferant, ſed inueniri qui cõtrariè iudicẽt.
2060 Non æquè mirum eſt eſſe qui neutram in partem de
contradictione pronuntient, ſed aſſertionem ſuam re-
tineant, quàm certos homines contrariam opinionem
de vna eadémque re habere, ac ſibi contradicere: quo-
niam cum eo qui aliquid opinione vſurpat, minus ille
pugnat qui idipſum nec ponit, neque negat, quàm qui
negat: minúſque cum eo qui negat, quam qui ponit.
Quod

Quòd ſi aſſenſio in his cohiberi poteſt, certè in cæteris etiam non nequit, modò vera ſit ſententia veſtra: A
ſenſus omnes perceptiones æquè probabiles, omnia viſa æquè certa eſſe. Igitur diſputatio illa qua retinendam eſſe aſſertionem probatur, neque fabula eſt, nec aucupium ad ineſcandos pueros audacia & temeritate perditos, vt arbitratur Colotes: ſed hominum certa diſciplina & inſtitutio, cautionem adhibentium, ne falli & decipi queant: néve iudicium ſuum perceptionibus B
ſenſus adiungant, quæ tam facilè refelli, adeo titubare videantur. Hominum (inquam) prouidentium ne in iſtorum incidant errorem, qui rerum in obſcuro latentium demonſtrationem ab iis peti quæ perſpicua ſunt & incurrunt in ſenſus, dictitant: quũ in his ipſis quantæ tenebræ, quot errores, quantæ ſint fluctuationes, facilè intelligat. Verùm infinitio illa, & ſimulacra ſunt fabulæ: & is demum adoleſcentiæ feneſtram aperit ad temeritatẽ & audaciam, qui de Pythocle nondum octodecim annos nato ſcribit, Nullum in Græcia tota ingenium eſſe præſtantius, ſéque plurimùm eius ad- C
miratione duci: quíque mulierculară exemplo, ei adoleſcenti omnia fauſta imprecatur, nequid aduerſi eueniat, ne ſiniſtris fatis aut inuidentiæ malo tanta bona interpellentur. Sophiſtæ, vaniloqui & arrogantes ſunt, qui aduerſus viros autoritatis ſummæ, adeo ſuperbè, petulanter, contumelioſè ſcribunt. Nempe contradixit Plato iis qui præceſſerant eius ætatem, contradixit Ariſtoteles, Theophraſtus, Democritus: at librum aduerſus omnes pariter inſcriptum in lucẽ proferre nemo præter hunc, auſus eſt. Quo factum eſt vt in exitu D
penè libri, ſua proferens in medium flagitia, perinde ac ii ſolent qui aliquod ſcelus in deorũ numen admiſerunt, ita loquatur: Qui primi condiderunt leges, iuráque deſcripſerunt, ciuitates moribus informarunt, quique inſtituerunt vt regum imperio adminiſtrẽtur, vt principibus pareant, hominum vitam in portu ſecuritatis & otii collocarunt. Hæc ſi deleas, vitam ferarum degemus, & alter alterum, vt in quenque inciderit, penè deuorabit. Id Colotes his verbis pronuntiauit, non 2061

A ex æquo & bono, nec veré. Sublatis enim legibus, ſi Parmenidis, Socratis, Heracliti, Platonis decreta modò relinquas, nihil minus fiet quàm vt alii alios deuoremus, aut beſtiarū more viuamus: nam deos, bonos principes, ac dæmonas, huius vitæ cuſtodes & præſides eſſe rati, quæ turpia ſunt metuemus, iuſtitiam plurimi (quippe quibus placitura ſint omnia honeſta) faciemus: neque aurum omne quod ſupra terram expoſitum eſt, quódque ſub ea conditū latet, arbitrabimur B quicquam momenti, ſi cum virtute conferatur, habiturum: quæque nunc imperio legis coerciti, facimus, voluntariè ductu rationis (vt Xenocrates inquit) exequemur. Quando igitur efferata, immanis, belluina reddetur, adeo vt ſocietatem nullam ferat, noſtra vita? quando legibus quidem in vſu hominum locus relinquetur, ſed vna locum habuerit præclara illa philoſophandi ratio, quæ nos incitat ad voluptatem: nec deorum prouidentia recepta ſit opinione: ſapientes iudicētur, qui honeſtum deſpicatui ducunt niſi acceſſerit vo- C luptas: qui hæc irrident & habent ludibrio,

Eſt oculus æqui, conſpicatúrque omnia. &,

Deus è propinquo cernit, aſſiſtens propè. Tum illud, Deus (vt priſca fert illa ſententia) principiū, medium, exitum huius vniuerſi continens, rectà ſuum munus obit, impulſu naturæ ſe circumagens: huic comes iuſtitia, in eos animaduerſura, qui à diuina lege defecerint. Qui hæc (inquā) aſpernantur vt fabuloſa, & ſummum bonum ventris ambitu metiūtur, atque iis laboribus, quibus paratur voluptas: iis adhibendæ leges, D intentandus metus, & flagra, opponēda regis alicuius ſeueritas, aut principis, expeditum in manu ſupplicium geſtantis, ne homines gula perditi, quam deorum cōtemptio & impietas ad omne facinus armauit, proximum quenque deuorent. Quippe vita huiuſmodi ferarum eſt, nihil norunt quod voluptate ſit pulchrius, æquitatem deorum inuentum neſciunt, pulchritudinē virtutis nihil penſi habent: verùm ſiquid eis naturæ beneficio vel fortitudinis, vel calliditatis, vel animorū ad efficiendum quicquā obtigit, eo vtuntur in adeptione

voluptatis, quæ in corpore exiſtit, cupiditatibúſque ſa- A
tiandis. Ac proinde Metrodorus ſapienter ait: Omnia
pulchra, docta, nobilia animi inuenta, ad eam volupta-
tem qua corpus delinitur, eiúſque firmam ſpem eſſe
comparata, omniáque facta prorſus irrita cenſeri, niſi 2062
tendant in hunc exitum. His rationibus præceptis, mo
dò leges tollantur, nihil aliud deeſt, quàm vngues lu-
porum, dentes leonum, ventres boum, camelorũ col-
la, quibus expleant ſuas libidines. Hanc turpitudinem
perturbationum & decretorum feræ (quia vſu diſſe- B
rendi & ſcribendi carent) hinnitibus & rugitibus, at-
que cantu exprimunt: earum omnes voces ad ventris
& corporis pertinent voluptatem, dum obuiis vlnis &
cauda blandiente aut præſentem accipiunt, aut expe-
ctant futuram: eas ſolùm excipio, quas parum vocales
& loquaces natura finxit. Nunquam igitur ſatis dignè
laudari poſſunt, qui fræna legum his belluinis pertur-
bationibus iniiciunt, qui reſpublicas conſtituerunt &
magiſtratus, qui in ordinem leges optimas redegerũt. C
Quis porro iſta conturbat, quis euertit funditus?
nónne ii qui coronam otii & ſecuritatis comparari
cum maximo principatu non debere, quum ſit præ-
ſtabilior, aiũt? nónne qui regium munus obire, pec-
catum grauéque delictum eſſe autumant? quíque ſcri-
bunt his admodum verbis, Se explicare, inſtituere,
quo quiſque pacto naturæ propoſitum finem optimè
tueri queat. Tum quomodo quiſpiam, quoad eius fa-
cere poteſt, ne acceſſurus quidẽ ſit ad imperia in mul-
titudinẽ capeſſenda? Quibus hæc etiã adiiciunt: Non
eſt ſalus iam Græciæ propugnanda: neque vt coronã D
ſapientiæ nomine in Græcorum conſeſſu promerea-
mur opera danda: ſed comedendũ & bibendũ, Timo-
crates, magno ventris cõmodo & voluptate. Cæterùm
in ea quã Colotes ita prædicat conformatione legum,
caput primum eſt ac præcipuũ concepta de diis opi-
nio, qua Lycurgus Lacedæmonios, Numa Romanos
Ion ille vetus populũ Atheniẽſem, Deucalion Græciã
vniuerſam imbuit ſanctè, quaſiq; expiauit, precatio-
nib', iureiurãdo, oraculis, elogiis ꝓpoſitis: mortales ita

A aduerſus numen animarũt, vt eos tum ſpes bona, tum metus in officio contineret. Excute autem ſingula, vrbes ſine muris, ſine literis, rege, tectis, opibus, reperias quæ nummos nihil morentur: theatra, gymnaſia nunquam expertæ ſint. At vrbem deſtitutam templis, ſacris, deorum religione, quæ nullis precationibus vtatur, nec ſacramẽto, nec oraculis, nec ſacrificiis ad rem
1063 bene gerendam, nec deprecationibus malorũ, nemo eſt, nemo erit, nec fuit qui vſquam gentium viderit.
B Ac ciuitas, (vt mea quidem fert opinio) nullis poſitis fundamẽtis, ſolo extrui poteſt facilius, quàm reſpublica initium & incrementum capere prorſus deleta religione: aut ſi ceperit, id ipſum tueri. Hoc tamen vinculum omnis ſocietatis columen & fundamentum quo nititur legum autoritas, non ambitu facto, nec occultè & tectè, nec inuolucris dicendi adhibitis, ſed amota omni diſſimulatione, diriniunt & euertunt, primam omnium maximíque momenti opinionẽ ſtatim adorti: mox velut furiis agitati, ſe obſtringi ſcelere quum
C leges ita conturbant, iura violant, conformationes legum diſſipant, ipſi fatentur ne veniæ ſit eis locus vllus. Decipi quidem & falli opiniones, ſi minus iſti ſolent, certè humanum eſt. At quando, quæ ipſi faciunt, in aliis reprehendunt, quis demum eſt qui temperare ſibi poſſit à verbis huic flagitio accõmodatis? Etenim ſi contra Bionem ſophiſtam ſcribens aut Antidorum, feciſſet legum mentionem, aut reipublicæ, aut legum conformationis, an non ei ſtatim occineret quiſpiam? Mane quietus, miſer, in iſtis ſtragulis, nempe curans
D cuticulam: meum verò inſtitutum qui familiarem aut publicam rem aliquando adminiſtrarunt, in reprehenſionem vocent. Sic autem fuit eorum omnium vita, quos maledictis petit Colotes. Quorum vnus Democritus monet vt in ſcientiam rei militaris, quæ maxima ſit, omni ſtudio incumbamus: vtque confectemur labores, quibus ornamenta homines ampliſſima conſequantur. Parmenides verò legibus optimis patriam ornauit: ita vt ſingulis annis magiſtratus ſuis ciuibus iuſiurandum in hæc verba præeant: PAREBO

LEGIBVS A PARMENIDE SANCITIS. A
Iam Empedocles primores ſuorum ciuium reos peregit eo nomine quòd fortunis omnium illuderent, quòd è bonis publicis prædas agerent. Idem intercluſo montium aditu prærupto, quà diſſidebat, quáque notus in planiciem agri peruadebat, regioné omnem à ſterilitate peſtéque liberauit. Socrates iam capitis damnatus, quum ei fugam neceſſarii adornaſſent, vti noluit eorum conſilio, ne illius cauſa legum autoritati quicquã decederet: ſed iniuſto ſupplicio affici maluit, B
quàm eripi periculo contra leges. Meliſſus, dux exercitus pro patria conſtitutus, Athenienſes nauali prælio 2064
debellauit. Plato ſermones De legibus réque publica, pulchros illos quidem, literarum monumentis conſignatos reliquit: at multo plus in excitandis aliis profecit. Huius præceptis animatus Dion liberauit Siciliã, Python & Heraclides, Coty interfecto, Thraciã. Chabriæ & Phociones apud Athenienſem populum ex Academia ad imperatoris faſtigium aſcenderunt. Epicurus in Aſiam miſit qui obiurgarent & conuitiis peterent Timocratem, quíque ex aula regia exterminarẽt, C
quòd Metrodori, cuius frater eſſet, voluntatem offenderãt: idque ſcriptum in libris eorum inuenitur. Plato vnum è neceſſariis emiſit Ariſtonicum, qui rempublicam Arcadum conſtitueret: tum Phormionem, qui Eleorum: Menedemum, qui Pyrrhæorum. Eudoxus verò Cnidiis, atque Ariſtoteles Stagiritis, quorũ vterque aliquando familiaris erat Platonis, leges ſcripſerunt. Quid quòd Alexander à Xenocrate præcepta petiit quibus in regno vteretur. Qui porro miſſus ad Alexan D
drum fuit, ab iis qui Aſiam colebant Græcis, qui vnus maximè eum inflammauit, vtque bellum aduerſus barbaros ſuſciperet, incitauit, Delius Epheſius Platonis erat neceſſarius. Tum etiam Zeno Parmenidis auditor, inita conſpiratione in Demylum tyrannum, quum ei res parum feliciter ceſſiſſet, dictũ Parmenidis in flamma velut aurum ſyncerũ & probum exhibuit, ſuóque facto comprobauit: Vir magnus turpitudinem ſolam pertimeſcit: dolor pueris, mulierculis, quíque muliebri

A ſunt animo, affert metum. linguam enim mordicus conuulſam in os tyranni expuit. At quis Epicuri monitis præceptiſque inſtitutus & adiutus, non dico tyrannoctonus extitit, aut in bello inſignem præ cæteris nauauit operam? non quæro ecquis legumlator fuerit, ecquis princeps, quis regis conſiliarius, præſes populi, ecquis in cauſa honeſta cruciatus pertulit, mortémve ſubiit: ſed quis tandem ex illo grege ſapientum nauim conſcendit patriæ cauſa? quis legationē obiit?

B quis ſumptus quicquam fecit? Quo loco demū literis teſtatum reliquiſtis, quenquam veſtrum facinus egregium in repub. edidiſſe? Et tamē quemadmodum in Piræa deſcenderit Metrodorus ſtadia quadraginta e-

2056 menſus, vt Mithræ Syro, vni è ſeruis regiis recens capto ſubſidium ferret, omnibus quos vnquam nouerat, ſcribit, omnibus epiſtolis laudat illud iter magnificè, & ad cælum tollit Epicurus. Quid ſi tale factū cuiuſpiam horum extaret, quale fuit Ariſtotelis, qui patriā ſuam funditus euerſam & deletam à Philippo rurſus erexit,

C aut Theophraſti, qui ſuā bis è tyrannica ſeruitute vindicauit? an non prius deficeret Nilum papyrus, quàm hi ſtudium de eo ſcribendi ponerent, aut remitterent? Neq. id facinus indigniſſimū eſt, ex tanto philoſophorum numero, iſtos ſolos quum in cōmune nihil conferant, nihilo ſecius quicquid eſt in ciuitate commodi, æquè eo frui ac cæteros. Sed & illud non ferendum, quòd, quum tragici poetæ comicique ſemper aliquid conentur in medium proferre, & adumbrare, quod ad leges pertineat, quo exprimant ſtatum ciuitatis: hi ſi

D quando ſcribunt, auocandi gratia ſcribunt: vt de republica, ne eam capeſſamus: de arte dicendi, ne demus operam eloquētiæ: de regno, ne cum regibus vitam inſtituamus degere, cauendum. Quin eos qui aliquando in luce reipublicæ verſati ſunt, vt irrideant, vt ſua gloria exuant, impenſè laborant. In Epaminonda boni aliquid fuiſſe aiunt, ſolùm nomine tenus, ídque valde puſillum, (nam hoc ipſo verbo μικκὸν rem eam deſignant) ipſum verò ferrum, viſcus nominant: & ſciſcitantur, quib' intemperiis actus per mediam Pelopon-

neſum ibat armatus: ac non domi ſcilicet in otio latitans, tectus pileolo deſidebat, ventris curationi intentus. Nec ſilentio prætermittendum arbitror, quod in libris De philoſophia ſcribit Metrodorus, quo explodat rempublicam gerendi ſtudium: Quidam (inquit) ſapientes, gloriæ vana cupiditate nimis profuſi, vſque eò reipublicæ gerendæ munus auidè complexi ſunt & agnouerunt, vt pari contentione ac Solon & Lycurgus, de vita cuiuſque ac virtutibus diſſerant. Vanitas ergo fuit, imò vanitatis profuſio, Athenas ſui eſſe iuris, Spartam legibus rectè adminiſtrari, adoleſcentiam non efferri audacia, nō ſuſcipere ex meretricibus liberos, nec diuitias, luxum, nequitiam, ſed leges, æquitatem, iuſtitiam in ciuitate dominari. Hæc enim erant in quibus magnopere contendebat Solon. Addit iis quæ dicta ſunt, ad extremum cõuitia Metrodorus: Quamobrem par eſt, libero riſu cum omnes mortales, tum 2066 Lycurgos iſtos & Solonas proſequi. At riſus iſte non liberalis eſt, Metrodore, ſed ſeruilis & effuſus, indéxque ſtultitiæ: nec eo flagro coercendus quo ingenui cæduntur, ſed altero illo talis præfixo & nodato, quo Gallos in ſacris magnæ Matris quum deliquerunt, ſolent punire. Quod autem non cum legumlatoribus, ſed ipſis legibus bellum gerebant, facilè ex Epicuro ſcias. In libro Quæſtionum ſecum ipſe quærit, An facturus ſit quicquam ſapiens quod legibus prohibetur, ſi exploratum habeat ſe id celaturum. Et reſpondet, haud explicari ſimplex attributum tam facilè poſſe. hoc eſt, Delinquamus ſanè, cæterùm nolo id fateri. Rurſus ad Idomeneũ ſcribens (ni fallor) ita degẽdam eſſe vitam monet, vt legibus & opinioni plebis non ſeruiamus, niſi quoad faceſſunt nobis negotiũ, plagas admouentes. Igitur ſi nullum vitæ degendæ locum relinquũt, qui leges réſque publicas tollunt, ſi Epicurus & Metrodorus id agunt, quũ ſuos familiares à repub. gerẽda auocãt, iis qui verſantur in eius adminiſtratione infeſti ſunt, quũ eos qui principatũ inter legumlatores obtinent, quorũ in hoc genere ſumma ſapientia fuit, contumeliis verborũ vexant, quum hortantur vt

A leges(niſi conſequatur metus verborum & ſupplicii) contemnamus:nullum video crimen tam graue inter ea quæ Colotes falſò obiicit cæteris, quantum illud eſt quod ſermonibus & decretis Epicuri eius opera verè inſedit.

B

PLVTARCHI, NVM rectè dictum ſit Λάθε βιώσας, id eſt, Sic viue vt nemo te ſentiat vixiſſe,

ERASMO ROTERODAMO interprete.

C AT ne ille quidem ipſe qui hoc dixit,latêre voluit: quãdoquidem hoc ipſum ideo dixit, ne eſſet ignotus, ſed videretur aliquid ſupra vulgus ſapere,adhortãdo ad gloriæ contemptum, immeritã ſibi parans gloriã. *Sapientem ego odi, qui ſibiipſi non ſapit.* Narrant enim Philoxenum Eryxidis filium, & Gnathonẽ Siculum,opſonatores nobiles, naſi mucum emungere ſolitos in catinum, quò reliquis conuiuis deterritis,
D ipſi ſoli cibis appoſitis explerentur. Sed qui immodicè & ad ſatietatem vſque ſunt auidi gloriæ, aliis damnant gloriam,veluti corriualibus, vt eã citra æmulum potiantur. Idémque faciũt quod remiges ſolent: etenim quemadmodum illi ad puppim ſpectantes, proræ tamen impetum adiuuant, vt vnde quoque repercuſſus cymbam arreptã impellat: ita qui præcepta huiuſmodi prodiderunt, gloriam velut auerſi ſectantur. Alioqui quorſum attinebat hoc dicere,quorſum autẽ ſcribere,ſcriptum edere, ac poſteris tradere, ſi ſuæ ætatis

hominеs latêre voluit, qui ne poſteris quidem voluit A
ignotus eſſe? Quin illud ipſum nónne malum eſt, Sic
viue vt nemo ſentiat te vixiſſe, perinde quaſi quis ſepulchrum
ſuffodiſſet? An hoc ipſum viuere turpe eſt, vt
omnibus conueniat eſſe ignotum? Ego verò dixerim,
Ne malè quidem viuens latêre velis, ſed eſto notus, reſipiſce,
te pœniteat: ſiue virtute præditus es, ne fias inutilis:
ſiue malus es, ne maneas incurat. Imò diſtingue 2068
ac diſcerne, cuínam iſtud præcipias. ſi indocto, malo,
ac ſtulto, perinde eſt acſi dicas, Nemo te ſciat febricitare,
nemo te ſciat teneri phrenesi, ne te nouerit medi- B
cus, abi, coniice te aliquò in tenebras, ignotus vnà cũ
tuis malis. Et tu abi cum tuo vitio, morbo laborãs immedicabili
ac pernicioſo, occultans inuidiam ac ſuperſtitionem,
veritus ceu pulſum quendam exhibere his
qui monere poſſunt ac mederi. At priſci illi mortales
ægrotos palàm exponebant, & eorum vnuſquiſque ſi
quid habuiſſet cõducibile, quod vel ipſe ægrotans, vel
alterum curans comperiſſet, conſulebat ei cui opus erat.
Atque ita ferunt artem experimentis ſingulatim
collectam, in maius auctam eſſe. Verùm illud etiam o- C
portebat, morbidam vitam, animíque morbos omnibus
retegere, vt qui tetigiſſet, *& affectus perſpexiſſet*,
poſſet dicere, Iraſceris? hoc caueto: Zelotypus es? hoc
facito: Amas? & ego quõdam amaui: verùm pœnituit.
Nunc contrà negant, occultant, contrahunt, altéque
in ſemetipſis animi peſtem recondunt. Iam ſi bonis
præcipis vt lateant & ignorentur, dicis igitur Epaminondæ,
Ne fueris dux exercitus: Lycurgo, Ne leges
condideris: Thraſybulo, Ne peremeris tyrannos: Pythagoræ,
Ne doceto: Socrati, Ne diſputato: ac tibiipſi D
in primis Epicure, Ne quid ſcribas amicis quos habes
in Aſia, néve communices cum iis qui ab Ægypto
profecti te viſunt, ne Lampſacenis ephebis ſtipatus incedas,
ne paſſim emittas libros, omnibus viris ac mulieribus
ſapientiam tuam oſtentans: ne quid ordines
de ſepultura. Quorſum enim pertinent menſæ communes?
Quorſum ſtudioſorum & bonorum conuentus?
Quorſum tot verſuum millia ad Metrodorum, ad

A Ariſtobulum, ad Chæredemum ſcripta, accuratéque
compoſita,vt ne defuncti quidem ignoti ſint?an vt vir-
tuti præſcribas obliterationem, otium arti, ſilentium
2069 philoſophiæ, obliuionem beneficentiæ? Quòd ſi velut
è conuiuio lumen, ſic è vita tollis cognitionem, quó
neſciantur omnia ex voluptate & ad voluptatem fa-
cere, nemo ſciat te vixiſſe. Prorſum igitur ſiquis cum
Hedia ſcorto ſit vitam acturus, ſi cum Leontio cõſue-
tudinem habiturus, ſi formoſum amplexurus, ſi ſum-
mum bonum in carnis titillatione poſiturus, hæc ex-
B tremas deſiderant tenebras,hæc noctem,ad hæc obli-
uionem & ignorationem præcipe. Sed ſiquis in natu-
ralibus Deum laudet, eiúſque iuſtitiam ac prouiden-
tiam:in moralibus autem legem, benignitatem,& re-
rum adminiſtrationem : in adminiſtratione verò ho-
neſtum, non vtilitatem, cur debeat huius latêre vita?
An ne quem erudiat,ne quem ad virtutis imitationem
excitet,ne cui ſit exemplo ad honeſtatem? Si Themi-
ſtocles ignotus fuiſſet Athenienſibus,Græcia non ex-
poliſſet Xerxem : ſi Romanis Camillus,non eſſet ciui-
C tas Romana:ſi Dioni Plato,non fuiſſet liberata Sicilia.
Verùm quemadmodum lumen in cauſa eſt,vt non ſo-
lùm alii aliis conſpicui ſimus,verumetiam vtiles:ita no-
titia non gloriam modò, verùm exercitationem pa-
rit virtutis. Epaminondas igitur ad quadrageſimum
vſque annum ignotus,nihil profuit Thebanis: deinde
præfectus rebus gerendis, & imperium nactus, rem-
publicam pereuntem ſeruauit, Græciam ſeruitute li-
berauit, virtutem in gloria velut in luce, ſuo tempore
efficacem exhibens. Refulgeſcit enim quum res & v-
D ſus poſtularit, & velut generoſum æs, quod per tem-
pus otioſum iacuit,impetum ſuum per domum decla-
rat,velut inquit Sophocles.Quinetiam hominis inge-
nium, ceu cariem & ſenium in otio contrahit, pro-
pter obſcuritatem. At muta quies, vitáque ſedentaria
in otio ſemota, non corporibus modò, verumetiam
animis marcorem conciliat : non ſecus atque aquæ
latentes, propterea quòd vmbra ſint opacæ,torpeánt-
que, neque profluant, putreſcunt. Itidem eorum qui

in otio degunt ceu immobilis exiſtens vita, ſiquid habeat vſui futurum, tamen quia nó promanat ad alios, nullo inde bibente, corrumpitur & conſeneſcit vis illa natiua. An non vides inſtante nocte, cum corpora inerti corpore occupari, tum animos pigra quadam iner- 2070 tia ſegneſcere, contractámque & coarctatam in ſeſe rationem velut ignem penè extinctum ob inertiam ac mœrorem, paululum diſtractis imaginationibus moueri, vt hominem viuere tantùm iudicet? At ſimulatque ſol emergens fulgurantia ſubmouit ſomnia, ac velut in vnum commiſcens, reuexit atque excitauit ſua luce actus & cogitationes omnium, (quemadmodum inquit Democritus) nouo in die verſantes homines, mutuo inter ſeipſos impetu, veluti filo intento tracti, alius aliunde ſurgunt ad opera. Ego ſanè ſic exiſtimo, hoc ipſum quòd viuimus, quòd omnino naſcimur, quòd in hominum genus aſciti ſumus, in hoc à Deo donatum eſſe vt homo innoteſcat. Latet autem & incognitus eſt, in turba vniuerſi, dúmque per minuta ſparſim mouetur. Verùm vbi natus fuerit, & ſe ipſe collegerit, ſumpſerítque magnitudinem, tum eluceſcit, fitque ex ignoto manifeſtus; ex obſcuro conſpicuus. Neque enim cognitio via eſt ad eſſentiam, (quemadmodum dicunt nonnulli) ſed eſſentia potius ad cognitionem. Neque enim ille producit aut gignit omnia quæ naſcuntur, ſed oſtendit: quemadmodum nec corruptio eſt ſublatio exiſtentis ad non eſſe, ſed magis abductio rei diſſolutæ ad obſcuritatem. Vnde qui ſolem Apollinem eſſe credunt ex maiorum ac priſcorum myſteriis, Delium ac Pythium *quaſi manifeſtatorem ac illuſtratorem eundem* nominant. Cæterùm eum qui diuerſæ partis eſt dominus, ſiue Deus is eſt, ſiue dæmon, ᾅδην (*id eſt Orcum*) appellant, quòd mortui in locum tenebroſum & obſcurum demigremus, ad denſæ noctis ſomníque inertis regem. Opinor autem à veteribus hominem quoque ſimili de cauſa dictum eſſe φῶτα, *nimirum à luce*, propterea quòd omnibus propter cognationem vehemẽs quædam inſita ſit cupiditas & cognoſcẽdi, &

A innoteſcendi. Sunt autem & philoſophi nonnulli qui ipſam animi ſubſtantiam lumen eſſe putent, cum aliis adducti coniecturis, tum hac potiſſimùm quòd nihil omniū æquè refugit & odit atque ignorantiā, & quicquid luce vacat, id refugit, eóq; perturbatur quòd te-
1071 nebræ illi ſuſpectæ terrorem incutiant. Contrà lux ei vſqueadeo eſt iucunda & amabilis vt nihil eorum quæ natura voluptatem afferunt, abſque luce cupiat in tenebris: verùm ea voluptatem omnem, omne ſtudium, quacunque re frui velis, ceu nouum cōdimentum ad-
B mixtū exhilarat, & edulcat humanitate. At qui ſeipſum conijcit in ignorationem & obſcuritatem, ac tenebris obtegit, vitámque quaſi ſepelit, is videtur hoc ipſum grauiter ferre quòd natus ſit, & eò ſe reuocare vt non ſit. Et tamen aiunt gloriæ eſſentiæque locū ſedem eſſe piorum, quibus ſplendet ſolis vigor: deinde noctem infernè in pratis roſeo colore purpurantibus, quibus infructuoſarum quidem, verùm floridarum, & procerarum arborum floribus amœnus cōueſtitur campus,
C tum amnes quidam fletus ignari, ac lenes eum perfluunt, ipſi tranſigunt iucundè tempus colloquiis & commemoratione rerum præteritarū ac præſentium, deducentes ſeſe mutuò, & inter ſe conſuetudinem vitæ agitantes. Porro tertia via eorum eſt, qui impiè vixerunt & iniuſtè, animas in obſcurum locum & barathrum quoddam præcipitans, vnde immenſas eructant tenebras languida noctis obſcuræ flumina, quæ recipiunt, & ignoratione atque obliuione tegunt eos qui puniuntur. Neque enim vultures ſemper arrodunt hepar ſontium in terra iacētium: nam aut exuſtum eſt
D aut computruit. Neque grauium quorundam onerum geſtatio affligit, conficitque corpus eorū qui puniuntur: neque enim iam carnes aut oſſa cohærent neruis. Nullæ ſunt corporis reliquiæ, vita defunctis, cruciatuum eorum capaces, qui ſpeciem ſibi renitentem requirunt: ſed vna profectò ratio puniendi eos qui malè vixerunt, nempe nominis obſcuritas & ignoratio, & modis omnibus abolitio, tollens in triſtem amnem, éque lethe, *id eſt obliuione*, præcipitans in abyſſum,

ac vaſtum pelagus, videlicet ignauiam & otium, quod A
ſuo fluctu ignorationem & nominis obſcuritatem ſecum trahit.

PLVTARCHI De muſica, B

CAROLO VALGVLIO BRIXIANO, interprete.

VXOREM Phocionis, eius cui 2072
Probo cognomẽtum fuit, dicere ſolitam accepimus, mũdum ſuum eſſe conſilia ac decora imperatoria viri: ego verò ſtudium doctrinæ magiſtri C
mei non mihi ſoli proprium eſſe ornamentum ſtatuo, ſed commune omnibus non alienis. Haud equidem ignoramus, clariſſima facinora imperatorum paucis tantùm militibus, aut vni ciuitati gentíve vni, in rebus dubiis ac trepidis ſalutem peperiſſe: meliores ſeu milites, ſeu ciues, aut eiuſdem gentis homines haudquaquam feciſſe comperiemus. At verò doctrinam, ſubſtantiam *& robur* felicitatis, & recti autorem conſilii, non vni familiæ ſoli, aut ciuitati, ſed vniuerſo generi mortalium inuehere D
vtilitatem videmus. Quanto igitur cõmoda quæ à doctrina diſcipliníſve proficiſcuntur, maiora ſunt omnibus imperatoriis conſiliis, tanto eius memoria ſtudio eſt & cultu digna maiore. Itaque altero Saturnaliorum die, vir clarus Oneſicrates ad epulas inuitauerat viros qui Muſicæ ſciẽtiam habebant. Erant autem Sotericus Alexandrinus, & Lyſias ex iis vnus qui componendi inſtitutionem ab ipſo accipiebant, itémque loci autoritatem. Poſtquam verò quæ aſſolẽt ſunt perpetrata, Cauſam humanæ (inquit) vocis in præſentia

A quærere *intempeſtiuum atque* alienum à conuiuio eſſe
arbitror: ſobriore quæſtio ea indiget otio. Quoniam
autem optimi grammaticorum definiunt vocem, ae-
1073 rem eſſe percuſſum, cadentem ſub ſenſum auditus: at-
que heri de grãmatica quæſitum diſputatúmque fuit,
tãquam de arte opportuna fabricandis per literas vo-
cibus, ac ſacrario memoriæ promptis, vbi velimus, ad-
miniſtrandis & diſpenſandis: quænam ſit altera ſecun-
dum hanc obnoxia & congruens voci ſcientia, viden-
B dum eſſe puto. Ea eſt (opinor) muſica: deis nanque hy-
mnos canere, qui nobis ſolis vocem articulatam ſunt
largiti, pium, & homini in primis conſentaneum eſſe
arbitror. Quam rem Homerus quoq; ſignificare hiſce
verſibus videtur,

Phœbeas iras placabant carmine Achiui,
Per luces totas pulchrum pæana canentes,
Pugnantémque ex alto: quum Phœbi pectora cantus
Mulcebant dulces, & gaudia pertentabant.

Agite dum ſacri muſicæ miniſtri, commonete ſoda-
C les, quis inuentor muſicæ, quíſve ea princeps vſus fue-
rit, à quibus quóque tempore auctũ acceperit, & quí-
nam ex iis qui muſicæ ſcientiam coluere, in eo ſtudio
excelluiſſe exiſtimentur: quas præterea, quótque ad
res, huius vtilitas inſtituti demanet. Quæ quum ma-
giſter dixiſſet, inſequutus Lyſias, Apud multos, inquit,
agitatam quæſtionem, clare Oneſicrates, in medium
proponis. Non modò enim Platonicorũ plurima pars,
inſignéſque Peripatetici, de veteri muſica, déque eius
labe, ſtudioſè & accuratè ſcripſerunt: verũetiam gram-
D matici atque harmonici, ad ſummum apicem euecti
doctrinæ, magnum ſtudium plurimámque operam in
eam rem contulerunt. Cæterùm ingens eſt inter au-
tores diſſenſio. Heraclides in eo libro, in quem colligit
priſcos muſicos, *primóſque eius artis inuentores*, Am-
phionem tradit, Ioue natum & Antiope, principem ci-
tharæ cantum excogitaſſe, eiúſque poeſin, vt qui à pa-
tre doctus foret: cuius rei fidem ex commentariis Si-
cyone depoſitis, quibus accurata percẽſio huiuſce ge-
neris continetur, facit, atque inde ſacerdotes Argiuas,

poetas & muſicos commemorat. Eodem tempore Li- A
num Eubœenſem inquit lamentationes & fletus car-
mine cōdidiſſe, hymnos Anthen ex Anthedone Bœo-
tiæ, Pierium & Pieria poemata de Muſis: Philammo- 2074
nem verò Delphicum Latonæ, Dianæ atque Apolli-
nis ortum canticis edidiſſe modis, & choros circa Del-
phicum templum primùm conſtituiſſe commemorat.
In primis verò Thamyris Thracis canorum concin-
númque carmen ait fuiſſe, adeóque præcelluiſſe, vt
Muſas prouocare in certamen eũ nō dubitaſſe poetæ
ſint autores. Hunc ipſum edidiſſe ferunt bellũ Titanũ B
aduerſus deos dimicatum, carmine conditum, Demo-
docúmque Corcyrēſem, veterem muſicum, excidium
Ilii, & Veneris atque Vulcani connubium poemate
concelebraſſe. Ithacēſem Phemium reditum à Troia,
Agamemnone duce, Græcorũ carmine ceciniſſe pro-
ditum eſt. Haud quidem fuiſſe immunem metri nume-
ríve rati dictionem poematum memoratorum muſi-
corum, ſed qualis Steſichori fuit, & veterum aliorum
poetarum, qui carmina adhibitis modulis condidere.
Terpandrum nanque tradit, citharæ cantus latorem C
legũ, adiectis ad ſua atque Homeri carmina per ſingu-
las leges modis, ſolitum in ludis cum concertatione e-
ditis canere, eundémque primum propoſuiſſe nomina
ſingulis citharæ fidiúmque legibus. Ad cuius imitatio-
nem Clonam primum tuliſſe leges tibiarum, proſodiá-
que feciſſe, tum deinde elegias, & epica carmina con-
didiſſe: quo genere poematũ Polymneſtum Colopho-
nium, ætate poſteriorem, vſum fuiſſe tradunt. No-
mina autem tibiarum legum, bone Oneſicrates, apud
eos hæc erant: Apothetus, Elegi, Comarchius, Schœ- D
nion, Cepion, Dius, Trimeles. Inſequēti tempore Po-
lymneſtia appellata, reperta ſunt. Leges fidium cantus,
cōpluribus ante cōditas leges tibiarum tēporibus, con-
ſtat à Terpādro fuiſſe promulgatas. Is nanque primus
nomina earum protulit, Bœotiam quandam vnam vo-
cans, Æoliam aliam, Trochæam & acutam, (*Orthiam
videlicet*) Cepiona, Terpandriam, Tetraœdiam. Con-
didit præterea idem Terpander carmine prooemia ad

A cantus fidium. Quòd autem veteres fidium leges car-
2075 minibus conſtarent, Timotheus declarauit. Primas e-
nim leges carminibus immiſcens, dithyrambicam di-
ctionem canebat, ne protinus aduerſus priſcam Muſi-
cam præuaricari videretur. Et arte nimirum canendi
ad fides Terpander præſtitiſſe exiſtimatus eſt: quater-
náſque eũ in Pythicis ludis perpetuas victorias retuli-
ſſe, publicis monumẽtis traditũ eſt. Ac peruetuſtus ſa-
nè muſicus fuit, quandoquidem antiquiorem Archi-
B locho fuiſſe Glaucus Italus libro quodam, quem De
poetis & muſicis antiquis compoſuit, demonſtrat: nam
alterum eum inquit fuiſſe ſecũdum primos illos tibia-
rum cantus conditores. Alexander in libro, in quem
collegit muſicos qui res in Phrygia geſtas cecinerunt,
ſcriptum reliquit, primum Olympum fidium pulſus,
& Idæos dactylos in Græciam tranſtuliſſe. Hyagnin
verò primùm tibia ceciniſſe, deinde eius filium Mar-
ſyam, tum poſtea Olympum: Terpãdrum æmulatum
fuiſſe carmina Homeri & Orphei modos. Orpheus
C nullum imitatus eſſe videtur: quippe quum ante ipſum
nullus, præter tibicines poetas, cum quibus nulla in re
Orphica res ſimilitudinem habet, fuiſſe tradatur. Ti-
biarum cantus conditor legum Clonas, qui non mul-
to poſt tempora Terpandri vixit, vt Arcades quidem
referunt, Tegeates fuit: vt verò Bœotii, Thebanus. Se-
cundùm Terpandrum & Clonam fuiſſe Archilochum
proditum eſt: quanquam autores ſunt qui tradant Ar-
dalum Trœzenium priorem Clona tibialem conſti-
tuiſſe Muſicam, Polymneſtúmque Meletis Colopho-
D nii filium poetam fuiſſe, & leges Polymneſtum ac Po-
lymneſtam feciſſe. Quòd autem Clonas promulgaue-
rit Apothetum atque Schœnionem appellatas leges,
monumenta ſcriptorum commeminerunt. Pindarus
item & Alcmãn poetæ modorum eiuſdem Polymne-
ſti mentionem fecere. Sunt & qui nonnullas Terpan-
dri legum citharæ cãtus ad Philammonem illum Del-
phicum priſcum autorem trahant. Sed omnino citha-
2076 ræ cantus Terpãdri ratio, omni ex parte ſimplex per-
rexit eſſe vſque ad ætatem Phrynidis. Haud enim anti-

quitus

quitus pro libidine cuiuſque, vti nunc, licebat fidibus A
canere, nec rhythmos concentúſve transferre. In ipſis
nanque legibus accõmodatam cuique tenſionem tuebatur, cuius rei cauſa id nominis inditum erat. Leges
enim ſunt vocatæ, quoniam præſcriptũ quaſi lege cautúmque erat, neqvis per quamlibet vnam ſpeciem formámque, tenſionis lege ſancitam, tranſgrederetur. Etenim quæ ad deos ſpectabant leuiter attingentes, ſtatim ad Homeri ac cæterorum poeſin pro voluntate
atque arbitrio delabebãtur: quam rem proœmia Terpandri declarant. Facta quoque tum primùm citharæ B
forma, vti autor fuit Terpandri diſcipulus Cepio, appellatáque eſt Aſias, propterea quòd Lesbii fidicines,
Aſiæ cultores, ea vtebantur: quorum vltimum Pericletum viciſſe Lacedæmone Carnia ferũt. Is erat Lesbius
genere, quo vita functo, perpetuæ gloriæ Lesbiorum,
quam in cantu citharæ ad eam diẽ obtinuerant, finem
impoſitum fuiſſe memoratur. Errore quoque nõnulli
ducuntur, exiſtimãtes Hipponactem parem fuiſſe temporum Terpandri, quum Pericletus antiquior Hipponacte appareat. Poſtquam tibiarum fidiúmque cantus C
pariter expoſuimus leges, ad proprias tibicinum orationem conferamus. Olympum tibicinem, de quo antè diximus, Phrygium, condidiſſe legem quandam in
Apollinẽ ferũt, Multiplicẽ vocatam. Hunc Olympum
ex iis vnum fuiſſe memorant, qui ab illo primo Olympo, Marſyæ filio, muſicarum legum in deos conditore, deſcenderunt. Hic enim in deliciis à Marſya habitus, & tibiarum cantus ab ipſo edoctus, leges harmonicas in Græciam intulit, quibus nunc Græci in deorum celebritatibus vtuntur. Alii Multiplicem legem D
Crateti, diſcipulo Olympi, vendicant, tametſi iunioris 2077
Olympi legem hanc eſſe Pratinas teſtatur. Lex verò
quæ Curulis vocatur, ad Olympium maiorẽm Marſyæ
diſcipulum refertur: quem ſunt qui non Marſyam, ſed
Maſſem vocatum dicant: alii Marſyam, & Hyagnide
natum, primo inuentore artis tibicinæ, contendant.
Curulem legem ab illo Olympo latam fuiſſe, commẽtarii Glauci De antiquis poetis docẽt. Vnde etiam

A cognoſci poteſt Steſichorum Himerenſem, non Orpheum, non Terpandrum, non Antilochum, nec Thaletam, ſed Olympum fuiſſe imitatum, Curuli lege & forma Per dactylum vocata vtentem, quam nonnulli Orthiæ legis eſſe dicunt. Alii à Myſiis eam legem fuiſſe repertam. traditur enim fuiſſe certos Myſios peruetuſtos tibicines. Extat & alia quædam antiqua lex, Cradias vocata, quam ceciniſſe tibiis Mimnermum Hipponax tradit. Principiò nanque elegia con-
B ſtructa modis ad tibiam canebãtur. hoc indicant monumenta Panathenæorum de muſicis certaminibus. Fuit & Sacadas Argiuus conditor modorum elegiorúmque habentium modos, poeta ſanè bonus, ac triplici inſignis de ludis Pythicis victoria, id quod publica harum rerum monumenta declarant. Eiuſdem meminit Pindarus. Quúmque ita ſint tres toni, autoribus Sacada & Polymneſto, Dorius, Phrygius & Lydius, in quolibet iſtorum tonorum Sacadam aiũt feciſſe ſtropham, & chorũ canere docuiſſe, ſic vt Doricè primam,
C Phrygicè ſecundam, Lydicè tertiam cantaret. Eámque legem propter tripertitam mutationem Tripertilem fuiſſe vocatam ferunt: quanquam in commentarios Sicyonios, in quibus poetæ percenſentur, Clonas, vt repertor legis tripertilis, ſit relatus. Primus igitur Spartæ ſtatus ordóque muſicæ cultorum, Terpandro autore atque conſtituente fuit. Secũdi verò ordinis Thaletas Gortynius, Xenodamus Cytherius, Xenocritus
2078 Locrenſis, Polymneſtus Colophonius, & Sacadas Argiuus ſummam cauſam ſummáque merita habent, vt
D duces autoréſq; dicãtur. Iis nãque autoribus Gymnopædiæ Lacedæmone, in Arcadia Demonſtrationes appellatæ, & Argis Endymatia ſunt conſtituta. Thaletas, Xenodamus, Xenocritus effectores Pæanum, Polymneſtus Orthiarum quæ vocantur, Sacadas verò Elegiorum fuit. Tametſi autores ſunt qui tradant Xenodamum non Pæanum, vt inquit Pratinas, ſed Hyporchematum fuiſſe conditorem. Fertur enim ipſius canticum quoddam, quod quidem permanifeſtò eſt Hyporchema: quo genere poëmatis ipſe quoque Pin-

darus vſus eſt. Quòd autem Hyporchema & Pæan in- A
ter ſe differant, Pindari poemata, qui & Pæanes &
Hyporchemata compoſuit, indicabunt. Leges tibia-
rum cantus Polymneſtus ſanxit, & in Orthia *appellata*
lege modulatione vſus eſt, vt quidam harmonici tra-
dunt: nam ipſe pro comperto dicere nequeo, propter-
ea quòd nihil habeo hac de re traditum à maioribus.
In dubio quoque eſt an Cretenſis Thaletas effector
fuerit Pæanum: nam Glaucus poſteriorem Archilo-
cho fuiſſe tradit, Archilochique modos imitatum, B
præterquam quòd eos longius extendit, Maronémque & Creticum rhythmum in ſtructuram modorum
conſertauit, quibus nec Archilochus ſit vſus, nec Or-
pheus, nec Terpander: & hæc à diſciplina tibicinali
Olympi inquit feciſſe Thaletam, & poetam bonum ſe
fuiſſe putaſſe. De Xenocrito quoque Locrenſe, ex
Locris vrbe Italiæ, dubitari video, vtrum poeta Pæa-
num fuerit. Argumenta quidem, heroica geſta con-
tinentia, condidiſſe proditum eſt memoriæ, ac pro-
pterea nonnulla argumenta dithyrambos vocitaſſe: in- C
feriorémque Thaleta ætate fuiſſe, Glaucus autor eſt.
Traditur etiam ab Ariſtoxeno inuentorem enharmo- 2079
nii generis Olympum fuiſſe à muſicis exiſtimatum, &
ante ipſum omnia fuiſſe diatona atque chromatica: in-
uentionémque illam hoc maximè modo proceſſiſſe
putabant: Quum in diatono Olympus verſaretur,
& frequens tranſueheret ad parhypaten diatonam
modulum, tum à parameſe, tum à meſe diſcedens,
diatonúmque tranſgrederetur, animaduertiſſe pul-
chritudinem atque decentiam morum, ex eo vocum D
cantu prouenientem: atque ita conſtantem pro rata
parte rationibus complexionem, *quam σύστημα Græci*
vocant, admiratum & amplexum, hoc genus effeciſſe
in Dorio tono. haud enim quæ diatoni propriè ſunt,
quæque chromatis pertingi, at neque quæ harmoniæ.
Erant autem prima enharmoniorum huiuſmodi. Pri-
mum omnium ponebatur ſpondeus, in quo nulla di-
uiſio præ ſe fert propriũ diatoni, ni quis reſpectans ad
contentiorem ſpondiaſmũ, ſpeciem id habere diatoni

A arbitretur. Verùm latè patet, qui id poſuerit, eum & falſum & inconcinnum poſiturum: falſum, quia dieſi vna minus eſt tono, qui tonus circa ducem iacet: inconcinnum verò, propterea quòd ſi in vi ac poteſtate tonia propriũ contentioris ſpondiaſmi ſtatuatur, profectò euenerit vt duo perpetua diatona, alterum incompoſitum, compoſitum alterum, poſita ſint. Nam in mediis, *quas μέσας vocant*, enharmonium denſum locatum, quo nunc vtuntur, ad poetam pertinere non videtur. Facilius id intelligetur, ſiquis tibia canentem
B antiquo ritu, audiat: vult enim & ipſum ſemitonium in meſis eſſe incompoſitum. Ac prima quidem enharmoniorum huiuſmodi fuere: poſtea verò ſemitonium diuiſum eſt, tum in Lydiis, tum in Phrygiis. Videtur autem Olympus auctum muſicæ dediſſe, inuehẽdo quod in lucem ad eam diem non venerat, nec fuerat à maioribus cognitum, autórque præclaræ Græcis muſicæ & princeps ac dux fuiſſe. Eſt etiam rhythmorum ratio quædam: certa nanque genera & ſpecies non modò rhythmorum adinuentæ ſunt, verumetiam modorum
C atque rhythmorum artificum excitatæ nouæ formæ.
1080 Sed Terpandri nouatio decorum quendam in muſicam inuexit modũ, quo poſtea Polymneſtus vſus, præclaræ & ipſe atq; decẽti formæ inhæſit. Similiter Thaletas & Sacadas peregregii, ac propè perfecti rhythmorum effectores habiti ſunt, nec honeſta decoráq; forma exceſſere. Eſt alia Alcmanica Steſichoriáque nouatio, nec ipſa quidem à pulchro honeſtóque ac moderato diſcedẽs. At Crexus, & Timotheus, & Philoxenus, atque eius ætatis poetæ, importuniores & percupidi
D atque ſtudioſi nouãdarum in muſica rerum fuere, perſequutíque ſunt typũ ac formam eam quam nũc Philãthropon & Thematicum vocant. Sed omnino paucitas fidium, & locorũ anguſtia ſimplicitáſq;, & verẽda muſicæ grauitas viguit apud priſcos. Poſtquam autem de prima muſica, déque primis ipſius inuẽtoribus, & quibus autoribus ſubinde per inſequuta tẽpora incrementum ceperit, pro viribus à me eſt diſputatum, finem orationi meæ faciam, & Sotericho, non muſica

ſolùm, ſed cæteris quoque liberalibus diſciplinis eru- A
ditꝙ viro, locum ad dicendum concedam. Nos enim
magis ei muſicæ parti ſtudium impendimus, quæ mu-
nere atque officio manuũ abſoluitur. His dictis Ly-
ſias orationem compreſſit. tum Soterichus in hũc mo-
dum eſt loquutus: De verendo atq; in primis diis grato
inſtituto, clare Oneſicrates, nos prouocaſti vt verba fa-
ceremus. Probo equidem intelligentiam Lyſiæ docto-
ris, nec minus memoriam, quam in commemorandis
primæ muſicæ inuentoribus, atque iis qui de ea facul-
tate cõſcripſerunt, præ ſe tulit. Illud verò tacitum non B
feram, ſola eum ſcriptorum monumẽta ſequutum fe-
ciſſe fidem dictis ſuis. Nos verò mortalem quenquam
negamus fuiſſe repertorem muſicæ bonorum, ſed A-
pollini omnibus virtutibus & ſcientiis ornato Deo, in-
uentũ munúſque hoc tribuẽdum, & acceptum feren-
dum eſſe putamus. Haud enim tibia inuẽtum eſt Mar-
ſyæ, vel Olympi, aut Hyagnidis, vt aliqui opinãtur: nec
modò citharæ Apollo, ſed tibiarum, fidiúmque cantus 2081
eſt repertor. Argumẽto ſunt chori & ſacrificia, quæ illi
deo cum cantu tibiarũ perpetrabantur, ídque cum alii, C
tum Alcæus hymno quodam teſtatur. Signum quoq;
Apollinis in Delo dicatum eo habitu, vt dextera ar-
cum teneat, ſiniſtra Gratias, quamlibet inſtrumentum
muſicũ aliquod tenentem (nam alia lyram, tibias alia:
quæ in medio, eſt propoſitam ori fiſtulã continet) idẽ
declarat. Ne autẽ putetis hæc verba mea eſſe, aut hæc
me comminiſci, Anticlem & Hiſtrum autores habeo,
qui hæc ipſa tradidere in commentariis qui De condi-
toribus modorũ inſcribũtur: adeóque vetuſta eſt ſigni
eius dedicatio, vt opifices cõpares ætatis Herculis fuiſſe D
referantur. Puerum quoque, Pempicam ferentem lau-
rum Delphos, tibicen comitatur. Et ex Hyperboreis
ſacra cum tibiis, fiſtulis ac cithara mitti Delum ſunt
ſolita. Alii ipſum hunc deum ceciniſſe tibia ferunt, vt
optimus poeta modorum tradit Alcman, & à Pallade
doctum fuiſſe Corinna prodidit. Eſt igitur muſica ab
omni parte auguſta, quandoquidem inuentũ eſt deo-
rum, & ea veteres ſunt vſi pro dignitate atq; maieſtate

A ipſius, vt cæteris omnibus inſtitutis. At hoc tempore
ſeueritate & grauitate ipſius repudiata,pro forti,virili,
auguſta,& diis immortalibus grata,præfractam quan-
dam muſicam, adulteram, calamiſtríſque inuſtam in
theatra deducunt. Quare Plato in tertio De republica
indignanti animo eiuſmodi muſicam fert,Lydiámque
harmoniam deprecatur, quòd acuta, vehemens &
ſtridens ſit, & apta complorationibus. Primáque eius
conſtitutio lugubris quædam res traditur fuiſſe. Ac
primum Olympum funebre tibia carmen in funere
B Pythonis Lydio ritu cecinifſe,in primo Muſicæ ſcripſit
Ariſtoxenus. Menalippidem alii tradunt modulum il-
lum incœptaſſe.In Pæanibus verò,Pindarus in nuptiis
Niobes primùm Anthippum docuiſſe Lydiam har-
2082 moniam canit. Torebum alii volunt primum eo con-
centu vſum fuiſſe,vt autor eſt Dionyſius Iambus. Mi-
xolydius autem concentus affectibus eſt refertus, &
tragœdiis aptus. Reperiſſe eum Sappho Ariſtoxenus
prodidit, ab ipſaque tragicos didiciſſe,qui poſtea con-
iunxere mixolydios modos cum Doriis, quorum al-
C teri maieſtatem atque autoritatem,alteri affectus affe-
rũt:ex vtriſque enim commixta eſt tragœdia. In com-
mentariis verò harmonicorum proditum eſt, id in-
uentum ad Pythoclidem tibicinem referri. Athenien-
ſem Lamproclem inquit Lyſis,animaduertentem non
ibi haberi diſiunctionem vbi fermè omnes arbitra-
bantur,ſed in acuto,talem eius cõfeciſſe figuram for-
mámve qualem dixerit aliquis à parameſe ad hypa-
ten hypatωn.Remiſſam item Lydiam,ſiquidem Mixo-
lydiæ eſt contraria, aſſimilem Iadi, à Damone Athe-
D nienſi inuentã memorant. Plato igitur duabus iis me-
ritò reiectis harmoniis,altera flebilem,ſolutum altera
cantum habẽtibus,Doricam,vt quæ accõmodata foret
moderatis ac fortibꝰ viris,delegit:haud Hercule igna-
rus,(vt inquit Ariſtoxenus in ſecundo Muſicorum)in
illis quoque aliquid ineſſe ad remp. conſeruãdam vti-
litatis. Et magnam ſanè Plato operam muſicæ ſcien-
tiæ dedit,auditórque Draconis Athenienſis atque Me-
telli Agrigẽtini fuit. Verùm quoniam multa grauitas,

(vti prædiximus) in Dorio concentu inerat, maiore i- A
pſum honore dignatus eſt: quãquam non erat neſcius, Doria multa cantica, Virginalia vocata, ab Alcmane, Pindaro, Simonide atque Bacchylide fuiſſe tractata & condita, necnon proſodia & pæanes: luctus prætereà tragicos Dorico concentu decantatos, & amatoria aliqua eundem in concentum compoſita. Satis illi erant quæ in Martem, quæque in Palladem canebantur, & ipſa ſpondea: nam ea ſatis virium habere ad roborandos animos hominũ moderatorum iudicabat. At neque Lydiam Ioniámve ignorabat: ſciebat enim tragœ- B
diam vti talibus modis ſtructuráque cõcentuum. Iam 2083
verò priſci omnes haud quidem quia imprudentes imperitique forent vllius concentus & harmoniæ, certis quibuſdam ac definitis vſi ſunt: nec ignorantia autor cauſáque fuit eiuſmodi anguſtiæ & fidium paucitatis. Nec ſanè Olympum, nec Terpãdrum, nec qui eorum ſectam ſunt ſequuti, perpulit inſcitia ad circumcidendam multitudinem fidium, varietatémq; demendam. Teſtantur id poemata Olympi atque Terpandri, cæterorúmque omnium eiuſdem generis muſicorum ac C
poetarum. Quæ quum trifidia ſimpliciáque forent, vſqueadeo præſtabant variis & multifidiis, vt nemo vnus Olympi modum poſſet imitari: & qui in multineruí multiformíque verſabãtur, poſteriores eſſent. Quòd autem non inſcitia in ſpondiante tropo à trite priſci abſtinerent, eorum in pulſu vſus declarat: nunquam nimirum ea cum parypate congruenter & conſonè vſi forent, ni eius peritiæ atque vſus prudentes fuiſſent. Latè igitur patet pulchritudine decentiáque morum, qui in ſpondiante modo ob triten exemptam gignun- D
tur, admonitis & captis ſenſibus tranſuexiſſe modulum ad paraneten. Eadem ratio de nete: ea nanque in pulſu fidium, & ad paraneten diſſonorum, & ad meſen conſonorum vtebantur. In modulo verò, quia illis non apparebat accommodata ſpondiaco tropo, præteribatur: nec modò in iis, verumetiam in ipſis coniuncti nete. Sic enim omnes ea vtebantur, vt in pulſu & ad paraneten, ad & lichanon accõmodarent.

A At in modulo vel ipſius vtentis perpudebat eos, pro-
pter inde prodeuntes eius cauſa mores. Conſtat enim-
uero id ita eſſe etiam ex muſicis qui Phrygii dicti ſunt.
Nam Olympū ſectatoreſq; ipſius non per imperitiam
ab ea ſuperſediſſe compertum habetur, quādoquidem
non tam in pulſu quàm in modulo, vbi cōuenire exi-
ſtimabant, in ſacris Matris deûm, nonnulliſque aliis
Phrygiis rebus, eadem vtebantur. Perſpicuum quoque
2084 in hypatis eſt, non ruditate abſtinuiſſe eos ab illo tetra-
chordo in Doriis, quum mox eodem in cæteris tonis
B vterentur, quippe ſcientes: nulla videlicet alia cauſa
commoti eximebant à Dorio tono, quàm vt decus
morum tuerentur, quorum honeſtatem decorúmque
honori habebant. Quale à tragicis quoque obſerua-
tum videmus: necdum enim tragœdia ad hanc diem
vſa eſt chromatico genere, nec enharmonio: cithara
verò multis quàm tragœdia vetuſtiore ſæculis, à prin-
cipio vſa eſt. Et ſanè cōſtat chroma eſſe antiquius har-
monia. De illa nanque intelligi antiquitate in præſen-
tia volo, quæ ad vſum cōſuetudinémque humanæ na-
C turæ ſpectat. Nam ſi ad ipſam generum reſpiciamus
naturam, neutrum altero antiquius comperiemus.
Sed oro vos, ſiquis Æſchylum aut Phrynichū abhor-
ruiſſe à chromate afferat propter inſciētiam eius, nón-
ne ſit abſurdus? Profectò idem contenderit, ipſum
Pancratem ignoraſſe chromaticum genus, quoniam
ab eo plerunque abſtinebat: quem, quum in quibuſ-
dam ipſo vteretur, non ruditate, ſed conſilio ac volun-
tate abſtinuiſſe putandum eſt. Studioſè nāque imitaba
tur (id quod ipſe dicere ſolebat) Pindareum & Simo-
D nideum tropon, illúmque omnino, qui nunc antiquus
appellatur. Eadem eſt de Tyrtæo Mantinenſe, de An-
drea Corinthio, de Thraſyllo Phliaſio, déque multis a-
liis ratio, quos omnes ſcimus cōſultò aduerſatos chro-
ma, mutationem, varietatem, multineruiam, plurimáq;
alia, rhythmos, concentus, dictiones, modulationes,
modorúmve ſtructuras, actus, interpretationéſve, *quæ
omnia interſerta eſſe poſſunt.* Telephanem Megaren-
ſem ita fiſtulis pugnaſſe accepimus, vt opifices ipſos

tibiarum, ne manus quidem vnquam ad tibias fabrefaciendas adhibere permiſerit: ob quam maximè cauſam certamen Pythicum auerſabatur. Summatim autem vt dicam, ſiquis omnes re aliqua non vtentes damnandos ignorantiæ putat, ex eo coniecturam inſcitiæ faciens ipſorum, quia re illa non vtantur, complures profectò prius temporis huius damnet neceſſe eſt, quum Dorionios non vti modo Antigenidio, quia ipſum contemnant, & contrà Antigenidios eadem de cauſa Dorioniũ reiicere videamus. Fidicines quoque ipſi deſiuere propemodum frequentare ritũ modúmque Timothei, & ad ſutelas poematáque Polyidæ ſeſe verterunt. Iam verò ſiquis rectè ac præſcienter reputet, vetera & noſtra comparando inter ſe, tum quoque in vſu fuiſſe varietatem comperiet. Vtebantur enim veteres varietate in rhythmis, quæ quidem eſt etiam magis varia: in honore nanque habebant rhythmicam varietatem. Sed & pulſatoriæ loquendi proprietates tunc magis variæ erant. Hoc nimirum tempore modos, illo verò rhythmos ſtudioſè & cupidè amplectebantur. Probatum hactenus eſſe arbitror, non inſcitia ignorantiáque, ſed conſultò abſtinuiſſe veteres à præfractis, mollib', languidíſq; canticis & modis. Sed quid hoc mirandum eſt, quum multa in vita humana inſtituta videamus exoleuiſſe, ſublato eorum viſu, nõ imperitia, verùm ſponte atque conſultò reiecta, quum animaduerſum perſpectúmq; foret, aliquibus in rebus contra officium decorúmque fieri? Reliquum eſt vt poſtquam Platonem non inſcitia, nec imperitia cæteros repudiaſſe concentus, ſed quia reipublicæ indecoros ac minimè opportunos eſſe iudicabat, oſtẽdimus, prudentem item atque intelligentem omnis generis concentuum fuiſſe demonſtremus. In molitione animæ, quam fabricat in Timæo, ſtudium diſciplinarum ac muſicæ ſuum hoc maximè modo declarauit, Vnam principiò partem detraxit ex vniuerſo: ſecundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam, quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera, primæ tripla: tum quartam, quæ ſecundæ dupla eſſet: quintam inde, quæ tertiæ tripla:

A (margin, beside line 1) · B (margin, beside "cauſa Dorioniũ") · 2085 (margin, beside "ipſi deſiuere") · C (margin, beside "dos, illo verò") · D (margin, beside "ros repudiaſſe")

A deinde ſextam, octuplam primæ: poſtremò ſeptimam, quæ ſeptem & viginti partibus antecederet primæ: deinde dupla & tripla interualla expleuit, partes inde rurſus deſecans, quas interuallis ita locabat, vt in ſingulis eſſent bina media: hoc eſt (vt mox oſtendemus) veſtibulum procemiúmque harmonicæ Platonis peritiæ. Tres ſunt principes harmoniæ, à quibus omnis medietas ſumitur, arithmetica, harmonica, geometrica. Earum alia ſuperat, & ſuperatur pari numero, alia ra-
B tione pari, alia nec numero pari, nec ratione. Igitur Plato harmoniam animæ quatuor elementorum, cauſámque ex diſſimilibus inter ſe iunctis cōſonantiæ volens harmonicè demonſtrare, duas in ſingulo interuallo animales medietates ratione muſica propoſuit. Conſonantia diapaſon duo media muſica interualla
2086 complectitur, quorum comparationem pro rata parte rationū oſtendemus. Diapaſon in dupla ratione perpenditur: conficient autem, imaginis gratia, duplam rationem iuxta numerum ſex & duodecim. Protenditur
C autē hoc interuallum ab hypate meſon ad netē diſiunctarum. Quum igitur ſex & duodecim extrema ſint, hypate meſon ſenarium numerū continet, nete diſiunctarum duodenariū. Sumantur deinde intercedentes numeri, quorum alteri extremo alter eſt ſeſquitertius, ſeſquialter alius, octo videlicet & nouem: ipſius enim ſenarii octonarius eſt ſeſquitertius, nonarius ſeſquialter. Extremum quidem vnum eſt huiuſmodi, alterum eſt ipſe duodenarius numerus, nonarii ſeſquitertius, octonarii verò ſeſquialter. His itaque numeris inter ſe-
D narium & duodenarium inſertis, & diapaſon interuallo ex diateſſaron atque diapente conſtituto, patet meſen octonarium numerum habituram, parameſen nonarium. Hoc ita conſtituto, talem rationem habet hypate ad meſen, qualem parameſe ad neten diſiuncti. A parhypate nanque meſon ad meſen eſt diateſſaron, à parameſe pariter diapaſon ad netē diſiuncti. Eadem comparatio rationum in numeris quoque reperitur: nam vti ſe habēt ſex cum octo, ſic nouem cum duodecim: atque ſicuti ſex cum nouem, ita octo cum duode-

cim: ſeſquitertii illi ſunt inter ſe numeri, hi verò ſeſquialteri. Et hæc ad ſtudium ſcientiámque Platonis diſciplinarum declarandã in præſentia dicta ſufficiant. Ariſtoteles quoque Platonicus declarat harmoniam diuinam rem quandã eſſe, magnámque & maximè dignã veneratione, ſic inquiens: Harmonia cæleſtis eſt, naturámque diuinã & pulchram, & humana auguſtiorem habet. Ea quum vi naturali ſua quadripartilis ſit, duas medietates tuetur, arithmeticam & harmonicam: partéſque ipſius & magnitudines atque præſtãtiæ, numero & parilitate menſuræ exiſtunt & apparent. In duobus enim tetrachordis cantici modi cõcinuntur. Hæc ſunt Ariſtotelis verba: Cõſtare verò corpus eius inquit partibus diſſimilibus, concinentibus tamen. Conſonare item ipſas medietates ratione numerorum: nam nete ratione dupla temperata cum hypate diapaſon reddit conſonantiam. Continet enim nete (vt demonſtrauimus) duodenas vnitates, hypate ſenas. Et parameſen conſonã nouenas vnitates habere dictum eſt ſeſquialtera ratione cũ hypate. Meſe verò, quã octonas habere vnitates diximus, cum eadem hypate ſeſquitertia ratione comparata eſt. His maximè rata muſicæ interualla componuntur. Diateſſaron (inquam) quod in ſeſquitertia ratione: diapente, quod in ſeſquialtera: diapaſon, quod in dupla perſpicitur. Seſquioctaua itẽ ratio quæ eſt, in vnius ratione toni conſeruatur. Ita euenit vt partes harmoniæ ſic conſtitutæ, iiſdem præſtantiis & ſuperent & ſuperentur à partibus, & medietates à medietatibus, præſtantiáque exceſſúſve numerorũ, & vis ac mun' geometricũ deprehendatur. Has autẽ facultates ſic illas inter ſe habere Ariſtoteles declarat, netẽ videlicet tertia parte ſui meſe præſtantẽ, hypaten verò à meſe ſimiliter ſuperatã, vt abundantes partes mutuo relatu reſpondeant: iiſdem nanque partibus & præſtãt & ſuperãtur. Iis igitur rationib' ſummi meſe & parameſe ſuperant & ſuperantur ſeſquitertia & ſeſquialtera ratione. Talis enim eſt harmonicus exceſſus. At nete ratione arithmetica præſtãs ipſi meſe, & numero æquo parameſe antecedẽs hypate, exceſſus

A B 2087 C D

A arithmeticos declarant. Apparet & exiſtit vis etiam
geometrica, quum nete ſit ſeſquialtera ipſius meſes, &
parameſe hypates ſeſquialtera, & ipſa eadem. parame-
ſe præſtat ipſi meſe parte octaua in ratione ſeſquiocta-
ua conſtituta. Rurſus nete dupla hypates eſt, parame-
ſe hypates ſeſquialtera, meſe hypates eiuſdem ſeſquî-
2008 tertia. Numeris itaque & partibus, autoritate quoque
Ariſtotelis ſic harmonia à natura eſt comparata, ſum-
máque ope atque artificio ipſius conſtituta eſt ex infi-
B nita finitáque, & parimpari natura, cum ipſa vniuerſa,
tum partes eius omnes. Ipſa etenim tota par eſt, quip-
pe quadripertita terminis. At partes & rationes eius,
tum pares, tum impares ſunt, tum etiam parimpares.
Neten enim parem habet, vt quæ duodenûm ſit vni-
tatum: Parameſen imparem, nouenûm: Meſen parem,
octonûm: Hypaten parimparem, ſenûm. Hoc pacto à
natura comparata ipſáque tota, & partes ipſius exce-
ſſibus atque rationibus, & tota toti, & partibus partes
inter ſe conſonant. Iam verò ſenſus ipſi apto quodam
C temperamento corporibus inſiti, cæleſtes quidem illi
atque diuini, ſenſum & intelligentiã hominibus præ-
ſtantes, obtutus inquam & auditus, vnà cum voce at-
que luce harmoniam demonſtrant. Cæteri quoque co
mites horũ ſenſus, eo quòd ſenſus ſunt, harmonia cõ-
ſtant: omnibus nanque muneribus ſuis haud ſine har-
monia funguntur: qui quanquã inferiores ignobilio-
réſque ſunt illis, haud tamen ab harmonia diſcedunt.
At illi numine quodam comite atque præſente, cor-
D poribus cum ratione atque intelligentia adhibiti, præ-
potentem præclarámque naturam quandã ſortiti ſunt.
Perſpicuum igitur eſt ex iis quæ à me ſunt commemo
rata, veterem illam Græciam ſtudium operámque re-
rum omnium meritò impendiſſe maximam, vt in pri-
mis adoleſcentes muſica erudirentur. Eorum enim a-
nimos *molles ac teneros* ad modeſtiam atque modera-
tionem muſica componi & temperari oportere exiſti-
mabant, quippe quam ad omnes occaſiones actionéſ-
que omnes quas intenderes, vtilem & commodã eſſe
putarent: atque in primis ad bellicos terrores, ad quos

alacriter ac fortiter capeſſendos & ſuſtinendos, alii, vt A Lacedæmones, tibiis canentibus Caſtorium appellatum modum, inſtructa ornatáque acie cum hoſte conſerturi manus, promouebantur: alii ad cantum lyræ in certamen aduerſus hoſtes procurrebant: quo more pericula adeundi, præliorum multis tempeſtatibus, Cretenſes fuiſſe vſos memoriæ proditum eſt. Ætate 2089
noſtra pergunt etiam nunc vti tubis. Argiui in palæſtra Stheniorum apud eos vocatorũ, tibiæ cantu vtebantur. Eos ludos primò in honorem Danai fuiſſe in- B
ſtitutos, inſequutis temporibus ad Iouem Sthenium tranſlatos ferunt. Tenet etiam nunc temporibus noſtris mos canendi tibijs in pentathlis, nõ cantum quidem inſignem vllum antiquúmve, aut qualis apud homines illos conſueuerat cani, vt qui ab Hierace compoſitus ad illud certamen, qui Endrome vocatur, erat. Cæterùm tametſi nihil (vt inquam) validum accinitur ac nobile, accinitur certè tamen qualecunque aliquid. Famáque eſt theatralem muſam ignotam vetuſtioribus temporibus apud Græcos fuiſſe: tota enim hæc C
ſcientia ad cultum deorum, & ad diſciplinam iuuenũ vertebatur, necdum ea tempeſtate apud illos homines extructo theatro. In ſolis adhuc tẽplis muſica alebatur atque vigebat, in quibus honores deorũ, & clarorum laudes virorũ, cantu muſico celebrabantur. Argumẽto eſt condita poſtmodum fuiſſe theatra: nam nomen θέατρον, *(id eſt ſpectandi locus)* & verbum θεωρεῖν *(Spectare ſignificans)* multo antè ἀπὸ τοῦ θεοῦ, *(id eſt appellatione Dei)* ſumpſerant nomen. At noſtris temporibus tantos auctus differentiæ forma accepit, vſqueadeo di- D
ſceſſit à more maiorum, vt nulla ſit amplius diſciplinæ mentio, nulla perceptio. Omnes qui muſicam attingunt, accurrunt ad muſam theatralẽ. Sed heus tu, (dixerit fortè aliquis) nihilne à veterib' adinuentum, nihilne innouatum fuit? Fateor equidẽ & ipſe fuiſſe plurima reperta atq; nouata ab antiquis, verùm cum maieſtate atq; decoro. Qui hoc genus hiſtoriæ perſequuti ſunt, Doriam neten adſcripſere Terpandro, quum ea nullus in cantu vſus antea fuiſſet. Totus Mixoly-

A dius tonus inuentu nouo additus dicitur: & ex modis cātus Orthiis vocatis, is qui Trochæus ſigni dator appellatur. Inuentor præterea modorum Scoliorum (vt
2090 inquit Pindarus) Terpander fuit. Archilochus rhythmicam ſtructuram trimetrorum, & in rhythmos non vnigenos intentionē immutationémque, & circa hæc ipſa pulſum inuenit: primúmque eum edidiſſe epoda, tetrametra, procriticum & proſodiacū. Eidem adſcribitur auctus ipſius primi, à nonnullis elegium. Adhæc,
B iambæi ad Pæonem Epibatum, & aucti heroi in proſodiacum & in Creticum intentio ad eundem autorem refertur. Præterea ipſorum iambeorum alia dicenda ad pulſum, alia eſſe cauenda, Archilochū primum demonſtraſſe memorant: pòſt verò ita vſos tragicos poetas, tum Crexum admiſiſſe, & exercendo pertractandóque deduxiſſe intentionem illam in dithyrambum. Hunc etiam ipſum Archilochum exiſtimāt ad pulſum fidium primum ceciniſſe, atque inde veteres omnes ad cantus percuſſiſſe neruos. Tonus qui nunc Hypoly-
C dius vocatur, inuētori Polymneſto tribuitur. Eundem longè maiorem effeciſſe ipſam ſolutionem & eiectionem tradunt. At Olympum, illum, inquam, ad quem autorē & principem Græcæ legaliſque muſicæ gloria refertur, genus ipſum harmoniæ & rhythmū, qui proſodiacus dicitur, in quo eſt Martis lex, & Choreū, quo plurimùm vtebatur in ſacris Matris deûm, inueniſſe proditum eſt. Nonnulli Baccheum quoque ad ipſum repertorem trahunt. Sic autem antiquos vocum modos ſe habere conſtat. Laſus Hermionenſis dithyram-
D bicum in morē tranſpoſitis rhythmis, multitudinémq; vocum ſequutus in tibiis, & plurib⁹ atque diſiectis vſus vocibus, ad inflexiones mutationéſque, quæ prius nō fuerant, muſicam perduxit. Inſequutus Melanippides fabricator modorum, in priore nec ipſe muſica māſit. At neque Philoxenus, nec Timotheus vetere muſica contenti fuere. Nam Timotheus, quū antè lyra plures quàm ſeptem neruos non habuiſſet ad vſque tempora Terpādri Antiſſæi, in plures voces diſiecit. Atqui & cantum tibiæ qui antea ſimplicior erat, plurima va-

rietate diſtinxit. Quúmque antiquitus ad Melanippi- A
dem vſque, dithyramborum poetam, tibicines à poetis 2091
ſtipendium caperent, primas agente poeſi partes, & tibicines
ipſis magiſtris miniſtrarēt, is quoque mos abolitus
extinctúſque eſt, *tantáque in muſicam eſt delapſa labes*, vt ipſam
Pherecrates comicus ſpecie muliebri introduxerit in ſcenem,
corpore fœdè lacerato, ſciſcitantémq; Iuſtitiā cauſam cladis,
ac muſicā ſic loquētē:

Dicam haud inuita, quandoquidem tibi B
Audiendi, ac mihi fandi voluptatem dabit
Iræ impetus: Mi prima malorum labes
Melanippides fuit, qui duodenis
Fidibus me eneruauit. Nec tamen meis
Finis ærumnis: Atticus Cineſias
Execrabilis, hexharmonios ſtrophis
Anfractus inſertans me male perdidit:
Nam dithyrambos condens, biſores niſu
Ancipiti, clypeorum ritu, dextris
Similibus leuis mentem irritam fallit.
Sed neque miſeriis hic modus fuit C
Meis: Phrynis inſecto Strobilo quodam
Non antè cognito, irrequietis me
Flexibus atque reflexibus verſando
Totam collabefecit, quinque neruis
Duodenas obſtipando harmonias.
Neque adeo eum pœnitebat ſceleris,
Quin repetebat vltrò, ſiquid liquiſſet.
Iam verò Timotheus, ô mihi chariſsima,
Perfodit me, & fœdiſsimè lacerauit.
Quis iſte Timotheus? Mileſius quidam D
Pyrrhias: hic mihi innumera innexit mala,
Vicit & omnes inferendis cladibus
Quos memoraui: vicit (inquam) mollēſque 2092
Ac formicarios vehens modos, méque,
Sicubi ſit nactus gradientem ſolam,
Soluit, diſpeſcit in duodenos neruos.

Meminit etiā Ariſtophanes comicus Philoxeni, cúmque
dicit intuliſſe modos cyclicis choris. Hæc autem
dicit muſica,

A *Méque contorquens tanquam braſſicas totam*
Referſit hexharmoniis hyperbolaïs,
Profaníſque ac ſupernacuis fidium
Vocúmque inanibus pertentaminibus.

Alii quoque comici abſurditatem & indecẽtiam eorum qui muſicam lacerauere, commõſtrarunt. Quantam autem vim habeat & ad dirigendos & ad euertẽdos mores, quibus ſtudiis, quibúſq; diſciplinis à principio aliquis ſit inſtitutus, Ariſtoxenus declarauit. The-
B banum quendam Teleſiam refert, æqualem temporum eius, quũ ab adoleſcentia in optima muſica educatus foret, ac probatorum poemata modóſque didiciſſet cum aliorum, tùm Pindari, Dionyſii Thebani, Lampri atque Pratinæ, cæterorúmque qui præſtantes lyricorum pulſaminum habentur, & præclarè tibiis ceciniſſet, reliquis quoque diſciplinis non mediocrem operam dediſſet, exacta vigentiore ætate vſqueadeo captũ fuiſſe ſcenica illa & varia muſica, vt contemptis decoris modis, in quibus fuerat educatus, ad diſcen-
C dos Philoxeni atq; Timothei modos, horúmque ipſorum maximè varios, plurimámque nouitatem habentes, animum applicaret: quúmque ſe cõtuliſſet ad efficiendos modos, tentantem atque exercentem vtroſq;, Pindariũ inquã & Philoxenium, in Philoxenio haud admodum proficere potuiſſe: cuius rei cauſam inquit præclaram à puero ipſius inſtitutionem fuiſſe. Quare ſicui cordi fuerit, ſcitè benéque muſica vti, antiquam imitator formam & modum, eúmque repleto cæteris doctrinis, & philoſophiam adhibeto comitẽ, quæ qua-
D ſi ipſum manu ducat. Nam ea potẽs eſt iudicandi quæ menſura ipſi muſicæ conueniat, quæue eam deceat, & quid eidem vſui ſit. Quum itaque tres ſint partes, in
2093 quas vniuerſali partitione omnis diuiditur muſica, diatonos, chroma & harmonia, eum qui muſicam adierit, gnarum poeſeos, vtentis his partibus, ſcientémque eſſe oportet, & compotem inſuper expreſſionis atque interpretationis (*quam harmoniam Græci vocant*) ipſa poemata referentis atque proponentis. Primùm omnium intelligendũ eſt quòd omnis diſciplina eorum
quæ

quæ muſica continentur, aſſuetudo quædam eſt, quæ A
nondum accepit id cuius gratia ſingula quæ docentur,
ipſi diſcenti ſint diſcenda. Deinde reputandum quòd
ad eiuſmodi inſtitutionem & perceptionem nondum
adhibetur enumeratio troporũ. Quocirca plerique te-
mere diſcunt quodcunq; docenti aut diſcẽti collibuit:
at non ita prudentes agunt: omnẽ enim hi temeritatẽ
deprecantur atque repellunt, quales priſci illi Lacedæ-
mones & Mantinenſes ac Pellenenſes fuere: nã quen-
dam illi modum vnũ, aut omnino paucos delectos ex B
omnibus, quos videlicet ad caſtigandos ſeueróſque ef-
ficiendos mores pertinere exiſtimabant, admittentes
& aſciſcentes, ipſa muſica vtebantur. Perſpicuum au-
tem hoc fuerit, ſiquid quæque ſcientia ſpectet & con-
templetur reputauerimus. Conſtat harmonicã gene-
rum ipſius apti temperamenti vocũ, (*quod Græci ἡρμο-
σμένον appellant*) interuallorũ, complexionũ (*quas συστή-
ματα vocant*) vocum, tonorũ & mutationum ipſarum
complexionũ in ſe continere cognitionẽ: extra hæc ab
harmonica nequicquã aliud petes, nec vltra per ipſam C
progredieris. Quare nec ab ea poſtulãda erit poteſtas
iudicandi vtrũ poeta propriè atq; accõmodatè aſſum-
pſerit: quale in muſicis diceremus Hypodoriũ tonum
in principio, vel Hypophrygium ac Phrygiũ in medio,
aut Mixolydium ac Doriũ in egreſſu: nihil huiuſmodi
ſpectat ad rem harmonicã, multorúmque aliorũ indi-
get: ignorat enim vim proprii. Neq; verò chromaticũ
enharmoniúmque genus ſecũ afferent huius proprii
& accõmodati integram facultatem cognoſcendi, per
quã conditi moduli mores appareant & eluceant: id D
enim eſt artificis munus. Latè itaque patet, aliam cõ-
plexionis, aliam in cõplexione extructæ modulationis
eſſe vocẽ, quæ exiſtimatio ad rem harmonicã nõ per- 2094
tinet. Eadem eſt rhythmorũ ratio: nullus enim rhyth-
mus accedet cum abſoluta proprii & accõmodati po-
teſtate. Proprium autẽ hoc & accommodatum, quod
ſæpe vſurpamus certos quoſdã mores ſpectantes, id di-
cimus, quorũ cauſam eſſe contendimus compoſitionẽ
quandam vel mixtionẽ, vel vtrunque: quale illud en-

A harmonium Olympi genus in Phrygio tono poſitum, Pæoni epibato mixtum. hoc nanque mores primordii in lege Palladis creauit. Adhibito enim modorũ rhythmorúmq; opificio, & perdextrè atq; artificioſè ſolo rhythmo cõmutato, pro Pæone videlicet facto Trochæo, enharmoniũ conſtitit Olympi genus. Et quanquam enharmoniũ idem ipſum genus, Phrygiúſq; tonus manſerunt, nihilo ſecius vniuerſæ complexionis mores magnã mutationem acceperunt. Etenim quæ
B in lege Palladis harmonia vocatur, plurimum diſtat in moribus, ab ipſo communi vſu, & vulgò exercitato. Si igitur muſicæ perito acceſſerit vis iudicandi, haud dubiè is erit in muſica conſummatus. Nam qui Doricè ſcit, abſque ſciẽtia iudicãdi, ipſi vſui eius quid ſit accõmodatũ, quídve ei cõueniat, profectò quid agat ignorabit, neque etiam mores tuebitur: quandoquidẽ inter ipſos Dorios modulatores ambigitur vtrum facultas harmonica (id quod aliqui opinantur) ſit diſcernendi potens Dorios modos, an contrá. Eadem eſt ratio to-
C tius rhythmicæ ſcientiæ. Sciet aliquis Pæonem, neſciet quid ſit accommodatũ ac proprium ipſi vſui eius, propterea quòd ſolam habeat ſolertiam ipſius Pæonis intelligendi. Idem hoc ab ipſis Pæonicorũ rhythmorum conditoribus dubitatur, num res rhythmica præſidium in ſe habeat (id quod nõnulli inquiunt) huiuſmodi dignoſcendi an vſque eò non progrediatur. Duæ igitur minimũ intelligentiæ neceſſariæ illi ſunt, qui internoſciturus diiudicaturúſque ſit, quid proprium & quid alienũ. Primùm quidẽ cognitio morum, quorũ cauſa
D compoſitio facta eſt: deinde earum rerum quibus ipſa compoſitio conflatur. Quòd itaque nec harmonica, nec rhythmica, nec partium reliquarũ vlla, ipſa per ſe
2095 ſatis virium habent ad cognoſcendos mores, & ad cætera iudicanda, hactenus dicta ſufficiant. Quum verò tria ſint genera, in quæ aptum temperamentũ vocum diuiditur, magnitudinibus complexionum, & poteſtatibus vocum, pariter & tetrarchordorũ paria & æqua, in vno ſolo veteres ſunt verſati. Nam nec diatoni, nec chromatis vlla maiores noſtros cura inceſſit: vni tan-

tùm enharmonio animum ſtudiúmque applicuerunt, A
& eius quidem ipſius vnicæ complexioni, quæ diapa-
ſon vocatur:diſcrepabant enim de chromate, conſen-
tiebant propè omnes vnam ſolámque eſſe harmoniã.
Haud igitur quiſquã peruidebit cuncta in re harmoni-
ca contenta, & circa ipſam verſantia, qui ad eius vnius
nudam intelligentiam proceſſerit, ſed latiſſimè patet
opus eſſe reliquis facultatibus cognitis, & vniuerſo at-
que integro corpore muſicæ, mixtionibus item & cõ-
poſitionibus partiũ. Solus purúſque harmonicus quo- B
dam modo circũſcriptus eſt. Vt autem abſolutè ſum-
matímque dicamus, cõcurrere oportet ſenſum atque
rationẽ in partibus muſicæ iudicandis, vt neq; præue-
niant ſenſus, quod citi & præproperi faciunt: neq; ſe-
quantur, quod tardi & pigri. Venire tamen vſu ſolet
ſenſibus nonnullis propter naturalem quandam inæ-
qualitatem, vt modò præcurrant, modò tardent. Qua-
re circuncidenda ſuperuacua illa à ſenſibus ſunt, dan-
dáque opera eſt vt ſimul cum ratione gradiãtur. Nam
ſemper eſt neceſſarium tria minima eſſe quæ in auditũ C
cadant, vocẽ, tempus, & ſyllabam ſiue literã. Sic enim
fiet vt ab itinere vocis apta eius temperatio, à tẽpori-
bus rhythmus, à ſyllaba literáve id quod dicitur cogno
ſcatur. Quòd ſi pariter progrediantur, illationem ſen-
ſus fieri neceſſe eſt. Conſtat enimuero & illud, ſi ſen-
ſus ſeparare & diſtinguere ſingula quæ dicuntur, ne- 2066
queant, futurũ vt neque aſſequi ſingula, neq; erratum
in ſingulis, nec contrà rectũ contueri poſſit. Primùm
igitur de continuitate atque perpetuitate ſciendũ eſt,
perpetuũ, continens & cohærens, iudicanti vi adeſſe D
oportere, propterea quòd rectè ac ſecus non in ſegre-
gatis diſiunctiſque vocibus, aut temporibus aut literis,
ſed in continuis & cohærentibus creatur, quoniã mi-
xtio in ipſo vſu quædam eſt partium per ſe incompoſi-
tarum. De conſequutione hactenus. Deinde conſide-
randum eſt eos qui muſicæ ſcientiam habent, non
ſatis in ſe opis ad facultatem iudicandi habere. Haud
enim fieri poteſt quenquã vnum conſummatum mu-
ſicum, & iudicandi potentem, ex ipſis quæ totius eſſe

A muſicæ partes videntur euadere poſſe, ex peritia videlicet ea quæ circa inſtrumenta, quæque in cantu verſatur, atque inſuper ab exercitatione ſenſuũ, illa (inquã) quæ ad intelligẽtiam aptæ vocum atque rhythmorum temperationis pertinet: ac præterea ex ipſa harmonica rhythmicáque facultate, & ex perſpiciẽtia atque ſolertia, quæ in pulſibus atque dictionibus adhibetur, & ſi quæ aliæ reliquæ ſunt muſicæ partes. Quibus autẽ de cauſis eueniat vt apti ad iudicandum cognitione & in-
B telligentia omnium earũ partium eſſe nequeamus, annitemur proponere. Primùm, quoniam ea quæ nobis iudicanda ſubiiciuntur, alia perfecta ſunt, imperfecta alia: perfecta, vt quodque poema, id videlicet quod cantatur, aut quod tibiarũ fidiúmve ſono redditur, & cuiuſque ἑρμηνεία, (*quã expreſſionem & actũ dicimus*) vt ipſa tibiæ ſonatio aut cãtatio, cæteráq; id genus: imperfecta verò, quæ ad ea pertinent & ſpectant, & eorũ gratia fiũt. Huiuſmodi nãque expreſſionis partes ſunt. Deinde verò ex poeſi: eodem enim modo & ipſa ſe ha-
C bet. Diiudicarit enim aliquis qui audit tibicinẽ, vtrum tandẽ conſonẽt tibiæ, aut nõ: & an loquendi proprietas clara ſit, aut cõtrà. Hæc autẽ ſingula partes tibiarũ cantus expreſſionis ſunt, & haud ipſæ quidẽ finis ſunt, ſed finem ipſum ſpectant, & propter finem petuntur. Horum itaque atque huiuſmodi omnium opibus, iudi-
2097 cium de moribus ipſius expreſſionis fiet, vtrũ proprii & accommodati propoſito poemati aſſignẽtur & reddantur ab eo mores, qui ipſum tractandũ & exprimẽdum ſiue interpretandum deſumpſit. Eadem ratio eſt
D in affectibꝰ qui à poetica in poematis ſignificãtur. Morum ſiquidem magna erat veteribus cura, & propterea ſeueritas, ac minimè curioſum priſcæ muſicæ, in præcipuo honore habebantur. Grauiter olim vindicaſſe Argiuos præuaricationem muſicæ indicta pœna, & in eum mulcta animaduertiſſe, qui ſeptem plus fidibus apud eos vti, & paramixolydire primus aggreſſus foret, proditum eſt. Vir ille ſeuerus & verendus Pythagoras, abrogabat iudicium in muſica à ſenſibus petitum. Eius enim virtutem tenuem & exiguam eſſe dicebat. Atq;

idcirco nō auditu, ſed harmonia in rationum pro rata parte comparatione conſtituta iudicabat, cenſebátque ſatis eſſe vſque ad diapaſon ſiſtere muſicæ cōſiderationem. At verò muſici noſtri temporis pulcherrimum omnium, maximéque decorū genus, quod veteres propter maieſtatem grauitatémq; ipſius ſummopere colebant, penitus repudiarunt, adeo vt ne qualiſcunque perceptio curáq; ſit pleriſque enharmoniorū interuallorum, tantáque ignauia atque ſocordia inuaſit eos, vt dieſin enharmoniam ne ſpeciem quidem omnino cadentium ſub ſenſum præbere putēt, ipſámque de canticis atq; modulaminibus extermināt: & iiſſe in nugas eos apud quos in aliqua fuerit exiſtimatione, quíque hoc genere ſint vſi, dicere nō vereantur. Ad quam eorum cōfirmandam ſententiam validiſſimum eſſe argumentū ſtuporem ſenſuū ſuorū arbitrantur, quaſi quod fugiat eos, id in ratione rerū eſſe aut in vſum vllum venire nequeat: ac, ſi diis placet, negāt magnitudinem illam poſſe recipi in cōſonantiam, vti ſemitoniū, & tonus, & reliqua huiuſmodi interuallorum recipiuntur. Quæ quū dicunt, non animaduerterūt, tertiam, quintam, ac ſeptimam ſeſe magnitudinem, cæca ignorantia ducti, tollere: quarum alia trium, alia quinque, ſeptem alia ſunt dieſeôn: atq; omnino omnia interualla imparia, tanquam inutilia reprobant, vt quæ ſumi in conſonātiam nequeāt. Ea nanque omnia ſunt, quæcūq; minima dieſis impariter metitur. Vnde neceſſariò conſequitur, nullam tetrachordicam partitionē vtilem eſſe, præter illam vnam, per quam cōtigit paribus omnibus vti interuallis: ea eſt ſyntoni & diatoni, ac toni chromatis. Quæ oratio atque exiſtimatio hominū eſt non modò aduerſantiū iis rebus quæ ſenſibus ſunt perſpicuæ, verūetiam pugnantiū ſecum: quādoquidem talibus ipſi tetrachordorū diuiſionibus vtuntur, in quibus pars plurima interuallorū aut impar eſt, aut inſtar, vicémq; imparis ſuſtinet. Molliūt enim ſemper lichanos & paranetas. Iam verò & aliquas de ſtantibus voces remittunt, temerario quodā & experte rationis interuallo ad eas relaxantes ac remittētes ipſas tritas ac pa-

A ranetas. Atque huiuſmodi vſum complexionem maxi-
mè probari cẽſent, in quo vſu pleraque interualla à ra-
tione ſunt auerſa, vocibus non modò quas natura mo-
ueri voluit, verumetiam nonnullis earũ quibus eadem
natura motũ negauit, laceſſitis: id quod latè patet apud
eos quibus talis exiſtimatio intelligẽdíque facultas eſt
conceſſa. Vſum autẽ muſicæ cõſentaneũ forti viro bo-
nus Homerus docuit. Demonſtrans enim multifariàm
vtilem muſicam eſſe, Achillem fecit digerentem & co-
B quentem muſica iram in Agamemnonem concitatam,
quam muſicam à ſapientiſſimo Chirone didicerat:

Hunc (inquit Homerus) *inuenerunt mulcentem pe-*
ctora dulci
Formoſáque lyra, multo quæ vincta nitebat
Argento, ſpolium euerſa Eetionos ab vrbe.
Hac ſe oblectabat, clarorum facta virorum
Priſca canens, vſus iuuenis Chirone magiſtro.

Diſce (inquit Homerus) quo pacto muſica ſit vtẽdum.
Decebat enim Achillem, iuſtiſſimi filium Pelei, claro-
C rum virorũ laudes, & heroũ facta canere. Docens præ-
2099 terea vtendæ eius opportunũ tempus, reperit exercitiũ
vtile atque iucundum otioſo, & negotiis vacuo viro.
Nam quũ bellator Achilles eſſet, & ad res gerẽdas na-
tus, ob iram illi cum Agamemnone intercedentem,
prælia detrectabat. Igitur Homerus exiſtimauit decere
& cõſentaneum eſſe, animos herois acui ſeueris atque
decoris cantibus, vt reuocatis ad memoriam fortibus
factis clarorum hominum, inſtructus atque paratus ad
dimicandum cum hoſtibus foret, quod mox facturus
D erat. Talis nãque erat priſca muſica, & ad id cõferens.
Audimus quoq; ipſum Herculem vſum muſica fuiſſe,
& Achillem, plurimóſque alios, quorũ eruditor ſapien-
tiſſimus ille Chiron traditur fuiſſe, muſicæ ſimul & iu-
ſtitiæ atq; medicinæ doctor. Summatim autem vt di-
cam, mentis atque prudentiæ vir compos, non ſciẽtiis
crimini dabit, ſiquis perperàm nec ritè illis vtetur, ſed
fraudi ac vitio malè vtentium adſcribet. Quare igitur
qui capeſſendæ muſicæ diſciplinæ, adhibita decẽti cura
& cõuenienti ſtudio, operam & laborẽ in puerili ætate

cōſumpſerit, is quod decorum honeſtúmq; eſt lauda- A
bit & amplectetur, cōtrariúmq; vituperabit ac fugiet, vacabítque vir talis omni indecora & turpi actione: & perceptis vberrimis à muſica fructib', afferet & ſibi & reip. magna cōmoda, nulla nec actione, nec oratione vtetur incompoſita & inconcinna, decorū omni tempore & loco, & modeſtiam atq; verecūdiam ſeruabit. Quòd igitur in bene conſtitutis rebuſpub. ingēs cura ac ſtudium generoſæ muſicæ tuēdæ fuerit, teſtimonia multa alia afferre poſſemus verùm his in præſentia
contenti erimus. Terpander ſeditionem quæ Lacedæ- B
monios vexabat, muſica ſuſtulit. Thaletam Cretēſem, ſorte quadam à Pythio edita, adiiſſe Lacedæmonios,
eóſque peſtilentia vrentem ope muſica liberaſſe, autor 2100
eſt Pratinas. Ipſe quoque Homerus cantu & muſica, vi peſtilentiæ fuiſſe leuatos Græcos canit, ſic inquiens:

Argiui iuuenes placabant carmine Phœbum,
Per luces totas pulchrum pæana canentes,
Pugnantémque procul dicebant: pectora diui
Mollibant cantus, & gaudia pertentabant.

Hos verſus, optime magiſter, tanquam apicem muſicæ C
laudum, terminúmque orationis meæ velut ingentem molem de muſica habitæ, poſui: nam & ipſe vires poteſtatémq; ipſius hiſce verſibus demonſtrare nobis occupaſti. Clariſſimum profectò ac princeps ipſius opus eſt, gratiſſima erga deos penſatio. Inſequens & ſecundum, purgatio animi, & concinna, apta & congruens conſtitutio ſyſtemáque, *quam nos complexionem diximus.* Hæc fat' Soterichus, Habes poculares de muſica ſermones, bone magiſter, inquit. Admirationi habita
eſt oratio Soterichi, & apparebat in ore ipſius, atque D
voce dicentis, Muſicæ ſtudium. Tū doctor meus, Cum cætera omnia, inquit, tū illud in primis in vtroque veſtrum probo ac laudo, quòd ordinem quiſque ſuum decorúmque ſeruauit. Nam quæ citharœdū ſcire manibus vtentem & opere conſentaneum erat, iis nobis epulas Lyſias condiuit. Quæcūque verò ad vtilitatem ac ſpeculationem, imò etiā poteſtatem, vſúmq; muſicæ ſpectabāt, docēs Soterichus, apparatiſſimis inſtru-

A ctiſſimiſq; nos dapibus accepit. Illud verò arbitror eos conſultò ac ſponte reliquiſſe mihi:neque enim dãnabo timiditatis,quaſi veritos ne muſicam velut in comeſſationis portionem alienam rapere viderẽtur. Iam verò ſicubi vtilis conferénſque eſt muſica, in conuiuiis potiſſimũ eius vtilitas apparet & exiſtit,bonúſque id Homerus declarauit,cãtum quodam loco ac ſaltationem inquiens conuiuio dedicata & conſecrata eſſe. Nemo tamen ſuſpicetur ad oblectandum modò muſicam vtilem eſſe Homerum exiſtimaſſe:latet enim in carminibus ipſius altior & profunda quædam intelligentia: in
B occaſiones nanque, cœnas (inquam)& hilares veterũ conſuetudines,pro ſummo atque perutili auxilio muſicam recipiebat. Introduci enim muſicam in epulis
2101 optimum eſſe, vt noſter Ariſtoxenus refert,tanquam potentem reuellendi ac mitigandi feruidam vini vim. Dicere enim vir ille ſolebat,adhiberi eam ad conuiuia, quòd quum ſæpe merum plus æquo hauſtum mẽtem & corpus fallere conſueſcat haurientium, circunſtans muſica ordine & mẽſura rata atque mediocri reuoca-
C ret eos ad niſum ſtatúmque contrarium, & adhiberet modum, & in trãquillitate atque conſtantia pacatum animũ contineret. Homerus itaque priſcos ad eas occaſiones muſica fuiſſe vſos cecinit. Iã verò amici,quod ſummum omniũ eſt, quódque maximè verendam eſſe muſicam declarat,prætermiſſum eſt à vobis. Rerum enim omnium motiones, aſtrorúmque cõuerſiones, Pythagoras,Archytas,Plato & reliqui veteres philoſophantes, nec fieri nec conſiſtere poſſe abſque muſica prædicarunt:omnia nanque opificem Deum cum har-
D monia fabricaſſe contendunt.Sed alieno tempore hac de re à me prolataretur oratio.Supremũ autem & muſicum in primis eſto,adhibere cũctis rebus debitam & congruentem menſuram & modum.Hæc quum dixiſſet,pæanem cecinit, & Saturno liberiſque ipſius, diis nimirum omnibus, & Muſis facta libatione,conuiuas dimiſit.

FINIS.

Digitized by Google

ALIA OPVSCVLA ad tomum tertium pertinentia.

PLVTARCHI COMparationis Ariſtophanis & Menandri breuiarium. 1567

G. XYLANDRO AVGVſtano interprete.

VNIVERSE vt dicam, multo præfert Menandrum. Singulatim autem hæc adiicit. Genus dicendi tumidum & ſcenæ accōmodatum atque illiberale Ariſtophanem vſurpaſſe, Menandrum neutiquam. Indoctus enim aliquis & plebeius illius oratione capitur, doctus offenditur. loquor de antithetis, ſimiliter cadentibus, & paronymiis. quibus Menander rarò & cum ratione vtitur atque accuraté: alter crebrò, & intempeſtiuè ac frigidè. Laudatur enim, inquit, quòd tamias ſubmerſit, non tamiæ, *id eſt promicondi*, ſed lamiæ *ſeu ſtriges* quòd eſſent. atque ſic ſiue malitiam ſiue ſycophantiam ſpirat. &, Ventre viuit, inteſtinis, artubus. &, Præ riſu ad Gelan (*quod ridere eſt*) perueniam. &, Quid tibi faciam miſera amphora exoſtraciſata? (*oſtraciſmus modus eſt in exſulium agendi: & oſtracus, teſta eſt. Camphora teſtacea notari videtur*) &, Agreſtia vos ô mulieres mala. quia ipſe agreſtibus erat enutritus oleribus. &, Sed trichobrotes meum lophum deuorauerunt. *id eſt, pediculi verticem meum exederunt*. Item,

A

B

mmmm.j.

A *LA. Fer Gorgonitergum huc aſſidis mihi circulum.*
DI. Mihi placentæ caſeitergum orbem cedo.

multáque id genus alia. Habet nimirum in apparatu
verborum aliquid tragicum, nec non comicum, pro-
teruum, pedeſtre, obſcuritatem, communitatem, fa-
ſtum, elationem, loquacitatem, nugas quæ nauſeam
cieant. Quúmque dictio eius tantum habeat diſſimi-
litudinis & inæqualitatis, ne decorum quidem ſingu-
lis generibus & ſuum accommodauit locũ. verbi gra-
1568 tia, regi faſtum, oratori vim dicendi, mulieri ſimplici-
B tatem, pedeſtrem ſermonem plebeio, inſolentem fo-
renſi. ſed veluti ſorte perſonis vocabula vt occurre-
bat vnumquodque, attribuit: vt dignoſcere non poſſis
filiúſne loquatur, an pater, ruſticus, deus, anus, heros.
At Menandri ita dolata eſt, itáque inter ſe conſpirat
contemperata dictio, vt quum per tam varios omnis
generis motus animorum ducatur, ac omnigenis ac-
commodetur perſonis, vnica tamen videatur, æquabi-
litatémque perſeruet ſuam in vulgatis vſitatiſque vo-
cabulis. Quòd ſi alicubi res præſtigiarum aliquid ſtre
C pitúſve requirat: tibicines ſolertes imitatur, qui o-
mnibus tibiæ apertis foraminibus, mox vocem artifi-
cioſè in ſuam reſtituunt ſedem. Tametſi autem multi
fuerunt præclari opifices, nullus tamen calceum, lar-
uam, aut veſtem fecit quæ ſimul viro, mulieri, adole-
ſcenti, ſeni, ac vernæ conueniret. At Menander tali eſt
ſermone vſus qui congrueret cuivis naturæ, ſtatui, æ-
tati. quũ quidem & iuuenis ſe ad eam rem contuliſ-
ſet, & in ipſo vigore ſcribendi ac docendi fabulas de-
ceſſerit: quando maximè ſcribentes incrementa face-
D re ad eloquutionis virtutem Ariſtoteles teſtatur. Si
quis verò primas Menãdri fabulas cum mediis & vl-
timis comparet, iudicare poterit quanta fuiſſet addi-
turus ſi diutius vixiſſet. Item. Poetarum comicorum
alios in ſcribendo populo & multitudini ſe accommo
dare, alios paucis: non facilè ex omnibus inueniri qui
vtrique generi ſe applicuerit. Sed Ariſtophanes neque
plebi placere, neque ferri à prudentibus potuit. nam
poeſis eius ſimilis eſt meretricis quæ ætate iam vltra

vigorem progreſſa matronam imitans, neque fertur A
à vulgo hominum ob inſolentiam,& graues homines
impudicitiam eius malitiámque abominantur. Contrà Menander cum venuſtate quadam vbique ſe gratum aptúmque exhibuit,in theatris,colloquiis, conuiuiis:ſuámque poeſin ita compoſuit vt eſſet communiſſimus omnium quæ Græcia tulit bonorum commentarius,qui legeretur,diſceretur, & certatim ageretur. oſtenditque adeò quanta res eſſet dexteritas dicendi, vbique vi perſuadendi ineuitabili incedens, omniúmque auditum & intelligẽtiam Græcæ linguæ ſibi ſubiugans. Cuius enim rei gratia vir rectè inſtitutus venire dignaretur quàm propter Menandrum? quando implentur theatra viris eruditionem amantibus,quàm quum comica oſtenditur perſona? cui in conuiuiis iuſtius mẽſa cedit, locúmque Bacchus dat? Iam ſicut pictores oculis defeſſis ad floridos & virides ſe auertunt colores: ita philoſophis & laborioſis requies grauium atque cõtinentium meditationum eſt Menander, tanquam prato pulchrè florenti & opaco atq; auræ pleno excipiẽs animum. Item. Quum hoc tempus actores comœdiarum multos bonóſque vrbs ferat:Menandri comœdiæ plurimos habent ſacróſque ſales,tanquam eo natos mari quod Venerem protulit.Ariſtophanis autem ſales amari & aſperi,acrem & mordentem adeóque exulcerantem vim habent: vt neſciam vbi ſit illa ab ipſo decantata dexteritas, in verbíſne an perſonis. Quinetiam quæ imitatus eſt, corrupit.calliditatẽ facit non ciuilem, ſed malitioſam: ruſticitatem non cautam, ſed fatuam: iocos non qui rideantur, ſed derideantur: amores non hilares, ſed impudicos. Nulli enim moderato videtur is homo ſuum poema ſcripſiſſe:ſed turpia & libidinoſa intemperantibus, maledica & acerba inuidis atque malignis hominibus.

Margin letters and number: B, C, D; 1569

PLVTARCHI DE

1570 Herodoti malignitate commentarius.

G. XYLANDRO AVGVſtano interprete.

A HERODOTI multos, Alexander, & dictio vt ſimplex, & nullo labore ac facilè rebus ſeſe applicans decepit: plures etiam ingenium eius candidũ falſò ſuſpicati ſunt fuiſſe. Non enim modò extremæ eſt (vt Plato ait, iniuſtitiæ, videri iuſtũ, quũ nõ ſis: ſed ſummæ eſt malignitatis ſimulando facilitatẽ & ſimplicitatẽ, iniquiſſimũ ſe præbere. * maximè aduerſus Bœotos & Corinthios vſus eſt, ne aliis quidem parcẽs: exiſtimo debere me & maiores noſtros & ipſam veritatem tueri in hac ipſa operis parte. nam qui alia eius mendacia & figmenta velit recenſere, multis opus habuerit libris. Sed, quod ait Sophocles,

Perſuaſionis Vultus eualet,--

maximè in gratioſa oratione & tantam vim habente, cùm alia abſurda, tum indolem ſcriptoris occultare. Philippus quidem Græcis ab ipſo ad T. Quinctium deficientibus dicebat eos leuiori ſanè, ſed longiori iugo colla ſubmiſiſſe. At Herodoti malignitas eſt ſanè leuior & mollior quàm Theopompi, magis autem C attingit & lædit: ſicut venti per anguſtias occultè ſpirantes, moleſtiores ſunt apertis. Videtur autem commodum fore vt rudi Minerua delineemus quæ com-
1571 muniter non puræ aut beneuolæ, ſed malignæ narrationis quaſi veſtigia & notæ ſint: deinde ſingula eorum quæ examinabimus, eò collocaturi quo pertinent. Primùm ſi quis in re narranda aliqua odioſiſſimis nominibus vtitur, quũ in promptu ſint molliora: (vt ſi quis Niciam diuino furore percitũ dicat, quum

nimis deditum diuinationi dicere liceat: aut Cleonis A
ferociam & inſaniam, quum poſſit futilitatem) is non
æquus eſt, ſed fruitur iam ſuo modo loquendi. Deinde
ſiquid vitii ineſt aliâs, quod ad hiſtoriam nihil facit:
id ſcriptor arripiēs, & in res nullo vſu admiſcens,
narrationem extendit & per ambages circumducit, vt
calamitatem alicuius aut flagitium vel actionem illaudabilem
inſerat: ſatis oſtendit ſe maledicendo oblectari.
Itaque Thucydides ne Cleonis quidem peccata
quæ plurima erant, perſpicuè recenſuit: & Hyperbolum
popularem oratorem vno verbo attingens, hominémque B
malum appellans, miſſum fecit. Philiſtus etiam
Dionyſii in barbaros iniurias quæ cum Græcis
rebus connexæ non eſſent, vniuerſas præteriit. Digreſſiones
enim è narratione fabulis maximè permittuntur
& antiquitatis explicationi: fierique ad laudandum
debent. qui verò additamentum ſermoni facit
maledicta & vituperationes, videtur in tragicam incidere
exſecrationem,

Pereas qui calamitates hominum colligis.

Iam quod ab altera parte huic reſpondet, nemo non C
videt: bonum ſcilicet aliquod videri impunè poſſe omitti.
Sed tamen malitioſè hoc fit, quãdo quod omittitur
in locum incidit qui ad hiſtoriam pertinet. Illibenter
enim laudare, non eſt quàm libēter vituperare
honeſtius, fortaſſe etiam turpius. Quartum ergo
ſignum pono ingenii in hiſtoria ſcribenda parum æqui,
quum duo aut plures vna de re ſermones feruntur,
deteriorem amplecti. Sophiſtis quidem conceſſum 1572
eſt lucri aut gloriæ cauſa ſententiam peiorem ſumere
defendendam: (non enim fidem validam faciunt D
de rebus, & plerunque non negant gaudere ſe abſurdis
& incredibilibus probabilitatem conciliando)
qui verò hiſtoriam ſcribit, debet quæ vera ſit ſcribere.
de incertis meliora videntur rectius quàm peiora
prodi: & hæc ſunt qui omnino prætermittãt. Verbi
gratia, de Themiſtocle Ephorus ſcribit, eũ Pauſaniæ
proditionem & quæ cum regiis ducibus tractaret
legiſſe, non tamen paſſum ſibi hoc perſuaderi, neque

A admiſiſſe Pauſaniam, à quo ad ſpei ſocietatem vocabatur. Thucydides id, vt planè damnatum falſi, omiſit. Porrò de rebus quas geſtas cõſtat, cauſa autem & inſtitutum actionis in obſcuro eſt, malignus eſt & iniquus qui in deteriorem partem coniecturas facit. vt comici bellum à Pericle propter Aſpaſiam vel Phidiam incenſum fuiſſe dicentes: non animi magnitudine & ſtudio contendendi, retundere faſtum Pelopõneſiorum, & nulla in re concedere Lacedæmoniis volente. Præclaris enim & laudatis factis atq; rebus ma-
B ligni cauſam qui ſubiiciũt vitioſam, calumniandóque in ſiniſtras abducunt ſuſpiciones de latente eius qui rem geſſit conſilio, quando ipſum factum palàm vituperare non poſſunt: (vt qui cædem Alexandri tyranni à Theba perpetratam nõ magnanimitati & odio malorum, ſed obtrectationi cuidam muliebri imputant: Catonémque aiunt mortem ſibi cõſciuiſſe quòd metueret ne Cæſar ipſum turpi morte afficeret) hos liquet ad ſummam inuidentiam & nequitiam nihil ſibi feciſſe reliquum. Etiam in modo agendi narratio
C hiſtorica malignitatem admittit: vt ſi pecunia quis,
1573 non virtute, rem confeciſſe dicatur, quod de Philippo nonnulli perhibent: ſi nullo labore, & facilè, vt de Alexandro: non prudentia, ſed felicitate, vt Timotheũ inimici pingebant dormientem, & vrbes vltrò in retia eius ingredientes. Nam haud dubiè magnitudinem & pulchritudinem actionum deminuunt qui generoſè, laborioſè, per virtutem & ſua ipſorum opera autores earum egiſſe inficiantur. Porrò qui apertè malè dicere volunt * moroſitatem exprobrare, fe-
D rociam, inſaniam, niſi modum ſeruent. Hi verò obliquè & quaſi ex abdito calumniis tãquam ſagittis impetentes, deinde pedem referentes, eóque ſe velantes quòd non credere dicunt quæ omnino credi volunt: dum malignitatem negant, vlterius etiam illiberalitatis ſeſe obligant. Quibus adfines ſunt qui vituperationibus laudationes aliquas apponunt. vt Ariſtoxenus, qui quum Socratem ineruditum, inſcium, & libidinoſum dixiſſet, addidit, Iniuſtitia tamen abe-

rat. Sicut enim qui ex arte & callidè adulantur, aliquā A
do multis & longis laudationibus vituperationes admiſcēt leuiculas, veluti condimentū adulationi libertatē immittentes: ita malignitas vt fidē criminibus faciat, laudē ſimul ponit. Licebat autem plures etiā notas enumerare, ſed hæ ſufficiunt ad ingeniū moréſque Herodoti qualia fuerīt, declarandū. Primùm itaq; à Veſta, quod aiūt, orſus, Iò Inachi filiam, quam omnes Græci à barbaris cultam diuinis honoribus, reliquiſſe multis maribus & fretis maximis nomen à ſe ob gloriā cenſent, fontémq; & principiū nobiliſſimarum B
ac regiarum proſapiarum præbuiſſe: præclarus iſte negociatoribus Phœnicibus ſe dedidiſſe ait, vitiatam à nauclero non inuitam, & metuentem ne deprehenderetur à ſuis grauida. Mentitúrq; Phœnices hæc de ea tradidiſſe: & Perſarū narrationes ait teſtari, eſſe illam 1574
à Phœnicibus vnà cum aliis raptā mulieribus. Mox ſententiam fert de pulcherrimo & maximo Græciæ facinore, ſtultè inquiens bellum Troianum fuiſſe ſuſceptum propter malā mulierē. Manifeſtum enim eſt, inquit, niſi ipſę voluiſſent, futurum non fuiſſe vt raperētur. Proinde dicamus deos etiam ſtultè feciſſe, qui C
Spartanos ob violatas Leuctris Scedaſi filias puniuerunt: & Aiacem ob vim Caſandræ factam Manifeſtū enim eſt, ſi Herodoto credimus, niſi ipſæ voluiſſent, non fuiſſe futurum vt violarentur. Atqui ipſe ait Ariſtomenem viuum fuiſſe à Spartanis correptum, idémque poſtmodò Philopœmeni accidit Achæorum prætori, & Regulum Romanorum conſulem ceperunt Carthaginiēſes: quibus non facilè inueneris viros pugnaciores & bellicoſiores. neque mirum hoc, quando D
pantheræ etiam viuæ & tigres abripiuntur ab hominibus. Herodotus verò vim paſſas mulieres accuſat, & raptoribus patrocinatur. Ita autem fauet barbaris vt Buſiridem ſacrificiis iſtis quæ ferūtur, humanis & hoſpitum nece abſoluens, omnibúſq; Ægyptiis multum diuinitatis & iuſtitiæ ſuo quidem teſtimonio deferēs, abominandum illud ſcelus atque ſceleſta parricidia in Græcos conetur auertere. Nam in ſecundo libro

A Menelaum ait,quũ à Proteo recepiſſet Helenam, ma-
gniſque eſſet affectus muneribus, iniuſtitia omnes ſu-
peraſſe homines & improbitate. Quũ enim nauigan-
di facultate deſtitueretur ,cõmentum eſſe rem impiã,
arreptíſque duobus puerulis incolarum , exta eorum
inſpexiſſe.ob hoc quũ laboraret inuidia , & eſſent qui
perſequerentur , profugum nauibus rectà in Africam
fuiſſe auectum. Hæc narratio cuiúſnam ſit Ægyptio-
rum,equidem haud noui. Nam cõtrà apud Ægyptios
multi Helenæ, multi Menelao honores etiamnum a-
B pud eos habentur. Idẽ Herodotus,vt ſibi ſimilis ma-
neret, Perſas ait à Græcis violationem maſculi ſexus
1575 didiciſſe. At quî Græcis Perſæ huius impuritatis mi-
nerual debent ? apud quos ferè omnes alii ſcriptores
cõſentiunt mares fuiſſe exſectos antequàm Græcum
illi attigiſſent mare.Græcos autem didiciſſe ab Ægy-
ptiis pompas,ſolennes feſtiuitates, & cultum horum
x i i deorum. Dionyſi quoque nomen (*is eſt Bac-
chus*)Melãpodem ab Ægyptiis didiciſſe,& alios Græ-
C cos docuiſſe. myſteria quoque, & Cereris ſacrorum
initiationes ex Ægypto à Danai filiabus allatas. &
verberari quidem Ægyptios ac lugere , ſed nomina
eorum nolle edere,ac de numinibus os compeſcere.
Herculem autem & Bacchum , quos Ægyptii deos
appellant, Græci, homines qui conſenuerint : nulli-
bi iſtam adhibuit cautionem . quanquam Herculem
quoque Ægyptium in diis ſecundis ponit , Bacchum
in tertiis : vt qui aliquod ortus ſui principium ha-
buerint , neque æterni fuerint. Sed tamen illos deos
D eſſe pronunciat, his vt caducis & heroibus parentan-
dum putat , non ſacrificandum vt diis. Eadem de Pa-
ne etiam dixit : Ægyptiorum ſuperbis nugis & fabu-
lis ſacra Græcorum maximè veneranda & caſta ſub-
uertens.Neq; hoc ſatis atrox.Quin & Herculis genus
in Perſeum referens,Perſeum,inquit, Aſſyrium fuiſſe
Perſæ aiunt :Dorienſium autem duces videri poſſunt
rectà vt genuini ab Ægyptiis deſcendere,recenſentes
in maioribus ſuis Danaes & Acriſii maiores. Nã E-
paphum,Iò, Argum, Iaſum,alióſque,omnino omiſit,

hoc ſibi ſtudio ducens,non modò vt alios Hercules A
Ægyptios & Phœnices faceret :ſed vt etiam tertium
hũc è Græcia patria eiectum in barbaros deportaret.
At enim de priſcis & doctis hominibus neque Home
rus,neque Heſiodus,neque Archilochus,neque Piſan
der,neque Steſichorus,neque Alcman, neque Pinda-
rus vllam habent mentionem Ægyptij aut Phœnicis
Herculis:ſed vnum illum norunt Herculem noſtrum 1576
Bœotum & Argiuum. Iam de ſeptẽ ſapiẽtibus,quos
ille ſophiſtas nominat, Thaletem à Pœnis oriundum
ac barbarum genere pronunciat. Diis autem maledi- B
cens ſub perſona Solonis, Me, inquit, gnarum omne
numen inuidum eſſe ac tumultuoſum, de rebus huma
nis interrogas.ſuam enim de diis Soloni tribuens ſen
tentiam,malignitatem impio ſermoni adiunxit. Pit-
taco idem in paucis & memoratu indignis vſus,quod
maximum ille vir edidit factum ac pulcherrimum, id
omiſit. Athenienſibus enim & Mitylenæis de Sigeo
bellum gerentibus,Phrynoni Atheniẽſium duci ad ſin
gulare certamen prouocanti ſi quis congredi vellet, C
occurrit,reſtíque circumiecto homine , robuſtum ac
magnum interfecit.ac Mitylenæis magna ei dona offe
rentibus, coniecta haſta id duntaxat agri petiit quò
cuſpis pertigiſſet:locúſque is etiamnum Pittacium di-
citur. Quid hæc Herodotus? Quum eò loci perueniſ-
ſet,pro re à Pittaco bene geſta fugam Alcæi ponit,ar-
ma in prælio abiicientis.bene facta non ſcribẽdo,tur-
piter acta non prætermittendo, teſtimonium perhi-
bens qui ex eadem malitia naſci inuidiam & male-
uolentiam alienis gaudentem incõmodis aiunt. Se- D
cundum hæc Alcmæonidas,qui viros ſe præſtiterunt,
patriámque tyrannide liberauerunt,proditionis inſi-
mulans,ait recepiſſe ab exſulio Piſiſtratum, & reduxiſ
ſe in patriam pactis filiæ Megaclis nuptiis. puellam au
tem matri narraſſe,à Piſiſtrato ſe non vt fas eſt cogno
ſci.hoc ſcelus Alcmæonidas indignè tuliſſe, ac tyran-
num eieciſſe. Ne autẽ malignitas eius minus in Spar
tanos quàm in Athenienſes redundaret, vide vt O-
thryadã,in ſumma apud illos admiratione & honore

A habitum fœdet. Vnum autem,inquit, de ccc ſuper-
1577 ſtitem Othryadem ferunt turpe ratum Spartam re-
dire ſociis amiſſis,ibi ad Thyreas ſibi ipſi manum in-
tuliſſe.Suprà enim quum incertam fuiſſe vtrinque di-
ceret victoriam, hæc pudore Othryadis victos fuiſſe
Lacedæmonios arguit.turpe enim fuit ei viuere victo:
at victori ſuperuiuere pulcherrimũ. Mitto nunc quòd
Crœſum,hominẽ indoctum, glorioſum, & ridiculum
in omnibus faciens: ab eo capto Cyrũ, qui prudentia
B & virtute ac magnanimitate facilè omnes reges excel
luiſſe creditur, inſtitutum atque officij admonitum
ſcribit.Quúmque de Crœſo nihil aliud laudabile te-
ſtetur,quàm multis eum ac magnis donariis deos eſſe
veneratum:hoc ipſum facinus impiiſſimum fuiſſe mõ
ſtrat. Viuo enim patre Pantaleontem fratrem cum
Crœſo de regno contendiſſe. eo potitum Crœſum v-
num de ſociis & familiaribus fratris in officina fullo-
nis enecaſſe,donariáque ex eius pecunia facta diis mi
ſiſſe. Deiocẽ quoque,qui virtute & iuſtitia regnum
in Medos ſibi parauit, ſimulatione iuſtitiæ id ait eſſe
C conſequutum. Sed mitto barbara, quando magnam
exemplorum copiam res Græcæ ſufficiunt.Athenien-
ſes & pleroſque alios Iones ait nolle ſe Ionum nomi-
ne dehoneſtari,ſed id fugere.qui verò ſe nobiliſſimos
putarent, & ex ipſo Prytaneo Athenis profectos, eos
prolem è barbaris procreaſſe vxoribus quarum pa-
rentes & liberos interfeciſſent,ideóque has legem tu-
liſſe, & filiabus quoque ſuis ſeruandam iniunxiſſe,
1578 ne vnquam cum marito cibum ſumerent,aut eum no
minatim compellarent: & qui nunc ſint Mileſii, eos
D ex iſtis ortos mulieribus.Poſtea ſubiiciẽs,Iones puros
eſſe qui Apaturia celebrãt:Agunt,ait,omnes, Epheſiis
demptis & Colophoniis. hos ergo ſic nobilitate ſpo-
liat ſua. Porrò Pactyã,qui Lydos vt deficerent à Cy
ro induxerat, vt dederent ait Cumæos & Mitylenæos
pretium pactos egiſſe:quantum, ſe ignorare. Scilicet
præclarum eſt quum fatearis te pretium ignorare,in-
terim quaſi probè comperta re tantam vrbi Græcæ
infamiam impingere. Chios ait Pactyam ad ſe dela-
tum ex Mineruæ poliuchi fano auulſum tradidiſſe,

Atarneúmque mercedis loco accepiſſe. At Charo A
Lampſacenus, ætate prior, vbi de Pactya ei ſermo eſt, nullum tale neque Mitylenæis neque Chiis flagitium imputat. Hæc autem ſunt eius verba: Pactyes audito exercitum Perſicum appropinquare, profugit primò Mitylenam, deinde in Chium: eúmque cepit Cyrus. In tertio deinde libro Herodotus narrans Lacedæmoniorum aduerſus Polycratem tyrannum expeditionem, ſcribit Samiòs exiſtimare & dicere, Spartanos ipſis gratiam rependere pro auxilio quondam
iis aduerſus Meſſenios lato, ideóque & exules redu- B
cere Samios, & in tyrannum bellum mouere. Lacedæmonios autem id negare, ac dicere ſe non opitulandi aut liberandi, ſed vlciſcendi Samios cauſa eam ſuſcepiſſe expeditionem, qui miſſam ipſis à Crœſo crateram, rurſúmque ab Amaſide thoracem ſurripuiſſent. Atqui nullam ea tempeſtate vrbem ita & magnificam & tyrannis infenſam nouimus vt fuit Sparta. Cuius enim thoracis cauſa aut crateris Cypſelidas eiecerunt Corintho & Ampracia, Lygdamin 1579
Naxo, Piſiſtrati filios Athenis, Sicyone Æſchinem, C
Thaſo Symmachum, Phocæ Aulin, Mileto Ariſtogenem, dominationem in Theſſalis euerterunt, Ariſtomede & Angelo opera Leotychidæ regis deiectis? de quibus alibi copioſius ſcriptum eſt. Si autem Herodoto credimus, nihil ſibi malitiæ, nihil ſtultitiæ fecerunt reliquum, qui pulcherrimam & iuſtiſſimam expeditionis cauſam abnegantes, faſſi ſunt ſe ob acceptæ iniuriæ memoriam, reique vilis magnam æſtimationem, miſeros homines afflictóſque adoriri.
Enimuerò Lacedæmonios vtcunque tum ſub ſtylum D
ſuum venientes ibi pupugit. Corinthum autem, quæ hæc quidem extra curſum narrationis erat, tamen obiter quoque arripiens turpiſſimo crimine & calumnia peſſima conſperſit. Hæc, inquit, expeditio vt fieret, ſtudioſè Corinthii adiuuerunt, quibus ipſis quoque contumelia erat olim à Samiis facta. Res ita habet: Corcyræorum pueros CCC primarios Periander Corinthi tyrannus ad Alyattem miſit caſtrãdos. hos,

A quum in ipſorum inſulam exſcenſionem feciſſent,do-
cuerunt Samij in fano Dianę ſupplices ſedere, ac pla-
centa è ſeſamo & melle ad edendum proponentes cõ-
ſeruauerunt. Hoc contumeliam Samiorum in Corin-
thios appellat ſcriptor, ideóque hos ſtimulos Lacedæ
moniis addidiſſe: nimirum quòd Samii filios Græco-
rum mares relinqui obtinuiſſent. quod ſcelus Corin-
thiis ille tribuens, vrbem ipſo tyranno flagitioſiorem
facit. Is quidem vltus fuit Corcyræos, qui filium eius
B interfecerant. Quid autem euenit Corinthiis, vt à Sa-
miis pœnas expeterent, quòd ii crudelitati & impro-
bitati tantæ impedimẽto fuerũt? idque adeò poſt tres
ætates, vt memoriã acceptæ iniuriæ renouarent in e-
ius gratiam tyrannidis cuius, vt quæ grauiſſima ipſis
2580 fuiſſet, exſtinctæ omnia monumẽta & veſtigia abolẽ-
di finem nullum faciebant? Talis ergo fuit Samiorum
in Corinthios iniuria. Qualis verò pœna Corinthio-
rũ de Samiis expetitur? Equidẽ ſi verè iraſcebantur Sa
miis, non inſtigare, ſed dehortari potius Lacedæmo-
nios ab expeditione in Polycratem debuerunt: ne ty-
C ranno deiecto Samii vnquam libertatem recipere poſ
ſent. Quod autem maximum eſt, cur tandem Corin-
thii Samiis iraſcebantur, qui voluerunt, non potuerũt
etiam ſeruare Corcyręorum pueros: Cnidios, qui ſer-
uauerunt eos & reddiderunt, non culpãt? Et quidẽ hac
de re Corcyræi non magnam habent Samiorum ratio
nem, Cnidiorum meminerunt, hiſque ſunt apud ipſos
honores, immunitates, & decreta. nam hi nauibus ad-
uecti, cuſtodes Periandri è templo expulerunt, pueróſ-
que ad ſe receptos Corcyram peruexerunt. vt Ante-
D nor Cretenſis perhibet, ac Dionyſius Chalcidenſis li-
bro de origine vrbium. Non autem vlciſcẽdi Samios,
ſed à tyranno liberandi cauſa Spartanos expeditionẽ
ſuſcepiſſe, ipſis Samiis teſtibus poteſt doceri. Tradunt
enim, Archiæ Spartano, quũ is fortiſſimè tum pugnãs
cecidiſſet, ſepulcrum in Samo publicè factum, idque à
ſe honoribus affici. ideóque poſteros etiam eius ſem-
per cum Samiis familiariter atque humaniter agere.
quod ipſum Herodotus quoque teſtatus eſt. Idẽ li-

bro quinto de præſtantiſſimis Athenienſium ac prin- A
cipibus viris Cliſthenē ait Pythiæ perſuaſiſſe vt Spar-
tanis ſemper falſa oracula redderet, quibus iuberen-
tur Athenienſes à tyrannis liberare: facto pulcherri-
mo & iuſtiſſimo tantam ſceleris ac impoſturæ anne-
ctens calumniam, deóque adimens vaticinium bonũ
atque verum, & dignum Themide quæ ei adſidere di 1581
citur. Ait præterea coniugis ſuæ abuſum permiſiſſe I-
ſagoram Cleomeni ad eam ventitanti. & more ſuo fi-
dei parandæ gratia admiſcens vituperationibus lau-
des aliquas, Iſagoras, inquit, Tiſandri F. familia fuit B
natus nobili, ſed originem eius non habeo dicere: co-
gnati quidem eius Ioui Cario ſacrificāt. O hominem
verſuto & ciuili naſo! qui ad Cares tanquam coruos
Iſagoram abominando reiiciat. Ariſtogitonem verò
non obliquè iam, ſed rectà portis eiectum in Phœni-
ciam proturbat, à Gephyræis originem eum trahere
inquiens. eſſe autem Gephyræos non ex Eubœa aut
Eretrienſes, ſed Phœnices: vt quidem ipſe auditu acce
perit. Sed quum Athenienſium à tyrannis liberationē
adimere Lacedæmoniis non poſſet: audet turpiſſimo
affectu pulcherrimum facinus conſpurcare. Mox e- C
nim ait Spartanos correptos fuiſſe pœnitentia, quòd
adulterinis moti oraculis viros hoſpitio ſibi iunctos,
promittentéſquè ipſis Athenas in poteſtatem traditu-
ros, è patria expuliſſent tyrannos, ingratóque populo
vrbem reſtituiſſent. Voluiſſe deinde eos Hippiam à Si
geo reuocatum Athenas perducere: ſed Corinthios eis
obſtitiſſe, Soſicle narrante qualia egiſſent Cypſelus &
Periander Corinthi tyrannidem gerentes. quum qui-
dem ipſe nullum atrocius aut crudelius facinus retule
rit atque iſtam trecentorũ emiſſionem: quos quia eri D
puiſſent Samii, ac ne caſtrarentur prohibuiſſent, ideò
iis vt contumelia adfectos iratos fuiſſe Corinthios di-
xerat. Tanto tumultu ac diſſenſione malignitas eius
plena eſt, in narrationes quacunque paſſim ſe inſinuās
occaſione. In ſequētibus, Sardibus geſta narrans, quā
tum potuit rem luxauit atque corrupit: naues quas 1582
Athenienſes Ionibus qui à rege defecerant tutandis

A miſerunt, auſus malorum vocare initium, quòd tot tantáſque Græcas vrbes à barbaris liberare conarentur: Eretrienſium autem obiter admodum faciens mẽtionem, magnúmque eorum & præclarum facinus reticens ac memorabile. Iam enim vt * circa Ioniam confuſam, claſſe regia adnauigante, foràs obuiam euntes Cyprios in mari Pamphylio pugna nauali deuicerunt. Poſt hæc retrò conuerſi, nauibus apud Epheſum relictis Sardes adorti ſunt, & Artaphernem (qui in arcem confugerat) obſederunt, vt Mile-
B tum obſidione liberarent. quod & conſequuti ſunt: hoſtéſque mirabili terrore perculſos inde amouerunt. ipſi multitudine obrutum ſe iri videntes receſſerunt. Hæc cùm alii, tum Lyſanias Mallotes in Opere de Eretria ſcripſerunt. & conueniebat, ſi nulla alia de cauſa, ſaltem excidio vrbis eius & interitui accinere memorandum iſthuc & præclarum facinus. Herodotus verò etiam victos à barbaris eos in naues ait cõfugiſſe inſequente hoſte, quum nihil tale Lampſacenus prodiderit Charo, cuius ſunt verba: Athenienſes
C autem x x triremibus nauigarunt vt auxilium ferrẽt Ionibus. & ad Sardes expeditione facta, omnia circa eã vrbẽ ceperunt, excepta munitione regia. his actis Miletũ reuerterunt. Porrò in ſexto libro Herodotus narrãs quomodo Platęẽſes Spartanis ſeſe dediderint, illi verò eos ad Athenienſes ablegauerint, vtpote finitimos, & defenſores non malos: addit, non quaſi ſuſpicionem aut opinionem, ſed tanquam rem ſibi compertam, Lacedæmonios non ita iſtud conſilium beneuolentia erga Platæenſes, vt ſtudio laborem Athe-
D nienſibus incutiendi rem cum Bœotis habituris dediſſe. Proinde, niſi malignus eſt Herodotus, inſidiato-
* res fuerunt & maligni Spartani: ſtulti autem Atheniẽ-
1583 ſes, ita ſibi imponi qui ſinerent: Platæenſes verò nõ honoris aut beneuolẽtiæ cauſa, ſed vt belli futura anſa in medium proiecti ſunt. Sanè plenilunium prætendiſſe, quod exſpectantes ad Marathonẽ non venirent Atheniẽſibus ſuppetias latũ Lacedæmonii, dũ pro re certa tradit, mẽdacio eos ſuo grauat. Non enim modò ſex-

centies aliàs illi exercitum eduxerunt & ſigna contu- A
lerunt initio menſis, non præſtolati plenilunium: & pa
rum abfuit quin ad hanc pugnā, ſexta Boedromionis
die commiſſam, venirent: adeò vt cadauera etiam ſpe-
ctauerint ad locum prælii iam præſentes. Et tamen He
rodotus de plenilunio iſta ſcripſit: Non poterant ve-
rò iſto hæc tempore facere, quia violare legem nole-
bant. erat enim nona menſis dies. qua die exire ſibi li-
cere negabant, orbe lunæ non pleno. itaque plenilu-
nium opperiebantur. Tu quidem, Herodote, plenilu-
nium transfers in principium menſis, quando luna B
dimidio orbe fulget: vnóque conatu cælum, tempo-
ra & res omnes conturbas, profeſſúſque te res Græ-
cas ſcribere, maximè autem Atticis operam impende
re, ne pompam quidem cognouiſti quam ſolennem e-
tiamnum Athenienſes ad Agram mittunt, gratias He-
catæ pro victoria agentes. Verùm hoc facit pro He-
rodoto aduerſus crimen quod ei obiicitur, magnam
eū ab Athenienſibus propter adulationem accepiſſe
pecuniam. Si enim his iſta recitaſſet, non omiſiſſent
aut neglexiſſent ſceleroſum iſtum Phædippidam, qui C
è pugna veniens Lacedæmonios ad eam vocaret, bi-
duò quidem (vt ipſe ait) Athenis Spartam profe-
ctum. niſi fortè Athenienſes deuictis hoſtibus ad pu-
gnam demum ſocios vocauerunt. Sanè x talenta A-
thenis dono veniſſe ipſi, Anyto rogationis autore,
Diyllus ſcripſit Athenienſis, homo in hiſtoria non cō
temnendus. Narrāda porrò Marathonia pugna He- 1584
rodotum plerique aiunt ipſo occiſorum numero rei
fidem derogaſſe. Scribit enim, Athenienſes Dianæ A-
groteræ *ſeu Agreſti* vouiſſe tot hœdorum victimam D
quot barbarorum corpora ſtrauiſſent. poſt pugnā au-
tem, quum immenſus videretur occiſorum numerus,
decreto hoc deā placaſſe, vt quotannis 1ↄ ſe immola-
turos promitterēt. Verùm his omiſſis videamus acta
poſt pugnā. Reliquis, inquit, nauib' retrò actis barba
ri receptis ex inſulà vbi reliquerāt mancipiis Eretriē
ſibus, Suniū flexerūt, cupientes Atheniēſes ſuo in aſty
aduētu anteuertere. Suſpicabantur Atheniēſes id fieri

A Alcmæonidarum machinatione,qui de compoſito ſcu tum Perſis oſtendiſſent, quum iam eſſent in nauibus. Hi ergo flectebant Sunium.&c.Hoc loco id diſſimule mus quòd Eretrienſes mancipia nominat,quibus nemo Græcorum maiore audacia ac ſtudio rem geſſit, indigna paſſos ſua virtute. Neque adeò magnam habeamus rationem calumniæ Alcmæonidis intentatæ, è quibus & familiæ maximæ conſtabant,& nobiliſſimi viri celebrabantur.Ipſius certè victoriæ de magnitudine actum eſt, finiſque tam decantati facinoris ad B nihilum redit,neque videtur certamen fuiſſe aut magnum aliquod opus,ſed barbaris (quod inuidi aiunt, rem iſtam traducentes)leuis quædam accidiſſe offenſio & exiguum incommodum.ſi quidem à pugna non fugerunt præciſis retinaculis,vento ſe quàm longiſſimè ab Attica prouehẽti dantes:ſed ſublato ſcuto,proditionis teſſera,Athenas claſſe petunt, ſpe capiendi,& per otium Sunio circumnauigato , ſupra Phalerum in alto naues detinent. Primi autem & illuſtriſſimi viri vrbe deſperata * nam paulo pòſt crimine ſoluit, C aliósque proditionis reos facit.Eſto ſcutum fuiſſe oſtẽ 1585 tatum. equidem ipſo dempto hoc qui viderit nemo potuit eſſe.Fieri autem potuit nullo modo , quum Athenienſes ſolidam obtinuiſſent victoriam. & ſi factũ fuiſſet, conſpici à barbaris non potuit , fuga magnóque labore inter vulnera & tela in naues ſe proripien tibus, & locum quanta quiſque celeritate poterat deſerentibus. Sed vbi rurſum Alcmæonidas à ſe excuſari ſimulat iis de criminibus,quæ primus ipſe hominũ D ipſis obiecit,ſic loquitur: Ego autem hunc ſermonem non admitto, Alcmæonidas Perſis de compoſito clypeum extuliſſe,ac voluiſſe Atheniẽſes in barbarorum & Hippiæ poteſtatem dedere. * cuiuſdam inciſi recordor,apprehenderéne an apprehenſum dimittere velis.Ita enim accuſas,mox patrocinaris : calumniáſque de viris illuſtribus perſcribis quas rurſum diluas. Cui verò fidem derogas niſi tibi?Nam ex teipſo audiueras,Alcmæonidas victis & fugientibus barbaris clypeum oſtendiſſe.Quinetiam in his ipſis quæ pro Alcmæonidis

tmæonidis abs te dicuntur, ſycophātam te eſſe oſten- A
dis. Quippe ſi tibi aut magis aut non minus infenſi
tyrannis videntur Alcmæonidæ quàm fuerit Callias
Phænippi F. Hipponici pater: quo loco pones coniu-
rationem eorum, de qua in primis ſcripſeras, auxilio
eos Piſiſtrato fuiſſe, eúmque ab exſulio ad tyranni-
dem reduxiſſe, neque antè exturbaſſe quàm is cum
vxore non vt fas eſt rem habere culpatus fuit? Hæc
ergo huiuſmodi habent tumultus. & inter crimina
Alcmæonidis intentata atq; ſuſpiciones Calliam Phæ
nippi F. laudās, eíque filium Hipponicum adiūngens, B
qui ipſo teſte fuit vnus de ditiſſimis Athenienſium:
faſſus eſt ſe non re quicquam iſthuc exigēte, ſed Hip-
ponici demerendi gratia Calliam narrationi ingeſ-
ſiſſe. Quum autem nemo neſciat Argiuos ſocietatem
& auxilia Græcis nequaquam denegaſſe, quando pe-
tiuerunt ne ſemper Lacedæmoniorum, quos habe-
bant ſibi infeſtiſſimos hoſtes, cogerentur dicto eſſe
audientes ſi ſequerentur: cauſam Herodotus mali- 1586
gniſſimè excogitatam ſubiicit, ſic ſcribēs: Poſtquam
verò ſe in ſocietatem adſciſci viderunt à Græcis Ar-
giui, tum recuſauerunt, vt quieſcendi prætextum ha- C
berent: quum ſatis ſcirent à Spartanis ſe in partem
imperii admiſſum non iri. Et ait Artoxerxem poſtea
temporis ab Argiuorum legatis, quum ad eum Suſa
veniſſent, hac de re fuiſſe admonitum: eúmque dixiſſe
nullam ſe vrbem magis ſibi amicam cenſere quàm
Argos. Poſtea ſubiiciens more ſuo aliquam tergiuer
ſationem, ait nihil ſe certi hac de re ſcire: hoc ſcire,
neminem ſine crimine viuere, neque Argiuos eſſe o-
mnium deterrimos. Ego autem dicere hoc, inquit,
debeo, iſque ſermo valeat in quāvis re. Nam & hoc
dicitur, ab Argiuis, quum aduerſus Lacedæmonios D
bellum malè ſuſtinerent, accerſitum in Græciam fu-
iſſe Perſam, quidquid potius tolerādum ratos quàm
præſentem moleſtiam. Nónne autem ſicut ipſe Æ-
thiopem ait de vnguento & purpura dixiſſe, doloſas
formas, doloſas veſtes eſſe Perſarum: ita aliquis de i-
pſo pronunciauerit, doloſas eſſe dictiones, doloſas di-

A ctionis Herodoteæ figuras.

Perplexa,nilque ſani,ambages omnia.

qui,ſicut pictores vmbris adiectis ſplendidiora faciunt quæ apparere debent,ita negando ipſas intendit calumnias, ambigendóque efficit vt ſuſpiciones altius inſideant. Argiui quidem ſi ob contentionem cum Lacedæmoniis de principatu & virtute Græcis ſe non adiunxerunt:non poteſt negari quin indignos ſe Hercule geſſerint & ſua nobilitate. Præſtabat enim Siphniis & Cythniis vt Græciam ij liberarent,
B quàm vt cum Spartanis contendentes de imperio, tot tantáque certamina ſubterfugerent. Sin autem ij
1587 ſunt qui Perſam contra Græcos acciuerunt, quòd bellum ipſis contra Lacedæmonios non ſatis commodè ſuccederet; quî factum eſt quòd Xerxe veniente non palàm Medis ſe adiunxerunt:aut ſi in regis caſtra ſe noluerunt conferre, cur non Laconicam incurſionibus vexarunt, ipſi domi ſuæ relicti, aut Thyreas denuò tentauerunt, aut quovis alio modo Lacedæmonios adorti ſunt & conturbauerunt. quum ſanè
C magnum Græciæ damnum inferre potuiſſent his impeditis ne cum tanto grauis armaturæ exercitu ad Platæas irent. Sed Athenienſes quidem hoc loco verbis Herodotus effert, ſeruatoréſque Græciæ appellat. rectè hoc,& meritó : niſi eorum laudibus multa maledicta admiſcuiſſet. Nunc quum proditos ab aliis Græcis dicat Athenienſes:ſolos autẽ relictos maluiſſe magnum in ſe facinꝰ recipere & mortem oppetere, quàm videre Græcos ad Perſam deficere reliquos,& cum Xerxa fœdus ferire:oſtendit ſe non hæc
D laudandorum Athenienſium gratia dicere ,ſed Atheniẽſes ideò laudare vt reliquis omnibus Græcis malè diceret. Quid verò attinet indignari, vbi acerbè, ídque ad nauſeam vſque, Thebanos & Phocenſes ſubinde exagitat? quando etiam iis qui pro Græcia periculum primi adiuerunt, proditionem vel ipſo teſte non probabilem aut euentum habituram exprobrat. & de Lacedæmoniis pro incerto ponit, ceciderintne in pugna aduerſus hoſtes, an verò hoſti ſe dediderint:

exiguis mehercle indiciis ipſos ab iis qui ad Ther- A
mopylas ceciderunt ſeparans. Secundum hæc quum naufragium narraret quod accidit claſſi regiæ,vtque Amenocles Cratinæ F.Magnes magnum ex ea calamitate emolumentum perceperit, auri & pecuniæ immenſam vim nactus: ne hoc quidem à morſu ſuo immune prætermiſit. Verùm, inquit, iſte quidem aliàs parum fortunatus,repertis opibus maiorem in modum locupletatus eſt. nam quòd proli necem intuliſſet, id eum malum haud leuiter animi angebat. Quis non videat eum aureas iſtas inuentas opes, eie- B
ctaſque ad litus à mari diuitias propterea in hiſtoriam introduxiſſe,vt locum faceret in quo Amenoclis cædem in prolem collocaret? 1588
Quum autem Ariſtophanes Bœotus ſcripſerit quòd pecuniam petens ab Athenienſibus nihil impetrauerit:aggreſſo autem cum pueris diſſerere & ſcholam inſtituere,à magiſtratibus fuiſſe interdictum,ob ruſticitatem eorum & odium literarum: aliud quidem certum rei nullum extat argumentum. Sed Ariſtophani Herodotus teſtimonium tulit, dum alia falſò, alia per * alia tan- C
quam exoſus Thebanos & aduerſum eos iurgans vituperat. Theſſalos ait ab initio neceſſitate compulſos ad Medos inclinaſſe. verè hoc,vt & quũ ariolatus de aliis Græcis, futurum fuiſſe vt proderentur ab iis Spartani:ſubiecit,Non volentibus quidem ,ſed neceſſitate coactis,vna poſt alteram capta vrbe. Thebanis tamen eiuſdem neceſſarii facti veniam non itidem facit. At enim Thebani 1 ↄ viros duce Mnamia in Tempe miſerunt,& ad Thermopylas tot quot popoſcit Leonidas:qui & ſoli cum Theſpienſibus per- D
ſeuerauerunt apud hunc, reliquis à circumuentione deſerentibus. poſtquam verò barbarus aditibus occupatis in montes peruenit,& Demaratus Spartanus ob hoſpitium fauens Apagino tum paucorum in repub.dominationis præſidi,effecit vt is amicus & hoſpes regis fieret: Græci autem in nauibus erant,neque terra quiſquam accedebat: ita demum conditiones pacis acceperunt deſerti, magna eos vrgente

A neceſſitate. Nam neq; mare & naues eis ad manũ e-
rãt vt Atheniẽſibus:neq; procul diſſiti erant,vt Spar-
tani penetralia Græciæ incolentes. quúmque ſeſqui-
diei ſpatio itinere ab ipſis abſenti Medo cum ſolis La
cedæmoniis & Theſpiẽſibus ſe in faucibus anguſtia-
rum oppoſuiſſent,ſuccubuerant. Verùm hic ſcriptor
ea eſt æquitate vt quum dixiſſet Lacedæmonios ab
omnibus deſtitutos ſociis fortaſſe pactum.inituros
fuiſſe cum hoſte: Thebanorum maximum & pul-
cherrimum facinus obliterare prorſus quia non po-
B terat, tamen veluti vitioſa cauſa & ſuſpectione cor-
1589 rumpens, ita ſcripſerit: Socii igitur qui miſſi erant,
Leonidæ conſilium ſequentes abierunt. Soli apud
Lacedæmonios remanſerunt Theſpienſes ac The-
bani. hi quidem inuiti & nolentes: ſed eos obſidum
loco Leonidas retinebat. Theſpienſes admodum
volentes, & qui nuſquam ſe à Leonida diſceſſuros
dicerent & iis quos ſecum habebat. An verò non
prodit liquidò ſe peculiari aliquo Thebanorum o-
dio affectum? quo impulſus non modò vrbem fal-
C ſò & iniuria vituperauit, ſed etiam probabilitatem
calumniæ aliquam parare, & curare ne omnibus
hominibus videretur ſecum pugnantia dicere, ſibſ-
que mendacii eſſe conſcius, poſthabuit. Nam quum
dixiſſet, Leonidam, quòd ſentiret non eſſe bene a-
nimatos, neque paratos ad ſubeundum periculum
ſocios, iuſſiſſe diſcedere: paulo pòſt ſubiicit, The-
banos inuitos ab eo fuiſſe detentos. quos ſi ad Me-
dos inclinare animis credebat, etiam manere vo-
lentes debuit abigere. vbi enim nullo vſui ſibi fore
D cenſuit non alacres, quid attinebat pugnantibus per-
miſceri ſuſpectos? Neque verò rex Spartanorum
ita ſtultus fuit vt trecentis ſuis quadringentos The-
banos armis inſtructos obſidum loco ſibi putaret
detinendos, hoſtibus maximè à fronte iam & tergo
imminentibus. nam vt prius eos obſidum loco ha-
bens ſecum duxerit: certè ad extremum probabile e-
rat eos contempto Leonida fuiſſe diſceſſuros, & Leo-
nidam magis veriturum ne ab his quàm ne à bar-

baris circumueniretur. Præter hæc quî non ſit A
ridiculus Leonidas,ſi reliquos Græcos abire iubens,
vt mortẽ ſibi impendere præſentem intelligens,The-
banos detinuit, ſcilicet Græcis eos ſeruaturus, iam
iam moriens ipſe?nam ſi verè pro obſidibus hos,aut
potius mancipiis,circumduxit,non debuit inter pe-
rituros detinere, ſed diſcedentibus Græcis eos tra- 1590
dere. Quæ vna reſtabat cauſa cur Thebanos Leo-
nidas noluiſſe dimittere diceretur,nempe vt vnà ſe-
cum eos perderet: hanc quoque Herodotus ipſe ſuſ-
tulit, de ambitione Leonidæ ſic ſcribens: Hæc re- B
putans Leonidas,voléſque gloriam hanc ſolis Spar-
tanis parare, ſocios dimiſit: magis ob hoc, quàm
quòd eorum diuerſæ eſſent ſententiæ. Extremæ ve-
rò ſtultitiæ fuit,à qua gloria ſocios arceret, in eius
ſocietatem pertrahere inuitos hoſtes. Cæterùm non
fuiſſe ſuſpectos malæ fidei Thebanos Leonidæ, ſed
pro amicis habitos conſtantibus, res geſtæ demon-
ſtrant. Nam & Thebas venit exercitum ducens, &
orans id impetrauit quod nemo alius, vt in fano
Herculis dormiret:& viſum diuinitus oblatum The C
banis expoſuit. Imaginatus enim fuit,in mari ſe vi-
dere multis & aſperis exagitato vndis illuſtriſſimas
& maximas Græciæ vrbes inæqualiter differri atque
fluctuare: Thebas ſupra omnes alias ferri, & ſubli-
mes ad cælum extolli,ac pôſt ſubitò euaneſcere. At-
que hæc quidem ſimilia erant eorum quæ multo pôſt
tempore Thebis euenerunt. In pugnæ autem narra-
tione Herodotus Leonidæ etiam maximum facinus
obſcurauit,omnes dicẽs in anguſtiis iuxta Colonum
cecidiſſe. Res aliter geſta eſt. Quum enim noctu ſe D
circumuentos à barbaris eſſe accepiſſent, rectâ in
hoſtium caſtra agmen mouerunt ſuum,& ferè ipſum
regis tentorium, vt eo interfecto iuxtà mortem op-
peterent. venerunt ergo vſque ad tentorium regis,
obuios ſubinde trucidantes aut in fugam verten-
tes. quum autem Xerxes in tentorio non inueni-
retur, quærentes eum in vaſtiſſimis caſtris ac vagan-
tes,vix tandem à barbaris vndique circumfuſis ſunt 1592

Leonidæ & Spar-
tanor. in hoſtiũ
exercit. irruptio.

A occidione cæſi. Quos alios conatus & quæ alia dicta
Spartanorum Herodotus prætermiſerit, ſcribemus
in vita Leonidæ. nihil tamen impedit quin hæc e-
tiam quædam ponamus. Certamen funebre Spar-
tani Leonidæ egreſſuro in iſtud bellum egerunt, pa-
tribus & matribus vnà proficiſcentium ſpectanti-
bus. Ipſe Leonidas dicenti, Perpaucos tecum ad pu-
gnam educis, Multos verò, inquit, vtpote morituros.
Vxori interroganti proficiſcentem, ecquid manda-
ret, conuerſus, Bonis, inquit, nubere, & bonos libe-
B ros parere te iubeo. In Thermopylis iam cinctus ab
hoſte, cupiens duos genere ſibi iunctos ſeruare, alteri
epiſtolam dedit & emiſit, alterum amandauit magi-
ſtratibus Spartæ aliquid nunciaturum, ſed & ille li-
teras reiiciens cum ſtomacho, Pugnator, aiebat, veni,
non tabellarius: & hic, apparitoris id munus eſſe fa-
tus, ſcuto ſumpto in acie adſtitit. Hæc ſiquis alius o-
miſiſſet, fortaſſe reprehenſione poſſet carere. At qui
Amaſidis crepitum, aduêtum aſinorum furis, vtrium
incrementum, multáque talia conduxiſſet & comme-
C moraſſet: certè videri poteſt illa non incuria aut con-
temptu præteriuiſſe pulchrè facta atque dicta: ſed
quòd quibuſdam malè vellet, eſſétq; in eos iniurius.
Thebanos autem ait primùm cum Græcis coniun-
ctos neceſſitate cópulſos pugnauiſſe: credo, quia non
Xerxes modò, ſed etiam Leonidas haberet flagelli-
feros in ſuo comitatu, à quibus Thebani contra ani-
mi ſententiam cogebantur pugnare. ac pugnaſſe qui-
dem inuitos ait qui diſcedere poterant & fugere: vl-
trò autem ad Medos inclinaſſe quibus nullus aderat
D auxiliarius. Poſt hæc ſcribit, reliquis ad Colonũ con-
tendentibus, Thebanos ab iis ſe auelliſſe, manúſque
intendiſſe ad barbaros, ac clamaſſe accedentes voce
veriſſima, ſe Medorum rebus ſtuduiſſe, regíque a-
quam & terram præbuiſſe, nunc neceſſitate adactos
1592 ad Thermopylas veniſſe, & extra culpam eſſe de vul-
nere regi inflicto. Hæc eos fatos ſalutem impetraſſe,
quum Theſſali etiam teſtimonium ipſis perhiberent.
En tibi tot verbis inter barbaricas conclamationes,

Digitized by Google

omnigenos tumultus, fugas, inſequutiones exaudi- A
tam cauſæ dictionem,& teſtium examen,& Theſſa-
los inter cædes & conculcationes in tantis anguſtiis
Thebanis patrocinantes. nimirum quòd hos Græcia
vſque ad Theſpias potitos Thebani nuper pugna ſu-
peratos eiecerunt,occiſo eorum duce Lattamya. ita
enim tum inter Theſſalos & Thebanos res erat,ami
citia nulla aut beneuolẽtia. Sed tamẽ Theſſalis teſti-
monio iuuãtibus quomodo Thebani euaſerunt? Alij
eorum, inquit, accedẽtes à barbaris ſunt obtruncati,
plures etiam mãdato Xerxis notis regiis compuncti B
ſunt, initio facto à duce eorum Leontiada. Atqui
non fuit Leontiades dux Thebanorum in Thermo-
pylis, ſed Anaxander: vt Ariſtophanes è magiſtra-
tuum commentariis docuit,& Nicander Colopho-
nius. Neque agnoſcit quiſquam hominum ante He-
rodotum compunctos à Xerxe Thebanos. Alioqui
maxima hæc aduerſus calumniam erat futura defen-
ſio, debebántque gloriari ob iſtas notas Thebæ,
quòd Xerxes ſtatuiſſet ipſos eodem modo tractare
quo inuiſiſſimum ſibi Leonidam. ſiquidem huius C
mortui corpus Xerxes contumelioſè habuit,illos vi-
uos compunxit. Sed enim qui è crudelitate in Leo-
nidam demonſtrat maximè omniũ hominum Leo-
nidæ viuenti iratum fuiſſe Xerxem: Thebanos autem
Medorum rebus ſtudentes & apud Thermopylas fu-
iſſe notis compunctos,& tamen poſtea apud Platæas
Medis alacriter fauiſſe: videtur mihi in morem Hip-
poclidis iſtius pedibus in menſa geſticulantis veri-
tate ob ineptam ſaltationem amiſſa dicturus, Non
curat hoc Hippoclides. Libro octauo ait Græcos D 1593
metu captos fugam ab Artemiſio in Græciam medi-
tatos, Euboenſium orantium vt exiguum temporis
ſpatium manerent,dum familiam exponerent, nul-
lam habuiſſe rationem: donec Themiſtocles accepta
ab Euboenſibus pecunia Eurybiadem & Adiman-
tum Corinthiorum ducem impertiit. hac ratione
factum vt manerent,& cum barbaris nauali pugna
decertarent. Pindarus quidem,non ſociæ vrbis ſed

A Medis fauere ſuſpectæ ciuis, tamen Artemiſii facta mentione exclamat:

Vbi filii Ath:nienſium
Splendidum iecere libertatis fundamentum.

Herodotus autem, à quo nonnulli exornatam volunt Græciam, victoriam illam captorum munerum & furti opus facit, deceptos à ducibus argento corruptis Græcos contra animi ſententiam pugnaſſe dicens. Neque hęc malignitati finem ſtatuit. Fatentur omnes homines ferè, Græcos, etſi naualibus prœliis
B victoriam obtinerent, tamen Artemiſio barbaris ceſſiſſe audita clade ad Thermopylas accepta. neque enim expediebat ibi morari & mare cuſtodiri, quum hoſtis iam intra Pylas perueniſſet, & Xerxe aditus tenente. Herodotus tamen Græcos facit nondum audita Leonidæ morte fugam molientes: his adeò verbis: Malè autē accepti, & haud minimè Athenienſes, quorum nauium dimidium erat confractum, fugam in Græciam meditabantur. Liceat ſanè ei diſceſſionem ante conflictū ſic appellare, aut potius hoc pro-
C bro adficere. ita quidem odioſè huic vocabulo inhæret, vt & antè, & nunc, & mox, rurſum fugā nominet. Ad barbaros, inquit, ſtatim ſecundum hæc naui venit vir Heſtiæenſis fugam Græcorum ab Artemiſio factam nuncians. Illi, quòd incredibilis res videbatur,
1594 nuncio in cuſtodiam dato, naues celeres ſpeculatum miſerunt. Quid ais tandem? Fugere tanquam victos dicis, quos poſt pugnam hoſtis non credit fugere, ſciens ſuperiores multo fuiſſe? Iam par eſt homini huic credi de viro aliquo aut vrbe ſcribenti, qui vno verbo
D victoriam Græcis adimit, trophæúmque deiicit, & inſcriptiones quas illi poſuerunt apud Dianam Orientalem, faſtum pronunciat eſſe inanémque iactantiam? epigrammatis hæc eſt ſententia:

Cecropia hoc quondā in pelago cum claſſe iuuentus
Deuicit populos omnigenos Aſiæ,
Medorum periitque exercitus: iſta trophæa
Protinus erexit Virgo Diana tibi.

Porrò in prœliis non indicans ordinem Græcorum,

& quem quæque ciuitas in pugna nauali tenuiſſet lo- A
cum:in diſceſſu(quem ipſe fugã appellat)primos ait
nauigaſſe Corinthios,vltimos Athenienſes. Oporte-
bat profectò non nimis inſultare Græcis Medorum
partes amplexis hominem qui ab aliis Thurius ha-
bitus,ipſe ſe inter Halicarnaſſenſes refert,qui quum
eſſent Dorienſes, vnà cum gynæceo in bellũ contra
Græcos ſunt profecti. Ille verò tantum abeſt vt ne-
ceſſitates prius recenſeat eorum qui ad Medos defe-
cerunt:vt de Theſſalis quoque narrans,miſiſſe eos ad
Phocẽſes,quibus cum illis inimicitiæ & bella inter- B
cedebant, pollicitóſque regionem ipſorum ab omni
damno immunem præſtituros,mercede L talẽtorum
accepta,hæc de Phocẽſibus ſcripſerit: Soli enim Pho
cenſes iſtis in locis non inclinabant ad Medos: nulla
alia de cauſa(quãtum ipſe coniectura aſſequor)quàm
quia oderant Theſſalos. qui ſi Græcorum rebus ſtu-
duiſſent, arbitror Phocenſes Medis ſe adiuncturos
fuiſſe. Atqui paulo pòſt ipſe dicit, XIII Phocicas
vrbes à barbaro fuiſſe combuſtas,euaſtatum agrum,
incenſum quod Abis erat templum,viros & mulieres C
interfectos,niſi qui fuga in Parnaſſum euaſiſſent. Et 1595
tamen eos qui ſuſtinuerunt extrema, ne proderent
honeſtatem,eodẽ ponit loco cum iis qui promptiſ-
ſimè Medum ſequuti ſunt. At quum Phocenſium fa-
cta non poſſet culpare, cauſas malas & ſuſpiciones
ſtylo fingens aduerſus illos ſedit,preménſque non iis
quæ egerunt:ſi non viſum fuit iudicium de animo e-
orum Theſſalis permittendum, qui inhiabant eo-
rum ditioni,ab aliis omnibus proditionis inſontes
iudicatos. Iam ſiquis Theſſalorum ad Medos defe- D
ctionem aggreſſus excuſare, diceret non ſua vo-
luntate eos ita egiſſe: ſed odio Phocenſium, quos
viderent Græcis ſe adiungere, ipſos præter ani-
mi ſententiam Medi partes fuiſſe ſequutos: nón-
ne turpiſſimè is adulari videretur, & in aliorum
gratiam malis factis bonas cauſas affingendo veri-
tatem peruertere? equidem puto. Qui ergo non
apertè calumniari putetur, qui non ob virtutem

A Phocenſes optima delegiſſe ait, ſed quia contrarium
ſentire Theſſalos viderent? neque enim ad alios hoc
commentum, vt aliàs ſolet, autores refert, ſed ipſum
ſe hoc ait coniiciendo inueniſſe. Oportebat ergo cer
ta argumenta proferre, quibus ei perſuaſum fuiſſet
eos qui ſimilia optimorum factis edunt, eadem cum
peſſimis ſequi conſilia. Nam quod de inimicitiis ad-
fert, ridiculum eſt. Neque enim Æginetas eum Athe
nienſibus, neque Chalcidenſes cum Eretrienſibus,
neque Corinthios cum Megarenſibus diſcordia à
B ſocietate Græcorum abſtinuit. neque rurſum Theſ-
ſalos punientes infeſtiſſimi Macedones ab amicitia
cum barbaro auerterunt. nam priuatas inimicitias
commune obruebat periculũ, vt reliquis animi affe-
ctionibus excuſſis aut honeſtati virtutis ſtudio, aut
vtili neceſſitatis impulſu quiſque animum adiun-
geret. Enimuerò poſt neceſſitatem illam quæ ipſos
coegerat Medis parêre, rurſum ad Græcos ſe con-
1596 tulere Phocenſes. Idque de iis Laocrates Spartanus
palàm teſtatus eſt: atque ipſe Herodotus veluti vi
C adactus in Plataica re fatetur Phocenſes etiam Græ-
cis adfuiſſe. Neque mirum videri debet eum acer-
bè inſectari eos qui aduerſam pertulerunt fortu-
nam: quando etiam hos qui interfuerunt rei ge-
rendæ, vnáque cum Græcis ſalutem ſuam pericli-
tati ſunt, inter hoſtes & proditores numerat. Na-
xios ait tres naues barbaris auxilio miſiſſe, vnum
autem de triremium præfectis Democritum per-
ſuaſiſſe ciuibus vt reliqui Græcorum cauſam am-
plecterentur. Adeò laudare ſine vituperio non po-
D teſt Herodotus, vt ſi vnum hominem laudet, malè
audire totam ciuitatem aut populum oporteat. Te-
ſtimonium contra eum dicunt de vetuſtioribus Hel-
lanicus, de recentioribus Ephorus, alter ſex, alter
quinque nauibus ipſos Naxios auxilio veniſſe Græ-
cis ſcribentes. Et ipſe Herodotus planiſſimè arguit
hæc à ſe fingi. Nam Naxiorum annalium ſcripto-
res aiunt antè quoque Megabatem fuiſſe ab iis re-
pulſum, quum ad inſulam cum c c nauibus acce-

deret: & Datin pòſt ducem profligatum ab iis, quum A
incendio ipſis malefeciſſet. Quòd ſi, vt alibi Herodotus dixit, vrbem ipſorum barbari combuſſerunt, hominibus fuga in montes ſalutem conſequutis: nimirum iuſtam cauſam habuerunt Naxii auxilium mittendi iis qui patriam ipſorum perdidiſſent: non potius adiuuandi eos qui publicam libertatem protegebant. Non laudandi autem Democriti, ſed Naxiis infamiam parandi cauſa hoc mendacium eum compoſuiſſe inde apparet quòd Democriti præclarum facinus rémque pulcherrimè geſtam ita præteriit vt ne verbo quidem vno attingeret. quam Simonides hoc epigrammate illuſtrauit: B

Tempore quo Graiũ robur Salamina ſub amplam
Cum Medis pugnam ſubſtitit in pelago:
Tertius ante alios ductor Democritus iuit,
Barbaricas victor quinque ratéſque tulit.
Ceperat & ſextam: ſed barbarus impete grandi
Victoris trepidam de manibus rapuit.

ſed quis pro Naxiis indignetur? Equidem ſi ſunt, 1597
quod nonnulli aiunt, antipodes inferiorem terræ C
partem verſis aduerſus noſtra veſtigiis incolentes, ne illis quidem puto inauditum eſſe Themiſtoclem, & conſilium Themiſtoclis, quòd quum Græcis perſuaſiſſet vti ante Salaminam nauali prælio decernerent, victo barbaro in Melita templum conſulentis Dianæ dedicauit. Hoc Themiſtocli ſcitus iſte ſcriptor quantum in ipſo fuit adimens, gloriámque in alium tranſferens, in hæc verba ſcribit: Hunc Themiſtoclem quum in nauim veniſſet, interrogauit Mneſiphilus, vir Athenienſis, quídnam conſtituiſſent. D
quúmque audiret decretũ eſſe vt naues ad iſthmum reducerentur, ac nauale prælium ante Peloponneſum committeretur: dixit, Non ergo tu Themiſtocles, ſi illi naues à Salamina abducent, vnquam pro patria propugnabis. quivis enim ſuam vrbem petent. Et paulo pòſt: Sed ſiquid reſtat conſilii, ito, & quæ decreta ſunt, confundere conare: ſiqua ratione Eurybiadi poſſis perſuadere vt maneat mu-

A tato inſtituto. Deinde ſubiiciens, Themiſtocli perplacuiſſe hanc admonitionem, nullóque eum dato reſponſo, ad Eurybiadem illicò abiuiſſe, his ipſis verbis ſic loquitur: Proinde adſidens ei Themiſtocles exponit quæ è Mneſiphilo audiuerat, ſua eſſe ea fingens, & alia addens. Vides vt Themiſtoclem improbitatis notet, ſibi eum arrogare dicens quod eſſet Mneſiphili. Amplius etiam deridens Græcos, Themiſtoclem ait non potuiſſe perſpicere quid in rem eſſet, ſed in eo cæcutiiſſe. quum quidem ob B prudentiam ei nomen Vlyſſis factum fuerit. Artemiſiam autem, Herodoti ciuem, nemine docente ipſam ſua ſponte re excogitata ſic Xerxem monuiſſe: Non diu poterunt tibi Græci reſiſtere, ſed diſſipabis eos, diffugiéntque per oppida. neque veriſimile eſt, eos te terreſtres copias in Peloponneſum adducente quieturos, aut in eam curam incubituros vt pro Athenienſibus nauale prælium obeant. ſi verò confeſtim properes nauale prælium committere, metuo 1598 ne claſſiarii tui detrimẽtum paſſi, etiam terreſtribus C grauiter incommodent. Nihil præter verſuum menſuram defuit Herodoto quin ex Artemiſia Sibyllam faceret, ita exactè vaticinantem futura. Itaque Xerxes etiam liberos ſuos ei Epheſum deducendos tradidit: oblitus, quantum apparet, Suſis mulieres ſecum abducere, ſi quidem comitatu ii indigebant. Verùm de Herodoti mendaciis non eſt nobis rationes ineundi propoſitum. in ea duntaxat inquirimus quæ mentitus eò eſt vt alienæ gloriæ detraheret. Ab Athenienſibus ait narrari, Adimantum Corinthiorum D ducem iam cum hoſte manus conſerturum tanto fuiſſe metu perculſum vt non puppi obuerſa antrorſum, aut paulatim per pugnantes ſe ſubducens, ſed apertè ſublatis velis profugerit, auerſis ſecum omnibus ſuis nauibus. huic iam ſub finem oræ Salaminiæ occurriſſe nauim vniremem, & quendam ex ea ſic loquutum fuiſſe. Tu quidem, Adimante, fugis proditis Græcis: illi tamen vincunt, & ex voto hoſtibus ſunt ſuperiores. Haud dubiè nauicula illa de

cælo fuit delata. quid enim impediebat quin tragicam machinam attolleret, qui omnibus aliis in rebus tragicos ſua iactantia ſuperaret? Ergo fidem habens Adimantus: ad claſſem rediit quum iam res confecta eſſet. Hic, inquit, rumor ab Athenienſibus eſt ditus. Corinthii negant, ſéque in nauali pugna inter primos ponunt, teſtimonio illos iuuante reliqua Græcia. Talis eſt multis etiam aliis in rebus Herodotus, diuerſa de diuerſis crimina ſpargens, vt nequem planè videretur damnaſſe. Ita hæc quidem id ſibi reſeruauit, vt calumnia credita Corinthii, repudiata Athenienſes malè audirent: quum interim de vtriſque mentiatur. Certè Thucydides Spartæ faciens Athenienſem legatum Corinthio reſpondentem, & multa de Medico bello ſplendidè iactantem 1599 ac Salaminio nauali prælio, nullum proditionis aut deſerti ordinis crimen Corinthiis infert. Neque enim probabile erat hæc Athenas Corintho obiicere flagitia, quum ſecum eam & cum Sparta tertio loco viderent inſculptam donariis quæ erant de barbaris dedicata: & in Salamina conceſſiſſent Athenienſes vt Corinthii prope vrbem ſuorum cadauera humarent, tanquam hominum qui ſe præclarè geſſiſſent: inſcriptione etiam hac poſita,

Hoſpes aquoſa olim nobis eſt culta Corinthus:
Inſula nunc condit paupera aqua Salamin.
Hîc Pœnûm naues, Perſas Medóſque prementes
Tutati bene te, Græcia diua, ſumus.

Et honorariū in iſthmo ſepulcrum ſic eſt inſcriptum,

Nos ſitā in extremo diſcriminis Hellada cunctam
Tutati noſtris condimur hic animis.

quin & Diodori Corinthiorum de trierarchis vnius in fano Latonæ repoſitis donariis hoc eſt inſcriptum:

Arma hæc Latonæ, pugnæ monumenta marinæ
Dedicat, à Medis hæc Diodorus habet.

Ipſe quidem Adimantus, quem Herodotus crebrò inſectatur, ſolúmque omnium imperatorum ait fugiendi cauſa ab Artemiſio aueċtum, neque hoſtes

A ſubſiſtere toleraſſe, vide in quanta ſit gloria.

Cuius ſeſe opera redemerunt Græcia ſerto
Libero, Adimantus conditur hoc tumulo.

Nam neque mortuo probabile eſt homini timido & proditori tantum honoris habiturum quenquam fuiſſe: neque filiabus ſuis auſus fuiſſet nomina ponere Nauſinicam, Acrothinium, Alexibiam: filio Ariſteam: niſi quid ipſe in ea pugna illuſtre & memorabile egiſſet. Iam ſolas Corinthiorum mulieres præclarum illud & diuinum feciſſe votum Ve-
B neri, quo petierunt vt dea maritis ipſorum amorem
1600 pugnæ aduerſus barbaros immitteret: non tantùm non eſt probabile, Herodoti ætate fuiſſe ignotum, ſed ne poſtremis quidem tẽporibus obſcurum fuit. Peruulgata enim res manſit. & Simonides inſcriptionem fecit, æneis imaginibus poſitis in fano Veneris, quod Medea condidiſſe perhibetur: ab aliis petens vt mariti amore Iaſonis ipſam Venus ſolueret, ab aliis, vt is amore Thetidis deæ liberaretur. Inſcriptio hæc eſt:

C *Has Veneri matres ſtatuas poſuere Ephyreæ*
Pro Græcis, forti proque ſuo populo.
Nam non arciferis Medis Venus Hellados arcem
Prodere, ſic votis ritè vocata, volet.

Hæc potius ſcribere oportebat & commemorare, quàm Aminoclis cædem proli ſuæ illatam inculcare. Poſtquam abundè criminibus Themiſtocli intentatis ſatiatus vtcunque fuit, dum illum clam aliis ducibus ait nullum feciſſe furandi & compilandi inſulas finem: tandem coronam victoriæ ipſis palàm abſtra-
D hens Athenienſibus, Æginetis imponit, ita ſcribens: Græci quum ad Delphos mitterent manubiarum primitias, communiter è deo quæſiuerunt an eas plenas & placentes accepiſſent. ille reſpondit, ſe habere à reliquis Græcis, ſed non item ab Æginetis. ab iis enim ſe donarium expectare, vt qui rem Salaminio prælio omnium geſſiſſent optimè. Ecce autem non iam Scythis aut Perſis aut Ægyptiis ſua figmenta inſcribit, ſicut Æſopus ſolet coruis & ſimiis: ſed

laruam Apollinis Pythii induens, Athenas à præcipua rei ad Salaminam geſtæ laude detrudit. A Idem quum Themiſtocli ſecundus inter optimè re geſta laudãdos deferretur ab omnibus aliis ducibus locus, quòd horum quivis ſibi primas, Themiſtocli ſecundas adſignaret partes, & iudicium abſolui non poſſet: quum deberet ambitionem imperatorum reprehendere: omnes ait Græcos inde ſoluiſſe, quòd ob inuidiam nollent Themiſtocli primas deferre. Reſtat 1601 nonus, iſque vltimus, liber, in quo omne ſuum reliquum virus in Lacedæmonios & nobiliſſimam illam B ad Platæas pugna partam gloriam effudit. Scribit enim, initiò Spartanos metuiſſe ne Mardonium ſibi hoc ſinerent perſuadere Athenienſes vt ipſos deſererent. Iſthmo autem munito, eos iam omnia Peloponneſi in tuto eſſe ratos, reliquos etiam facilè contempſiſſe, domíque dies agitaſſe feſtos, & Athenienſium legatis illuſiſſe, ac per iocum detinuiſſe. Quomodo ergo factum eſt vt Sparta ad Platæas proficiſcerentur viri ɪ ɔ ɔ, quorum quiſque ſecum helotas ſeptem duceret? aut quomodo tam grandi periculo ſe obiicientes, vicerunt, deiecerúntque tot hominum millia? C Audi verò cauſas probabiles. Fortè, inquit, Spartæ tum peregrinabatur Tegeates quidam, nomine Chileus, cui amicitia & ius hoſpitii cum ephoris quibuſdam intercedebat, is ergo Spartanis perſuaſit vt exercitum emitterent: monens iſtam iſthmi munitionem qua Peloponneſum intercepiſſent, nullius fore momenti, ſi Mardonio ſe Athenienſes adiunxiſſent. Hoc ergo conſilium Pauſaniam cum exercitu ad Platæas eduxit. Quòd ſi D Chileum iſtum Tegeæ aliquod priuatum negotium occupaſſet: actũ ſcilicet erat de Græcia. Rurſus quia neſciebat quo modo ageret cum Athenienſibus: ſurſum deorſúmque eam iactat ciuitatem. ait eos de ſecundo loco cum Tegeatis in contẽtionem ingreſſos, mentionem Heraclidarum feciſſe, & acta aduerſus Amazones protuliſſe, vtque ſepeliuerint Peloponneſios qui ſub Cadmia occubuiſſent: denique etiam ad Ma-

A rathonem vſque ſermone deſcendiſſe: quum ambi-
tioſè iſta proferentes, tamen contentos ſe fore oſten-
derent ſiniſtri cornus præfectura. paulo pòſt ait Pau-
ſaniam iis & Spartanos de principatu cõceſſiſſe, hor-
tatóſque fuiſſe vt in dextro cornu contra Perſas pu-
gnarent, ſiniſtrúmq; ipſis darēt, qui ſe imperitos pu-
gnæ aduerſus barbaros excuſarent. Eſt verò ridicu-
1602 lum nõ velle pugnare in hoſtem, niſi cum eo pugnare
conſueueris. Cæterùm reliquos Græcos in alia à du-
cibus trãſlatos caſtra, quũ eſſent victi: equitatum ait
B non ſine lætitia fugiſſe ad Platæenſium vrbem, itáque
ad Heræum perueniſſe. Quo quidem loco & contu-
maciam, & ordinum deſertionem, & proditionem v-
niuerſis ferè obiicit. Ad extremum inquit ſolos Lace
dæmonios & Tegeatas cum barbaris, Athenienſes
cum Thebanis congreſſos depugnaſſe: reliquas ciui-
tates ex æquo omnes laude victoriæ defraudans, dum
pronũciat neminem certamini ſocium ſe adhibuiſſe,
ſed armatas deſediſſe omnes, proditis & deſertis qui
pro ipſis depugnabant. Serò quidem Phliaſios & Me
C garẽſes audito Pauſaniam vincere, accurriſſe, quúm-
que in equitatum incidiſſent Thebanum temerè, pe-
riiſſe. Corinthios pugnæ non interfuiſſe. parta victo-
ria dum per colles properant, euitaſſe Thebanorum
equites. Nam Thebani fuſis barbaris equitatu ſuo
præcedentes, promptè fugientibus opem ferebant.
nimirum vt pro impreſſis apud Thermopylas notis
gratiam iis referrent. Cæterùm Corinthii in Plata-
ica aduerſus barbaros pugna, quales, quo loco fue-
rint, quem finem conſequuti, audire licet Simoni-
D dem ſic canentem:

In medióque Ephyre quos miſit diues aquarum
Fontibus & belli munera gnara manus:
Quíque Vrbẽ Glauci pulchrã tenuere Corinthum,
Indicium antlati grande laboris habent
Auro, quod miramur in æthere: at decus ipſis
Et fama augetur nominis, & generis.

Hæc enim non Corinthi vt qui artem demonſtraret,
aut carmen in vrbis laudem conderet, ſed vt qui
propter

propter facinora iſta elegias ſcriberet, compoſuit. A
Sed Herodotus dum anteuertere vult hanc obiectio-
nem qua aliuſvis interrogando vtens mendacium e- 1603
ius euinceret, quærens vnde tot polyandria, arcæ &
monimenta mortuorum, vbi etiamnum Platæenſes
in præſentia Græcorum parentant * turpius, niſi
fallor, quàm proditionis crimen gentibus eo modo
impegit. Sic enim loquitur: Reliquorũ quæ viſuntur
apud Platæas ſepulcra, audiui ego turpitudine motos
quòd è pugna profugiſſent, vnumquenque inanem cõ B
didiſſe tumulum, poſteritatis cauſa. Hanc proditionem
& deſertionem pugnæ ſolus hominum omnium inau-
diuit Herodotus. Pauſaniã enim & Ariſtidam, & Athe
nienſes & Lacedæmonios fefellerunt Græci qui ſe
ſubduxiſſent è periculo. ac neque Æginetas ipſis aduer
ſarios inſcriptione excluſerunt Athenienſes: neque
Corinthios arguerunt quòd ante partam victoriam
à Salamine fugiſſent. cõtrà teſtimonium Græcia per-
ferente. Equidem Cleadas Platæenſis, decem poſt Me
dicum bellum annis gratificans (vt ait Herodotus) Æ-
ginetis, polyandrium aggerauit ab iis nomen habens. C
At verò qui factum eſt vt de trophæi erectione ſtatim
à bello confecto Athenienſes & Spartani pœnè etiam
manibus conſertis litem tranſegerint? & tamen Græ-
cos fuga à prælio deterritos non arcuerint ab ho-
nore eorum qui rem optimè geſſiſſent: ſed & in tro-
phæa ac coloſſos eos inſcripſerint, & de ſpoliis par-
tem conceſſerint? Denique aræ hanc inſculpſere in-
ſcriptionem:

Hanc quondam Græci ſuperatis hoſtibus aram,
Libertas patriæ quum ſua tuta ſtetit,
Et profligatis ſeruata eſt Græcia Perſis, D
Munus Eleutherio conſtituere Ioui.

Num hoc quoq; Cleadas, Herodote, aut alius aliquis,
adulando vrbes demerens ſcripſit? Quid ergo neceſſe
habuerunt terram fodiendo inanem laborem impen-
dere, tumulos conficere, & monumenta poſteritatis
cauſa ſtatuere? quum viderent gloriã ſuam in illuſtriſ-
ſimis & maximis donariis conſecratam. Pauſanias 1604

A quidem, quum iam ad tyrannidem adſpiraret, Del-
phis hoc inſcripſit,

Iſthuc Pauſanias Phœbo poſuit monumentum,
Medos Græcorum dux quia perdiderat:

vtcunque Græcis gloriam deferēs, quorum ſe ducem
profiteretur. Quum autem id Græci non ferrent, ſed
vitio verterent Spartanis: hi Delphos miſerunt qui
exſcinderēt illud epigramma, & vrbium nomina, vti
iuſtum erat, inſculpſerunt. At enim quomodo proba-
bile eſt, aut Græcos indignè tuliſſe in inſcriptione ſui
B non fieri mentionem, ſi quidem ſibi conſcii erant de-
ſertionis? aut Lacedæmonios ducis ſui nomine eraſo
deſertores inſcripſiſſe, & eos qui ſe periculo commu-
ni ſubduxiſſent? Enimuerò indigniſſimum fuerit So-
charem, Deipniſtum, & alios omnes qui ſe eo in præ-
lio præclariſſimè geſſerunt, æquo animo ferre vt Cy-
thnii etiam & Melij inſcriberentur trophæis: Herodo
tum tribus duntaxat vrbibus certamen illud adſcribē
tem, reliquas omnes è trophæis & ſacris donariis era-
dere. Quippe quum quater ſit tunc aduerſus barbaros
C pugnatum, ab Artemiſio profugiſſe Græcos ait: ad
Thermopylas Lacedæmonios, rege ipſorum diſcri-
men mortis adeunte, domi ſecuros deſediſſe, Olym-
pia & Carnea celebrantes. Rē verò ad Salaminem ge
ſtam narrans, plura de Artemiſia verba fecit quàm de
toto prælio. Denique apud Platæas Græcos deſediſſe
otioſos, & ad finem vſque ignoraſſe pugnam, veluti ra
narum quodam & murium duello facto. vt Pigres Ar
temiſiæ frater in ſuo carmine iocās & nugans ait Spar
tanos de compoſito tacitè pugnaſſe, ne alii exaudirent.
D ipſos autem Lacedæmonios fortitudine nihil præſti-
tiſſe barbaris, ſed viciſſe quia in nudos & inermes pu
gnarent. Nimirum Xerxe ipſo præſente ægrè à tergo
flagellis impulſi cum Græcis congreſſi ſunt barbari: ad
1605 Platæas aliis animis ſumptis, audacia quidem (inquit
Herodotus) & robore inferiores non erant: ſed veſtis
armorum expers ipſis nocuit, quū nudi aduerſus gra-
uis armaturæ hoſtem pugnarent. Quid ergo relinqui-
tur magnum aut memorabile Græcis ex iſtis certami-

nibus? quando Lacedæmonii cum inermibus pugnauerunt, reliquos præſentes prælium fefellit, inania polyandria vbique coluntur, mendacium inſcriptionum pleni tripodes, plenæ aræ ſtant coram diis: denique ſolus Herodotus veritatē habet cognitā: reliquos omnes homines quicunque aliquam Græcorum rationem habent, decepit fama iſtorum facinorum, vt præclaras & admirandas res geſtas putarēt. Quid ni? Homo eſt ſcribendi gnarus, oratio iucunda, venuſtate & vi quadam prædita, & narrationibus ineſt elegantia, ac A

Sermonem, Veluti cantor, -- B

non quidem ſcitè, ſed tamen ſuauiter propoſuit. Verùm ſicut in roſa cantharides, ita hæc cauendæ ſunt calumniæ eius & inuidentia, ſub leuibus & teneris latentes figuris verborum: ne per imprudentiam abſurdas & falſas de præſtantiſſimis atque maximis Græciæ vrbibus & viris opiniones concipiamus.

C

PLVTARCHI DE facie quæ in orbe lunæ apparet, Commentarius.

G. XYLANDRO AVGVſtano interprete.

D

* * *Initium deeſt.*

Hæc Sylla dixit. Meæ enim fabulæ conuenit, indéque deſumptum eſt. Sed quorſum attineat contra illas in promptu ſitas & omnium ore celebratas opiniones de facie lunæ exordium dicendi facere, principio libenter interrogauerim. Cur verò, inquam ego, nihil

A attineret? quum alterius quæſtionis difficultates nos
ad hâc compulerint. Sicut enim diuturnis vexati mor
bis, quando de vſitatis remediis & conſueta victus ra
tione deſperauerunt, ad luſtrationes, amuleta, & ſo-
mnia ſe conuertunt: ita neceſſe eſt in quæſtionibus dif
ficiles explicatus habentibus, quando communes, pro
babiles & receptæ rationes non faciunt fidem: alienas
1697 tentare, neque eas contemnere, ſed veterum commen
ta palàm in medium producere veritatémq; ex omni-
bus inquirere. Vides nimirum ſtatim, quàm abſurdè
B quidam dixerit, formam quæ in luna cernitur, affectio
nem eſſe viſus, præ imbecillitate ſplendori cedentis,
quod cæcutire dicimus. Non enim animaduertit ille,
id potius debuiſſe accidere in ſolem intuentibus, qui
acris & vehemens nobis offertur. ſicut etiam Empedo
cles non inuenuſtè diſcrimen indicauit:

Sol radiis acer, lumen, lunaque benignum.

nam hilaram lunam dicit, quòd lumen eius blandè
alliciat, ac citra moleſtiam conſpiciatur: deinde ratio-
nem reddens cur hebetes & imbecilles oculi nullam
C differentiam formæ in luna videant, ſed leuis & ple-
nus iis eius orbis refulgeat: qui verò acutè vident, ma-
gis ſubtiliter diſcernant faciei formas, & diſcrimen li-
quidius notent. Oportebat enim contrà, niſi fallor,
ſi quidem victo * * oculi imaginationem facie-
bat. vbi id quod afficitur eſt imbecillius, id quod ap-
paret. Inæqualitas verò planè eam redarguit rationē.
non enim in continua vmbra & confuſa nititur viſus.
Et Ageſianax non ineptè hoc ſignificauit, ſcribens,

Hanc circum rutili totam lux funditur ignis:
In medio quædam ſpecies ſed glauca puella
D *Conſpicitur, cyano mage cærula, cuius ocelli,*
Et frons oſtendunt ſuffuſum pulchra ruborem.

Omnino enim abduntur vmbroſa circumfuſa luci-
dis, viciſſimque ea premunt abſciſſa, prorſúſque inter
ſe implicantur. * pictoriam quæ per * eſſe fi-
guræ * & aduerſus Clearchum Ariſtoteles vide-
tur veſtrum non inconuenienter vero dixiſſe. veſter
enim eſt Ariſtoteles, antiqui familiaris, quanquam

multa Peripateticæ philoſophiæ decreta peruertit. A
Quum Apolloniades orationem interrumpens quæreret quænam Clearchi fuiſſet opinio: Nemo, inquam 1698
ego, omnium eſt, quem minus ignorare deceat, atque te, eius ſententiam, quaſi è penatibus accitam à geometria. Dicit enim eam quæ vocatur facies, ſimulacra eſſe ſpecularia & imagines magni maris in luna apparentes. Nam & orbita quum reflectitur, ſæpe attingere ſolet ea quæ non rectà videntur: & plena luna omnium ſpeculorum æquabilitate & ſplendore puriſſimum eſt. Itaque ſicut arcum cæleſtem vos B
putatis viſu ad ſolem refracto in nube conſpici, cui humida ſenſim læuitas & colliquatio ineſt: ita ille exiſtimauit mare exterum in luna conſpici, non eo quo eſt ſitum loco, ſed quo viſus radii refracti eius reſplendentiam attingunt, ſicut rurſum Ageſianax ſcripſit:

Aut maris immenſi oppoſita ſub parte frementis
In ſpeculo ardenti repræſentatur imago.

His delectatus Apollonides: Peculiare (inquit) profectò & nouũ hoc opinionis cõmẽtum eſt, hominis neq; inſciti, & audacis. ſed quinã refellebatur? Primùm, C
inquam, ſi mare exterum vnius eſt naturæ, continuum ſcilicet & in ſe confluens: atræ autem in luna apparentes maculæ quaſi iſthmis quibuſdam à ſplendore vmbroſa diuidente ita diſtinguuntur vt auulſa à ſe & ſuis finibus circumſcripta ſint, & lucidorum in vmbroſa penetratio texturæ cuiuſdam figuram efficiat, vnde oculorum & labiorum forma ſimilitudine ſumma exprimitur: oportet aut plura maria opinari eſſe, quæ iſthmis & continentibus dirimantur, (quod D
& falſum eſt, & abſurdum) aut ſi vnicum ſit, non ſanè reſpondentem eius imaginem ita diuulſam in luna apparere. nam hoc quidem tutius eſt interrogare, quàm pronunciare de eo, te præſente, an orbis terrarum, tam longus latúſque quum ſit, poſſit vniuerſus eodem modo viſus à luna refractus mare contingere, 1699
& eos qui in Oceano nauigant atque etiam habitant, vt Britanni. præſertim quum dicatis terrã cũ

A lunæ globo comparatam ne centri quidem æquare ra-
tionem. Atque hoc quidem, aiebam, conſiderare tui
eſt muneris. Refractio verò viſus ad lunam, non iam
tuum eſt aut Hipparchi. quanquam mi * ſed mul-
tis non probat ſe de natura viſus diſputans, quem ſta-
tuit * ipſum habere ſimili modo affectam tempe-
riem ac concretionem probabilius eſt, quàm ictus
quoſdam & reſultationes habere quales atomis Epi-
curus adfinxit. Non volet autem, puto, lunæ corpus no-
bis perhibere Clearchus mole præditum ac ſolidum:
B ſed aſtrum æthereum & luciferum, cui vos negatis
huiuſmodi infractionem viſus conuenire: itaque a-
ctum erit de refractione. Si tamen eam admittimus,
quæremus cur in ſola luna maris imago faciei ſpecie
appareat vt in ſpeculo, in nullo alio aſtro. Atqui ratio
hoc exigebat, vt viſus ſic vel ab omnibus vel à nullo
afficeretur. Sed * ad Lucium reſpiciens dice-
bam: Reminiſcere eorum quæ primo ſunt à nobis
dicta loco. Et Lucius: Verùm, inquit, ne nimis vi-
deamur contumelioſi in Pharnacen, Stoicorum o-
C pinionem nulla adhibita refutatione prætereuntes,
dic aliquid aduerſus eum qui vniuerſi aeris & mol-
lis ignis mixturam ponit eſſe lunam: deinde veluti in
tranquillitate oborto horrore dicit aere nigredine
perfuſo fieri viſum formæ ſimile. * Probè, inquã
ego, Luci, honeſtis verbis res abſurdas velas. Non au-
tem ſic ſocius noſter, ſed quod verùm eſt, dixit, ſug-
gillare illos lunam, quam næuis & nigris maculis op-
plent, modò Dianam & Mineruam appellantes, mo-
dò mixturam & confuſionem aeris caliginoſi & ignis
D (vt ſic dicam) carbonoſi: & quæ non ex ſeſe accenda-
1700 tur, propriámve habeat lucem, ſed obſcurum quod-
dam ſit corpus, ſemper fumigans & igne vſtum: qua-
lia ſunt fulmina quæ ſplendoris expertia & fuliginoſa
poetæ dicunt. Iam quòd ignis carbonarius, qualem
illi adſcribunt lunæ, neque conſtare neque perdurare
vllo modo poſſit niſi materiam ſolidã, ipſúmque ſuſti-
nentem ſimul & nutriẽtem corripiat: arbitror rectius
quàm à nonnullis eſt factũ philoſophis, eos animad-

uertiſſe, qui iocantes Mulciberum dicunt claudum ideò cognominatum fuiſſe quòd ignis ſine ligno non magis progreditur quàm claudus ſine ſcipione. Porrò ſi luna ignis eſt, vnde ei tantum aeris ſubiit? Nam ſupremus quidem hic, & in orbem adſiduo agitatus motu locus, non aeris eſt, ſed præſtantioris alicuius naturæ, quæ omnia tenuia redigere & accendere vi ſua ſoleat. aut ſi natus ibi aer eſt, quomodo non mutatur ab igne in ætherem priſtina exutus forma, ſed tanto tempore cum igni manet incolumis, claui inſtar eodem in loco infixi? quum enim rarus ſit & confuſus, non permanſio ei, ſed mutatio congruit. Neque verò concretus dici aer iſte poteſt, igni admixtus, & humoris omnis terræque expers, cum quibus ſolis concreſcere aerem ſua ſinit natura. Tum motus ſuo impetu & in lapidibus & in plũbo qui ineſt aerẽ accendit: nedum eum qui in igni tanta cum celeritate circumagitatur. Empedoclem ſanè reprehendunt, qui lunam aeris concreti in morem grandinis maſſam facit, quæ à globo ignis contineatur. At ipſi lunam, quæ globus igneus ſit, aerem in ſe multum hinc inde diſperſum aiunt continere: quum quidem non habeat ea in ſe rupturas, aut profunda, aut cauitates: (quæ ei tribuunt, qui terreſtrem ſtatuunt) ſed aer nimirum ſuperficiei curuitatis eius incumbat. Id verò & à permãſionis ratione eſt alienũ: & fieri non poſſe, pleniluniorum contemplatio docet. non enim debuerunt nigra iſta & vmbroſa diſtinctè cerni, ſed aut deminui & occultari, aut vnà effulgere, ſole lunam occupante. Etenim apud 1701 nos aer qui in profundo & cauis terræ eſt, quâ luna non penetrat, obſcurus & luminis egens manet: qui foris terræ circumfunditur, colore quodam & luce illuſtratur. Nam aer quum ob raritatem ſuam facilè quaſvis recipiat qualitates, maximè à luce, vt vos dicitis, tantùm etiam attingẽte, totus mutatus illuminatur. Hæc ergo vt iis qui in cauernas quaſdam & profunda lunæ aerem compellunt, videntur probè opitulari: ita vos redarguunt, qui ex aere & igne neſcio quo modo eius compingitis globum. Fieri enim non

A poteſt vt vmbra in ſuperficie relinquatur lunæ, quando ſol omnem eius eam partem illuſtrat quam nos noſtro viſu ſtringimus. Me adhuc loquente, Pharnaces, Hoc, inquit, illud nobis vſuuenit ex Academia deductum, vt quum aduerſus alios dicimus, ſubinde ipſi eorum quæ affirmamus, non adferamus demonſtrationem, & qui nobiſcum diſputare velit ei defendenda ſua, non noſtra ſint impugnanda. Me tamen hodie nunquam eò adducetis vt ea defendam quæ vos Stoicis crimina intentatis: niſi prius à vobis mihi ſatisfiat

B hac de commiſſa culpa, quòd imas mundi partes ſupremo collocatis loco. Tum Lucius ridens duntaxat, Heus tu, inquit, noli nos impietatis reos facere, eo pacto quo Ariſtarchus putauit Cleanthem Samium violatæ religîonis à Græcis debuiſſe poſtulari, tanquam Vniuerſi lares Veſtámq; ſi loco mouiſſet: quòd is homo conatus ea quæ in cælo apparẽt tutari certis ratiocinationibus, poſuiſſet cælũ quieſcere, terrã per obliquũ euolui circulum, & circa ſuũ verſari interim axẽ. Ipſi autẽ de nobis dicamus. Qui verò terram ponunt

C eſſe lunam, quînam ii, mi homo, magis inferiora ſuperiora faciunt quàm vos? qui terram hanc ſublimẽ in aere ſuſpenditis, longè maiorem luna: ſicut in defectibus & mora lunæ in vmbra quantitatem eius metiun

1702 tur mathematici. Nam vmbra terra minor à maiore illuminante corpore proiicitur: cuius vmbræ in ſummo exilitas ne Homerum quidem (vt aiunt) feſellit, qui à mucrone eius noctem θοὴν, *id eſt acutam*, denominauit. & tamen ab hoc mucrone luna in defectu oc

D cupata, triplum ſuæ quantitatis ſpatium ad emergendum deſiderat. Cogita ergo quot lunis terra æqualis ſit, ſi eius vmbra quâ eſt minima tres lunas æquat. Et tamen de luna vos ſoliciti eſtis ne cadat: de terra fortaſſe Æſchylus vobis perſuaſit de Atlante ſic ſcribens:

Terram polúmque ſtat ille columna fulciens,
Humeriſque pondus ingens ſuſtinet ſuis.

Ergo lunam tenuis aer ſuffuſus geſtat, ſolidum onus portare non ſufficiens: terram adamante ſubiuxæ

columnæ fulciunt, vt eſt apud Pindarum. atque ideò A
ne terra cadat nõ metuit Pharnaces, miſeratur autem
lunæ conuerſioni ſuppoſitos Æthiopes aut Taprobanos, ne in eos tanta moles decidat ſolicitus. Atqui lunæ auxilio eſt ne cadat motus & eius impetus: quomodo quæ fundis impoſita in orbem rotata delabi nõ ſinuntur. Nam motus naturæ conueniens vnamquanque rem agit, ſi non ab alia aliqua re aliò auertatur. Itaque lunam grauitas non mouet, quum à conuerſione circulari eius motus profligetur: magiſque rationi erat conſentaneum, mirari ſi illa eodem ſemper B
maneret loco, ſicut manet terra. Nunc verò quòd luna huc non fertur, id magnam habet cauſam: terram quæ omni alio caret motu, probabile eſt ſolo ſuo põdere cieri. Eſt nanque terra quàm luna grauior, non modò quia maior, ſed quòd prætereà luna ob calorem & inflammationem leuior eſt reddita. Omnino autem apparet ex iis quæ dixiſti, lunam, ſi quidem ignis eſt, magis indigere terra & materie cui inſiſtat & inhæreat, & qua contineatur ac tanquam fomite 1703
alatur vis ipſius. non poteſt enim cogitari ignis qui C
ſine materia conſeruetur. Terram autem vos dicitis ſine fundamento & radice perdurare. Planè, inquit Pharnaces, quum ſuum à natura ſibi deſtinatum obtineat locum, nempe medium Vniuerſi. is enim eſt quò omnia grauia vndique vergentia ibi ſubſiſtunt. Superior autem regio omnis etiam ſi ſuſcipiat terrenum aliquid violento motu ſurſum elatum, ſtatim id elidit deorſum, aut dimittit potius, naturali momento hac declinans. Ad hoc ego, vt qui vellem Lucio tempus reminiſcendi dari, Theonem vocans: Quis, inquam, tragicorum dixit, medicos D

Eluere amaro amaram bilem remedio?

Quum reſpondiſſet Theo, Sophoclis hoc eſſe: Neceſſitas, inquã, cogit, hoc illis vt concedatur. Verùm philoſophi audiendi non ſunt quando abſurda abſurdis volunt euertere, impugnántq; admirabiles ſententias, vtẽtes ad hoc aliis à ratione magis etiam alienis. quẽadmodum hi nunc lationem ad medium introducunt.

A Cui quid non ineſt abſurdi? nónne ſequitur terram eſſe globum, quæ tot altitudines, profunda, inæqualitates habet? nónne habitari eam ab antipodibus, qui inſtar teredinum aut ſtellionũ imis corporum partibus ſurſum obuerſis terræ adhæreſcant? nónne nos ipſos non ad lineam & angulos rectos ei inſiſtere, ſed obliquos & inclinatos ebriorum inſtar? nónne maſſas quæ CIↃ talenta appendant per profundum terræ delatas vbi ad medium peruenerint, nulla re occurrente aut ſuſtinente tamen, ſubſiſtere: aut ſi motus vehe-
B mentia medium fuerint prætervectæ, vltrò ad id reuerti? nónne ſegmenta trabium ab vtraque terræ parte abſciſſa non ſemper deorſum ferri, ſed foris ad terram accidentia pertrudi intrò ad medium, ibíque collidi? nónne rapidus aquæ fluxus delapſus, vbi ad medium peruenerit, quod eſt ipſorum ſententia punctum corporis expers, ſubſiſtet, & circa polum illum circũ-
1704 fundetur, illicq; perpetuò librabitur ac pẽdebit? Quorum quædam talia ſunt vt ne falſa quidẽ imaginatione in animum quiſquam ea poſſit inducere. Hoc verò
C eſt inferiora facere ſuperiora, & omnia inuertere, & quæ ſunt vſque ad centrum deorſum, quæ infra illud, ſurſum ponere. Ergo ſi quis terræ conſenſu in medio eius ſtaret vmbilico ad cẽtrum locato, fieret vt ſimul & caput ſurſum & pedes ſurſum haberet. & ſi locus in oppoſitam partem effoderetur, proſpiciens iſte * deorſum ſurſum trahi qui effoderetur. & ſi alius cõtrariis veſtigiis ſtare intelligeretur, vtriuſque pedes ſurſum tendere dicerentur. Proinde huiuſmodi támque alienis à ratione opinionibus onuſti (quas nõ experientia, ſed præſtigiatoris alicuius circulatoríſve ap-
D paratus, & triuialis nugæ ſuggerunt) eáſque in res philoſophicas attrahentes, eos dicunt inferiora ſuperioribus adiungere, qui lunam, quæ terra ſit, non in medio ſed in ſublimi collocant. At enim ſi omne corpus graue eòdem fertur, & ad cẽtrum ſuum omnibus partibus vergit: terra non vt centrum Vniuerſi potius quàm totum, ſibi omnia grauia vt ſuas partes vindicabit. Argumento eſt * erit vergentium. quibus non

medium mundi cauſa eſt ſuorum momentorum , ſed A
cognatio cum terra,à qua vi repulſa , rurſum ad eam
ſe conferunt. Sicut enim ſol omnes partes ex quibus
conſtat,ad ſe conuertit: & lapidem terra vt ſibi conue
nientem accipit * & fert ad eum. Itaque horum v-
numquodq; temporis progreſſu vnitur cũ ea & coa-
leſcit.Quòd ſi quod eſt corpus ab initio terræ non at-
tributũ , neq; ab ea auulſum,ſed peculiari natura pro
ſe conſtat: (qualem iſti lunam faciunt) quid obſtat
quin ſeorſim id ſubſiſtat ſuis compactum propriis ac
conſtrictum partibus? nam neque demonſtratur ter- B
ram eſſe medium mundi:& eorum quæ hîc ſunt com- 1705
paratio & conſtitutio reſpectu terræ,ducit nos ad in-
telligentiam modi quo ea quæ ad lunam iſthic acci-
dunt permanere ſit probabile. Qui autem omnia ter-
rena & grauia in vnum compellit locum , facitque o-
mnia partes vnius corporis,nõ video cur nõ eadẽ ne-
ceſſitate leuia deuinciat: ſed ſinat tot ignes ſeorſim cõ
ſiſtere , neque cenſet debere vniuerſas in vnum cogi
corpus ſtellas , quod commune ſit leuium & igneorũ
omnium.Sed ſolem quidem vos,mi Apollinida,innu- C
meris ſtadiorum millibus abeſſe à ſummo cælo dici-
tis,ac Luciferum ſupra eum, & Mercurium alióſque
planetas,inferiores ſtellis inerrantibus,& qui magnis
inter ſe ſpatiis diuiſi motus ſuos conficiant: ponderi-
bus verò & terrenis corporibus nullam putatis in mũ
do inter ſe diſtantiam,nullum ſpatium tribui.Videtis
ridiculum eſſe , negare lunam eſſe terram,quia diſtat
ab inferiori regione: & dicere ſtellam eam eſſe, quum
tot ſtadiorum millibus à ſuperiore cælo depreſſa , &
quaſi in fundum quendam demerſa ſit? tanto quidem D
inferior aſtris eſt,vt menſura interualli non poſſit ex-
primi,& vos mathematici in ea ratiocinanda numeri
deficiant.terram quodam modo attingit,ac ponè eam
circumuecta, veluti orbitam currus quãdam replicat.
vt ait Empedocles:

Quæ circum ſummam *

Non enim vmbram eius ſuperat ſæpenumerò, paulatim emergens ob Solis illuminantis magnitudinem.

A ſed ita videtur proximè & ferè in vlnis terræ circumagi, vt terra lumen ſolis ei obſtruat, quando non attollit ſeſe ſupra vmbroſam hanc, terreſtrem & nocturnã regionem, quæ eſt terræ ſorte conceſſa. Itaq; arbitror nobis audacter dicendum in terræ terminis eſſe lunam, idcóque ab huius extremis lumini lunæ offici. Conſidera porrò, omiſſis aliis inerrantibus & vagis,

1706 quæ demonſtrat Ariſtarchus libro De magnitudinibus & interuallis. Solis ſcilicet à luna diſtantiæ ad interuallum quo à nobis ea abeſt maiorem eſſe ratione

B octodecupla, minorem vigecupla. & tamen qui lunæ minimam altitudinem tribuunt, eam faciunt tantam vt lunæ à nobis diſtantia terræ ſemidiametrum quinquagies ſexies contineat. eſt autem linea à centro ad ſuperficiem terræ x L millium, ſi eos ſequimur qui medium tenuerunt in adſignandis menſuris. vnde ratiocinari licet, ſolem à luna amplius quàm quadragies millena ſtadia, & trecenta millia abeſſe ſtadiorũ. tam lõgè eſt à ſole remota luna ob grauitatem, & tam

C propè ad terram collocata. Quare ſi locis diuidendæ ſunt naturæ, profectò terræ portio & regio lunam ſibi vindicat, hácque ea ſibi & res terrenæ iure cognationis & vicinitatis petunt propriam. Neque verò arbitror nos peccare quicquam, ſi iis quæ ſuperiora vocantur corporibus tantum interuallum tribuentes, inferioribus quoque ſpatium aliquod ſuæ conuerſionis concedimus, quod eſt à terra ad lunã vſque. Nam & is modum egreditur, qui ſolã cæli ſuperficiem extremam ſuprà, reliqua omnia infrà eſſe dicit: neque

D tolerari poteſt qui terra, atque adeò centro eius, inferiorem locum circumſcribit. Sed & mobili- * hîc interuallum debitum concedente ob magnitudinem mundo. qui verò poſtulat vt omne ſurſum eſſe dicatur & ſublime quod eſt ſupra terram: ei alius occinet, ſtatim hac lege deorſum debere haberi quidquid eſt infra ſtellarum fixarum globum. Denique quo pacto dicitur terram in medio iacere, cuius tandem rei? Nam vniuerſum quidem infinitum eſt: infinito, neque principium neque finem quum habeat, non con-

uenit habere medium. nam ipſum quoque centrum A
extremitas quædam ſiue terminus eſt: infinitas, pri-
uatio eſt terminorum. Qui autem non Vniuerſi, ſed
mundi medium putat terram, facetus eſt, ſi non cen-
ſet mūdum eadem teneri infinitate. nam ne huic qui-
dem medium eſt ab Vniuerſo relictum: quum lare &
fundamento carens in infinito feratur inani ad nihil
quod naturæ ipſius ſit accōmodatum: aut ſi ſubſiſtat,
aliam manendi cauſam inuenerit quàm loci natu- 1707
ram. Eadem licet de luna coniicere, alia eam animo
potius & natura * differentiæ: altera hac quieſcen- B
te, altera in motu verſante. Præter hæc verò conſi-
dera an non magna res ipſos fugerit. Si enim quid-
quid quocunque modo extra centrum terræ eſt, di-
ci oportet ſuprà eſſe, nulla pars mundi infrà erit: ſed
ſuprà fuerit & terra & omnia quæ ei incumbunt, &
ſimpliciter quodvis corpus centro circumpoſitum:
infrà autem, vnicum illud corporis expers punctum,
atque hoc neceſſe erit omni mundi naturæ opponi:
quando ſuperum & inferum naturæ ratione inuicem
opponuntur. Neque hoc duntaxat eſt in hac re abſur C
dum: ſed cauſam quoque grauia perdunt ob quam
deorſum vergant atque ferantur, quum nullum ſit in-
frà corpus ad quod moueantur. nam quod corpo-
reum non eſt, id neque probabile eſt, neque ipſi vo-
lunt tanta eſſe vi præditum vt omnia ad ſe trahat &
circa ſe contineat. Interim ergo rationi hoc & ipſis
rebus repugnans manebit, totum mundum ſuprà eſ-
ſe, infrà nihil, excepto corporis & diuiſionis experte,
termino. Illud verò conſentaneum eſt quod nos di-
cimus, ſuperis & inferis regionibus ſatis ampla eſſe
ſpatia tributa. Sed tamen, ſi ita vis, ponamus cōtra na- D
turam in cælo terreſtribus motum adſcribi, ſenſim
iam, non commotis (vt fit in tragœdia) animis, age-
dum hoc conſideremus, hinc non demonſtrari lunam
non eſſe terram, ſed terram alieno à ſua natura loco
ſitam. quandoquidem ignis etiam Ætnæus contra na-
turam infra terram eſt, ignis tamen eſt: & vtribus cō-
tectus aer natura leuis eſt, ſurſúmq; effertur, neceſſariò

A tamen eò cogitur quò vltrò non ferretur. Ipſa autem, dii boni, anima an non contra ſuam naturam incluſa tenetur corpori tardo & frigido, ignea ipſa vobis autoribus, & ſenſu nullo videnda? neque tamen idcirco dicimus animam corpore aboleri, aut eſſe nihil, non rem diuinam, ob corporis grauitatem & molem: ſed
1708 quæ toto cælo, omni terra maríque peruagatis, in carnes, oſſa, medulláſque ſubeat, & cum humore infinitis perpeſſionibus fiat obnoxia. Iam ille veſter Iupiter nónne ſua natura ineſt magnus & continuus ignis? &
B tamen nunc ſe demiſit, atque inflexit, omniúmque colorum formam accipit in ſe per omnigenas mutationes. Proinde vide tu, homo belle, ne tranſferens & abducens vnumquodque eò vbi natura illi locum videtur adſignaſſe, quandam diſſolutionem mundi commenteris, & litem Empedocleam rebus immittas: aut potius priſcos illos excites contra naturam Titanes & Gigantes, fabuloſámq; illam & terribilem cõfuſionem atque errores introducas, ſeorſim omne graue, omne leue ponens. *

C *Non hæc iam ſolis ſpecies formoſa timetur,*
Non terræ hirſutum genus, aut ſalſi maris Vnda:

non terra caloris erat particeps, non aqua ſpiritus: nihil grauium ſurſum, leuium deorſum mouebitur. Sed mixtionem fugientes, & ab omni cõiunctione abhorrentes res, ſolitariæque eæ quæ principia rerum cenſentur, non admittentes vllam contemperationem altera alterius, omnem communicationem auerſantes, ſuíſque peculiaribus & contumacibus contentæ motibus, eo modo habebant quo vniuerſum à quo Deus
D abeſt, vt Plato dixit: hoc eſt, ſicut ſe habent corpora animis deſtituta & mente. donec deſiderabilis facultas prouidentiæ venit in naturam, amicitiámque iis, venerem, & amorem indidit: vt Empedocles, Parmenides, Heſiodus cecinerunt. vt locum mutantes res, & vna alterius facultate impertita, aliæque manſionis, aliæ motus neceſſitatibus illigatæ, & ad meliorem ſtatum neceſſitate quadam adactæ, pro eo atque natura ferebat vt concederent atque mutarentur, concentum

quendam ſocietatémque conficerent. Etenim ſi nulla A
mũdi pars præter naturã fuit adfecta, ſed vnũquodq;
ita iacet, vt natũ eſt, nulla trãſlatione, nulla mutatione
indigens, quibus ne initiò quidem opus habuerit: mi-
ror quódnam ſit munus prouidentiæ, aut quid fecerit 1709
pater ille & artificioſiſſimus opifex Iupiter. Non e-
nim in exercitu opus eſt ſcientia ordines inſtruendi,
ſi ſua ſponte quivis militum nouerit ſuum locum, or-
dinem, & ſtationem quam accipere debeat & tueri.
neque vſus erit hortulanis aut qui domos ædificent: B
ſi ibi aqua vltrò adfluat plantis rigatione indigenti-
bus: hîc lateres, ligna, & lapides naturalibus motio-
nibus pro ſe in locum concinnitatémque deſideratam
coeunt. Sin eſt vt hæc ratio palàm tollat prouiden-
tiam, Deóque rerum diſpoſitio & diuiſio conuenit:
quid mirum ſic ordinatam eſſe & concinnatam natu
ram, vt hîc ignis, ibi aſtra, rurſúmque hîc terra, ſu-
perius luna ſit collocata, arctiore rationis quàm natu-
ræ vincula conſtricta? Alioqui ſi omnia naturalibus
debeant ferri momentis, neque ſol iam in orbem re- C
uoluatur, neque Lucifer, neque aliorum vllum aſtro-
rum. ſurſum enim, non ſecundum circulum, ferri le-
uia & ignea naturæ inſtinctus iubet. Si verò hanc na-
tura admittit varietatem in locorũ mutatione, vt hîc
ignis ſuo motu ſemper ſurſum tendat, quando autem
cælum attigit, cum eius rotatione circũagitetur: quid
mirum ſi etiam grauia & terrena ita ſuperantur à cõ-
tinente corpore, vt aliud motus genus ſuſcipiant? Nõ
enim profectò id fert natura cæli, vt leuia ſurſum fer-
ri prohibeat, grauia & deorſum inclinantia compe-
ſcere nequeat: ſed vtrorumque natura ita vtitur vt eã D
in melius conuertat. Verumenimuerò ſi quod vide-
tur nobis impauidè eſt dicendum, omiſſis iis opinio-
nibus quorum habitus ſerua noſtra fecit iudicia: ap-
paret nullam Vniuerſi partem ipſam à ſe ordinem, ſi-
tum, motúmve habere propria, quæ abſque vlla con- 1710
ditione naturalia poſſint dici. ſed quando vnũquod-
que, ſi cuius rei gratia ortum factúmve eſt, ei ſe vtili-
ter mouendum accommodet, & vel ad agendum, vel

A ad patiendum & adficiendum ita ſe præbeat vt eius ſaluti, pulchritudini & facultati congruit: tunc videbitur naturæ conuenienter collocari, moueri, affici. Etenim homo, quo non vlla alia res magis iuxta naturã eſt facta, in ſublimi habet maximè grauia & terreſtria, circa caput: in mediis calida & ignita: dentium ſupernè alii, alii infernè ſunt nati, neutri contra naturam. neque ignis qui ſuprà ex oculis emicat, ſecũdum naturam eſt, contra naturam is qui in corde & ventriculo: ſed quodvis horum congruè eſt vtilitérque or-
B dinatum. Quin omnium oſtreorum conſidera naturam, atque (vt vtar verbis Empedoclis)

Inſpice tergigraues conchas quandoque marinas:
Buccinus, exemplóque obducta chelys tibi ſaxo
Eſſe poteſt, ſummo vt videas in corpore terram.

neque lapidea opprimunt aut affligunt humorem cui incumbunt, neque contrà calor leuitate ſua ſurſum euolans perit: ſed omnia ſunt commixta, inter ſéque compoſita, pro rei cuiuſvis natura. Quamobrem probabile eſt mundum etiam, ſi quidem animal eſt, mul-
C tis in partibus terram habere, in multis aquam, ignẽ, aerem: non neceſſitate aliqua eliſa hæc eò, ſed ratione ita diſponente. nam neque oculus iſthac in parte corporis eſt, leuitate eò compulſus ſua: neque cor ſua grauitate in pectus delapſum eſt: ſed vtrunq; ita collocatum, quia hoc modo erat conducibilius. Non ergo putemus de mundi partibus terram huc pondere ſuo prolapſam, ſolem vtris in morem ſurſum leuitate ſua eliſum, aut reliquas ſtellas veluti in bilance momento facto ea in quibus ſunt loca occupauiſſe. Ete-
D nim ratione præualente, ſtellæ tanquam luciferi oculi
1711 in facie Vniuerſi inſertæ circumferuntur. Sol autem, qui cordis habet vim, ex ſeſe calores & lumen tanquam ſanguinem diffundit. terra & mari natura vtitur ſicut animal ventriculo & veſica. Luna ſoli & terræ interpoſita, ſicut iecur inter cor & vẽtriculum, aut aliud molle viſcus inſitum: calorem hâc demittit, & quæ hinc exhalant coquendo purgandóque ad ſe extollit. quòd ſi eius terreæ partes & ſoliditas etiam ad

alia

alia habent accommodatam rationem: certè vbique A
hæc ſententia potior eſt quàm quæ neceſſitate mate-
riæ iſthæc definit. Quid enim ex illorum dictis pro-
babile eliciemus? Dicunt ætheris partes lucidas & te-
nues ob raritatem eſſe cælum factas: denſatas & coa-
ctas, aſtra, quorum ignauiſſimum & turbidiſſimum
ſit luna. Et tamen videre licet, lunam non eſſe ex aere
ſecretam: ſed etiamnum in multo qui circa ipſam eſt
moueri, magnámque habere infra ſe ventorum * vol
ui, & cometas. Adeò non momentis grauitatis aut
leuitatis vnumquodque corpus appenditur, ſed alia B
ratione diſpoſita atque ordinata ſunt. Hæc quum eſ-
ſent dicta, & Lucius mihi ſucceſſionem diſſerendi mã
daſſet, iam ad demonſtrationes tendente ſententia: A-
riſtoteles ſubridens, Teſtor, inquit, totam tuam diſpu
tationem fuiſſe contra eos qui lunam ſemigneam fa-
cientes, vniuerſè corpora alia ſurſum, alia deorſum
vergere ſuapte ſponte ponunt. Id autem ne fortuitò
quidem nobis venit in memoriam, eſſe qui dicat aſtra
cùm in orbem natura ſua reuolui, tum diuerſæ à qua-
tuor elementis eſſe naturæ. vt & mihi ſuperſedere la- C
bore liceat & * Lucius * Mi homo, inquit, alia for- 1714
taſſis aſtra & totum cælum nobis ponentibus natura
eſſe pura & ſincera, omníſque mutationis & affectio-
nis vacua, ac motu circulari prædita, ideóque & nun-
quam deſinente conuerſione, nemo in præſentia con-
trà certauerit: quanquã innumeræ ſunt difficultates.
Quando autem iſta ratio deorſum traducta lunam at-
tigerit: non iam immunitatẽ perpeſſionum in ea tue-
ri, eiúſque corporis pulchritudinem poteſt: ſed, vt re-
liquas inæqualitates & diſcrimina omittamus, ipſa il- D
la in luna apparens facies, affectione quadam ſubſtan-
tiæ, aut admixtione qualicunque alterius naturæ ac-
cidit. Patitur autem aliquid omne quod miſcetur, dũ
ſuam amittit ſinceritatem, ac vi à deteriore natura oc
cupatur. Ipſius porrò lunæ tarditatem, & celeritatis
retuſionem, tum caloris inefficacitatem & obſcurita-
tem, quo (vt Ion ait) nigra non maturatur vua, quid
aliud quàm imbecillitatem dicemus? Tum Ariſtote-

A les: Ergóne affectio corpori ſempiterno & cæleſti accidit? Omnino verò, inquit ille, mi Ariſtoteles, terra quatenus eſt, res pulcherrima, admiranda & probè ornata videtur eſſe luna. ſin vt aſtrum eam, luménque aut corpus diuinum ac cæleſte conſideras, metuo ne deformis atque turpis ſit, & pulchram appellationem dedecoret. Siquidem in cælo tam multis aſtris hærentibus, ſola ipſa alieno indiget lumine, vt ait Parmenides,

Et ſemper ſolis radios aduerſa tuetur.

B Equidem ſocius noſter in diſputatione circulari quũ illud Anaxagoreum demonſtraſſet, ſolem lunæ ſuum ſplendorem impartiri, laudatus eſt. Ego autem hæc non dicam quæ à vobis aut vnà vobiſcum didici: ſed dedita opera ad id quod reliquum eſt me conferam. Probabile eſt ergo lunam non vitri aut cryſtalli in morem illuminari, ſole eam ſuo perlucente & illuſtrante lumine: neque rurſus quadam fulgoris & luminis coitione, vt quum faces lumine augentur. Sic enim non minus in nouilunio quàm quum dimidius C orbis nobis illuſtratus apparet, toto orbe refulgens nobis videretur: non cohibens neque obſtruens ſolis radiis tranſitum, ſed ob raritatem tranſmittens. Neq;
1713 verò ſol lumen lunæ ei contemperato ſuo accendit. non enim vt quum diuiduo, aut vtrinque gibbo orbe luna cernitur, declinationes eius & auerſiones pro cauſa poſſunt poni: ita hoc etiam in nouilunio facere licebit. quum tũc ad amuſſim, vt ait Democritus, ſubiecta illuſtranti, excipiat ſolis lumen. itaque tum & fulgere ipſa debebat, & ſol per eam pellucere. quod tantum abeſt ne fiat, vt cùm ipſa in coitu obſcura ſit, D tum ſæpenumerò ſolem quoque abſcondat:

Diſſipat in terram radios quum deſuper eius,
Et terræ ſpatium tam latum lumine priuat,
Quàm latum glaucæ lunæ complectitur orbis,

vt ait Empedocles: perinde ac ſi in noctem & tenebras, non in aliud aſtrum lumen ſolis incidiſſet. Quod autem dicit Poſidonius lunæ profunditatem in cauſa eſſe cur per eam ſolis lumen non penetret: id euiden-

ter refellitur. Aer enim quantumuis immenſus,& qui A
multis modis quàm luna eſt profundior, totus tamen
ſolaribus radiis illuſtratur Relinquitur ergo, Empe-
doclis ſententiam eſſe veram: nempe reflexione lumi-
nis ſolaris ad lunam, hîc ab illa res illuminari. vnde fit
vt neq; calidũ neque ſplendidum ad nos lumen perue
niat: quod futurum videbatur, ſi inflammatio & per-
mixtio luminis fieret. Sed quemadmodum reculſæ vo
ces obſcuriorem ſoni echô faciunt: & ictus à reſultã-
tibus telis languidiores accidunt: B

Sic lunæ feriens fulgor Titanius orbem,

imbecillum hebetémq; defluxum ad nos dimittit, ob
infractionẽ vi debilitata. Sub hæc Sylla, Sanè, inquit,
aliquam hæc veriſimilitudinem habent. quod verò va
lidiſſimum eſt eorum quæ contrà obiiciuntur, an iam
eſt aliquo pacto explicatũ, an verò fefellit ſocium no-
ſtrum? Quid, inquit Lucius, aliud dicis quàm quod de
luna dimidium orbis illuſtratum exhibente quæritur?
Hoc ipſum, aiebat Sylla. Habet enim rationem, quòd
quũ omnis reflexio fiat ad æqualem angulum quum C
luna dimidiata mediũ cæli tenet, lumen ab ea non fer- 1714
tur in terram, ſed ad latus eius delabitur. Sol enim in
horizonte conſtitutus, radiis ſuis lunam tangit. itaque
is fractus ad æquales angulos in alterum relidetur ex-
tremũ, neque huc ſplendorem dimittit. alioqui opor-
tet magnam diuerſitatem anguli fieri, quod eſt ne-
fas. At me hercle, inquit Lucius, hoc tamen dictum
eſt fieri: etſi te præſente (Menelaum mathemati-
cum inter dicendum intuens compellabat) vereor
theſin mathematicam iſtam euertere, quæ funda-
menti inſtar catoptricæ ſubiacet de ſpeculorum cau- D
ſis & rationibus doctrinæ. Omnem ergo reflexio-
nem tendere ad æquales angulos, neque ſenſui appa-
ret neceſſe eſſe, neque in confeſſo eſt. Sed primum
in curuis ſpeculis hæc poſitio improbatur, quum
res maiores quàm ſunt videntur, reflexione facta ad
vnum viſus punctum. Fallit deinde etiam in dupli-
cibus ſpeculis, quum duobus inter ſe conſertis ad an-
gulum, vtraque ſuperficies duplæ ſpeciem reddit:

A fiúntque quatuor imagines ab vna facie, duæ exterioribus aduerſæ, obſcurè dextras partes in profundo ſpeculorum ſiniſtrorſum repræſentantes. Culpatur etiam * quæ cur fiant, Plato cauſam reddidit. Dixit enim, ſpeculo hinc inde eleuato viſus reflexionem variare, ab vna in alteram parte recidentem. Si ergo viſis ſtatim ad nos * recurrunt: quæ verò in alteram ſpeculi partem delabuntur, rurſum inde ad nos feruntur: fieri non poteſt vt omnes reflexiones ad æquos accidant angulos: quanquam illi ſententiam B noſtram impugnantes contendunt defluxibus qui à luna in terram feruntur æqualitatem angulorum tol-
1715 li, hoc illo cenſentes multo eſſe probabilius. Enimuerò vt hoc demus & gratificemur percaræ nobis geometriæ: primùm fieri id par eſt in ſpeculis ad vnguem læuigatis. at luna multas habet inæqualitates, aſperitates multas: vt fulgores qui à magno corpore accidunt altitudinibus non exiguis inuicem reſplendere poſſint, ac omnimodè reflecti, implicari, reſplendentiámque inter ſe continuare, quaſi à multis ea ad nos C ferretur ſpeculis. Deinde, vt reflectionem ponamus ad ipſam lunam fieri æqualibus angulis: tamen fieri poteſt vt radii per tantum ſpatium delati frangantur & delabantur, vt lumen componatur & ſplendeat. Sunt qui etiam oſtendant deſcriptione quadam, multa lumina in terram dimitti ad lineam ſub inclinata ſubtenſam. Inter dicendum autem delineationem moliri, ídque apud multos, non licebat. Omnino autem, dicebat, miror cur contra nos allegent dimidiatum orbem lunæ, quum eius eadem ſit cum vtrinque gib- D boſa & cum falcata ratio. Nam ſi ætheream molem aut igneam lunæ (ſi quidem talis eſſet) ſol illuminaret, nunquam profectò relinqueret ſemper apparens ſenſui vmbroſum & luminis expers hemiſphærium eius. Sed ſi vel paulùlum attigiſſet ſuperficiem, impleri eam lumine totámque mutari vſquequaque ob agilitatem prodeunte conueniebat. Si enim vinum aquæ extremitatem attingens, aut gutta ſanguinis in humorē incidens, totum inficit aut rubore tingit: ipſum ve-

rò aerem aiunt non defluxionibus quibuſdam radiiſ- A
ve permixtis,ſed totum ictu luminis mutari & altera-
ri: quónam pacto ſtella ſtellam, & lux lucem ſi attin-
gat,arbitrantur nullam confuſionem,nullam per tota
mixtionem fieri aut mutationem, ſed ea duntaxat à ſo
le illuſtrari quorum attingit ſuperficiem. Quippe is
circulus quem ſuo circuitu ſol in luna deſcribit, qui 1716
modò incidat in lineam qua lunæ viſibilis pars ab in-
uiſibili diſtinguitur,aliàs ad rectos inſiſtat angulos.&
diuidat mediam,mox aliis atque aliis inclinationibus
proportiones varias ſplēdidæ partis ad vmbroſam ef- B
ficiat,lunæque formas vtrinq; curuas aut falcatas ex-
hibeat: planiſſimè omnium demonſtrat eam quæ di-
citur lunæ illuminationem , non contemperationem
ſed contactum,neque luminis confluxum,ſed circum
fuſionem eſſe.Quando autem non illuminatur tãtùm
ipſa,ſed huc etiam luminis ſimulacrum mittit: fit etiã
acrius vt cõtendamus dę ratione quæ de eius ſubſtan-
tia fuit allata. Reflexiones enim fiunt non ad vllam
rem raram & tenuibus partibus conſtantem : neque
facilè imagineris ignem ab igne reſilientem,aut lumē C
à lumine.Sed oportet ſolidum denſúmq; eſſe id à quo
recelli & reflecti aliud debeat: vt in id ictus incumbat
indéque referatur. Ipſum adeò ſolem aer tranſmittit,
non impediens aut relidens radios eius: à lignis,lapi-
dibus,& veſtibus in ſole poſitis multæ reſplendentiæ
& circumfulgentiæ exſiſtunt. Sic & terram videmus
ab eo illuminari.nō enim in profundum, vt aqua,nec
per totam vt aer dimittit radios: ſed ſicut circulus lu-
nam ambit, partémque eius illuminandam deſcribit:
ita alius terram circuit,partémque eius definit, quam D
ſol ſubinde illuſtret, reliquo luminis experte. vide-
tur enim aliquanto maior vtriuſque portio quæ illu-
minatur,quàm eſt ſemiſſis globi.Concedite verò mi-
hi vt hoc geometricè loquar è proportionum colla-
tióne:Si tria ſunt quibus à ſole lumen accidit , terra,
luna,aer: videmus tamē lunā non magis quàm aerem
aut terrā illuminari:neceſſe autē eſt ſimilis eſſe naturę
quæ ab eadē re affici eodē modo ſolent. Hæc omni-

A bus laudantibus Lucium,Præclarè,inquam ego, qui pulchræ rationi pulchram adiecisti proportionem.nõ enim tuis es defraudandus. Tum ſubridens Lucius: Proinde,ait,denuò proportione vtamur,demonſtra-
1717 bimúſque lunam terræ eſſe cognatam,non eo tantùm quia eadem à re eodem afficiuntur modo,ſed & quia idem agunt.Etenim nihil eorum quæ circa ſolem fiũt ita ſimile eſſe eius occaſui atque eſt defectus ipſius,cõceditis (puto)mihi: memores eius coitus ſolis cum luna qui nuper fuit,quo ſtatim ſub meridiem incipien-
B te,ſtellæ in multis paſſim cæli partibus effulſerunt,aeríſque ea fuit temperies qualis eſt incerta luce in crepuſculo.ſi non concedetis,Theon hic noſter Mimnermum allegabit,& Cydiam, & Archilochum, & præter hos Steſichorum ac Pindarum, qui deplorant in defectibus ſplendidiſſimum ſibi eripi ſolem, & quaſi in media nocte ſe eſſe, radióſque ſolis tenebroſo ferri tramite. ſuper omnes Homerum, qui facies hominũ nocte & caligine occupari ait, ſolémque & lunam de cælo periiſſe:idque fieri alio menſe deſinente, alio in-
C cipiente. Reliqua puto mathematicis ſubtilitatibus in * eductum eſſe. Id verò conſtat,noctem terræ eſſe vmbram,& defectus ſolis lunæ vmbram eſſe,quando viſus noſter in eam incidit. Nam ſolem poſtquam occidit,videre ne poſſimus, terra interpoſita luminibus noſtris officit:quum deficit, luna noſtrò viſui aditum obſtruit.Horum vtrunq; obſcuratio eſt: ſed occiduam terra, defectum luna facit viſum interuertendo. Ex his autem quid conſequatur, facilè poteſt intelligi. Si enim ſimilia ſunt effecta, ſimiles etiam ſunt
D cauſæ ea efficientes. eidem enim eadem accidere ab iiſdem neceſſarium eſt. Quod autem tenebræ in defectibus non ſunt ita profundæ, neque aer perinde atque noctu occupatur iis, non eſt quod miremur. Eſt enim eadem ſubſtantia eius quod noctem,& eius quod defectum efficit corporis: magnitudine differunt. Nam Ægyptii, niſi fallor, ſeptuagies bis contineri in terræ quantitate lunæ quantitatem cenſent: Anaxagoras tantam pronunciauit lunam eſſe quanta

eſt Peloponneſus: Ariſtarchus proportionem dia- A
metri facit minorem quàm ſint L X ad X I X, ma- 1718
iorem aliquanto quàm ſit C V I I I ad X L I I I. Vnde fit vt terra prorſus ſolem conſpectui noſtro ſubtrahat ob magnitudinem. magna eſt enim obſtructio, & nocturno tempore durat. Luna autem etiam ſi totum aliquando occultet ſolem, tamen is defectus latitudine & tempore caret: ſed quidam elucet ſplendor circa orbitam, non ſinens altam nimiámque fieri vmbram. Ariſtoteles verò antiquus ille cur luna ſæpius
quàm ſol deficere videatur, cauſam inter alias etiam B
hanc poſuit, quòd ſol lunæ interiectu obſcuretur, luna terræ. Poſidonius autem ſic definiens: Hæc affectio defectus eſt ſolis, coitus vmbræ lunæ, cuius defectum * His enim ſolis defectus eſt quorum inter viſum & ſolem vmbra lunæ interiicitur. Fatens autem vmbram lunæ ad nos ferri, neſcio quid ſibi ad dicendum reliqui fecerit. Impoſſibile quippe eſt aſtri vmbram exſiſtere: quum vmbra dicatur id quod lumine caret. at lumen vmbram non facit, ſed abolet
ſuapte natura. Sed quódnam poſt hæc fuit argumen- C
tum allatum? Et ego, Eundem, inquam, luna defectum paſſa eſt. Rectè, aiebat, admonuiſti. Sed vtrum quaſi nos poſuiſſemus lunam deficere ab vmbra captam, iam ad eam ſe cõuertunt rationem? aut vultis vt quaſi exercitatione dicendi inſtituta ſingulis recenſendis argumentis demonſtrationes proferam. Omnino, dicebat Theo, de his declamato. Mihi enim opus aliquo eſt qui perſuadeat: quum id duntaxat inaudiuerim quòd quũ in vna linea ſint tria corpora, terra,
ſol, & luna, defectus contingant. tum enim aut terram D
lunæ, aut lunam terræ ſolem adimere: hunc luna, eam 1719
terra in medio trium conſtituta deficere: illud in coitu luminarium, hoc in oppoſitione fieri. Tum Lucius, Ferè, inquit, hæc de dictis ſunt potiſſima. Verùm, ſi lubet, primo loco rationem ex vmbræ figura ductam accipe. Eſt enim conus, *ſiue turbo*: quippe quum magnus ignis luménve ſphæræ formam habens, minorem, ſed ipſam quoq; globoſam, amplectitur molem.

A Itaq; in defectibus lunæ circumſcriptiones eorũ quæ
obſcurantur,quibus à lucidis diſtinguuntur, circula-
res ſunt. nam teretis ad * aut accipiet ſectiones quæ
præbet vſquequaque progredientes, ob ſimilitudi-
nem fiunt circulares. Secundo loco,id te arbitror in-
telligere,quòd lunæ partes eæ primùm lumine deſti-
tuuntur quæ ad ſubſolanum ſpectant:ſolis,eæ quæ ad
occaſum. mouetur autem vmbra terræ ab ortu verſus
occaſum, ſol & luna contrà verſus ortum. Hæc & ſen
ſus deprehendere poteſt in iis quæ apparent,& ratio-
B nibus haud prolixis queunt perdiſci. Ex his autem
cauſa defectuum confirmatur. Quoniam enim ſol de-
ficit deprehēſus,luna autem occurrens ei quod ipſam
lumine priuat: cōuenienter, immò autem neceſſariò,
ille à poſteriore parte primùm inuaditur, hæc à prio-
re. hinc enim incipit obſtructio vnde primùm in-
gruit id quod obſtruit lumini.Ingruit autem ſoli luna
ab occaſu contra eum contēdens : lunæ vmbra ab or-
tu, vt in oppoſitam tendenti partem. Tertium eſt tē-
poris & magnitudinis defectuum ratio. Etenim luna
C quando ſublimis & à terra longius diſtans deficit,nō
diu hæret in tenebris:quum verò humilis & terræ vi-
cina in vmbram incidit,admodum premitur , & tardè
ex ea emergit.Et quidē humilis celerius,ſublimis tar-
dius mouetur.Sed cauſa diſcriminis in vmbra eſt:quę
latiſſima circa baſin ſeu fundum, quippe conus , pau-
latímque ſe in verticem acuens, in exilem definit api-
1720 cem. Itaque luna humilis in eam incidens , maximis
eius circulis capitur , profundámque & caliginoſiſſi-
mam partem pertranſit. ſupernè autem velut in vado
D ob tenuitatem vmbræ ſtricta,celeriter diſcedit.Omit
to autem quæ ſeorſim, proprias. * Videmus enim i-
gnem ex vmbroſo loco magis effulgere ac lucere , ob
craſſitiē aeris caliginoſi,qui ſplendorē diffluere & diſ
ſipari non ſinit,ſed eius ſubſtantiam continet atq; co-
hibet . ſiue ea ſenſus eſt affectio,quo modo calida fri-
gidis adpoſita,calidiora, & voluptates iuxta dolores,
fiunt vehementiores : ita ſplendida ponè tenebroſa
magis fulgeant, ob diuerſas adfectiones in contrarias

partes intenta imaginatione. Videtur autem prius il- A
lud eſſe probabilius. In ſole enim omnis natura ignis
non modò fulgorem ſuum amittit,ſed concedendo e-
tiam languidior & obtuſior fit. diſſipat enim calor ac
diffundit eius vim.Si ergo luna ignem ſortita eſt im-
becillum & inefficacem,ſtella (vt ipſi aiũt)turbidior:
nihil eorũ quæ ei accidere videmus, ſed contraria o-
mnia euenire par fuit.nimirũ vt videretur quãdo nũc
occultatur, occultaretur quãdo apparet.hoc eſt,reli-
quo tẽpore occultari debebat, ab æthere continente
obſcurata: effulgere autẽ & ſplendere per ſex menſes, B
rurſúmque alios quinque,quando ſub vmbram terræ
ſubit. Nam illi CCCCLXV circuitus eclipticorũ ple-
niluniorum, XLIV habent ſex menſibus ſingulos, re-
liquos quinque menſibus conſtantes. Tanto itaque
tempore oportebat lunam apparere in vmbra ſplen-
dentem.At ea in vmbra quidem lumen ſuum amittit:
recuperat autem illud,poſtquam vmbram effugit. Et
ſanè interdiu ſæpenumero apparet: vt quidvis potius
quàm igneum & ſidereum corpus exiſtimari debeat.
Hoc vbi dixit Lucius, prouolauerunt ſimul quodam- 1721
modo ad impugnanda iſthæc Pharnaces & Apolloni- C
des. Et concedente dicendi partes Apollonide,Pharna
ces,Hoc ipſum,inquit,maximè oſtendit lunam aſtrũ
eſſe,aut ignem. non enim prorſus latet in defectibus,
ſed effulget colore quodam prunam referente & ter-
ribili,qui eius eſt proprius. Apollonides autem inſta-
bat aduerſus vmbram,inquiẽs, ſic ſemper à mathema
ticis dici locum qui nulla illuſtratur luce: tum vmbrã
à cælo non admitti. Hoc verò,aiebã, eſt contra no-
mẽ potius ſophiſticè,quàm in rem phyſicè aut mathe
maticè diſputare.Eum enim infra terram locũ ad quẽ D
aditus lumini eſt obſtructus, ſi vmbram quis dicere
nolit, ſed luminis vacuam regionem, tamen neceſſe
eſt lunam quando eò peruenit * Atque omnino,
dicebã, fatuum eſt negare vmbrã terræ eò pertinge-
re * vmbra lunæ incidens viſui,& * ad terrã,
defectum ſolis facere.Nunc me ad te,Pharnaca, con-
uertam.Color enim ille prunæ ſimilis & ardens lunæ,

A quem eius proprium eſſe inquis, corporis eſt denſitate & profunditate præditi. nullæ enim reliquiæ, nullũ veſtigium flammæ in raris permanet corporibus: neque prunæ fiunt vbi non aliquod ſolidũ corpus ſubiicitur, quod vim ignis altè admiſſam ſeruet. ſicut & Homerus alicubi ait:

Extincto poſtquam ſed flamma euanuit igne,
Subſtrauit prunas. --

non enim ignis, ſed corpus ignitum videtur pruna, ab igni affecta res qui in corpore ſolido & radicem ha-
B bente permaneat ac duret. flammæ autem, rari nutrimenti & materiæ celeriter ob infirmitatem conſumptæ incendium ac fluxus ſunt. Itaque lunam terrenam eſſe & denſam, vix vllo alio æquè euidenti argumento oſtendi poterat: ſi quidem pruneus ille color eius eſſet
1722 proprius. Sed non eſt, mi Pharnaca. & videmus lunam deficientem aliàs alium colorem ſumere: quos mathematici temporis ratione ſic diſcernunt: Si ſub veſperam luna deficit, horribiliter nigra apparet vſque ad horam tertiam & ſupra ſemiſſem horæ. Si media no-
C cte, tunc iſtum puniceum & igneum colorem edit: à ſeptima hora & ſemiſſe rubor oſtenditur: verſus auroram iam cæruleum trucémque vultum ſumit, à quo eam potiſſimum poetæ & Empedocles glaucopin, *id eſt cæſiam*, appellant. Proinde quum videamus lunam in vmbra tot colores adſciſcere, non rectè illi arripiũt pruneum: quem potiſſimum aliquis alienum ab ea eſſe dixerit, ac mixturam potius luminis deficientis, & per vmbram enitentis, proprium verò, nigrum & terreſtrem. Iam quum hæc ſolis radios excipiẽtibus pur-
D pureis aut puniceis veſtibus, paludibus item & fluuiis, vmbroſa viciniæ loca colorem iſtorum æmulentur, & ob omnigenas reflexiones multiplicibus illuſtrentur ſplẽdoribus: quid mirum res habet, ſi copioſus vmbræ fluxus veluti in pelagus cæleſte incidens non ſtabilis aut quieſcentis luminis, ſed ab innumeris exagitati aſtris, variáſque mixtiones & mutationes in ſe admittentis, alium aliàs colorem à luna expreſſũm huc refert? Stella enim aut ignis in vmbra nunquam vide-

bitur nigro, glauco, aut cæruleo colore. Montibus ve A
rò & campis ac maribus multæ à ſole colorum for-
mæ inferuntur, vmbríſque & nebulis tanquam pigmẽ
tis permixtus ea ſplẽdor inducit. Et maris quidem co
lores conatus eſt Homerus vtcunque nominibus ex-
ponere, mare violæ, viníque rubri forma prædirum di
cens, & alibi glaucum, vndam purpuream, tranquilli-
tatem albam. quæ verò terræ accidunt diuerſitates co
lorum, aliàs aliter accidentium, omiſit: quia nimirum
immenſus eorum eſſet numerus. Cæterùm lunam pro
babile non eſt eandem cum mari habere ſuperficiem: B
ſed natura terræ cognatiſſimam eſſe ei quam priſcus 1723
iſte Socrates fabuloſè protulit: ſiue per ambages lunã
innuens, ſiue de alia quadam mentionem faciens. Ni-
hil enim vel incredibile eſt, vel mirabile, ſi luna, quum
nihil in ſe corruptũ, nihil cœnoſum habeat, & è cælo
luminis puri fructum, calorémque non immodicũ aut
ſæuum percipiat, ſed humectum & innoxium: in ſe
pulchritudines locorum admirabiles, montes flammã
tes, ac cingula habet purpurea, aurúmque & argen-
tum non in profundo diſperſum, ſed quæ in planicie- C
bus copioſè efflorescant, aut in collibus leuibus cir-
cumferãtur quorum deinde ſimulacra ad nos per vm-
bram aliàs alia continentis aeris mutatione diuerſè
efferantur. Neque verò diuinitatis opinionem & ve-
nerationem hoc pacto luna amittit, quæ * ſacra
ab hominibus iudicatur: quàm ſi eam fœculentum de
ſententia Stoicorum ignem & turbidum ſtatuas. Ignis
quidem apud Medos & Aſſyrios barbaricis colitur
honoribus: qui damnoſa præ metu venerantur, neque
tam honore afficiunt quàm abominantur. At verò ter D
ræ nomen nemini non Græcorum habetur carum, ve
nerabile: & auitum nobis eſt, ei, vt aliis quoque diis, di
uinos honores deferre. Longè verò ab eo abſumus, ni
mirum homines, vt lunam, quæ cæleſtis eſt terra, exi-
ſtimemus animæ mentíſque & eorum exſortem pro-
pter quæ diis primitias conuenit offerri: ſed legiti-
mam ei beneficiorum gratiam rependimus, & pro
iure naturæ veneramur id quod virtute, potentia,

A ac dignitate humanam excedit conditionem. Quare nihil nos peccare arbitramur dum eam terream ſtatuimus.

Quod ad faciem attinet in luna apparentem: ſicut noſtra terra ſinus habet quoſdam magnos: ita cenſemus lunam quoque profunditatibus & rupturis magnis eſſe apertam, aquam aut aerem caliginoſum continentibus: in quas ſol ſuo lumine non penetret, ſed eas deſerens, reflexionem diſſipatam faciat. Excipiēs
B hęc ſermonē Apollonides: Ergóne, inquit, ipſam ob-
1724 teſtans lunā, fieri hoc vobis videtur poſſe, vt rupturarum quarundam aut conuallium vmbræ ſint quæ huc & vſque ad noſtrum viſum pertingant? aut non ratiocinamini quid inde ſequatur? Tum ego: Hoc, inquā, quamuis non ignorantes, tamen audiatis *

* Lunæ diameter, x i i digitorum magnitudine apparet in mediis diſtantiis. nigrarum autem & vmbroſarum macularum vnaquælibet ſemiſſe digiti maior videtur, ita vt amplius ſit quàm ſemuncia diame-
C tri. Iam ſi diametrum ponamus lunæ duntaxat triginta millia ſtadiorum, ex propoſito in ea vnumquodque vmbroſorū diametrū habebit I Ↄ ſtadiis ampliorē * quingētis ſtadiis. Primùm ergo vide an in luna poſſint tāti hiatus, tātæ aſperitates eſſe vt tantā vmbrā faciāt. deinde tātæ quū ſint, cur à nobis nō cernantur. Ego hæc renidens, Bene tu, inquā, Apollonida, qui talē nobis inueneris demōſtrationē, qua & me & te euincas maiores Aloidis eſſe iſtis: non quidē quovis diei tēpore, ſed manè potiſſimùm ac veſperi. Putáſne quum ſol
D vmbras noſtras facit immenſas, hanc præclaram ſubiici noſtro ſenſui ratiocinationem? ſi magnum eſt quod vmbram de ſe proiicit, ingēs eſt quod vmbram creat: In Lemno neutrum noſtrûm fuiſſe, liquidò noui. tamen ambo peruulgatū hoc iambicū ſæpe audiuimus:

Athos obumbrat terga Lemniæ bovis.

Incidit enim, vt conſentaneum eſt, mōtis vmbra buculæ æneæ per mare in longum porrecta haud paucioribus I Ↄ C C ſtadiis. * obumbrandi altitudinem eſſe

in cauſa quòd multipliciter excedentia quantitatem A
corporum interualla vmbram faciát. Id ergo hæc etiá
in luna contemplare, quando in plenilunio maximè
expreſſam faciei imaginem exhibet, ob profunditatem vmbræ, longiſſimè tunc à ſole diſſita. nam diſtantia luminis ipſa vmbram magnam, non magnitudines 1725
inæqualitatum quæ ſunt infra lunam efficit. Quinetiam montium eminentias ſolis radii non ſinunt interdiu conſpici, quum cernantur valles & quæ in profundo ſunt atque vmbroſa, ídque eminus. Non eſt ergo abſurdum, ſi luna quoque vt illuminetur, radióſ- B
que ſolis in ſe recipiat, videre nequimus ita exactè.
Quando autem vmbroſa iuxta ſplendida ponuntur, horum diſcrimen viſum non fallit. Verùm id, dicebá, magis refellere videtur eam quæ perhibetur à luna reflexionem: quòd qui in reflexis ſtant radiis, iis non tantùm id quod illuminatur contingit videre, ſed etiá id quod illuminat. Quando enim ſplendore ab aqua in parietem reculſo viſus in ipſo fuerit loco vbi fit reflexio: tunc tria iſta cernit, reflexum ſplendorem, aquá
in qua radii recelluntur, ipſúmque ſolem, à quo lumē C
in aquam incidens reflectitur. His & in confeſſo poſitis, & ſenſu perceptis, poſtulant ab iis qui reflexione radiorum illuſtrari à luna terram adſerunt, vt oſtendant noctu apparentem in luna ſolem: ſicut interdiu in aqua cernitur, quando hæc eius radios reflectit. quod quum non appareat, aliter eam quàm reflexione illuminari cenſent: ac proinde lunam quoque terram non eſſe. Quid ergo aduerſum eos dicendum eſt? aiebat Apollonides. nam iſthæc de reflexione ratio e-
tiam ad nos pertinet. Sanè, inquá ego, quodam mo- D
do communis ea eſt ratio, quodam modo non communis. Primùm autem vide quale ſit id quod de imagine dicitur, quàm ſit peruerſum, & (quod aiunt) ſurſum verſum flumina. Aqua enim in terra eſt & infra, ſupra terram luna & in ſublimi. itaque etiam anguli reflexionum diuerſè fiunt, quum alia ſurſum ad luná, alia deorſum ad terram vertice ſuo tendat. Non ergo poſtulent quamvis ſpeciem eſſe ſpeculum, & quovis

A interuallo æqualem fieri reflexionem. nam euidentiæ
1726 hoc repugnat. Qui verò dicunt lunam non eſſe corpus tenue & leue, vt eſt aqua, ſed ſolidum & terrenum: neſcio quomodo ſolis in ea imaginem à viſu volunt cerni. Nam neque lac huiuſmodi ſpeculares reddit imagines, neque viſum reflectit: ob inæqualitatem & aſperitatem partium. nedum luna poſſit emittere à ſe viſa talia, ſicut ſpecula leuiora faciunt. Sed & in his ſi qua rima, aut ſordes, aut turbatio incidat, punctum à qua ſolet viſus reflexum efformatur: atque iſta videntur
B quidem, ſed reſplendentiam non exhibent. Qui autem contendit * aut etiam viſum noſtrum ad ſolem contendens eſſe: lumen autem viſum, cælum hominem. Eſt enim veriſimile, ſolis ob vehementiam & ſplendorem cum ictu factam reflexionem ad nos ferri. At viſus imbecillis quum ſit & minima particula, quid mirum ſi neque ictum repellentem inferr, neque reſiliens continuitatem ſeruat, ſed frangitur ac deficit, quum tanta ei non ſit copia luminis vt non diuellatur inæqualitatibus & aſperitatibus occurrens. Non
C eſt enim impoſſibile ab aqua & aliis ſpeculis reflexionem, cuius in propinquo adhuc tenetur principium, validam reſilire. Sed à luna etiamſi aliquæ delabantur, infirmæ erunt ac languidæ, & quæ ob interualli magnitudinem prius deficiant quàm ad nos perueniant. Alioquin etiam caua ſpeculorum validius reflectunt ſolis radios, ita quidē vt flāmas quoq; ſæpenumerò edát. curua & globóſa, quia vndique renituntur, imbecillē & obſcuram * videtur ſcilicet, quando duæ irides apparent, nubem nube continente, eius colores
D eſſe obſcuros & incertos quæ eſt in continente. nam
1727 exterior nubes longius à viſu diſtans reflexionem reddit inualidam. Et quid attinet plura dicere? Quando enim ſolis lumen à luna reflexum omnem amittit calorem, & ſplendoris eius ægrè ad nos perferuntur tenues atque languidæ reliquiæ: poterítne viſus noſter eodem tam longo permeato ſpatio ſolaris qualemcunque portiunculam imaginis de luna reportare? Ego quidem non puto. Conſiderate verò, aiebam,

etiam vos, an idem accidat viſui noſtro à luna & ab aqua: an terræ, plantarum, & hominum ſiderúmque imagines luna plena repræſentet, ſicut faciunt alia ſpecula. quòd ſi viſus acies ad hæc non reflectitur, tum ob imbecillitatem, aut aſperitatem ipſius lunæ: ne aduerſus ſolem hoc requiramus. Ac nos quidem, dicebam, quæ ibi dicta ſunt, niſi ſi quid memoriam ſefellit, retulimus. Tẽpus autem eſt vt Syllam quoque exhortemur, adeóq; poſcamus ab eo narrationẽ, vt qui certa conditione auditor interfuerit. Proinde ſi ita vobis videtur, ambulandi finem faciemus, & conſidentes in ſedilibus, fixũ ei præbebimus auditoriũ. Placuit hoc. & quum conſediſſemus, Theo, Ipſe quidem, inquit, non minore quàm vllus veſtrûm audiendi quæ dicentur deſiderio teneor. antè tamen, Lampria, de iis qui lunam dicuntur inhabitare, peruellem aliquid audire: non vtrum habitent aliqui, ſed an habitari poſſit. hoc enim ſi nequit, à ratione alienum erit eam eſſe terram. nam videbitur ad nullum vſum & fruſtrà extitiſſe, quum neque fructus edat, neque hominibus quibuſdam ſedem, ortum, & vitæ degendæ locum præbeat: quarum rerum cauſa hanc noſtram terram extitiſſe de Platonis ſententia dicimus: nutricem noſtram, dieſque & noctis fidelem cuſtodem atque opificem. Vides autem de hoc argumento multa & ſeriò & ioco diſputari. Lunam enim aiunt eorum qui infrà degunt, tanquam Tantalorum, imminere capitibus: rurſúmque eos qui ipſam incolunt, Ixionum 1728 inſtar illigatos tanto impetu volui ac reuolui. Et quidem non vnico motu luna verſatur, ſed eſt, vt ſolent appellare, triuia: in Zodiaco ſimul in longum & latum & profundum circummeans. primum motũ circuitionem, ſecundum volutationem, tertium neſcio quî inæqualitatem vocant mathematici: quum nullam earum motionum conſtitutis certíſque finibus includi videamus. * Mirum non eſt ſi impetu agitationis leo in Peloponneſum decidit. ſed tamen nónne innumeros quotidie videmus hominum caſus, & vitas quaſi calcitrando proiectas, iſthinc in

A caput hâc deuolutorum.Etenim ridiculum eſt dubita
re an ibi manſio ſit,ſi ortui locus nullus datur. Nam
quum Ægyptii & Troglodytæ,quorum vno die quo-
tannis ſol per momentum temporis in ſolſtitio capiti
bus imminet,mox diſcedens,tantumnon comburan-
tur ob aeris ſiccitatem:an credibile eſt eos qui in luna
ſunt,quotânis duodecim perferre poſſe ſolſtitia,ſingu
lis mēſibus ſole in plenilunio ſupra capita eorum inſi
ſtente?Iam flatus, nubes, imbréſque (ſine quibus ne-
B que naſci,neque natæ durare poſſunt plantæ) ibi coi-
re,ne cogitari quidem poteſt,in tanto calore, tanta te
nuitate ambientis.quando ne apud nos quidem alto-
rum montium vertices feris iſtis aduerſiſque tangun-
tur tempeſtatibus:ſed aer ibi iam tenuis,motúque ob
leuitatem ſuo præditus,coitionem iſtam & denſatio-
nem effugit.Niſi me hercle dicere velimus,quo modo
Achillem Minerua nutrimentum reſpuentem necta
re & ambroſia inſtillatis aluit: ita lunam quoque, vt
quæ Minerua dicitur atque eſt, quotidie ambroſiam
exhibendo iſtos homines nutrire : quemadmodum i-
C pſos deos Pherecydes ille priſcus paſci putauit. Nam
Indica illa radix quam ait Megaſthenes eos qui nihil
bibant edántque,ſed ore prorſus careant, ſuffire, itá-
1729 que odore vitam tueri ſuam,vnde nata illic ſumatur,
quum nulla lunam riget pluuia? Quum hæc Theo di
xiſſet * dicebam,& optimè ioco ſermonis ſuper-
cilia * vnde & audacia nos ſubit ad reſpondēdum
animans,quum non admodum acerbum auſterúmve
exſpectemus iudicium.Profectò enim in eadem ſunt
culpa cum iis qui nimiam huiuſmodi rebus fidem
D adhibent, illi qui nimis offenduntur iis, omnémque
fidem derogant,neque animo æquo volunt quid fieri
poſſit,quid contingat diſpicere.Initiò itaque primùm
illud non eſt neceſſarium ſi homines lunam non inha-
bitent,fruſtrà eam & nullius rei gratia factam. Nam
hanc ipſam noſtram quoque terram videmus non to
tam feracem & habitatam eſſe,cuius exigua quædam
pars quaſi promontoriis & peninſulis è profundo ex-
tantibus animalia gignit ac plantas : cætera au ob
hyem

hyemes & ſiccitatem deſerta ac ſterilia ſunt,aut (quæ A
multo maxima eſt terræ portio)ſub magnum demer-
ſa mare.Sed tu,qui Ariſtarchum ſemper diligis atque
admiraris,non audis Cratetem,quando is ſic legit:

Præbuit Oceanus cunctis primordia diuis,
Atque hominum generi, & terrã tegit vndique latè.

Lōgè verò abeſt vt hæc fruſtrà dicantur extitiſſe.Ete
nim mare exhalationes molles edit & iucundiſſimos
flatus vere adulto: quando ex inculta & gelida terra
niues paulatim liquatæ diffluunt. diéſque & noctis
ſtat fidelis in medio cuſtos atque opifex, vt ait Plato. B
Nihil ergo obſtat quin luna etiam animantium va-
cua præbeat reflexiones lumini circa ipſam diffuſo, &
confluxum radiis aſtrorum ac contemperationem,
quo adiuta concoquat exhalationes à terra elatas, ſi-
múlque ſolis nimium feruorem mitiget. Tum multū
antiquæ tribuentes famæ,Dianam eam dictam ſtatu-
emus,vtpote virginem & infœcundam, aliàs auxilia- 1730
rem & vtilem.Nam eorum quæ abs te,mi Theon,al-
lata ſunt,nihil eſt quod oſtendat fieri non poſſe vt in
luna quis habitet.Quippe circumagitatio iſta multam
habens lenitatem & tranquillitatem, aerem demul- C
cet atque componit: vt nullus ſit metus excidendi ac
præcipitationis iis qui ibi degunt. Tum ipſa motus
varietas vagæque conuerſiones non ab inæqualitate
ſunt aut conturbatione: ſed admirabilem aſtrologi
demonſtrant in his ordinem, circulis eam accommo-
dantes circa alios circulos ſeſe euoluentibus, alij qui-
eſcentem ipſam, alij placidè & æqualiter eadem ſem-
per celeritate ſeſe mouentem. hæ enim circulorum
adſcenſiones, & circumductiones, atque inter ſe &
ad nos reſpectus, eas quæ in motu lunæ animaduer- D
tuntur altitudines, profunditates, & latitudinum di-
uerſitates,ſimul cum conuerſione ſecundum longitu-
dinem exactiſſimè conficiunt. Magnum autem illum
& continentem æſtum ſolis metuere deſines, primùm
ſi duodecim iſtis æſtiuis coitibus totidem plenilunia
opponas: deinde continuitatem mutationis,quæ exſu
perantiæ caloris non multum permittit temporis;

A itáque commodam vtrinque temperiem efficiens, mediocritatem (vt apparet) vernæ ſimilimam redigit. Præterea ſolis lumen ad nos defertur per aerem turbidum, atque in nos infligit calorem exhalationibus nutritum. iſthic autem tenuis eſt aer & pellucidus, diffundítque & diſſipat ſplendorem nullo fomite, nullo corpore ſuſtentatum. Materiã porrò & fruges hiſce in locis alunt pluuiæ. alibi autem, vt apud nos in ſuperiore Ægypto ad Thebas & Syenam, non pluuia aqua, ſed è terra nata eædem naſcuntur. quæ rigatæ, &
B ventis ac rore vegetatæ, virtutem & temperiem ſoli tantam oſtendunt vt comparari ſe cum terra pluri- mis irrigua pluuiis vbertatis cauſa id non patiatur. Iam eiuſdem generis ſtirpes apud nos, ſi vehementer adfligãtur hybernis tempeſtatibus, pulchrum & mul-
1731 tum fructum producunt: in Africa, & apud vos in Ægypto, admodum ſunt frigoris & hyemis impatientes. Gedroſiæ etiã & Troglodyticæ regionis ea pars quæ ad Oceanum pertingit, ſterilis omnino eſt ob ſiccitatem, & arboribus caret: at in mari vicino quo
C alluitur, inuſitatæ magnitudinis plantæ naſcuntur, & ex profundo pullulant. quarum alias oleas, alias lauros, alias crines Iſidis nominant. & qui vocantur anacampſerotes, *quaſi amorem poſtliminio reducentes dicas*, è terra euulſi, non modò viuunt ſuſpenſi quanto quis velit tempore, ſed etiam germinant * ſeminatur autem. Et alia quidem, vt centaurium, ſi feratur in bonam & pinguem terram, ac rigetur, vim qualitatémque ſuam naturalem amittit: ſiccitate gaudet, ínque ea ſuam naturam ſeruat. alia, vt aiunt, ne rorem
D quidem tolerant, vt pleraque Arabicorum, quæ ſimul atque humectata ſunt pereunt. Quid verò miri eſt ſi in luna radices, ſemina, plantæque naſcuntur nihil pluuiarum ope indigentes aut hyemis: ſed æſtiuo & tenero aere, ad naturam ipſorum accommodato, contentæ? Qui autem non ſit probabile emitti ſpiritus qui à luna calore afficiantur? & conuerſionis eius agitationi comitari ſenſim auras, leuéſque rores & humores, qui circumfuſi alimentum plantis ſufficiant. quum quidẽ

ipſius lunæ temperies non ſit ignea, non ſqualida, ſed A
mollis & aquoſa. Nam ad nos à luna nulla peruenit ſiccitatis affectio, multæ humiditatis, & fœmineæ (ſic loquar) vbertatis. vt ſunt plantarum incrementa, concoctiones carnium, mutationes & ad vappam inclinationes vini, lignorum putredo, fertilitas mulierũ. Vereor autem quieſcentem Pharnacem rurſum iritare & commouere, ſi Oceani æſtum (vt ipſi dicunt) fretorúmque incrementa adducam, humorem à luna ſubmiſſum ſequentia. Itaque ad te potius me conuer- 173
tam, mi Theo. Tu enim nobis Alcmanica iſta ex- B
ponens,

Qualia Iouis & lunæ proles ros educit:

Iouis nomine aerem dicis intelligi qui à luna humectatus in rorem vertatur. Eò enim, amice, reditura res videtur vt luna aduerſam planè ſoli naturam habere cenſeatur: ſiquidem non modò quæ denſare ille & ſiccare ſolet, ipſa relaxat atque humectat: ſed calorem quoque ab eo profectum in ipſam humore & frigore mutare poſſit. Enimuerò & hi errant qui lunam i- C
gnitum corpus eſſe atque ardere putant: neque ii qui eadem animalibus in luna ad ortum & victum neceſſaria putant, quæ noſtratia requirunt, videntur vnquam conſideraſſe diuerſitatem naturæ: quæ quidem maior eſt ac numeroſior inter ipſa animalia quàm ſunt diſcrimina animalium & vitæ expertium. Ac demus ſanè non eſſe homines qui, concreto ore, ſolis viuant odoribus: niſi * ne videantur, & Ammonis nobis ipſe vim enarrauit. obſcurè etiam ſignificauit Heſiodus his verbis: D

Nec quanta aſphodeli, aut quæ ſint compendia maluæ.

Re ipſa autem id planum fecit Epimenides, docens, exiguo admodum fomento naturam ſuſtentare animal, ſi nutrimentum vel oliuæ quantitate ſumat, nullo præterea indigens. Qui verò lunam inhabitant, (ſi quidem ſunt) graciles & quovis alimento fouendo, apparet eſſe. quando ipſam etiam lunam, vt & ſolem, corpus igneum, & multis modis quàm terra maiorem, ab humoribus terreſtribus ali aiunt; ac re-

A liquas etiam ſtellas, numero immenſas. ita facilia, ac tenuia & minimo indigentia corpora ſuperiori adſcribunt regioni. Sed neque iſta, neque hoc ſaltem obſeruamus, regionem, naturam, temperiémque aliã lunaribus iſtis hominibus eſſe accommodatam. Ergo ſicut ſi non poſſemus ad mare accedere, neque id attingere, ſed tantùm eminus adſpiceremus, nobíſque diceretur aquam eius amaram, ſalſam, potuíque incom
1733 modam eſſe, magna autem & multa animalia in profundo alere, & belluarum eſſe plenum ita aqua vt nos
B aere fruentium: fabulas & monſtrorum ſimilia dici arbitraremur: ita videmur hic quoque adfecti, dum non credimus eſſe qui in luna degant. Ego autem iſtos qui in luna incolunt, multo magis mirari exiſtimo quum terram intuentur tanquam fæcem & cœnum, Vniuerſi per tot humores, nubes, nebuláſque apparentem locum obſcurum, humilem, immobilem: poſſe eam animalia producere & nutrire, motu, reſpiratione, & calore prædita. Et ſicubi illis contingat audire Homerica iſthæc:

C *Tetra, ſitúque oppleta, diis horrenda vel ipſis:*
item,
— tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tendítque ſub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum:
haud dubiè cenſebunt de terra hæc dici, & hîc tartarum, ſolam lunam eſſe terram, æquali ſpatio à ſuperioribus iſtis & his inferioribus diſſitam. Nondum planè finieram ſermonem, quum Sylla interpellans, Deſine, inquit, Lampria, & ſermoni fores obde: ne im
D prudens fabulam tanquam nauim in terram expellas, & drama confundas, quod iam alium habitum, aliam ſcenam habet. Ego autem qui actoris partes ſuſtineo, principiò autorem fabulæ vobis nominabo, Homericè (niſi quid obſtat) ordiens.

Ogygia huic longè vaſto iacet inſula ponto,
quinque dierum nauigatione diſtans à Britannia verſus occaſum: tres autem aliæ eodem ſpatio & inter ſe diſſitæ ante eam iacent, maximè verſus occaſum ſolis

æſtiuum. in harum vna barbari Saturnum fabulan- A
tur fuiſſe à Ioue incluſum : hunc,vt filium, cuſtodiam
egiſſe inſularum iſtarum & maris quod Cronium *ſiue*
Saturnium dicitur, atque inferius paulo ſedes habuiſ-
ſe.Magnam verò continentem, à qua magnum mare
in orbem cingitur,à reliquis minus diſtare, ab Ogy- 1734
gia autem ad ſtadia Iↄↄ,quum quidem remigio aptis
nauibus eò ſit eundum. Eſſe enim lentum traiectū ma
ris & cœnoſum ob fluminum multitudinem quæ per
magnam terram effluant,terrámque aggerent,ac ma B
re craſſum & terrenum efficiant: vnde etiam opinio
inſinuauerit,eſſe ipſum concretum. Continentis por-
rò partes ad mare habitari à Græcis circa ſinum Mœ
otico haud minorem, cuius fauces ori Caſpii maris
eregione maximè iaceant & ad rectam lineam.Hos in
ea eſſe opinione,ipſos continentem incolere,hanc au-
tem noſtram terram eſſe inſulam, vt quæ in orbem à
mari circùm alluatur.Exiſtimare autem eos,Saturnio
populo poſterioribus tēporibus Herculis comites ſe
admiſcuiſſe,ibíque relictos,iã exſtinctum fermè,& lin
gua,legibus,victúque barbaricis oppreſſum Græcum C
morem quaſi reſuſcitaſſe,atque auxiſſe.ideò etiam pri
mos honores Herculi apud eos,proximos Saturno ha
beri.& quum Saturni ſtella,quam Græci Phænontem
quaſi lucidam, ipſi Nycturum(vt aiebat) *ceu noctis cu*
ſtodem appellant,in taurum ingreditur, quod trigeſi-
mo quoque fit anno:tum eos iamdudum à multo tem
pore ad hoc paratos ſacram rem facere,& nauibus a-
uehi * emittere enim ſorte ad hoc lectos, qui tantū
pelagus remigio conficiant,ac longum tempus pere-
grè degant. Auectos porrò non eadem omnes vti for-
tuna.qui verò incolumes mare ſuperauerūt, primùm D
ad præpoſitas appellere inſulas, quas Græci inhabi-
tant,ac videre ſolem per triginta dies vnica tãtùm ho
ra occidere:noctémque hanc tenebras habere tenues,
& lucem crepuſculinam ab ortu.Ibi quum fuerint cō
morati dies x c,honorificè comitérque tractati,& ſa-
cri crediti atque appellati:porrò à vētis traiici eos de-
inceps. Cæterùm neminem iſtas incolere inſulas niſi

A ipſos,& quos in coloniã mittãt. Licere enim nauigio
1735 inde auehi, poſtquã deo decimumtertiũ ritè ſacra fe-
cerint.Pleroſque tamẽ malle ibi manere:quoſdã,quia
adſueuerint:alios,quia citra laborem & occupationẽ
vllam omnia abundè ſuppeditẽtur ad ſacrificia & cho
rorum inſtructionẽ:& philoſophari perpetuò cõcedi-
tur.Mirabilẽ eſſe enim inſulæ naturam & lenitatẽ ae-
ris ambiẽtis.Quibuſdam etiã,quum auehi in animum
induxiſſent,geniũ loci impedimento eſſe: oſtendẽtem
B eis ſe,tanquam familiaribus & amicis,nõ per ſomnia
modò aut teſſeras,ſed palàm viſui audituive ſe exhibẽ
tem.Ipſum enim Saturnũ in profundo antro dormire,
ibique cõtineri inter ſaxa auri formã referentia.nã ſo
mnum ei loco compedũ eſſe à Ioue deſtinatũ:& in ver
tice ſaxi eſſe aues quæ aduolantes ei ambroſiam adfe-
rant.totã inſulã ſuaui fragrantia oppleri,quæ è ſaxo il-
lo tanquam fonte diffundatur.Genios autẽ illos Satur
ni famulos eſſe atque adminiſtros,qui circa ipſum ver
ſentur adſiduò,& tunc eius fuerint ſocij quũ in ho-
mines ac deos regnum geſſit.Eos,vtpote ſuapte natu-
C ra diuinos,multa vaticinari: maxima autẽ & de ſum-
mis rebus prædicere,dum ſomnia Saturni renunciãt.
huic enim in ſomnis obuerſari quidquid Iupiter me-
ditetur.Tum illa Titanica,eſſe aſſurrectionẽ & motus
animæ in ipſo.omnino ſomnus * & regia illa ac diui-
na facultas ipſa ſeorſim pura atque incõtaminata exſi
ſtat.Huc ergo delatus,vt ipſe narrabat,hoſpes, deúm-
q; per otiũ demeritus, aſtrologiæ tantã parauerat ſibi
peritiam quantã geometria fretus aliquis & longiſſi-
mè procedẽs adipiſceretur:de reliquis partibus philo
D ſophiæ naturalẽ amplexus,cupiditate quadã & deſide
rio captus fuit ſpectãdæ magnæ inſulæ iſtius. ſic enim
noſtrã illi continentẽ nominãt.Ergo circũactis x x x
1735 annis,quũ ſucceſſores veniſſent domo, ſalutatis ami-
cis auectus eſt,modico alioquin apparatu, ſed qui in-
gens viaticum in aureis poculis ſecũ portaret. Quæ ei
euenerint,per quos homines iter fecerit,vt ſacras in li
teras inciderit,vt omnis generis ſacris initiatus fue-
rit,recẽſere nõ eſt vnius diei opera:quomodo ille no-

bis retulit, ſingula accuratè cõmemorans. Quæ verò ad præſentẽ pertinent diſputationẽ, audite. Quũ Carthagine permultum tẽporis extraxiſſet, quòd ea vrbs apud nos poſt deletã veterẽ in magno eſt honore: inuenit mẽbranas quaſdam ſacras humi abditas, dudũ ætatem clàm exportatas & latentes. Ac dixit de iis qui in deorũ habentur numero, præcipuã venerationẽ lunæ deberi, vt quæ plurimum iuris in vitã noſtrã haberet: méque vt eã ſtudioſius quàm alia numina colerẽ, hortatus eſt. * Hæc ego quum mirarer, & planius mihi explicari cuperẽ: Multa, inquit, ô Sylla, de diis apud Græcos, non omnia tamẽ rectè, dicũtur. Quale initio ſtatim hoc occurrit, quòd Cererem & Proſerpinã rectè nominãtes, nõ rectè ſimul & circa eundẽ locũ verſari ambas cẽſent. Ceres enim in terra eſt, & terreſtriũ effectorũ poteſtate prædita: Proſerpina in luna eſt, & rebus præeſt lunaribus: Perſephones verò nomẽ & Cores, *quod eſt puellæ*, apud eos qui in luna ſunt gerit Proſerpina: illud, quia lucifera ſit: hoc, quòd etiã pupilla oculi ita Græcis appellatur, quia viſa res in ea cõſpiciatur haud ſecus quàm ſol in luna. Atque iis quoque de erroribus Proſerpinæ, útque fuerit à Cerere quæſita, fabulis, veri aliquid ineſt. nã ſeſe inuicẽ deſiderãt diſiũctæ: & in vmbra ſe mutuò ſæpe cõplectuntur. Et quòd Proſerpina modò in cælo & lumine, modò in tenebris & nocte dicitur eſſe: id mendaciũ non eſt: neque tempus errori anſam ſuo præbuit numero. Non enim ſex menſes, ſed ferè ſex menſes videmus eam à terra tanquam matre ſub vmbra detineri. idq; rarò, quũ quinto pòſt menſe aduenit. Nam impoſſibile eſt vt Plutonem relinquãt, cuius eſt. quod & Homerus occultè quidem, ſed non ineptè ſignificauit:

Elyſium in campum, qua terra terminus exſtat,
Te ducent ſuperi. --

vbi enim vmbra deſinit ingruere, eũ terminum & finẽ terræ poſuit. In illum verò campum nemo improbus aut impurus venit: boni poſt mortẽ eò delati, facilimã quidem, non tamen beatam aut diuinam vitam agunt vſque ad ſecundam mortem. Quæ verò ô Sylla hæc

A eſt? aiebam. Tum ille: Noli, inquit, de his quærere. ſum enim ipſe narraturus. Hominem plerique compoſitum ſentiunt, rectè hoc: non rectè, quòd è duabus tãtùm partibus conſtare putant: ſcilicet mẽtem partem quodammodo animæ eſſe opinantes. Etenim mens tãto eſt præſtantior quàm anima, ac diuinior, quanto anima præſtat corpori. Facit autem coitus animæ rationem eorum quorum alterum voluptatis & doloris eſt principium, alterũ virtutis & vitii. His tribus compactis, terra corpus, animam luna, mentẽ ſol

B creando homini præbuit. * ſicut igitur lunæ ſplendorem. Mors autem, quam obimus, alia ex tribus duo facit hominem, alia vnum è duobus. & alter eſt in Cereris *. in ipſa conficere. & mortuos Athenienſes demetreos, *hoc eſt Cereales*, dixerunt. antiquitus autem in luna *. Proſerpinæ. * & huius quidem contubernalis eſt Mercurius terreſtris, illius cæleſtis. Soluit autem ipſa celeriter ac vi animam à corpore: mentem ab anima leniter & longo tẽporis decurſu Proſerpina. ideóque vnigenita appellatur. vnica enim fit hominis melior pars, ab ea ſecreta. Euenit autẽ ſic ſecundum naturã

C vtrunque: Omnis anima, ſiue prædita ſiue carẽs mẽte, vbi primùm è corpore exiit, fati lege ad tẽpus vagatur ea in regione quæ terrã & lunã interiacet. Verùm non idẽ eſt omnibus tempus præſcriptũ. Impiæ enim

1738 & intẽperantes pœnas flagitiorũ luunt: piæ certum tẽpus, quantum ad luſtrãdum, & corporis, vtpote malæ cauſæ, pollutiones abolendũ ſufficit, in aeris puriſſima parte degunt, quã prata ditis appellant. deinde veluti ab exſulio in patriam reductæ, gaudiũ deguſtãt, quale maximè percipiunt qui ſacris initiantur, trepidatione

D ac ſuaui ſpe permixtũ. Multas enim extrudit, æſtuãdóque proiicit, iam iam lunã ſubire affectãtes: nonnullas etiã quæ iã eò peruenerint, ſubuerſas vident tanquã in profundũ deuolui. Quæ autẽ ſurſum euaſerũt, ac firmiter ſunt collocatæ, primùm, vt ſolẽni certamine victores, coronantur pennis, quæ conſtantiæ dicũtur: quia animæ vim brutam & motibus vagis obnoxiã in vita rationi obſequentẽ cõpoſitámque habuerint. Deinde

viſus eorum radiis eſt ſimilis. circa animam autem A
ſurſum ſubleuatam,ſicut hæc quod circa lunam eſt æthere: & ab eo vim quandam robúrque accipiunt vt ferrum candens atque immerſum. quod enim rarum adhuc eſt & diffuſum, roboratur,fitque ſtabile & pellucidum:ita vt à quauis exhalatione nutriatur. Et præclarè dixit Heraclitus, Animas in Orco odorari. Cõſpiciunt autem primùm ipſius lunæ magnitudinem & pulchritudinem ac naturam: non ſimplicem aut ſinceram eam,ſed aliquid è terra & ſtella contemperatum. Sicut enim terra ſpiritu mixta & humore mollis eſt facta,& ſanguis carni admixtus ſenſum præbet:ita æ- B
theri aiunt lunam profundè permixtam, ſimul & animatam eſſe ac fœcundam,& grauitatis leuitatiſque æqualia momenta habere. Nam ipſum quoque mundum ex iis quæ ſurſum,& iis quæ deorſum feruntur, natura contemperatum,ab omni mutatione loci eſſe liberum. Hæc etiam Xenocrates diuina quadam ratiocinatione videtur deprehendiſſe,à Platone ſumpto 1739
principio. Plato enim eſt qui ſtellarum quoq; vnamquamlibet ex terra & igni concinnatam pronunciauit per intermedias naturas proportione datas. nihil enim ſentiri cui nihil terræ & luminis ſit admixtum. C
Xenocrates autem ſtellas & ſolem ex igne ait & primo denſo compoſitas: lunam autem ex ſecundo denſo & peculiari aere:terram ex aqua, igni,& tertio dẽſo. omnino autem neque denſum ipſum per ſe, neque rarum eſſe capax animæ. Atque hæc quidem de ſubſtantia lunæ. Latitudinem autem eius & magnitudinem non quantam geometræ dicunt, ſed multis modis maiorem. dimetitur autem vmbrã paululum ſuis magnitudinibus, non ob paruitatem, ſed calidiſſimè D
motum concitat, vt celeriter perambulet vmbroſum locum,ſimul efferens animas bonorum feſtinantes & vociferãtes. nam quum in vmbra ſunt, exaudire deſinunt hármoniam cæli. ſimul etiam animæ quæ infrà ſunt ſupplicia luentium tunc per vmbram lamentantes & conclamãtes adferuntur. Ideò in defectibus plerique ſolent æra pulſare,ac ſonitum fragorémque ad-

A uerſus animas edere. Terret eas etiam ea quæ dicitur facies, quando propius accedunt, horrenda eis & terribilis apparens. Non eſt autem talis. Sed ſicut noſtra terra ſinus habet profundos ac magnos, quorum vnus per columnas Herculis hac ad nos infunditur, alter foris eſt maris Caſpii ac rubri: ſic in luna etiam cauernæ ſunt & profunda. Cauernarum eius maximam penetralia Hecates vocant, vbi animæ eorum quæ iam natæ egerunt aut paſſæ ſunt, rationem reddunt ac pœnas dant ſumúntque. duæ aliæ longæ dicũ-
B tur, quia per eas tranſmittuntur animæ, aliàs à luna
1740 verſus cælum, aliàs verſus terram. appellantur autem partes lunæ cælo obuerſæ Elyſius campus: huc pertinentes, Proſerpinæ & Antichthonis, *id eſt terræ oppoſitæ*. Non ſemper autẽ in luna morantur genii, ſed huc deſcendunt vt oracula procurent, & ſupremis adſunt orgiis atque ſacrificiis, puniunt flagitia, ſalutaréſque in bellis & mari adfulgent. Quòd ſiquid horum non rectè gerant, ſed pro libidine, aut iniuſta gratia vel odio: pœnas pendunt. detruduntur enim ruſus in ter-
C ram, & cum corporibus humanis cõflictantur. E meliorum geniorum cenſu Saturnus ac qui cum eo fuere, ſe dixerunt eſſe, & antiquitus in Creta Idæi dactyli, in Phrygia Corybantes, & apud Lebadiam Bœotiæ Trophoniadæ, atque innumeri alii paſſim per orbem terrarum: quorum ſacra, honores, & nomina etiamnum manent: facultates quorundam optimam nactæ mutationẽ aliò tranſiuerunt. Nanciſcuntur autem alii prius, alii poſterius, mente ab animo ſecreta. ſecernitur verò amore ſolaris imaginis, per quam efful-
D get id quod expetẽdum, pulchrum, diuinum, beatúmque eſt bonum, quod omnis natura, ſed alia alio modo, appetit. nam ipſam quoq; lunam amore ſolis adſiduò reuolui & cum eo coire, ac fœcunditatem ab eo captare. Animæ porrò natura ad lunam deficit, veluti veſtigia quædam vitæ & ſomnia reſeruans. ac de hac rectè iſtud dictum exiſtimato:

Aſt anima vt ſomnus, pernicibus auolat alis.

non enim ſtatim atque à corpore ſoluta eſt hoc facit,

ſed poſtmodò, quando deſerta & ſola eſt, mente ſeparata. Et Homerus de omnibus quæ dixit, maximè ſecundum Deum videtur hæc pronunciaſſe: A

Poſt hos Alcidæ mihi ſeſe obiecit imago.

Ipſe inter ſuperos etenim lætum exigit æuum.

Nam vnuſquiſque noſtrûm ipſe bono eſt animo: neq; timor, neq; cupiditas, vt neq; caro, neq; humores, ſed quod cogitamus & intelligimus: & anima à mente eſ 1741 fingitur, formátque corpus & vndiquaque amplectitur, & ab eo formam ipſius ſibi imprimit: vt etiã diu ab vtroque ſeparata, ſimilitudinem tamen eius effigiémque retineat, & imago rectè dicatur. Horum autem, ſicut diximus, elementum eſt luna, in quam animæ reſoluuntur, ſicut cadauera in terrã. celeriter quidem caſtæ, quæ otium & philoſophicam fuerunt amplexæ vitã: quæ demiſſæ à mente, & motibus ad nihil porrò vtentes, euaneſcunt. at verò animæ ambitioſorũ, rebus gerẽdis, & amori corporũ dedıtorũ, itémq; iracundorũ, aliæ veluti in ſomno recordatione rerũ in vita geſtarũ reminiſcentia tanquã ſomniis vtuntur, vt Endymionis anima. poſtquam autẽ eas incõſtantia & mobilitas exturbat, trahítq; à luna ad alium ortũ, non ſinit * ſed reuocat & demulcet. Exiguum enim aut placidum aut conſtans nullum eſt opus, quando abſque mente vis quæ variis exagitatur motibus corpus arripit. Tityi quidem, Typhones, & is Typho qui Delphis occupatis oraculum vi & libidine ſua conturbauit, è numero iſtarum erant animarum, mentis expertes, ac tantùm vagis incitati cupiditatibus. Aliquanto pòſt tẽpore eas quoque animas in ſe recepit luna, atque compoſuit. Deinde mentem ruſus adſeminante ſole, vitali eam vi excipiens, nouas facit animas: tertio loco terra corpus ſuppeditat. nihil enim hæc poſt mortem dat quæ ad generationem accipit. Sol autem accipit quidem nihil: recipit autem mentem quam dat. Luna & accipit & dat, & componit & diuidit, alia atque alia facultate: Lucina, quũ componit: Diana quum diuidit dicta. Et de tribus Parcis, Atropos circa ſolem collocata, initium ortus præbet: Clo- B C D

A tho circa lunam vecta colligat & miſcet: vltima La-
1742 cheſis terram contingit, eíque plurimum fortunæ eſt
admixtum. Quod enim animæ eſt expers, id ſui iuris
non eſt, ſed alteri ſe afficiendum præbet: mens impe-
rium obtinet, neque aliunde afficitur: mixtú eſt quip-
piam & medium anima. ſicut luna etiam ex ſuperis &
inferis mixta à deo eſt, hác ad ſolem habens rationem
quam terra ad lunam. Hæc, aiebat Sylla, ego audiui
narrante hoſpite. ei autem expoſuerunt Saturni famu
li atque cubicularii, vt quidem ipſe referebat. Vos,
B Lampria, veſtro arbitratu ſermonem hunc in quam
lubebit partem accipietis.

PLVTARCHI, A-
C quáne an ignis ſit vtilior.

*G. XYLANDRO AVGV-
ſtano interprete.*

PINDARVS pronunciauit aquam eſ-
ſe rerum optimam, aurum autem fla-
grantem ignem. is ergo palàm poſte-
riorem locum igni aſſignauit. Adſti-
pulatur huic Heſiodus, ita ſcribens:
D *Principio factum Chaos eſt.--*
nam voce Chaos plerique eum exiſtimant expreſſiſſe
aquam, ob diffuſionem, *quæ eſt Græcis chyſis.* Cæterùm
teſtium in vtranq; partẽ æqúalia ſunt momenta. Sunt
enim qui ignẽ vniuerſi principium eſſe pronunciant,
eúmque tanquã ſemen & gignere ex ſeſe omnia, & in
ſeſe facta conflagratione recepturũ. Omiſſis itaq; au-
toribus, rationes ipſas conſideremus in vtrã nos par-
tem inclinent. Nónne autem id vtilius eſt, quo ſem-
per continentérque indigemus, & quidem plurimo?

quomodo ſupellex, aut inſtrumentũ, atq; adeò ami- A
cus alijs præfertur, qui nobis quavis hora & ad quaſ- 1761
vis occaſiones vtendi præſtò eſt. Atqui ignis nõ ſem-
per vtilis eſt: & aliquando eum moleſtè ferimus atq;
amolimur. Aquæ & hyeme & æſtate, tã ſanis quàm æ-
grotis, noctu diéque, denique nunquam non vſus eſt
& opus. nimirum enim mortui hinc alibantes dicun-
tur, quòd humore careant, ideóque vita ſint priuati.
Deinde abſque igni multa fuerunt: ſine aqua nullus
vnquam homo. Eſt verò id quod initiò ſtatim & ab
ipſo ortu hominum exſtitit, vtilius eo quod poſtea tẽ- B
poris inuentum fuit. liquet enim illud naturam nobis
vt rem neceſſariã dediſſe, hoc ob vſus ſuperuacaneos
ſtudio machinationéq; partum eſſe. At verò dici non
poteſt quando aqua caruerint homines: neque eius
inuentor deorum aliquis aut heroum perhibetur. I-
gnis vſus nuper adeò, vt aiunt, à Prometheo eſt reper-
tus. ita ſine igni, non abſque aqua vita fuit. Et non eſ-
ſe hoc à poetis confictum, noſtra demonſtrat vita.
Sunt enim quædam hominum gentes, abſque igni vi-
tam degentes, domibus focíſque carentes, & ſub di- C
uo agentes. Quin & Diogenes cynicus minimè igni
eſt vſus. qui etiam polypum crudum deglutiens, Tan-
tum, dixit, pro vobis adeò periculum. Abſque aqua
autem neque commodam, neque omnino tolera-
bilem quiſquam putauit vitam. Quanquam, cur in
has me conijcio anguſtias? quum infinitæ ſint aliæ
naturæ, quæ ſolo ferè homine ignis vſum ſciente, abſ-
que igne nutriuntur & viuunt paſcentes, volantes, re-
pentes, aluntúrque fructibus, radicibus, carnibus, ſi-
ne igni. Sine aqua autem nihil viuit neq; marinum, D
neque aereum, neque terreſtre. & ipſa illa carniuora
animalia quæ bibere Ariſtoteles negat, mero tamen
humore vitam ſuſtentãt. Eſt autem omnino id vtilius
abſque quo nulla cõſtat aut perdurat natura. Tranſ-
eamus nunc ab his quæ vtuntur, ad ea quibus nos v- 1762
timur, ſtirpes inquam & fructus. Horum alia prorſ-
ſus expertia ſunt caloris, quædam exiguam eius & ob-
ſcuram habent partem. Humor autem omnibus

A quorum ſtirpes terra continentur, naſcendi, augeſcẽdi, fructúmque ferendi ſuum cauſa eſt. Iam quid attinet me enumerare vinum, oleum, & alia quæ vindemia nobis ſuggerit, aut quæ mulgemus, & in promptu ſita cernimus? quando ipſum quoque triticum, quod alimentum ſiccum putatur, mutatione, putrefactione, diffuſionéque humoris naſcitur. Porrò autem vtilius hoc eſt quod nunquam nocet. Ignis verò facilè perniciem affert: aquæ natura nuſquam eſt damnoſa. Inter duo id quoque vtilius cenſetur quod
B minimo apparatu ſuum exhibet vſum. Atqui ignis vſus ſumptum materiámque deſiderat: ideóque magis eo diuites & reges vtuntur quàm pauperes & priuati. Habet autem aqua id humanis vſibus cõmodum quòd æqualiter omnibus proſtat, & ſimiliter non indiget inſtrumentis, non ſupellectile, nihil extra ſeſe deſiderat, bonum eſt ſeipſo perfectum. Ad hæc minus vtile eſt quod multiplicatum ſuam vtilitatem amittit. quod ſanè igni accidit tanquam feræ voraci, & obiecta inſumẽti, & quia arte magis ſcitáque moderatio-
C ne quàm ſuapte natura ſit vtilis. Ab aqua nihil vnquã timendum eſt. Præterea de duobus illud vtilius iudicatur quod cum altero cõiungi poteſt. Sed ignis quidem aquam non recipit, neque eius communione prodeſt. Aqua autem igni adſcito conducibilis eſt. nam aquæ ſuapte natura calidæ remedium habẽt aduerſus morbos ipſis etiam ſenſibus manifeſtum. Et ignem profectò humidum nuſquam reperies. aqua autem tam calida quàm frigida, humanis apta eſt vſibus. Adde, quòd quum quatuor ſint elementa, a-
D qua quintum, vt ſic loquar, ex ſe produxit elementum, mare puta, quod vtilitate illis inferius non eſt, cùm alias ob res, tum ob hominum commercia. Vitam enim noſtram, agreſtem alioqui & commerciorum expertem, hoc elementum coniunxit ac perfecit,
1763 mutuis auxiliis directam, ac permutationibus communitatem amicitiáſque conciliantem. Heracleti eſt, ſi ſole careremus, noctem nobis futuram perpetuam. Licet autem nobis eodem modo dicere: abſque mare

fuiſſet, animal fuiſſet homo omnium animalium fe- A
riſſimum & impudentiſſimum. Nunc mare ab Indis
vitem Græcis aduexit, & trãſmarinis frumenti vſum
è Græcia attulit, & è Phœnicia literas memoriæ ad-
uerſus obliuionem remedium acciuit. vinum quoque
apportauit. denique maior hominum pars ne abſque
fructu & inſtitutionis exſors eſſet, præſtitit. Quomo-
do ergo non ſit vtilior aqua, quæ elemento excedit i-
gnem? An verò potius pro igne dicendi aliquis hæc
habeat argumenta. Quatuor elementa deus vniuer-
ſi conditor ad omnium rerum effectionem conſti- B
tuit. quæ elementa rurſum hoc ipſo differunt quòd
aqua & terra materiæ inſtar ſubiiciuntur effectioni,
ac finguntur: eóque ornatum & ordinem, adeóque
vt ſint & procreent conſequuntur, quòd ab aere, & i-
gne tanquam artificibus formantur: & quum antea
tanquam mortua iacerẽt, ab his ortus ſui initium ha-
bent. Ignis verò in efficientibus cauſis dignitate hîc
præſtat. Quod dixi, inductione poteſt intelligi. Terra
enim abſque calore, ſterilis eſt & infrugifera. ignis
ſua eruptione & vi diffundendi materiam turgentem C
fertilem reddit. Quam enim aliam adferes cauſam
cur ſaxa & aridiores montiũ partes ſteriles ſint, quàm
quòd ignis vel nihil, vel parum nanciſcuntur? In vni-
uerſum autem, tantum abeſt vt aqua ex ſeſe ſufficiat
aliis rebus generandis aut conſeruandis, vt ipſa quo-
que igne deſtituta pereat. Calor enim eſt qui quem-
admodum cæterarum rerum formam naturámque,
ita aquæ etiam conſeruat. & calore deficiente, putre-
ſcit aqua: ita vt aquæ interitus ac quaſi mors ſit penu-
ria caloris. Nimirum enim paluſtres aquæ, & alię quę
non profluunt, aut exitu carentibus in cauitatibus in- D
cluſæ tenentur, vitioſæ ſunt, ac ad extremũ putreſcũt:
quòd motum, cuius agitatione calor in rebus foue- 1764
tur atque conſeruatur, habent nullum. Contrà aquas
quæ maximè feruntur atque concitantur, viuas vo-
camus, quòd in iis calorem motus cõtinet, Quomodo
autem duabus rebus ratione vtilitatis cõparatis, hæc
non præferatur, quæ efficit vt ſit altera: quod quidem

A ignis aquæ cõfert. Enimuerò vtilius eſt id quo prorſus ſummoto animal perit. liquet enim id quo ſublatò res interit, cauſam fuiſſe ei vt ſubſiſteret in natura. At humor etiã cadaueribus adeſt, neq; omnis aboletur. alioqui nõ putreſcerent humida corpora: quũ putrefactio fit ſicci in humidum mutatio, aut potius humidi in carne corruptio. Tum ipſa mors nihil eſt aliud quàm omnis caloris priuatio. vnde fit vt frigidiſſima ſint cadauera. adeò vt ſua frigiditate hebetent acies nouacularũ admotas. Quin etiam in ipſo animali quæ B minimum ſortita ſunt caloris, minus etiam habent ſenſus. vt (verbi gratia) oſſa & capilli, & quæ à corde abſunt longius. Ferè enim ſenſus largior minórve adeſſe intelligitur, pro eo atque caloris in re plus eſt aut minus. Stirpes quidẽ & ſemina, non humor producit, ſed calidus humor. frigidæ enim aquæ aut minus ſunt frugiferæ aut prorſus ſteriles. Quòd ſi ſuapte natura fertilis eſſet aqua, omnino oportebat ipſam quoque ex ſeſe proferre fructus. illa verò fructibus nocet. Iam alio ſumpto initio ſic ratiocinemur: Ad ignis, quatenus C ignis eſt, vſum aqua nihil indigemus. immò aqua vſum ignis impedit, eúmque exſtinguit atque abolet. in pleriſque autem rebus aqua niſi igne adiuuante vſui non eſt. aqua enim calida aptior vſibus eſt, alioqui damnoſa. Eſt verò inter duo illud vtilius quod ſeorſim ſuos præbet vſus, neque altero indiget. His accedit quòd ſolo tactu vtilis eſt aqua lauantibus aut contrectantibus. Ignis per omnes ſenſus ſuam vtilitatem ſpargit: non ſolo tactu, ſed procul etiam viſus prodeſt. vt accedat reliquis eius vtilitatibus multitu-
D do emolumentorum. Cæterùm id falſum eſt quod dicitur aliquos homines abſque igni eſſe. in vniuer-
1765 ſum enim carere eo nullus homo poteſt: diſcrimina in hoc genere vt & aliis in rebus, fatemur eſſe. Mare autem vt eſſet vtilius, à calore eſt conſequutum: quoniam magis quàm aliæ aquæ à calore afficitur. per ſe enim nihil à reliquis differebat aquis. Qui verò ignem foris adhiberi ſibi non requirunt, non eo id faciũt quòd nihil opus habeãt calore: ſed ob abundan-

tiam inſiti caloris hoc fit. vt hac quoque in parte ignis A
priores ferat: quandoquidem aqua nunquam ea eſt conditione vt non indigeat externis, virtus ſua ignem ſeipſo facit contentum. Sicut ergo ducem præſtantiſſimum cenſemus qui vrbem ita inſtruit vt externis non indigeat auxiliis: ita hoc quoque elementum dicemus potius quod efficit vt pleriſque in rebus extra nos nihil deſideremus. Quod idem de aliis volo intelligi animalibus quæ caloris externi non indigent. Et verò in contrariam ſententiam ſic poſſumus argumẽtari: Melius id eſſe quo ſoli vtimur, eiúſq; bonitatem B
ratione percipimus. Alioqui ratione quid conducibilius eſt homini, quid vtilius? Dices, Atqui eo carẽt bruta. Quid? inquã, an propterea minus vtilis eſt, inuentus ex prouidentia vtilitatis? Denique quoniam huc nos oratio deduxit, ſcire velim quid arti in conferendis ad vitam commoditatibus præſtet aqua. Ignis verò & reperit omnes, & conſeruat artes. itaque etiam Vulcanum principem ac ducem artium faciũt. Dixit Ariſto, temporis nobis ad vitam dati exigui ſomnum quaſi vectigalis exactorem dimidiam auferre C
partem. Ego autem ſic dico: Etiam ſi quis tenebris obtinentibus vigilaret per totam noctem, nullum fore huius vigiliæ fructum niſi ignis bona nobis diei repræſentaret, noctíſque & diei diſcrimen aboleret. Itaque ſi nihil homo habet cui ratione vtilitatis vitam poſtponat: ignis qui vitam multiplicat, quomodo nõ mereatur omnibus anteferri rebus? Denique cuius temperiem ſenſus omnes maximè participãt, id haud dubiè arbitrari debemus eſſe vtiliſſimum. Nónne autem animaduertis humore nullũ per ſe vti ſenſum, niſi in eius temperie ſpiritus aut ignis ſit admixtus? Omnis autem ſenſus igne, vtpote vitalem ingenerante facultatem, communicat: maximè omnium viſus, qui acutiſſimus eſt ſenſuum corporis, ignea quædam natura exiliẽs quũ ſit: & qui fidem nobis fecit eſſe deos. quò accedat quod à Platone eſt dictum, viſu animum hoc conſequi quòd cæleſtium corporum conuerſionibus ſeſe poteſt accommodare.

D 1766

A

PLVTARCHI DE eſu carnium,oratio prior.

G. XYLANDRO AVGVſtano interprete.

TV verò quæris qua ratione inductus
B Pythagoras eſu carnium abſtinuerit. At ego miror quomodo affectus,quo animo, qua ratione impulſus homo ille fuerit qui primus ore ſuo tangere cadauer,& mortui animalis carnes guſtare aggreſſus, mortuorum corporum ac ſimulacrorum menſas propoſuit, ac pro obſonio & alimento habuit membra quæ modò mugiebãt,vocem edebant,mouebantur,& videbant. Quomodo oculi ſuſtinuere conſpectum cædis quum animal iugularetur,
C pelle ſpoliaretur,in fruſta ſecaretur? quomodo odorẽ nares tulerunt? quî guſtatum non auertit inquinatio, aliena tangentem vlcera,lethaliúmque vulnerum ſuccos & ſaniem haurientem? Figmentum eſt hoc & fabula:

Vellera repebant: carnes verubus quoque in ipſis
1828 *Mugitum edebant aſſæ,crudæque boabant.*

Atqui cœna hæc verè eſt monſtroſa: eſurire aliquem adhuc mugientia animalia, & docere iis veſci quæ viuunt adhuc,& vocem edunt,ac diſponere condiendi,
D aſſandi,apponendíque modos. Is quærendus fuit qui primus iſta cœpiſſet,non qui ſerò tandem ab iis deſtitiſſet. Enimuerò primi iſti qui carnibus veſci ſunt aggreſſi, omnem fortaſſe culpam in inopiam reiecerint. non enim cupiditatibus iniuſtis capti, & inter copiam omnium rerum libidine elati ad voluptates quæ à natura & ſocietate animantium eſſent alienæ, prouecti eò ſe contulerunt. Quibus ſi in præſentia ſenſus & ſermo daretur, haud dubiè ſic nos compellarent:

O beati qui hodie viuitis,& diis cari,quale vobis cõ- A
tigit æuum,qui omnium rerum abundantia ſorte ob-
lata perfruimini! quàm multa vobis naſcuntur, quàm
locuples rerum vobis vindemia! quantum è campis
diuitiarum, quantas è ſtirpibus voluptates percipi-
tis! ita quidem vt potiri illis & luxuriare vobis abſ-
que vlla pollutione detur. Nos autem triſtiſſima ex-
cepit & apprimè terribilis ætas, quum in immenſam
atque difficilimam primi ortus incidiſſemus inopiã.
Adhuc cælum occultabat aer ac ſtellas,turbido & pe-
netratu difficili humore confuſas, ignìſque & vento- B
rum æſtibus. nondum ſuo loco ſol fixus hæſerat,non-
dum certum conficiebat curſum, nondum ortus eius
occaſúſque definitis diſtinguebantur limitibus: ne-
que ſuis ſtatis conuerſionibus frugifera tempeſtatum
anni interualla diſcernebantur. Tum terra fluminum
incompoſitis eluuiis vaſtata erat: multa ob paludes
informia, cœno alto,ſaltubus infrugiferis & ſyluis e-
rant inculta. Immò ad producendos mites fructus,ad
artem culturæ nullum ſuppetebat inſtrumentum,nul-
la ſapientiæ machina. neque fames moram patieba- C
tur, neque anniuerſarium tempus ſemens facta ex-
ſpectabat. Quid ergo mirum ſi animalium carnibus
vſi ſumus præter naturam eo tempore quo cœnum
edebatur, & cortex vorabatur ligni, & gramen inue-
nire virens aut radicem alicuius herbæ fortunatum
putabatur? qui verò glandem guſtaſſent atque come-
diſſent,præ voluptate choros circa quercum aliquam
aut fagum duxerunt,vitæ datricem eam, matrem nu- 1829
tricémque appellantes? hanc enim eius ſæculi feſtiui-
tatem vnicam nouerant homines, reliqua omnia per-
turbationis ac triſtitiæ plena erant. Vos autem quo- D
modo nunc rabies quædã & œſtrus agit ad cædes ſce-
lerátas,in tanta rerũ neceſſariarum abundantia? Cur
terram mendacio grauàtis, tãquam alere vos quę ne-
queat? cur legiferam Cererem impiè offenditis? cur
mãſuetum & comem hac contumelia afficitis,vt non
ſatis vos ab illis accipere præ vobis geratis? Non pu-
det mites fructus cum ſanguine & cæde miſcere? Dra-

A cones, pantheras, leones, dum ſæuitiæ accuſatis, ipſi interim improbis cædibus eorum feritati nihil ceditis. quippe iis ea animalia alimentum, vos obſonium vobis paratis. Non enim leones & lupos, eorum vlti iniurias, voramus: ſed his omiſſis, innocua, manſueta, & ſtimulis dentibúſque ad lædendum carentia interficimus. quæ me hercle pulchritudinis venuſtatíſque gratia videtur natura produxiſſe. Ac perinde facimus ac ſi quis exundãtem cernens Nilum, à quo terra impleatur genitabili ac frugifero fluore, non admiretur

B eius vim, fœcundã mitiſſimarũ ac vitæ vtiliſſimarum frugum. ſed ſicubi crocodilum innatare, aut aſpidem deuolui, muſcarúmque videat feram & impuram nationem: has vituperationis cauſas proferat. Aut ſi quis ſolum hoc tellurémque cernens manſuetis frugibus refertam, fœtámque ſpicis, diſpiciens deinde in ſegete iſta lolii ariſtam aut orobanches, frugum omiſſa lectione, iſthæc incuſet. Quid ſi quis orationem rhetoris in iudicio ac patrocinio ſentiat ferri ad depulſionem periculi, aut demonſtrationem & coargu-

C tionem facinorum, quæ non ſimpliciter neque tenui-

1830 ter incitata fluat, multis ſimul motibus variorum animorum inſtructa & ingeniorum, quæ diuerſis ſunt auditoribus aut iudicibus aut excitandis aut mutandis, aut etiam placandis atque ſedandis: omiſſis iſtis, neque reputans aut metiens operam impenſam, atque contentionis magnitudinem, aliqua vocabula non rectè prolata excerpat, quæ inter orationis impetum elapſa ſunt: eóque nomine oratorem ipſum vituperet? * Sed nihil nobis verecundiam incutit, non co-

D lor floribus certans, non vocis concinna ſuauitas, non ſolertia, non puritas in victu, non ſumma prudentia miſerorum animalium: exiguæ carunculæ gratia ſpoliamus ea ſole, luce, & vitæ tempore iis dum naſcerentur deſtinato. Deinde quas emittunt ea voces, putamus indiſtinctas eſſe, non deprecationes ſingulorum, non obteſtationes, quovis eorum dicente: Non deprecor ſi neceſſitas te cogit, iniuriam deprecor: interfice vt cibum habeas, noli interficere vt ſuauius e-

das. Proh crudelitatem! Atrox quidem eſt res vi- A
dere appoſitam homini diuiti menſam, qui coquis v-
tatur ſua obſonia de cadaueribus qui conficiant. a-
trocior videre ſublatã. plura enim reliqua ſunt quàm
quæ ſint vorata. ergo reliqua fruſtrà ſunt interfecta.
& quum appoſitis abſtinuerint, non ſinunt alios car-
nes recuſatas ſcindere, quum non pepercerint viuis.
Verumenimuerò accepimus iſtos homines hoc di-
cere, eſum carnium habere à natura initium. At non
à natura hominem hoc habere vt carnes edat, pri-
mùm ipſa corporis humani demonſtrat conſtitutio. B
Non oris vncus, non vnguis acumen adeſt, non den-
tium aſperitas, non ventris robur, non calor ſpiri-
tus, quo ſubigere & mutare poſſit carneam molem.
Sed iam tum ipſa dentium læuitate, oris exiguitate,
linguæ mollitie, & ſpiritus ad concoctionem imbecil 1831
litate, eſum carnium eiurat. Quòd ſi contendis te na-
tum eſſe ad hoc cibi genus ſumendum, primùm id
quod vis edere, ipſe interfice, ídque tua ſolius opera,
non ſeceſpita vtens, non malleo, non ſecuri: ſed ſicut
lupi, vrſi, & leones ipſi necant quæ vorare volunt, ita C
tu morſu bouem, aut ore ſuem neca, ouémque aut le-
porem irruens in viuum etiamnum diripe, ſicut iſtæ
feræ. Sin exſpectas dum moriatur, vereríſque præſen-
tem animam è carne expellere: cur contra naturam e-
dis id quod anima eſt præditum? Immò nemo anima
caſſum & mortuum animal ita edit ſicut eſt. elixãt, aſ-
ſant, ignis & condimentorum ope mutant, cædém-
que medicamentis innumeris amoliuntur, vt guſta-
tus deceptus alienum alimentum admittat. Et verò
ſcitum eſt illud Laconis, qui quum in caupona emiſ- D
ſet piſciculum, eúmq; cauponi coquendum tradidiſ-
ſet, atque caſeum, & acetum, oleúmque ab eo poſtu-
laretur: Quid? inquit, an ſi iſthæc haberem, piſcem
emiſſem? Nos autem ita flagitioſas inter cædes iſtas
luxuriamus, vt carnẽ obſonii nomine dignemur. de-
inde obſoniis indigemꝰ ad ipſam condiendã carnem,
admiſcẽtes oleum, mel, vinũ. garum, acetum, aroma-
ta Syriaca & Arabica, haud aliter ac ſi re vera cadauer

A humi condendum condiremus. Etenim carnes quas
edimus,hoc modo diffluentes,emollitas, ac quodam-
modo putrefactas,difficile eſt à concoctione ſubigi.
Quinetiam ſuperatæ vi concoctionis carnes, crudita
tes tamen moleſtas gignunt. Diogenes verò crudum
polypum vorare ſuſtinuit, vt amoliretur confectionē
qua ignis obſonia conficit. & ſacerdotibus multiſque
aliis circumſtātibus,caput pallio velans, polypúmque
ori admouens,Pro vobis,inquit,ego me periculo ob-
iicio.præclarum me hercle periculum , ſcilicet vt Pe-
B lopidas pro Thebanorum, Ariſtogiton pro Athenié-
1832 ſium libertate, ita philoſophus aduerſus crudum po-
lypum decertauit,vt vitam humanam efferaret . Por-
rò carnis eſus non modò præter naturam corpori-
bus noſtris accidunt, ſed ſatietatem etiam craſſitiém-
que ingenerant. Vinum enim & carnium eſus,corpus
quidem robuſtum validúmq; faciunt , animos autem
hebetant. Ac ne athletas adducendo offendam, vtar
cognatis exemplis. Bœotos nos Attici craſſos, ſtupi-
dos, ſtolidos,maximè ob voracitatem appellauerunt,
C atque adeò ſues.& Menander,

—mandibulas habent.

& Pindarus. Notum verò eſt,ſecundum Heracletum
animam ſiccam eſſe optimam atque ſapientiſſimam.
Id quoque conſtat , vaſa vacua quum pulſantur ſoni-
tum reddere,impleta obmuteſcere.ærea vaſa icta vo-
cem in orbem didunt,niſi quis iniecta manu obturet
atque inhibeat. Oculus etiam humore occupatus ab-
undante hebeſcit,& officium ſuum facere nequit.So
lem per aerem humidum , vaporúmq; multitudinem
crudorum intuentes,non purum,aut ſplendidum,ſed
D obſcurum & caliginoſum dubióque lumine conſpici-
mus. Ita profectò etiam in corpore repleto & turbi-
do,alieniſq; cibis grauato , omnino neceſſe eſt ſplen-
dorem animi lucémque retundi,atq; conturbari , va-
gariq;& ad viles res cernendas ſe cōferre,quū ad con
ſiderāda ea quæ aliquid habent difficultatis,nihil ei ſit
acuminis atq; viriū. Iam abſq; hæc eſſent,quis nō ma
ximi faciat adſuefactionē ad humanitatem? quis enim

A lædere vellet hominem ita benignè & humaniter af-
fectum animo ad aliena & non cognatorum ſibi mala?
Nudiuſtertius differens, mentionem feci Xenocratis:
& quòd Athenienſes pœnam ab eo exegerunt qui
viuo arieti pellem detraxerat. non eſt autem, puto,
viuum torquens deterior eo qui interficit. Sed nimi- 1833
rum magis ea ſentimus quæ conſuetudini quàm quæ
naturæ repugnant. Initium autem noſtræ opinionis,
magnum illud & ſacri myſterii germanum, ignauiſq;
(vt ait Plato) & mortalia ſapientibus incredibile, e-
B quidem vix audeo verbis attingere: tanquã quum na
uim in tempeſtate gubernator torquet, aut in theatro
ſcena labante, machinam tollit poeta. Tamen nihil
obſtat quominus Empedocleam ſententiam procœ-
mii loco præcinam. Quòd enim noſtræ animæ mor-
talibus corporibus ſunt illigatæ, id ita interpretatur,
quòd pœnas eæ cædium & eſus carnium pendant.
Quãquam hæc quidem oratio videtur eſſe antiquior.
Quæ enim fabulæ feruntur de Baccho membratim
diſcerpto, & quæ aduerſus eum conati ſint Titanes,
C vtque guſtauerint cæſi cadauer, punitique & fulmini-
bus icti perierint: ſermo eſt qui ad nouos refertur na-
tales, ſecundúmque ortum. Brutam enim in nobis a-
nimæ facultatem, incompoſitam eam & violentam,
n diuinam, ſed à genio profectam, veteres Titanas
pellauerunt: eáque eſt quæ dat pœnas.

A

PLVTARCHI, DE carnium eſu, oratio poſterior.

G. XYLANDRO AVGVſtano interprete.

B RATIO nos hortatur vt recentibus alacribúſque cogitationibus ad diſputationem de carnium eſu pridianam reuertamur. Eſt verò, vt aiebat Cato, difficile verba facere ad vêtres auribus carentes: hauſtúſq; eſt à pleriſque conſuetudinis ille è variis mixtus ac confuſus potus, Circæi cyceonis inſtar pariens

Fraudes, & gemitus, cruciatus, atque dolores.

neque facilè hamus eximi poteſt eſus carnium, vo-
C luptatis cupiditate occupatis ac tanquam transfixis. Equidem conueniebat vt quo more hominis
3834 mortui ventrem exſecant, atque aduerſo ſole conſciſſum abiiciunt, eum innuentes fuiſſe cauſam omnium quæ in vita peccauit homo: ita nos gulæ cædiſque ſtudio euulſo, reliquum vitæ tempus caſtè exigere. quando ipſe venter non ad cædes impellit, ſed intemperantiæ noſtræ culpa iis polluitur. Veruntamen ſi fieri nequit vt planè vitemus eſum carnium, & conſuetudo facit vt nos pudeat iſto pecca-
D to abſtinere: ſaltem cum ratione peccemus. Edamus, inquam, carnes, ſed fame, non luxuria impulſi: interficiamus animal, ſed miſerantes & dolentes, non inſultantes & excruciantes. qualia nunc multi multa perpetrant. alii verubus ignitis porcos iugulant, vt ferri tinctura ſanguis exſtinctus atque diffuſus carnem molliat delicatámque reddat. alij vberibus ſuum fœtarum inſtante iam partu inſiliunt, eáque calcant, vt ſanguinẽ & lac & tabum fœtus ſimul interfecti inter matris dolores eximẽtes, (proh piacularis

Iupiter) maximè inflammatam animalis partem vorent. alij grues & olores oculis conſutis incluſos in tenebris ſaginant, alienis temperamentis atque condimentis guſtum nouum obſonio ſuo conciliantes. Vnde apprimè manifeſtum fit non alimenti aut vſus neceſſitatíſve gratia, ſed ob ſatietatem, luxũ & prodigalitatẽ nefas hoc ad voluptatem parandã fuiſſe conuerſum. Proinde ſicut libidinem in mulieribus ſuis non explentes, omnia tentando ac inceſtis cupiditatibus vagando tandem ad infanda prolabuntur: ſic circa nutrimentum intemperantia naturalem & neceſſarium transgreſſa finem crudelitate ac flagitio cupiditatem variauit. Etenim ſenſus contagio quodam vitiantur, vnúſque alterius vitio & libidini ſocium ſe præbet, vbi modum à natura præſcriptum excedunt Sic auditus vitio laborans, muſicam corrupit, vt molles quidã effœminatíq; modi turpes palpationes, muliebréſque titillationes ederent. Ita viſus didicit non pyrrichio ſaltu gaudere, non geſticulationibus manuum, non ſaltationibus elegantibus videndis: ſed cædes & mortes hominum, vulneráque & pugnas ſpectaculum ſumptuoſiſſimum ſibi parare. Ita iniuſtæ menſæ comitatur coitus intemperans: coitui turpi auditiones à muſica alienæ, cantibus & auditionibus impudentibus theatra abſurda, ſpectaculis inhumanis immanitas & aduerſum homines crudelitas. Itaque diuinus ille Lycurgus in tribus ſuis legũ tabulis, quas rhethras appellãt, ſerra & ſecuri ſolis ianuas domorum ac faſtigia fabricari iuſſit, nullo alio inſtrumento adhibito: non profectò quòd aſciis, terebris, aliíſque ad ſubtile opus faciẽdum vtilibus bellum indixiſſet: ſed ſciens, te talibus ædificiis non illaturum lecticam auro ornatam, menſas argenteas, purpureos tapetes, lapides pretioſos: ac domum talem, culcitram, mẽſam, calycémque trahere ſecum cœnam tenuem, prandiúmque vulgare. Initiò verò prauæ viuendi rationis ſuccedit

(*Lactens equam propter ceu pullus curſitat*)

omnis luxuria & profuſio. Quæ enim non eſt ſumptuoſa cœna, ad quam aliquod necatur animal? An par-

A uum impendium videtur nobis anima?nōdum dicam
fortaſſe patris,matris,filii aut amici anima, vt Empe-
docles:ſed tamen ſenſu,viſu,auditu,vi imaginandi in-
telligendíque prædita?quam ad ſui appetitum & con-
ſequutionem,alieníque fugam vnumquodq; animal
à natura accepit.Iam hoc conſidera , vtri nos melius
cicures humanóſque faciant philoſophorum:iíne qui
liberos,amicos,parentes, vxores à nobis manducari
volūt,vt morte verè exſtinctos:an Pythagoras & Em-
pedocles,qui nos condocefaciunt etiam erga alius ge
B neris animalia iuſtitiam exercere. Tu quidem rides
eum qui ab ouis eſu abſtinet.Is tamen dicet : Quum
vos videmus mortui patris aut matris portiones ab-
ſcindere,amicíſque eas abſentibus mittere, præſentes
verò inuitare, carnéſque illis larga manu apponere,
non rideam?Quanquam nos fortaſſe peccamus qui li
1836 bros iſtos attingimus,manibus,oculis,pedibus, & au
ribus non prius luſtratis.niſi profectò hæc ipſa luſtra
tio eſt quum de hiſce differentes oratione liquida (vt
ait Plato)falſum auditum proluimus. Tamen ſi quis
C librorum diſputationúmque inſtituat comparationē:
deprehendet iſtorum philoſophiam ad Scythas perti-
nere,Sogdianos & Melanchlænos,de quibus ſcriben-
ti Herodoto non habetur fides : Pythagoræ autem &
Empedoclis decreta,leges fuiſſe priſcorum Græcorū,
hóſque eorum inſtitutis in vita degēda ſtetiſſe, neque
eos vllā in bruta vim feciſſe. Qui ergo ſunt qui poſt-
ea temporis decreuerunt cædes animalium?

Qui primùm gladios duxere ex ære malignos,
Primi & aratoris guſtarunt viſcera tauri.

D Hoc ſanè modo etiam tyranni homicidiorum initia
iaciunt.vt Athenis principiò interfecerunt peſſimum
ſycophantam, qui Epitedeus appellabatur : itémque
ſecundum & tertium.deinde cædibus adſueti Nicera-
tum Niciæ F.interfici viderunt,& imperatorem The-
ramenem,atque Polemarchum philoſophum. Sic ab
initio ferum aliquod & noxium animal deuoratum
fuit:deinde auis aliqua aut piſcis. donec his condoce-
facta & guſtui adſueta libido ad bouem operarium

progreſſa eſt & ouem quæ nos ornat, cuſtodémque A
domus gallum. itáque paulatim inexpletam roboran
tes auiditatem, in cædes hominum & bella ſunt dela-
pſi. Verùm niſi quis præterea demõſtret, animas dum
renaſcuntur, promiſcuè vti corporibus hominum &
brutorum, & quod nunc eſt brutum, pòſt fieri homi-
nem, ac per vices ferum ac manſuetũ, naturámque o-
mnia mutare & transferre alieno carnis velantẽ ami-
ctu: hæc nõ auertũt eũ qui gulæ ſe dedidit: quòd gulæ
ſtudiũ & corpori morbos grauedinémque ingenerat,
& animam ad bellum traductam iniuſtius vitiat: vbi B
nos adſuefecimus vt abſque cæde & ſanguine neque
hoſpitem excipere, neque nuptias celebrare, neque cũ 1837
amicis viuere velimus. Quòd ſi illa quæ de animarum
per viciſſitudinem quandam in corpora illapſu diſpu
tantur, non faciunt fidem: attamen dubitatio ipſa ma-
gnam nos cautionem, magnum iubet adhibere metũ.
Verbi gratia: ſi in nocturno aliquis prælio in virum
qui collapſus armis corpus cooperiat, irruat ſtricto
gladio, audiátque interim quendam dicere, Non certò
ſibi conſtare, putare tamen eum qui iacet imminentis C
eſſe filium, fratrem, patrem, aut contubernalem: præ-
ſtátne opinioni ei falſæ ſubſcribentem dimittere ho-
ſtem amici loco: aut contempta ea, quòd ad fidem fa-
ciendam firma ſatis non ſit, domeſticum pro hoſte in-
terficere? hoc ſanè omnes dicetis indignum fore faci-
nus. Conſidera mihi etiam Meropen illam, quæ ſubla-
ta ſecuri filium, quem percuſſorem filij putat eſſe, feri-
re iam volens dicit,

Penetrabili te mactabo ictu nunc ego hoc:

quantum in theatro excitat motum intentorum cæ- D
di, ac metuentium ne ſenem anteuertat inhibentem, a-
doleſcentémque feriat. At enim ſi tum alius aliquis ſe-
nex adſtitiſſet, dixiſſétque, Feri, hoſtis eſt: alius, Ne fe-
rias, filius eſt: quæro vtrum ſit flagitium maius, filij
gratia hoſtem impunitum dimittere, an ob iram ad-
uerſus inimicum, incidere in cædem filii? Quapropter
quandoquidem non odium nos, non ira, non vlciſcen
di cupiditas in brutorum cædem agit, ſed ad partem

A

PLVTARCHI Quæſtiones Platonicæ.

G. XYLANDRO AVGVſtano interprete.

QVIDNAM rei hoc eſt quòd Socratem deus aliis obſtetricis miniſteriũ B
præſtare iuſſit, ipſum gignere prohibuit? ſic enim in Theæteto ipſe loquitur, non vtique ſuo more ludens & iocans. neque enim adhibuiſſet dei nomẽ dicto non ſerio. Et alioqui Plato eo in libro multa arroganter ac per iactantiam dicta Socrati tribuit. de quibus etiam hoc eſt: Multi enim, ô lepidum caput, eo ſunt erga me animo, vt parati ſint illico mordere quoties aliquid delirij eis adimo: putántque ductum beneuolentia hoc me facere. admodum quippe ignorant neminem deum malè vel- C
le hominibus, ac proinde me quoque nihil horũ maleuolentiæ impulſu facere: ſed quia nefas ducam mendacio adſentiri, aut veritatem obruere. Númnam igi- 1839
tur ſuam naturam, vt maiore iudicii vi ac fœcunditate præditam, dei nomine affecit? ſicut Menander.

Nam mens nobis deus eſt. --

& Heracletus: Ingenium hominis numen. Aut diuina aliqua cauſa, geniúſque aliquis Socrati hunc philoſophãdi morẽ præcepit? vt ſemper alios examinãs, faſtu D
eos & errore atque arrogãtia (quibus rebus primùm ſibi ipſis, deinde etiam vnà agẽtibus erãt moleſti) liberaret. Ea enim tempeſtate quaſi fortuna quadam ſophiſtæ in Græcia proueniebant frequentes, quibus adoleſcentes multum pendentes pecuniæ, implebantur doctrinæ ac ſapientiæ opinione, ſtudióque diſputandi certatim: quod genus diſputationis inutilibus contentionibus otium tempúſque conterebat, neque

A pulchri aut vtilitatis quicquam habebat. Socrates autem ratione diſſerendi ad redarguendum appoſita inſtructus, eáque tanquam purgante vtens medicamento, eo fidem ſibi autoritatémque comparabat quòd alios refellens nihil ipſe affirmabat: & admittebatur facilius, quia vnà quærere veritatem, non ſuam opinionem defendere videbatur. Nam iudicium, res perutilis, impeditur familiaritate. amantem enim res amata cæcum facit: de his autem quæ noſtra ſunt, nihil perinde amamus atque opinionem & orationem à no-
B bis fictam. Etenim quæ iuſtiſſima dicitur liberûm diuiſio, hic fit iniuſtiſſima. iſthic enim ſuam quiſque prolem debet accipere: hìc teneri debet quod eſt optimũ, etiam ſi alienum ſit. quo fit vt qui ipſe gignit opiniones, eo deterior ſit alienarũ iudex. ac ſicut ſophiſta ille dicebat, Eleos optimos fore Olympicorum certaminum arbitros, ſi nemo Eleus certaret: ita qui de diſputatione aliqua rectè volet pronunciare, par eſt ipſum non ambire coronam, neque aduerſari iis quæ ſunt diiudicanda. quippe & Græcorum duces ſuffra-
C gia ferentes de his qui rem optimè geſſiſſent, ſeipſos ſinguli optimos pronunciarunt: neque vllus eſt philoſophus qui non eodem egerit modo, extra eos qui Socratis exemplo profeſſi ſunt nihil ſe de ſuo dicere. atque hi ſoli puros ſe & incorruptos iudices veritatis præbent. Nam ſicut aer in auribus contentus ſi non
1840 tranquillus ſit propriæque vocis expers, ſed ſonitus ac fremitus plenus, non accuratè excipit voces: ſic in philoſophia iudicium, ſi intus ſit quo commoueatur & quod obſtrepat, rectè intelligere nequit ea quæ foris
D dicuntur. Domeſtica enim & nobiſcum habitans opinio, ſi optimè cum ea agatur, à philoſophia regitur atque conſtituitur: reliquæ omnes à veritate aberrant. Præterea ſi comprehendere homo ac pernoſcere nihil poteſt, haud iniuria deus Socrati interdixit procreatione falſorum ac inſtabilium ſermonum, qui inſtar zephyriorum ouorum eſſent: aliis autem dicere eum coegit, vanis eos duci opinionibus. Nam haud exigua, ſed maxima vtilitas erat eius orationis quæ

hominem maximo malorum vanitate opinionis li- A
beraret.

Non Aſclepiadis hocce deus dederat.
non enim corpori medicinam faciebat Socrates, ſed
animũ occulto vitio expurgabat. Quòd ſi veritatis ali
qua eſt ſcientia, vnica autem eſt veritas: non minus
fert eo qui eam inuenit, is qui ex inuentore eam diſcit.
is autem facilius aſſequitur veritatem qui non perſua
det ſibi ſe habere: & ex omnibus optimum deligit, ſic-
ut is qui non genuit, optimum adoptat. Quin & hoc
conſidera: reliqua omnia nullius fuiſſe momenti, poe- B
mata, mathemata, orationes arte compoſitas, ſophiſta
rum decreta: quæ gignere Socratem numẽ prohibuit.
quam verò ſolam is exiſtimabat ſapientiam, & amato
riam appellabat, dei & mente percipiendæ naturæ ni-
mirum cognitionem, eam non gigni ab hominibus,
non inueniri, ſed in mentem reuocari. Quapropter ni
hil docuit Socrates, ſed principia dubitandi tanquam
dolores partum præeuntes adoleſcentibus ſuggerẽs,
exſuſcitauit atque vnà confirmauit inſitas notitias.
Idque artem obſtetricandi appellauit, quæ non (vt a- C
lii profitebantur) intelligentiam extrinſecus ingereret
auditoribus, ſed demonſtraret eam in ipſis inſitam,
imperfectam tamen, atque confuſam, & alumni egen-
tem eſſe.

II CVR ſupremum Deum omnium patrem &
opificem appellauit? An deorum qui creati ſunt & 1841
hominum pater eſt, vt Homerus vocat: brutorum au-
tem & anima carentium opifex? Nõ enim agri pater,
ſi Chryſippo credimus, is dicitur qui eum conſeuit,
quanquam è ſemine deinde fruges naſcantur. * ſed D
vſus eſt tranſlatione more ſuo, & autorem mundi pa-
trem eius nominauit: ſicut in conuiuio Phædrum pa-
trem amatoriæ diſputationis, quam is introduxerat:
& in Phædro Lyciam, quo initium præbente multa ac
præclara de philoſophia erant diſputata. Aut intereſt
aliquid inter patrem ac opificem, procreationem &
ortum? ſicut enim quod procreatum eſt, id omnino e-
tiam ortum eſt, non viciſſim: ita qui genuit, is etiam

A fecit.ortus enim animati,eſt procreatio. Tum opus ab
opifice confectum,vt ædificatore,textore, lyræ fabro,
aut ſtatuario,prorſus ab autore ſuo abſcedit, vis autẽ
& principium procreantis,inſita eſt progeniei , eiúſq;
continet naturam,portiuncula quædam à genitore a-
uulſa.Quando itaque mundus non effictis aut compa
ctis operibus ſimilis eſt , ſed magna ei ineſt pars vitæ
atque diuinitatis,quam à ſe deus materiæ inſeruit at-
que admiſcuit:haud iniuria iuxtà & pater mundi,qui
B viuens exſtitit,& opifex appellatur. Hæc quũ maxi-
mè ad ſententiam Platonis accedant: conſidera an &
hæc probabiliter dici poſſint.Quum mundus conſtet
è duabus partibus,corpore & anima: corpus quidem
non genuit deus,ſed à materia exhibitum conforma-
uit ac concinnauit,ſuis terminis ac figuris deuinciens
definiénſque infinitum. anima autem mentis , ratio-
nis,concentúſque particeps, non opus modò , ſed &
pars dei eſt,neque ab ipſo facta , ſed de ipſo & ex ipſo
exſtitit.Itaque in repub.vniuerſo comparato lineæ in
partes inæquales duas ſectæ,vtranque rurſum in duas
C eadem proportione partes diuidit,& cùm eorum quę
videntur,tum eorum quæ mente ſola percipiuntur ge
1842 nera conſtituit.eorum quæ mente cernuntur prius ge
nus quod complectitur primas formas, alterum ma-
thematicum:eorum quæ ſentiuntur prius quod conti
net ſolida corpora, ſecundum quod viſa & imagines
eorum.Vnicuique porrò horum generum ſuam vim
qua perciperetur atque iudicaretur adſignauit.primo
mentem,mathematico intellectum,ſenſilibus fidem,
ſimulacris & viſis coniecturam.Quid autem voluit ſi-
D bi quum vniuerſum in partes inæquales diuideret? &
vtra maior eſt,ſenſilis an menti expoſita?ipſe enim nõ
explicauit hoc.ſtatim autem apparet quòd ſit maior
portio ſenſilis.Nam diuiſionem non admittẽs,eodém
que ſemper modo habens natura rerum ſub mentis
adſpectum cadentium,in arctum contracta eſt & pu-
ra.ea quæ diſſipari circum corpora poteſt & hinc in-
de vagari, ſenſilem partem præbuit.Iam quod corpo-
re vacat,ſuo continetur termino. corpus materiæ
ratione

ratione infinitum eſt atque immenſum: quum ſenſile A
ſit, participanda mente definitur. Præterea ſicut ipſa-
rum rerum ſenſilium quævis complures habet imagi-
nes, vmbras, & ſimulacra, & vniuerſè ab vno exēpla-
ri permulta exempla fieri natura atque arte poſſunt:
ita neceſſe eſt quæ hic ſunt, multitudine iis quæ iſthic
ſunt præſtare de Platonis ſententia, qui ſenſilium re-
rum tanquā formarum in materia expreſſarum ſpe-
cies (*ideas ipſe vocat*) & exemplaria eſſe notiones mē
te conceptas ſtatuit. Cæterùm mens vnum genus i- B
dearum quod omiſſa corporis conſideratione abſtra-
hitur à materia, cōcipit: quod ad mathemata pertinet.
ea ab arithmetica ad geometriam, hinc ad aſtrologiā,
denique ad muſicam ſeu harmonicam deducit. nam
geometricæ fiunt res magnitudine ad numerum acce-
dente: ſolidæ, accedente magnitudini craſſitie: aſtrolo-
gicæ, quum mouentur ſolida: harmonicæ, vbi motum
ſequitur ſonus. Quo fit vt ſi vocem motis, motum ſo-
lidis, craſſitiem ſuperficiebus, magnitudinem quantis
adimamus, iam in ipſis ſimus menti expoſitis ideis, C
quæ inuicem nulla differentia diſcernuntur ratione 1843
Vnius & Solius. Non enim numerum vnitas efficit,
niſi infinitum ſi attingat binarium. ſic facto numero,
ad puncta, tum lineas, deinde ſuperficies, craſſities,
mox corpora, & qualitates corporum affectorū pro-
gredimur. Porrò autem quæ mente cernuntur, vni-
cum habent quo iudicētur, mētem. Intellectus enim
mens eſt in mathematicis, ſicut in ſpeculis ex apparen
tibus formis ſola mente cernendis. Ad corporum ve-
rò cognitionem ob multitudinem quinque nobis ſen
ſus natura dedit qui de iis iudicent. neque tamen hi
omnia deprehēdunt, multis ſenſum ob ſui exilitatem D
ſubterfugiētibus. At enim quanquā quiſque noſtrûm
animo & corpore conſtat, tamen vis princeps mentis
exigua latet in magna corporis mole. Eodémque mo-
do in Vniuerſo res habet, cum formis menti & ſenſi-
bus expoſitis: nam quas mēs videt formas, eæ ſenſili-
bus præſunt. principiò autem cuivis plus in eo eſt, &
maius id quod ex ſe habet. Contrà autē aliquis dicet,

A primùm nos ſenſilia mente percipiendis comparando quodammodo mortalia diuinis exæquare. Deus enim eſt ex iis quæ mens cõſiderat. Deinde vbique id quod continetur continente minus eſt. At vniuerſi natura eo quod mente videtur ſenſilia continet. deus enim animam in medio poſitam per omnia extendit, eíque foris corpora circundedit. Videri autem non poteſt anima, neque vllo alio ſenſu percipi, vt in legibus dictũ eſt. itaque & vnuſquiſque interitui obnoxius eſt, mú-
B dus nequaquam interibit. Nam quivis noſtrûm intus vitalem vim mortali ac diſſolubili corpore continet. in mundo contrà à principe parte & ſemper eodem modo ſe habente, corporea perpetuò conſeruatur natura in medio ſita. Et verò diuerſis modis ſenſile & ſola mente perceptibile dicuntur indiuidua eſſe, nullámque admittere partitionem. illud ob exiguitatẽ, hoc, ob ſimplicitatem ac ſinceritatem, & quòd omnis priuationis expers eſt atque differentiæ. Quin & alioqui
1844 ſtolidum eſt corporeis rebus iudicare de incorporeis velle. Nam nunc indiuiduũ dicitur, & quod in partes
C ſcindi nequeat, ſimul tamen vbique inſtat, neque eo vlla mũdi pars vacat: ſed & affectiones omnes, & actiones, interitúſque & ortus eo quod Nunc dicitur, continentur. Quod autem mente percipitur, de eo ſola mens iudicat, ſicut ſolus viſus de luce, ob ſimplicitatẽ & ſimilitudinem. Corpora autem quum varias habeant differentias & diuerſitates, aliàs aliis iudicandi inſtrumentis percipiuntur. Cæterùm ne hoc quidem rectè, quòd mentem cuius vis in nobis intelligit atque intelligitur, deſpiciunt: quæ quũ ſit magna atque mul
D ta, cõplectitur omnia ſenſilia, & vſque ad res diuinas pertingit. Id verò maximum eſt, quod ipſe in Conuiuio docens quo pacto amatoriis vti debeamus, animum à ſenſilibus bonis ad ea quæ ſola mens cernit traducendo, hortatur nos ne vllius corporis, ſtudii, aut ſcientiæ pulchritudini addicti ſeruiamus: ſed abiecta iſta puſillanimitate ad vaſtum pulchritudinis mare nos conuertamus.

III. QVA de cauſa Plato, quum ſemper animam

dicat corpore antiquiorem,eſque ortus principium & A
cauſam,tamen dicit,neque animam exſtitiſſe ſine cor
pore;neque mentem ſine anima , ſed animam in cor-
pore,mentem in anima?ſic enim videbitur corpus &
eſſe & non eſſe, quod & ſimul cum anima exſiſtat , &
ab anima gignatur. An verum eſt id quod ſæpe dixi-
mus? ſcilicet mentis expers anima, & corpus informe
ſemper ſimul fuerunt,neutrúmque eorum ortum ha-
buit aut principium.Poſtquam autem anima mẽtem
& harmoniam participauit, atque ob concentum ſa-
piens facta mutationem materiæ intulit,ſuíſque moti- B
bus ſuperior motiones eius ad ſe traxit atque conuer-
tit:ita corpus mundi ab anima principium duxit, eſ-
que conforme & ſimile eſt factum. Non enim ex ſei-
pſa naturam corporis eſt fabricata anima , neque ex 1845
nihilo,ſed ex incompoſito & informi corpore con-
ditum atque obtemperans redegit. Ergo ſicut is qui
diceret ſemper vim ſeminis eſſe cum corpore ; tamen
corpus ficus aut oleæ à ſemine factũ,nihil diceret diſſo
nãs:(ipſum quippe corpus motus & mutationis prin
cipio à ſemine indito ſic natum eſt atque pullulauit) C
ita informis & indefinita materia ab inſita anima quũ
formaretur,talem formã atque diſpoſitionẽ accepit.

IV. Cur,quum corpora & figuræ partim circu-
lis,partim rectis lineis contineantur,rectilineorũ prin
cipia ſtatuit triangulum æquilaterum & inæqualium
omnium laterum:(*qui ſcalenus dicitur*) quorum illud
cubum confecerit, terræ elementum, hoc pyrami-
dem , ac octo & viginti baſium corpora, ignis, aeris,
& aquæ primordia : circularia autem omnino omi-
ſit , quanquam globi mentionem feciſſet, vbi dicta- D
rum figurarum à quavis rotundum corpus ait poſſe in
æqualia diuidi? An vera eſt eorum ſententia qui eum
dodecaedrum, *id eſt duodecim laterum corpus*, globo
adſcripſiſſe dicunt,quum ait deum eo vſum in expin-
genda vniuerſi natura? Etenim corpus XII baſium
multitudine laterum,angulorúmque amplitudine re-
cti naturam ſubterfugiens, flexile eſt , & circũm ex-
tendendo, ſicut globi e duodecim pellibus compacti,

A circulum imitatur, ac multa complectitur. Habet enim x x angulos ſolidos, quorum quivis tribus planis obtuſis cõtinetur, ſingulis rectum & eius quintam partẽ continentibus. Compingitur autem atque concinnatur ex duodecim quinquangulis æquilateris atque æquiangulis: quorum quodvis conſtat è triginta primis ſcalenis. itaque videtur ſimul & Zodiacum & annum repræſentare, quòd in æquales cum illis numero portiones diuidatur. An quia ordine naturæ rectum circumferentiæ antecedit? aut potius circumferentia acci
B dens quodpiã recti eſt omnino? flecti enim dicitur re-
1846 ctum, & circulus deſcribitur è centro, certa inter id & circumferentiam intercapedine, quæ rectam lineam capit, & ſui menſuram habet. vndiquaque enim circumferentia à medio æquè diſtat. Tum conus quoque, (*ſiue turbinem mauis dicere, ſiue metam, nihil moror*) conus inquam & cylindrus à rectilineis propagantur. ille, ſi fixo latere vno trianguli, reliqua in orbẽ circumagantur: hic, ſi idem parallelogrammo contingat. Et quando principio id eſt propius quod eſt mi-
C nus: minima vtique eſt omnium linearum recta, vtpote ſimplex: quum in circumferente aliud ſit concauum, aliud conuexum. Præterea numeri figuris ſunt priores, ſicut & vnitas prior puncto. quod eſt vnitas in poſitu conſiderata. At verò quævis vnitas, triangulus eſt. Nam omnis triangulus numerus ſi octies ſumptus vnitatem adſciſcat, quadratum exhibet: éſtque hoc ei cum vnitate commune. Prior ergo circulo eſt triangulus: ac proinde etiam rectà cicumferentem antecedit. Iam elementum nullum in ea diuiditur quæ
D ex ipſo ſunt compoſita: hæc in elementa reſoluuntur ſua. at triangulus non reſoluitur in vllam circunferentia comprehenſam figuram: circulum duæ diametri in quatuor diuidunt triangulos. ergo prius eſt rectilineũ circulo, magíſque elementi naturam habet. Sed & ipſe Plato oſtendit priore loco eſſe rectilineum, circulum eius quaſi appendicem quandam & accidens. Vbi enim terram ex cubis conſtituit, quorum quivis rectilineis continetur ſuperficiebus: ait corpus eius globo-

ſum fieri ac teres. Non itaque opus fuit peculiare ele- A
mentum rotundis ponere: quando etiam certo modo
inter ſe concinnata rectilinea hanc figuram præſtare
poſſunt. Adde, quòd rectæ lineæ ſiue magnæ ſint ſiue
paruæ, eandem prorſus conſeruant rectitudinē: circu
lorum circumferentiæ quanto ſunt minores, tāto ma
gis curuatæ atque arctatæ ſunt: quanto maiores, tanto
laxiores. Inſiſtentes itaq; in ſuperficie cōuexa, aliæ in
pūcto, aliæ in linea, attingūt ſubiectas planas ſuperfi- 1847
cies: vt ſuſpicari nō nemo poſſit, à rectis paulatim mul
tis cōpoſitis circumferentē lineā abſolui. Hoc autē vi- B
de, ne eorū quę in caduca ſunt natura circulariū & glo
boſorum, fortaſſe nihil ſit ex omni parte ſuo reſpon-
dens nomini: ſub inſiſtentia & extenſione rectilineo-
rum, aut exiguitate particularum latente diſcrimine,
vt id quod non eſt, videatur rotundū atque teres. Ita-
que ergo caducorum corporum nullum circulari mo
tu circumagitatur, ſed ad rectā omnia lineam. Verè au
tem globoſum eſſe, nō eſt ſenſilis corporis, ſed animæ
& mentis elementum: quibus etiam circularem reuo-
lutionem, vt naturæ conuenientem eorum, adſignat.

v. Quomodo in Phædro dicitur, naturā alæ, quā C
id quod graue eſt ſurſum euehitur, maximè eorum fie
ri participem quæ ſunt circum corpus dei? An quia
de amore ſermo eſt: amor autem eſt pulchritudinis
corpori inhærentis. pulchritudo autem ſimilitudine
rerum diuinarum mouet animū, eíque res in memo-
riam redigit? Aut potius abſque vlla curioſa interpre-
tatione verba ſimpliciter ſunt accipienda? nēpe quòd
multis animi facultatibus circa corpus occupatis, vis
ratiocinandi & intelligendi maximè diuinam partici-
pet naturā. quam ille vim diuinarum ac cæleſtium re- D
rūm capacem quum dixiſſet, non abs re alam appella-
uit, vt quæ animam ab humilibus & caducis rebus ſur
ſum euehat.

vi. Qua tandem ratione ait Plato motus circum-
reſiſtētiam (*hóc enim nobis ſit antiperiſtaſis*) eò quòd
nuſquam quicquam ſit inane, cauſam eſſe eorum quæ
eueniunt medicorum cucurbitulis, glutitioni, one-

A rum iactationi, aquarum fluxui, fulminibus, ſuccino
& Herculeo lapidi res ad ſe trahentibus, & ſonorum
conſonantiæ? videtur enim abſurdè tam multorũ tám
que diuerſorum effectuum vna cauſa adferri. Nam
quomodo ob circumreſiſtentiam aeris reſpiratio fiat,
ipſe ſatis explicauit: reliqua omnia dicens mirabiliter
1848 effici, nihilque eſſe, atque ipſa ſeſe inuicem contru-
dere, & viciſſim impellendo ſuas ſedes petere, ſingula
nobis explicãda reliquit. Primùm de cucurbitula res
ita habet. Aer carni proximus ab ea cum calore com
B prehenſus & inflammatus, rariórque quàm ſint æris
meatus redditus, excidit non in vacuũ ſpatium, (quod
nullum eſt) ſed in eum aerem qui foris ambit cucur-
bitulam, eúmque impellit: is ante ſe ſitum. atque ita
ſemper aerem aer impellit cedentem, appetens ſucce-
dere in locum vacuatum prioris ceſſione. ſic autem
aer accidens ad carnem à cucurbitula comprehen-
ſam, atque efferueſcens, ſimul humorem in cucurbitu
lam elidit. Eadem eſt deglutiendi ratio. Cauitates e-
nim quæ circa os ſunt & ſtomachum, aeris ſunt ple-
C næ. quum ergo cibus in eas deprimitur à lingua ſimul
& tonſillis intentis, eliſus aer cedentem inſequitur, v-
náque cibum detrudit. Pondera autem iactata aerem
ſcindunt, cum ictu incidentia, ac diſſipant. is autem
retrò circumfluens, eò quòd eius natura eſt hæc vt va
cuatum ſequatur impleátque locum, ſubinde impul-
ſum inſequitur, motúmque accelerat. Fulminũ autem
caſus ipſi quoque ſimiles ſunt iactationi. Ab ictu e-
nim qui in nube fit, ignea materia exploſa in aerem
exſilit, iſque contrà ruptus cedit, ac rurſum in ſeſe cõ-
D cidens deſuper, vi deorſum & contra naturam fulmen
deprimit. Electrum verò nihil eorum attrahit quæ ei
appoſita ſunt, vt neque Herculeus lapis, neque quic-
quam ad ea ſponte ſua adſilit. Sed lapis hic halitus e-
mittit graues, quibus continens aer impulſus, eum qui
ante ſe eſt trudit, iſque in orbem agitatus, ac ad va-
cuatum reuertens locum, vi vnà trahit ferrum. Ele-
1849 ctro quippiam ineſt flammeum aut ſpiritus habens
naturam. atque hoc attritione ſuperficiei recluſis me-

atibus emiſſum,idem agit quod magnes. trahit quip- A
pe ſecum proximorũ corporum leuiſſima atque ſic-
ciſſima, ob tenuitatem & imbecillitatem. non enim
ita validum eſt,neque grauitate impetúve præditum,
quo multũ aeris impellere,& maioribus magnetis in
morem vim facere poſſit. Cur verò neque lapidem
aer, neque lignum, ſed ferrum modò ad Herculeum
promouet lapidem?hæc enim eſt quæſtio communis
& horum qui tractione lapidis, & eorum qui incita-
tione ferri exiſtimant iſtorum corporum fieri coitio-
nem.Ferrum neque adeò rarum eſt vt lignum, neque B
ita ſolidum omnino vt aurum vel lapis: ſed meatus
habet quoſdam & tranſitus atque aſperitates, quæ ob
inæqualitatem aeri proportione reſpondent: quibus
efficitur vt non elabatur aer, ſed ſedibus quibuſdam
receptus, & à ferro moderatè reluctante comprehen-
ſus , quum in id ad lapidem reuertens incidiſſet, vnà
ſecum rapiat atque perferat. Atque horum quidem
hæc ferè eſt ratio. Modus autem quo aquæ per ter-
ram fluentes contra aerem cĩcumagunt , non perinde
eſt euidens. Sed animaduertendum eſt lacuum ac pa- C
ludum aquas immotas manere,quòd eis circumfuſus
eſt vndiquaque aer immobilis, & nullum vacuum
præbens locum. Itaque ergo quæ in ſuperficie eſt a-
qua lacuum & marium,turbatur atque fluctuat aere
exagitato. ſequitur enim ſtatim eo locum mutante,
atque ob inæqualitatem vnà defluit. Nam ictus qui
infernè accidit,cauitatem fluctus efficit, qui ſupernè,
grauitatem , donec conſidat & conquieſcat humo-
rem continens ambiénſque aer.Fluxus ergo aquarum
quæ ita feruntur vt ſubinde cedentem aerem inſe- D
quantur , viciſſimque ab impulſu aduerſo circuma-
ctis impellantur,abſque fine continuãtur. atque hæc
eſt cauſa quòd fluuij aucti aquis celerius currunt : ii-
dem tenues & cauo alueo tardius meant ob imbecil-
litatem , non cedente aere, neque magnam circum- 1850
reſiſtentiam percipiente. Sic & fontium aquas ne-
ceſſe eſt effluere , aere extrinſecus in loca vacua-
ta ſuccedente in profundum , rurſúmque aquam

A foras eiiciente. In domo etiam opaca & aerem větúm ve continente, ſolum aqua conſperſum edit ſpiritum aut ventum: quòd humori incidenti ićtúmque afferenti aer è ſuis ſedibus cedit. Ita natura comparatum eſt vt mutuò ſe pellant, viciſſimque cedant aer & aqua: quòd nullum eſt vacuum in quo alterum ſubſiſtens ab altero non moueatur. De conſonantia ipſe modum aperuit quo ſoni concinunt. Sonus enim celer, fit acutus: tardus autem, grauis. itaque etiã ſenſum citius mouent acuti ſoni: quibus iam euaneſcentibus,
B vbi ſuperueniunt graues, quod ex iis ob ſimilem affećtionem contemperatur, id voluptatem auditui adfert, quæ concentus dicitur. Facilè autem ex iis quæ antè dićta ſunt intelligitur, horum inſtrumentum eſſe aerem. Quippe vox eſt ićtus audientis ſenſus per aures ab aere illatus. icit enim aer à mouente re ićtus: quod mouens ſi vehemens fuit, acuté: ſi languidum, molliuſculé. & quidem vehemens ićtus ac contentus ad aures celerius accidit: deinde aer circumiens & ićtum aſſumens tardiorem, aſſequitur & ſecum ducit
C ſenſum.

VII. Quomodo ait Timæus animas in terram, lunam, & quæ alia ſunt inſtrumenta temporis, diſperſas eſſe? An hoc modo moueri ſtatuebat terram quo ſolem, lunam, & quinque planetas, quos conuerſionum cauſa appellat inſtrumenta temporis: & oportuit terram deuinćtam circa axem vniuerſi non ita fabricatam intelligi vt vno contento loco maneret, ſed quæ conuerteretur & circumageretur? poſtmodo Ariſtarchus & Seleucus oſtenderunt. Sanè hoc ille ita vt poneret tantùm, hic etiam pronuncians. The
D ophraſtus porrò etiam id narrat, Platonem iam na-
1851 tu grandem pœnitentia fuiſſe dućtum quòd terram in medio vniuerſi, non ſuo loco, collocauiſſet. An verò his repugnant multæ aliæ haud dubiè probatæ Platoni ſententiæ? Mutata igitur ſcriptura, datiuus chronῳ, pro genitiuo chronου legendus videtur: vt intelligas non ſidera, ſed animalium corpora appellari inſtrumenta. quo modo Ariſtoteles animam de-

finiuit actum corporis naturalis inſtrumentis prædi- A
ti ac facultate vitæ. Talis ergo fuerit ſententia: animæ in congruentia ipſis & inſtrumentis prædita corpora in tẽpore ſunt diſperſæ. Sed & hęc aliena eſt opinio. Non enim ſemel, ſed ſæpius ſtellas inſtrumẽta temporis appellauit: quando etiam ipſum ſolem ait cum reliquis errantibus ſtellis factum ad definiendos & cuſtodiendos temporis numeros. Optimum igitur fuerit ſic accipere, dici terram inſtrumentum temporis, non quæ itidem vt ſtellæ moueatur: ſed quòd ſuo ipſa ſemper in loco manens, iis motu cuique ſuo citatis ortuum & occaſuum cauſa ſit: quibus primæ temporum menſuræ dies & nox definiuntur. itaque cuſtodem eam, & veracem noctis dieíque artificem dixit. Etenim horologiorũm quoque gnomones, non quia vnà cum vmbris locum mutent, ſed quia ſuo in loco perſiſtant, inſtrumenta ſunt dimetiendi temporis: eóq; terram imitantur, quæ ſolis infra ipſam delati lumen intercipit. Sicut ait Empedocles, B

Noctem terra facit, dum lucem intercipit almam.

Hoc ergo hanc habet expoſitionẽ. Id verò magis adhuc ſuſpicetur non nemo dictum eſſe præter probabilitatem atque adeò abſurdè, ſolem & lunam ac planetas factos eſſe ad diſtinctionem temporis. Nam cùm aliàs magna eſt ſolis dignitas, tum ab ipſo Platone in republica vocatur rex dominúſque omnis ſenſilis naturæ, ſicut Bonum naturæ ſola mente cernendæ. nam Boni ſoboles dicitur, viſilibus rebus hoc dans vt & ſint & conſpiciantur: ſicut res quæ mente videntur ſola, id à Bono habent, vt ſint & intelligantur. Eum igitur deum, tali natura tantáque potentia, inſtrumentum temporis, ac conſpicuam menſuram diſcriminis, quòd ratione tarditatis ac celeritatis octo orbib' inter ſe intercedit, non admodũ dictu decorum ac probabile videtur. Reſpondendũ eſt, eos qui his rationibus turbantur, ignoratione labi, quòd putant tempus menſuram eſſe motus & numerum ſecundum prius ac poſterius, vt Ariſtoteles dixit: aut quantitatem in motu, vt Speuſippus: aut interuallum motus, aliud ni- C 1852 D

A hil,vt Stoicorum nonnulli . ab accidente ſcilicet rem definientes , naturam autem eius & vim non perſpicientes. Quam quidem Pindarus non inepté videtur intellectam protuliſſe his verbis:

Ad tempus quod omnibus præſtat cælitibus.

Pythagoras quoque interrogatus quid eſſet tempus, Animam Vniuerſi reſpondit . Non enim affectio aut accidens cuiuſvis motionis eſt tempus : ſed cauſa, vis, & principium omnia orta continentis concinnitatis atque ordinis,quo natura Vniuerſi mouetur,animata B ea: aut potius ipſa quum ſit motus & ordo ac concinnitas,tempus dicitur.omnia enim mortalia iuſtè temperat , viam abſque ſtrepitu ambulans ſuam. Etenim anima ſecundum antiquos, numerus eſt ſeipſum mouens. itaque etiam Plato ait tempus vnà cum cælo exſtitiſſe , motum ante cæli ortum fuiſſe , tempus non item. neque enim ordo tum erat,neque menſura , neque definitio : ſed motus infinitus , tanquam informis & rudis materia temporis . quæ motio quũ deinde figuris materiam,motum conuerſionibus ſeu C circuitionibus informaſſet,ex altero mundum , ex altero tempus fecit.Haud iniuria autem ambo hæc deo tribuuntur:ſubſtantiæ mundus , æternitati tempus in motu : ſicut in ortu mundus eſt deus. Itaque ſimul orta cælum & motum ſimul ait deſitura , ſiquidem eis interitus accidat. Fieri enim non poteſt vt quod ortum eſt, abſque tempore ſit , vt neque ſine æternita-
1853 te id quod mente ſola percipitur : quando id ſemper manere debet, illud ortum nunquam diſſolui . Adeò itaque neceſſariam cum cælo habet complexionem D & compagem tempus , non ſimpliciter motus , ſed (vt diximus) motus ordinatus, menſura ſua,finibus & reuolutionibus contentus : quibus præfectus ſol quum ſit, eorúmque inſpector, vt definiat, temperet, producátque in lucem mutationes & diſcrimina temporum , quæ , vt Heracletus dicebat, omnia ferunt:non vilibus aut exilibus ,ſed maximis ac præcipuis ſummámque continentibus in rebus principi ac primo deo operam nauat.

IIX. Quum Plato in republica de animæ facultatibus diſſerens, conſonantiam rationis, eius in qua irarum ardores exſiſtunt, & concupiſcentis, optimè cóparauerit concentui imæ, mediæ & ſupremæ chordæ: haud abs re dubitauerit aliquis, rationémne an verò iracundiæ capacem vim in medio collocauerit. neque enim id ibi expreſſè ſignificauit. Sanè facultatum ratione loci facta diſpoſitio, iraſcentem mediæ chordæ loco ponet, rationem ſummæ, *quam Græci hypaten vocant.* Antiquitus enim primum & ſupremum ii hypatō dicebant. ita etiam Xenocrates Iouem in rebus immutabilibus hypaton vocat, imum in iis quæ ſunt infra lunam. & ante eum Homerus principum principem deum vocauit ὕπατον κρειόντων. Iuſtè autem natura præſtantiſſimam partem ſummo ſtatuit loco, ratione gubernatoris inſtar in capite collocata: longè autem hinc, & vltimo atque infimo loco poſuit concupiſcentem vim. imus enim locus nete & neatos vocatur: quod ex mortuorum appellationibus patet, qui νέρτεροι & ἔνεροι dicuntur. quidam etiam ventum qui ex imo & obſcuro loco ſpirat, inde Notum vocari autumant. Quo itaque modo vltimum primo, imum ſummo opponitur: quum ſe concupiſcentia habeat eodem modo ad rationem: non poteſt ratio ſummū eſſe & primum, non etiam ſupremum, ſed aliud. Qui autem ei medium locum, vt principem, tribuunt, ignorant ſe ei præſtantiorem adimere. 1854 nempe ſummum, qui neque iraſcenti tribui, neq; concupiſcenti poteſt facultati: quum vtriuſque ea ſit natura vt regi & obſequi rationi poſſit, neutrius, vt ei imperet. Magis etiam ita videbitur comparatum natura, vt iraſcendi vis in medio conſtituatur reliquarum. Nam rationis quidē ea eſt natura, vt imperet: iraſcēdi facultatis, vt & regat & regatur: quum & pareat rationi, & compeſcat coerceátque concupiſcentiam rationi non obedientem. Ac ſicut literæ eæ quæ ſemiuocales dicuntur, mediæ ſunt inter mutas & vocales, quòd his minus, iis plus habent: ita in animo hominis iraſcendi facultas, non intemperatè patiendi

A poteſtatem habet tantùm, ſed ſæpe admixtam honeſti
imaginem, quum ratione ad vlciſcendum fertur. Ipſe
Plato quum animam pari equorum cognato & auri-
gæ contuliſſet, aurigam (quod neminem fallit) ratio-
nem facit. de equis eum qui cōcupiſcendi vim refert,
omnino contumacem & refractarium, hirtum cir-
ca aures, ſurdum, & qui vix flagello ſtimuliſque pa-
reat. iraſcentem verò partem, fræno facilè obſequen-
tem rationis, eiúſque adiutricem. Sicut ergo in bigis
non auriga eſt virtute & poteſtate medius, ſed equo-
B rum alter deterior rectore, idémque iugali ſuo me-
lior: ità in anima Plato non principi parti medium
locum tribuit, ſed ei facultati quæ minus rationis ha-
bet quàm princeps pars, plus quàm tertia. Hic ordo
etiam conſonantiarum proportionem conſeruat: quũ
iraſcendi facultas mediæ chordæ vicem gerens ad ra-
tionem veluti hypaten *ſiue ſummam* referat diateſſa-
ron, (*quartam vulgo dicunt*) ad concupiſcentiam ve-
rò, vtpote quæ neten *ſeu imam* chordam repræſen-
tat, diapente conficiat, *quæ Quinta vſurpatur*. ratio au-
C tem ad concupiſcentiam, tanquam hypate ad neten,
diapaſōn *ſiue Octauam* exhibet. At ſi medio loco ra-
tionem collocares, iam longius iraſcendi vim à vi ap-
1855 petendi dimoueres: quum nonnulli philoſophorum
ſimilitudine harum moti, iram cum cupiditate idem
ſtatuerint eſſe. Quid quòd ridiculum videtur, primũ,
medium & vltimum locis deſcribere? quũ videamus
hypaten in lyra ſupremam, in tibia vltimam habere
ſedem. & quocunque loco meſen in lyra poſueris eo-
dem modo contentam, eam acutius hypata, grauius
D neta ſonare. Sanè oculus non in omnibus animalibus
eundem obtinet locum: vbicunq; autem ſitus ſit, hoc
à natura habet vt videat. Pædagogus etiam non præ-
cedens, ſed à tergo ſequens, ducere dicitur. & Troia-
norum ille ductor exercitus

Nunc inter primos cernendus prælia obibat,
Nunc acies inter poſtremas imperitabat.

vtrobique tamen primus erat, & primaria potentia
pollebat. Eodem pacto animæ facultates non loci ra-

tione in ordinem cogendæ ſunt: ſed vires & propor- A
tio examinandæ. Quòd enim ratio in corpore hominis principe loco ineſt, id per accidens fit. Primam autem atque primariam vim tanquam meſa ad hypatam, ad partem appetẽtem, & vt ad netam ad partem iraſcentem habet ratio: quatenus vtranque & laxat & intendit, omninóque conſonantiam eorum efficit, vel auferendo id quod eſt nimium, vel non ſinẽdo eas planè luxari atque torpere. moderatũ enim & concinnum quod ſit atque proportione reſpondens, mediocritate definitur. Immò autem hoc imperfectum eſt, rationis facultatis mediocritates in animi affectioni- B
bus facere, quas ſacras vocant ſubſtantias, extremorum ad rationem, & inter ſe ratione temperaturam habentes. Non enim in bigis medio loco habetur iumentorum præſtantius, neque ſummo loco ponenda eſt aurigatio: ſed mediocritas in inæqualitate celeritatis atq; tarditatis equorum. quomodo rationis vis corripiens abſurdè concitatos affectus, & ad ſe accommodans ínque modum redigens, mediocritatem inter 1850
nimium & parum conſtituit.

IX. Cur dixit Plato orationẽ è nominibus & verbis tẽperari? Omnes enim aliæ partes orationis præ- C
ter has nihil fierent. Iuuenili quidem ſtudio quodam Homerus omnes in hunc verſum coniecit:

Αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε τὸ σὸν γέρας, ὄφρ' ἐῢ εἰδῇς.

nam pronomen, participium, nomen, præpoſitio, articulus, coniunctio, & aduerbium ac verbum in eo ſunt: particula δὲ loco præpoſitionis εἰς poſita: quum κλισίηνδε tale ſit quale eſt Ἀθήναζε. Quid ergo pro Platone afferemus? Nempe antiquos ab initio id orationem *ſiue* λόγον appellaſſe quod enunciatum hodie, *id* D
eſt protaſis aut axioma Græcis, dicitur: quòd ſcilicet primum vbi effertur, veritas in eo vel falſitas ineſt. Ea verò oratio è nomine & verbo conſtat: hoc, prædicatum, illud, ſubiectum dialectici appellant. Quum enim hæc audimus, Socrates philoſophatur, Socrates mutatur: nihil præterea deſiderantes, alterum verum, alterum falſum eſſe dicimus. Apparet nempe homines

A ab initio ad hoc orationem & vocem articulis diſtinctam deſideraſſe, vt & actiones & qui eas agerent, itémque affectiones & qui iis afficerentur inuicem ſignificare & explicare poſſent. Quoniam igitur actiones & affectiones verbo, qui agunt & afficiuntur nomine ſatis disertè exprimuntur, ſicut ipſe inquit: hæc ſignificare ideò videntur. Reliqua autem dixerit aliquis non ſignificare. Verbi gratia, gemitus, & vlulatus hiſtrionum, atque adeò arriſio & reticentia interdum, faciunt vt maiore vi ſermo aliquid exprimat: B non tamen ita vt nomen & verbum neceſſariam habent ſignificandi vim: ſed adſcititiam quandam, quæ orationē variet: quo pacto literas variant qui ſpiritus & quantitates literis annotant, nō literas, ſed affectio-
1857 nes potius, & accidentia atque differentias literarum. quod manifeſtum fecerunt veteres, quibus XI literæ ſuffecerunt ad eloquenda & ſcribenda omnia. Porrò vide ne non obſeruemus Platonem dicere, ex his, non per hæc orationem miſceri: ac proinde, vt ſi quis dicat medicamentum è cera & galbano miſceri, ali- C quis id calumnians obiiciat ignem & vas omiſſa eſſe, ſine quibus mixtio fieri non potuit: ita nos Platonem culpemus, quòd coniunctiones & præpoſitiones aliáque id genus omiſerit. Non enim ex his oratio, tamen eorum opera, neq; ſine his confici videtur. Nam qui Verberare aut Verberari dicit, qui Socrates aut Pythagoras: is vtcunque aliquid intelligendum ac cogitandum præbet. non item ſi quis Quidem, aut Enim, ſeorſim pronunciet, licet concipere animo corporis aut rei alicuius notionem: ſed niſi talia vocabula cum nominibus & verbis efferuntur, inanibus ſonis D ac ſtrepitibus ſimilia ſunt. nam neque ſeorſim, neque inter ſe coniuncta illa quicquam notant rei: ſed vtvt coniungas inter ſe ac in vnum confundas coniunctiones, articulos, & præpoſitiones, conatus aliquid vnum ex iis facere, videbimur inanes ſonos præcinere, non diſſerere. Nomine autem cum verbo cōſtructo quod componitur, illicò iam oratio eſt. Itaque non iniuria nonnulli has tantùm partes orationis ponunt. Atque

Homerus etiam fortaſſis hoc declarare voluit, ſubinde dicens A

— ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν.

Verbum enim voce ἔπος ſolet innuere, vt in his:

Ὦ γύναι, ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες.

&

Χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε, ἔπος δ' εἴπερ τι λέλεκται
Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.

Non enim coniunctio, aut præpoſitio, aut articulus quum dicitur, animo dolor adfertur, ſed verbum hoc Efficitur, actionem deſignans turpem à motu animi inepto profectam. Itaque etiam poetas & ſcriptores B laudantes aut vituperantes, ſolemus dicere, aliquem 1858 vſum verbis Atticis, bonis, aut contrà pedeſtribus. at talibus vſum articulis Thucydidem aut Demoſthenem nemo diceret. Quid? inquies, nihilne reliquæ partes ad orationem conducunt? Reſpondeo, ſic conducere vt ſalem ad obſonium, aquam ad mazam. Euenus quoque ignem condimentorum optimum dixit * dicimus, neque ignem neque ſalem rei elixæ aut cibi, quibus ſemper potimur: non ſicut oratio iſtis ſæpe videtur nihil indigere. Id quod de Romana C lingua dicere poſſum, qua ferè omnes hodie homines vtuntur. Præpoſitiones enim paucis exceptis omnes ſuſtulit, neque vllis omninò vtitur articulis, niſi ſicubi eos tanquam fimbrias nominum adhibet. Neque hoc eſt mirum. quando etiam Homerus heroici carminis ornatu omnibus ſuperior, paucis nominibus articulos, tanquam poculis anſas, aut galeis criſtas adiecit. Itaque etiam notati ſunt ii verſus in quibus articuli exprimuntur. vt,

Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε D
Τῷ Τελαμωνιάδῃ —

&

Ποίησεν ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο. & pauca horum ſimilia.. In aliis infinitis articulus omiſſus neque perſpicuitati neque eloquutioni quicquam detraxit. Et verò neque animal vllum, neque inſtrumẽtum neque armorum genus, neque vlla denique alia res

A partis ſuæ alicuius ſublatione fieri ſolet pulchrior, efficacior, gratior. Oratio coniunctionibus ademptis ſæpe maiorem ſortitur ad mouendum vim. vt in hoc,

Α῎λλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
Α῎λλον τεθνειῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν.

Et iſta Demoſthenis: Multa facere poteſt verberans, quorum aliqua percuſſus ne indicare quidem alii poſ
1859 ſit: figura, vultu, voce, quando contumelioſè agens, quando inimicus, quando pugnis, quando in malam. hæc mouent, hæc de ſtatu rationis deturbant homi-
B nes qui cõtumeliis non ſunt adſueti. Item, Quid? nónne Medias ab hac ipſa die perorat, criminatur, clamitat? Si in ſuffragia mittitur populus, Medias Anagyraſius obtruditur, Plutarchi publicus eſt hoſpes, arcana nouit, vrbs ipſum nõ capit? Hinc eſt quòd ea figura qua coniunctiones omittuntur, valde ab iis commẽdatur qui artis oratoriæ præcepta ſcribunt. iidémque eos qui nimis adſtricti legibus ac conſuetudini nullam prætermittunt coniunctionem, incuſant vt otioſam languidámque moleſtámque eo quòd omni
C varietate careat orationem efficientes. Iam res ipſa oſtendit, dialecticos, qui maximè coniunctionibus opus habent ad connexiones aut diſiunctiones enunciatorum, ita eas vſurpare vt iugo auriga vtitur, & viminibus Vlyſſes ad oues Cyclopis. non enim partem orationis aut compagem iſta vocabula, ſed colligandi inſtrumentum ſignificant, quod ipſa docet appellatio. neque conſtringuntur iis omnia, ſed ea tantùm quæ non dicuntur ſimpliciter. niſi velis etiam lorum oneris, & gluten libri partem eſſe, ac diuiſiones
D pecuniæ partem reip. gerendæ. quomodo Demades dixit, pecuniã quæ populo ex ærario dabatur ad ſpectaculorum vſum, gluten eſſe popularis in repub. ſtatus. Quæ verò cõiunctio ita ex multis vnum facit pronunciatum copulando atque connectẽdo, vt marmor colliquefactum igni ferrum conſtringit? neque tamen marmor ferri pars vel eſt vel dicitur. quãquam id quidem genus res, dum in liquata ſubeunt atque penetrant, & afficiunt & afficiuntur viciſſim. Coniunctio-

nes ſunt qui cenſeant non vnum aliquid efficere, ſed A
eſſe receſſionem tanquam quum ordine aliquot enumerantur qui deinceps magiſtratum geſſerint. Porrò ad reliquas quod attinet orationis partes, pronomen manifeſtò nominis eſt ſpecies. non tantùm quia caſus habet eoſdem: ſed quòd quædam prolata, propriiſſimè id quod antè definitum dicendo fuit, exprimunt. neque video quid amplius dicat qui Socratem quàm 1860
qui nominatim hunc hominem dicat. Quod participium appellatur, mixtum quidpiam è nomine & verbo, ipſum pro ſe nihil eſt, vt neque communia fœmineorum & virilium nomina. conſtruitur ergo cum nomine & cum verbo, temporum ratione verba, caſuum cauſa nomina attingẽs. Dialectici talia vocant ἀνακλάστους, *quaſi ſi refracta aut decerpta diceres*: quia ſcilicet nominum & appellationum vim habent. vt quum militantem pro milite, amantem pro amatore diceres. Præpoſitiones galearum criſtis, & baſibus atque ſubiicibus licet comparare: quòd non verba ſint, ſed circa orationem verſentur. Tu vide ne fruſtis potius fragmentíſque vocabulorum ſimiles ſint: ſicut literarum portiunculis & apicibus ſcribunt qui feſtinant. C
Nam ἐμβῆναι & ἐκβῆναι manifeſtum eſt cõciſa eſſe pro integris ἐντὸς βῆναι, & ἐκτὸς βλῶναι. & προγενέσθαι loco πρότερον γενέσθαι, & καθίζειν pro κατιζάνειν. ſicut haud dubiè etiam λίθους βάλλειν & τοίχους ὀρύττειν feſtinantes orationémque coarctantes dixere λιθοβολεῖν & τοιχωρυχεῖν. Proinde vnumquodque horum vſum orationi aliquẽ præſtat, pars autem & elementum eius non eſt. hoc enim (vt docuimus) ſolis nomini & verbo debetur honoris, quæ primam iſtam cõficiunt iuncturam, in qua verum falſúmve locum habet. quam protaſin alii, alii axioma, Plato logon *ſiue orationem* appellat.

A

1894 # EXCERPTA QVAEDAM è Plutarchi commentario De animæ procreatione apud Platonem in Timæo,

quæ cuiuis potius quàm Plutarcho adſcribi debent.

B *G. XYLANDRO AVGV-ſtano interprete.*

COMMENTARIVS qui inſcribitur De animæ procreatione in Timæo, refert quæ Plato & Platonici magno ſtudio diſputauerint. Introducit etiam geometricas quaſdam proportiones & ſimilitudines, ad animæ contemplationẽ (vt cenſet) ei
C conducentes: nec non muſicas quaſdam & arithmeticas perceptiones. Materiam ait informari ab anima. tribuitque vniuerſo animam, & tribuit vnicuique animali quæ id temperet. animam quodammodo ortus expertem facit, quodammodo obnoxiam ortui. Materiam æternam, & quam deus animæ opera informauerit. Prauitatem eſſe germen materiæ, ne (inquit) deus malorum cauſa putetur. Poſidonius (ait) non longè à materia animam remouit.

Reliqua omiſi. ſunt enim in ipſo libro iiſdem verbis contenta.

A

PLVTARCHI, DE communibus notitiis aduerſus Stoicos, liber.

1945

G. XYLANDRO AVGVſtano interprete.

LAMPRIAS. Te quidem, Diadumene, apparet non admodum curare ſi quis vos philoſophari cõtra communes notitias dicat: quum fatearis te ſenſus etiam contemnere, à quibus ferè pleræque notitiæ oriuntur, fundamentúmque eorum quæ videntur fidem habẽt, cui innitatur. Me autem magnæ (vt mihi videor) & abſurdæ plenum perturbationis ad te venientem, quamprimùm velim ſanes: ſiue id rationibus quibuſdam, ſiue incantationibus, ſiue alio aliquo modo alloquii potes. adeò ſum exagitatus, & animi incertus factus à Stoicis quibuſdam, viris aliàs optimis, atque etiam familiaribus, ſed qui nimis acerbè atque hoſtiliter Academiam inſectarentur. Nam pauca quædam à me verecundè & grauiter (non enim mentiar) dicta, haud placidè reprehenderunt: veteres autem illos iracundè ſophiſtas, & corruptelas euerſoréſque philoſophiæ decretorúmque ordine procedentium appellauerunt: multáque his ineptiora quum pronunciaſſent, tãdem ad notitias prolapſi ſunt, quibus confuſionem direptionémque aiebant quandam ab Academicis inferri. Fuit deinde qui diceret, nõ fortuitò, ſed diuina prouidentia factum eſſe vt Chryſippus poſt Arceſilaum & ante Carneadem naſceretur. quorum ille contumeliarum & iniuriarum in receptam cõſuetudinem autor fuiſſet: hic maximè omnium floruiſſet Academicorum. Chryſippũ itaque in medio horum ſitum, ſuis aduerſus Arceſilaum ſcriptionibus Carneadis quo-

B C D

A que facundiæ aditum obſtruxiſſe, multa quidem ſen-
1946 ſibus veluti ad tolerandam obſidionem relinquentem præſidia:turbam autem de prænotionibus & notitiis planè ſedantem,& ſingulas ita dirigentem ſuóque loco ponentem vt qui rurſum turbare velint res ac vim facere, nihil efficiant, ſed maleficij ac ſophiſticæ temeritatis arguantur. His ego manè ſermonibus incenſus,reſtinguentibus opus habeo,quæ animi dubitationem veluti inflammationem adimant * idem fortaſſis cum vulgo paſſus. * *

B Si verò tibi poetæ fidem faciunt, qui priſcam Sipylum aiunt deorum prouidentia ſubuerſam Tantalum punientium: crede etiam ſociis à Stoa, Chryſippum non fortuitò, ſed prouidentiæ ductu à natura editum, ima ſummis mutare & retrò auertere vitæ rationes volente:ad quam rem nemo hominum fuit magis Chryſippo idoneus. Sed ſicut Cato aiebat neminem alium præter Cæſarem ſobrium & prudentem ad rempub.turbandarum rerum cauſa acceſſiſſe: ita
C videtur hic homo ſumma cum accuratione & vi ſubuertere & demoliri conſuetudinem, quantum quidem potuit. idque teſtantur qui eum prædicāt, quando de pſeudomeno *ſeu mentiente (eſt id dialecticarum argutiarum de numero)* contra eum diſputant. Etenim, amice, connexum quod fit ex oppoſitis dicere non promptè falſum eſſe: rurſúmque affirmare quaſdam ratiocinationes quarum adſumpta vera ſint, & ductus veri, etiam porrò contrarias concluſiones habere veras: quámne demonſtrationis notionem, aut
D quam fidei non inuertit præſumptionem? Polypum aiunt hyeme ſua vorare acetabula. Chryſippi autem dialectica,potiſſimas partes ac principia ſua tollēs atque amputans,quam tandem aliam notitiam non fecit falſitatis ſuſpectam? Non enim poſſunt quæ ſu-
1947 perſtruuntur conſtare, fundamentis iam pridem non ſubſiſtentibus. ſicut hîc prima tot dubitationibus & tumultibus exagitantur. Sed quemadmodum qui lutum aut puluerem in corporis ſuperficie habent, tangentem ipſos & corpus conferentem non mouere,ſed

adiicere id quod exaſperet, vidétur:ſic nonnulli Academicos culpant, putántque eos cauſas præbere quibus ſeipſos oſtendunt oppletos. Nã vtri tandem communes notiones magis peruertunt? Si verò placet, omiſſa illorũ accuſatione ea defendem' quæ nobis vitio vertũt. LAMP. Ego mihi videor, Diadumene, hodie varius quidã & verſatilis homo factus. Modò defenſione à me poſtulata, animo demiſſo & trepidè prouinciam accepi. nunc ad accuſationem alius accedo, volóque eandem rem iſtis obiiciens vltione perfrui. cernens philoſophiæ quæ contra notiones communes inſtituitur, vnde maximè ſectæ, ſicut in ana * putant, & ſolam conſentire naturæ aiunt. An ergo primùm communia illa & celebrata aggredi libet, quæ ipſi abſurditati leuius nomen imponentes paradoxa, *hoc eſt admirabilia & contra opinionem*, appellant? eos inquã qui iis ſoli reges, ſoli diuites, pulchri, ciues, & iudices ſunt. aut his in forum obſoletorum & frigidorum dimiſſis, in maximè quãtum fieri poteſt feriis, & cum induſtria ab iis diſputatis doctrinam eorum examinabimus. DIAD. Ipſe quidem hoc malo. quis enim non iam plenus eſt argumentorum quibus illa refellũtur? LAMP. Id ergo primùm perpende, an ſecũdũ communes notitias cum natura conſentire poſſint ii qui ſecundum naturam cenſent res quaſdam indifferentes: (*adiaphora ipſi vocant*) & neque ſanitatem, neque firmam corporis conſtitutionem, neque pulchritudinem, neque robur putant expetenda, commoda, vtilia, & ad complendam quæ naturæ cõuenit perfectionem facientia eſſe: neque rurſum fugienda & damnoſa eſſe mutilationes, dolores, deformitates, morbos, à quibus ipſi aiunt naturam nos partim alienos reddere, partim ad ea accõmodatos. Quod ipſum nõ mediocriter communibus repugnat notitiis. ſcilicet à natura nos accommodari ad ea quæ neque bona ſunt neque vtilia, & abalienari ab his quæ neque mala ſunt neque damnoſa. &, quod maius eſt, in vtrãque partẽ ita agere hoc vt qui illa nõ adipiſcãtur, aut in hoc incidãt, bona cum ratione vitam deteſtentur,

A B C D 1948

A ac ea ſeſe educant. Etiam hoc arbitror cōtra commu
nes notitias ab iis dictum,ipſam naturam eſſe indiffe-
rentem,ſummum autem bonum eſſe cum natura cō-
ſentire.Nam neque legi obtemperare,neque fidem o-
rationi adhibere officium iubet,niſi vtrunque probū
ſit & ſcitum.Atque hoc quidem leuius eſt. Si verò,vt
Chryſippus in primo De exhortatione ſcripſit,ſecun-
dum ſolam virtutem licet feliciter viuere, reliquis(vt
ipſe ait) nihil ad nos pertinentibus, neque adiumen-
tum ad felicitatem adferentibus: non modò indiffe-
B rens iam erit natura, ſed fatua etiam & ſtupida, quæ
nos rebus ad nos nihil pertinentibus accommodet.
ſtulti etiam nos qui felicitatem definiamus cōſenſum
cum natura, ducente nos ad ea quæ nihil ad beatita-
tem conducunt.Enimuerò quid magis poteſt cōgrue-
re communibus notitiis,quàm vt expetendis rebus
ad vtiliter viuendū ducimur,ſic quæ naturæ ſunt con-
uenientia, ab his nos ad viuēdum ſecundum naturam
duci? Stoici autem non ſic loquuntur: ſed quum pro
fine poſuerint viuere ſecundum naturam,ea quæ ſunt
C ſecundum naturam, indifferentia eſſe ſtatuunt. Non
minus repugnat communibus hoc notitiis, ſanæ mē-
tis hominem erga bona æqualia nō æqualiter eſſe ad-
fectum:ſed alia nullius pretij iudicare, aliorum gratia
quidvis toleraturum, quantumvis inter ipſa bona ni-
hil magnitudinis paruitatiſve cauſa interſit. Aiunt e-
nim idem eſſe à vetula ſeſe abſtinere iam moribunda,
& ab ea quæ ſit ætate integra muliere. vtrobiq; enim
officium temperantiæ præſtari: ſed propter hoc, vt
1949 ſplendidum & magnum,vel mortem eſſe oppetēdam:
D de illo iactare ſe,turpe eſſe & ridiculū. Scribit etiam
Chryſippus in commētario De Ioue, & libro De diis
tertio,frigidum eſſe,abſurdum, & inſolens huiuſmo-
di virtutis effecta laudare, quòd muſcæ morſum for-
titer pertulerit,quòd caſtè ſe abſtinuerit à moribun-
da vetula. Nónne ergo contra communem philo-
ſophantur notitiam, dum nihil pulchrius fatentur
eſſe his actionibus quas laudare ipſos pudet? Quî e-
nim expetendum, qui admittendum ſit, quod neque

laude neque admiratione dignum eſt, quod qui lau- A
det vel admiretur, pro inepto & frigido habeatur?
Amplius verò,ni fallor, tibi contra communem hoc
videbitur ſenſum, ſi prudenti audias neque præſen-
tiam neque abſentiam maximorum bonorum curæ
eſſe:ſed qualis eſt in rebus indifferentibus,earúmque
tractatione & diſpẽſatione,talem etiam hæc eſſe. Ni-
mirum enim omnes

Quicunque terræ munere veſcimur,

cuius præſentis vſus eſt, & abſentis indigentia atque
deſiderium,id expetendum,bonum, atque vtile iudi- B
camus. cuius rei autem gratia nemo vel ioci aut dele-
ctationis cauſa quicquam agat, id indifferens. Nam
haud alia ratione laborum ſtudioſum ab eo qui ma-
nibus rebus induſtriam impendit diſtinguimus, ipſo
quoque plerunq; rebus agẽdis occupato,quàm quòd
hic in inutilibus elaborat & indifferenter,hic propter
aliquod commodum & vtilitatem. Stoici contrá. Sa-
piens enim ipſis & prudens in multis memoriis &
comprehenſionibus verſans,paucas ad ſe ſpectare ſen
tit,cæteras non curat: neque amplius minúſve ad ſe C
redire putat ſi recordetur nuper ſe aliquid compre-
hendiſſe,quàm ſi memoria reuoluat ſternutaſſe Dio-
nem,aut Theonẽ pila luſiſſe. Atqui omnis perceptio
in ſapiente & memoria iactis radicibus confirmata,
ſtatim ſcientia bonúmque magnum & maximum eſt.
Ergóne itidem ſanitate deficiente,ſenſus inſtrumento
aliquo laborante,re amiſſa abſque cura erit, nihilque 1950
horum ad ſe pertinere putabit ſapiens? Aut potius
ægrotans medicis mercedem perſoluet,pecuniæ com-
parandæ cauſa ad Leuconem ibit Boſporanorum re- D
gulum, & ad Indathyrſum Scytham peregrinabitur,
vt ait Chryſippus: quibuſdam verò ſenſibus amiſſis,
ne viuere quidem ſuſtinebit? Quî ergo inficias ire
poſſunt, ſe contra communes notitias philoſophari,
tantum occupationis & ſtudii in res indifferentes
quum conferant, bonis magnis vel præſentibus vel
abſentibus eodem in vtranque partem modo indif-
ferenter ſint adfecti. Enimuerò hoc etiam commu-

A nibus repugnat notionibus, homo qui ſit, eum non gaudere ſi è maximis malis in ſumma bona perueniat. Atqui hoc accidit Stoico ſapiēti. Nā è ſumma vitioſitate in ſummam mutatus virtutem, ſimúlque & miſerrima liberatus vita, & beatiſſimam adeptus, nullum præ ſe fert gaudium, neque animum eius erigit aut mouet tanta mutatio, omni infelicitate & vitio ſolutum, ínque certo & tuto omnium bonorum cumulo conſtitutum, eóque perfectiſſimo. Nimirum hoc communi repugnat notitiæ, bonorum omnium
B eſſe maximum certitudinem erroris ſecuram in iudicando & affirmando: ea verò nihil opus eſſe huic qui ad ſummum profecerit, neque curare eum ſi ipſa potiatur, ac ſæpe ne digitum quidem porrigere huius ſecuritatis & conſtantiæ cauſa, quam bonum interim perfectum & magnum ipſi cenſent. Neque hæc ſolùm Stoici dicunt, ſed hoc præterea, temporis acceſſione bonum non augeri. nam ſiquis momēto horæ ſapiens fuerit, quod ad felicitatem attinet, nihilo deteriore conditione futurum quàm eum qui
C per omnem ætatem virtutem coluerit, ínque ea beatè vitam exegerit. Hæc illi ita audacter adſeuerantes, ab altera parte aiunt nihil prodeſſe virtutem paruo contentam tempore. quid enim ſi ſtatim naufragio periturus aut præcipitio prudentiam nanciſcatur? quid
1951 ſi Lichas ab Hercule tanquam è funda in mare proiectus de vitio in virtutem tranſiiſſet? Hæc iam non tantùm contra communes ſententias philoſophantium ſunt, ſed ſuas etiam confundentium: quum perexiguum tempus virtute præditum eſſe ſimul ſum-
D mam æquare felicitatem cenſeant, & rem nullo dignam pretio. Neque hoc maximum eorum eſt quæ in Stoicorum doctrina poſſint mira videri: ſed quòd virtutem & beatitatem præſentem ſæpe ab eo cui adſunt non ſentiri opinantur: neque animaduertere eum quòd paulo antè miſerrimus & ſtultiſſimus qui fuiſſet, nunc ſubitò ſapiens beatúſque factus eſt. Non enim id duntaxat ludicrum eſt dicere, eum qui ſapientia ſit præditus, non intelligere ſe ſapere,

& emerſiſſe ex inſipientia:ſed, vt vniuerſè dicam, bo- A
num illi faciunt momenti & virium expers,quum ho
mini accidens nullum ſui ſenſum præbeat.Nam de i-
pſorum ſententia bonum ſuapte natura ſenſum non
ſubterfugit:quum in diſputatione de Fine diſertis ver-
bis Chryſippus dicat,bonum ſenſile eſſe , idque etiam
abs ſe demonſtrari putet.Reliquum eſt igitur, imbe-
cillitate & exiguitate ſui ſubterfugere id ſenſum,quã-
do præſens latet & poſſidentes fallit. Porrò autem ab-
ſurdum eſt viſum,qui leuiter aut mediocriter alba ſen
tiat,non aſſequi quæ extremè alba ſunt: aut tactũ quo B
molliter & remiſſè calida ſentiuntur, ſtupere ad ſen-
ſum valdè calidorum.abſurdius autem,ſi quis id quod
communiter ſecundum naturam eſt percipiẽs, vt ſunt
ſanitas & bona corporis habitudo , ignoret præſentẽ
virtutem,quam illi ſummè & maximè aiunt eſſe ſecũ
dum naturam.Quo enim modo non ſit cõtra naturã,
ſanitatis & morbi diſcrimen percipi,itémque ſapien-
tiæ & ſtultitiæ:interim tamen te hanc ſublatam puta-
re adeſſe adhuc,illam verò nactum id ignorare? Quo-
niam verò è ſummo profectu in felicitatem & virtu- C
tem ſit mutatio, alterum horũ ſit oportet, vt vel pro-
fectus iſte vitium & infelicitas non ſit,aut nõ multum
diſtet à vitio virtus, à miſeria beatitas , ſed planè exi- 1952
guum & ſenſum effugiens ſit bonorum à malis diſcri-
men. quî enim ipſos falleret, eſſe ipſos horum loco
illa adeptos? Quando itaque nihil de his pro qui-
bus propugnant concedere volunt, ſed omnia in
confeſſo ponunt: Eos qui ad virtutem proficiunt,eſ
ſe ſtultos ac vitioſos : qui boni & ſapientes fiant,
hanc mutationem non animaduertere : magnum diſ- D
crimen eſſe inter ſtultitiam & ſapientiam : nonne ti-
bi videntur mirificè conſenſum ſuorum tueri decre-
torum? Multo magis eorum inconſtantiam ipſis in
rebus obſerues,quando omnes æqualiter malos,iniu-
ſtos, infideles, ſtultos pronunciantes, qui non ſint ſa-
pientes: rurſum alios horum auerſantur & pro impu-
ris habent,quoſdam etiam facti obuiam non dignan-
tur compellare: aliis pecuniam credunt, magiſtratus

A committunt,filias elocant. Quæ ſi ioco iſti faciũt,deponant ſupercilium:ſi ſeriò & vt philoſophantes, iam hoc communibus repugnat notitiis, Omnes homines eodem pacto vituperare,aliis autem vt mediocribus vti,aliis tanquam peſſimis:& Chryſippum nimio cum ſtupore admirari,Alexinum deridere,nihilominus vnum altero inſaniorem non cenſentes. At verò,inquiunt,res ita planè habet.Nam ſicut is qui cubitum à maris ſuperficie diſtans non minus ſuffocatur quàm qui ad vlnas 10 demerſus eſt: ita qui ad vir
B tutem accedunt, non minus ſunt in vitio quàm qui abſunt ab ea procul. & ſicut cæci ſunt, etiamſi paulo pòſt eſſent viſum recuperaturi : ita qui progreſſus faciunt ad virtutem,antequam ea potiantur,ſtulti & vitioſi permanent. At enim proficientes ad virtutem nõ eſſe cæcorum,ſed obtuſis videntium ſimiles,neque ſuffocatorum ſed natantium, ídque prope portum, ipſi ſuis factis teſtatum reddiderunt.Neque enim vſui fuiſſent conſiliariis,imperatoribus,legumlatoribus, tan-
1953 quam cæci ductoribus,neque imitati fuiſſent facta,a-
C ctiones,orationes,vitas quorundam:ſi omnes eodem modo ſuffocatos à ſtultitia & vitioſitate vidiſſent. Sed hoc omiſſo,mecum mirare iſtos homines hac in re, quòd ne ſuis quidem ipſorum exemplis docẽtur miſſos facere iſtos qui ſapientes de ſtultis fiãt: neque hoc ſentiant,aut animaduertant ſe ſuffocari deſinere,& lucem videre, ac ſupra dementiam emerſos reſpirare. Sed & hoc contra communem ſenſum eſt, hominem cui omnia adſunt bona,nihilque ad felicitatem & beatitatem deeſt,ei conuenire vt vitam proiiciat. Multo
D magis id,Cui nihil eſt boni aut erit,aduerſa omnia & difficilia ac mala,& perpetuò adfutura:huic non conuenire vt vitam repudiet, niſi quid ei ab indifferentibus accidat. Hæ leges in Stoa ferũtur,multóſque ſapientes ad necem ſibi ipſis inferendam impellunt,ſcilicet melius à morte vſuros ſua felicitate.Atqui ſapiens illorũ fortunatus eſt,beatus, feliciſſimus,tutus, extra pericula conſtitutus:vitioſus ille & ſtultus, plénus, vt ſic dicam,flagitiorum,& quem quo ponas non ſit lo-

cus.& tamen his permanſionem in vita,illis diſceſſio- A
nem putant conuenire.Probabiliter autẽ dixit Chry-
ſippus,Non enim bonis & malis,ſed iis quæ ſecundũ
naturam ſunt,metiri debemus vitam. Hoc illi modo
tutantur conſuetudinem,& aduerſus communes phi-
loſophantur notiones. Quid ais tandem? Non debet
conſiderare

Aedibus in propriis bona quæ ſint,quidve mali ſit,

qui de vita vel morte deliberationem iniuit?neque tã-
quã in trutina examinare in vtrã partẽ res ipſius plu-
ra habeant momẽta? ſed ex his quæ neque vtilia ſunt B
neq; damnoſa,ratiocinari viuendúmne ſit an moriẽ
dũ?ac ſequi huiuſmodi principia & ſentẽtias,quæ vitã
omnium rerum fugiendarum plenam deligendam,fu- 1954
giendam quæ nullo bonorum caret iubeant? Enim-
uerò,amice,à ratione alienum eſt fugere vitam cui ni
hil adeſt mali:alienius,dimittere bonum,ſiquis nõ po-
tiatur indifferentibus.quod iſti faciunt,præſentem fe-
licitatem virtutémque prodentes propterea quòd ſa-
nitate aut incolumitate careant. C

Hic mentem Glauco Saturnius abſtulit omnem,

quũ eſſet in permutatione daturus arma pro æreis au
rea,& decuplo atque amplius meliora. Et tamẽ ærea
arma nõ minus quàm aurea ad pugnæ vſus apta erãt:
pulchritudo & ſanitas Stoicis nullũ vſum,nullũ ad fe
licitatẽ conferunt emolumentũ: & tamen illi ſanitatẽ
ſapientia redimũt. aiũt enim Heracleto & Pherecydi
cõuenturũ fuiſſe,ſi res tuliſſet vt virtute ac ſapiẽtia di
miſſis finẽ aquæ intercutis & morbi pedicularis mer
carentur.Quúmque Circe duo vſurpet venena, quo- D
rum vnum ſtultos de prudentibus,alterum prudentes
de ſtultis redigit * Vlyſſem bibere ſtultitiæ potius
poculum,quàm tranſire in beſtiæ formam,præditum
ſapientia , & nimirum ſimul etiam felicitate. Atque •
hæc aiunt ipſam dictare & hortari ſapientiam : Miſ-
ſam me fac,nec rationem habe pereuntis , & in aſini
faciem diſcedentis.Nimirum,diceret non nemo,aſini
eſt quæ hoc ſuadet ſapientia,quando ſapere & felici-
tate frui bonum eſt,aſini circumferre faciem,indiffe-

A rens. Gentem aiunt eſſe Æthiopum vbi canis regnet, réxque appelletur, & ſacris ac honoribus colatur regiis: viri autem obeant principum & magiſtratuũ munia. Nonne res etiam apud Stoicos ſimiliter habet?
1955 Certè nomen boni & ſpecies virtuti adeſt, ſolámque eam expetendam, vtilem, conducibilem appellant. interim ea agunt commentantúrque, ita viuunt & moriuntur, ſicut præcipitur à rebus indifferentibus. Et quidem canem illum nemo Æthiopum interficit, ſed
B dignitate ornatus & veneratione cultus ſedet: iſti virtutem ſuam perdunt atque corrumpũt, ſanitatem aut opes vt conſequantur. Ne de his plura dicam videtur ipſa nos coronis hortari quam Chryſippus ſuis decretis impoſuit. Nam quum in natura ſint bona, mala, & neutra, ſiue indifferentia: nemo hominum eſt qui non malit bonum habere quàm indifferens aut malũ. Sed & deos in teſtimonium vocamus, votis ab iis petentes priore quidem loco poſſeſſionem bonorum, poſteriore malorum fugam: id quod neque bonum eſt neque malum, loco boni nolentes habere, loco mali
C volentes. At ille ordinem inuertens, ipſámque mutans naturam, ex vltimo loco medium in extremum collocat, extremo in medium traducto: ſicut tyranni ſolent priorem in conſeſſu locum malis tribuere. ac lege lata iubet primò ſectari bona, deinde mala, poſtremò id deterrimum iudicare quod neque bonum ſit neque malum. perinde faciens ac ſi quis proximè poſt cæleſtia inferos ponat, terra & terreſtribus in tartarum reiectis,

Quà procul hinc ima ſtat ſub tellure barathrum.

D Ergo quum dixiſſet in tertio De natura, Expedire ſtulto vitam, etſi nũquam eſſet conſequuturus intelligentiam: hæc verba ſubiungit: Talia enim bona ſunt hominibus, vt quodammodo etiam mala cæteris medio loco antecedant. Non autem hæc præcedunt, ſed ratio quæ efficit viuendum eſſe potius, etiam ſi ſimus ſtulti: ergo etiam ſi iniuſti, flagitioſi, diis inuiſi, infelices. nihil enim horum abeſt à ſtultę viuentibus. Ergo conuenit miſerè potius viuere, quàm non viuere miſerè,

& præſtat lædi quàm non lædi, iniuſtum eſſe quàm A
non eſſe iniuſtum, leges violare quàm non violare?
hoc eſt, conuenit non conuenientia facere, & officij
eſt viuere etiam contra officium? Sanè eſt enim peius,
ratione & ſenſu carere, quàm ſtultum eſſe. Quid er-
go in mentem eis venit vt malum eſſe non fateantur
quod malo eſt peius? cur ſolam aiunt fugiendam eſſe
ſtultitiam, ſi non minus, ſed magis etiam conueniens
eſt fugere eam affectionē quæ ſtultitiæ non eſt capax?
Sed quis de hoc queratur, memor eorum quæ in ſe-
cundo De natura ille ſcripſit, pronuncians, haud inu- B
tiliter rebus vniuerſis malum exſtitiſſe? Et meretur
hoc res, vt decretum illud ipſius verbis proponam:
quo intelligas qui Xenocratem & Speuſippum incu-
ſant, quia ſanitatem negauerint eſſe è cenſu indifferen
tium, neque diuitias de inutilium numero, ipſi quo
loco vitioſitatem ponant, & quid de ea loquantur. Ma
lum, inquit, ſuo termino à reliquis diſtinguitur acci-
dentibus. Exſiſtit enim ipſum quodammodo ſecun-
dum naturæ rationem, & (vt ſic dicam) non inutiliter
reſpectu vniuerſarum rerum. alioqui enim ne bonum
quidem poterat ſubſiſtere. Ergo diis boni nihil eſt, C
quando nihil mali? & quum Iupiter totam in ſeipſum
retexens materiam vnicus fiet abolitis reliquis diffe-
rentiis, bonum tunc nullum erit, quia nihil aderit ma
li? Enimuerò chorus concinere poteſt, nemine vitioſè
canente: & corpus ſanum eſt, nullo membro ægrotan
te: virtus autem abſque vitio exſiſtere nequit? ſed ni-
mirum ſicut quorundam medicamentorum faculta-
tibus virus ſerpētis aut fel hyænæ admiſcere oportet:
ita ad Socratis iuſtitiam requirebatur neceſſariò ali- D
cuius mali adiūctio, vtpote malitia Meliti, & Cleonis
petulātia ad Periclis probitatem? & quomodo Iupi-
ter potuiſſet gignere Herculem ac Lycurgum, ſi non
Sardanapalum quoque & Phalaridem nobis creaſſet? 1957
Tempus iam eſt vt dicant tabem quoque hominum
ad firmam corporis affectionem conducere, & poda-
gram ad velocitatem. Quid enim differunt à talia nu-
gantibus, qui dicunt non inutiliter ad continen-

A tiam exſtitiſſe intemperantiam,& iniuſtitiam ad iuſti-
tiam? ſcilicet deos comprecemur vt ſemper ſint per-
uerſitas,

Fallaces mores,blanda & mendacia verba:

ſi quidem his ſublatis, vnà euaneſcet & interibit vir-
tus,Mauíſne pernoſcere ſuauiſſimam eius facundiam,
politámq; perſuadēdi vim? Sicut enim,inquit,comœ-
diæ inſcriptiones ferunt ridiculas, quæ pro ſe nullius
pretii,toti poemati tamen aliquid venuſtatis addunt:
ita ipſum quidem pro ſe vitium vituperaueris,ad alias
B res inutile non eſt. Primùm vitium Dei prouidentiā
exſtitiſſe,ſicut voluntate poetæ malum epigramma fa-
ctum eſt,tantum abſurdi habet vt abſurdius cogitari
poſſit nihil. Nam hoc dato, quî magis bonorū quàm
malorū datores erunt dii? quomodo inuiſum erit diis
flagitium? quid habebimus quod malè ominatis hiſce
dictis opponamus:

Cauſam mortalibus creat aliquam Deus,
Quum familiam vult quandam adfligere funditus.

&

C *In litem ſuperûm quis tandem compulit iſtos?*

Deinde malum epigramma comœdiam ornat, & ad
finem conſequendum adiuuat,poeta ſpectatoribus ri-
ſum mouere vel lepidum proponere aliquid cupiente:
At patrius ille & ſupremus ac iuſtitiæ præſes Iupiter,
optimúſque(vt eum Pindarus nominat) artifex, non
ſcilicet drama aliquod magnum & varium multipli-
cíve cognitioni ſeruiens mundum fabricans, ſed vrbē
diis hominibúſque communem in quo vnà vitam exi-
D gerent iuſtitia & virtute ducibus concorditer ac feli-
citer:quorſum ad pulcherrimum hunc finem opus hā-
buit latronibus,homicidis,parricidis,tyrannis? Non
enim iucūdum Deo exordium aut elegans fuit vitio-
ſitas,quæ rebus humanis non facetias aut riſum, ſed
1958 ſcurrilitatem iniuſtitiámque intulit, propter quæ ne
ſomnium quidem decantatæ illius cum natura con-
ſenſionis videre licet.Præterea ineptum illud epigram-
ma perexigua eſt comœdiæ particula,ínque ea mini-
mum planè locum occupat:ac neque abundant talia,

neque eorum quæ rectè facta videntur cuiquam offi- A
ciunt, aut venuſtatem eius corrumpunt. At vitiis re-
pleta ſunt omnia, totáque vita ſtatim à primordio fa-
bulæ vſque ad coronidem decor- m non ſeruans, aber
rans à recto curſu, conturbata, nullam partem habens
puram, aut reprehenſionis immunem, vt ipſi dicunt,
omnium eſt dramatum turpiſſimum & iniucundiſſi-
mum. Quare libenter ex ipſo quæſiuerim, ad quam tã
dem rem vitioſitas vniuerſis rebus ſit vtilis. Non qui-
dem ad cæleſtia, & quæ ſunt diuinæ naturæ. ridiculũ
enim ſit, ſi vitiis inter homines non obortis neque ex- B
ſtantibus, (auaritiam puta, mendacia, rapinas, calu-
mnias, cædes) non fuiſſe ſolem dicamus ſuum cõfectu
rum curſum, mundúmque ſtatis temporum & tempe-
ſtatum circuitibus vſurum, terram in medio mundi
ſitam ventorum & pluuiatum materiem emiſſuram.
Reſtat, nobis & rebus noſtris vtiliter vitia exſtitiſſe:
atque id fortaſſe intelligi Stoici volunt. Saniorés ne er
go ſumus, ſi vitioſi ſumus? aut maiorem copiã rerum
neceſſariarum adipiſcimur? aut ad pulchritudinem ro
búrve nobis conducunt vitia? Negant. * Si autem
telluris nomen duntaxat eſt, & opinio ſomnio conce- C
pta pernoctantium ſophiſtarum, non ſicut vitium o-
mnibus ſuperiacet, & omnibus conſpicuũ nullius vt
inutilis partem capere, minimè autem virtutis, dii bo-
ni, ob quam nati ſumus. Proinde non indignum hoc
ſit, agricolæ & gubernatori & aurigæ quæ vtilia ſunt,
conducere ad finem ei propoſitum: id autem quod à
deo ad virtutem eſt factum, amiſiſſe & perdidiſſe ſuã
virtutem. Sed fortaſſe tempus eſt nunc omiſſo hoc ad
alia nos conuertere. Diad. Nequaquam, amice, 1959
mei gratia. cupio enim audire quo modo Stoici mala D
bonis, & vitia virtutibus prius introducãt. Lamp.
Nimirum, mi ſodalis. res enim cognitu digna eſt. Mul
ta quidem balbutiunt: tandem verò prudentiam, quæ
ſit bonorum & malorũ ſcientia * & omnino tol-
li dicunt. Vt autem vera ſunt, fieri non poſſe quin &
falſa quædam eodem ſint modo: ſicut par eſt quum bo
na ſint, eſſe etiam mala. Verùm hoc quidem nõ ineptè

A dictum eſt. Alterum etiam puto mihi quoque nõ eſſe
ignotum. Video enim diſcrimen cur quod non vetum
eſt, ſtatim falſum ſit: non illicò etiam malum, quod bo
num non eſt. Vnde fit vt inter vera & falſa nihil ſit me
dium: inter bona & mala interuenit indifferẽs, neque
neceſſe eſt hæc cum illis eodem modo habere. nam po
teſt bonum tribui naturæ, etiamſi nullum malum po-
natur, ſed id modò quod neque bonum ſit neque ma-
lum. DIAD. Ad priorem rationẽ ſi quid à vobis di-
citur, audiendum eſt. LAMP. Multa quidem dicun
B tur: ſed in præſentia tantùm neceſſariis vtemur. Initiò
igitur ſtultum eſt opinari prudentiæ cauſa bona & ma
la exſiſtere. Exſtantibus enim iã bonis & malis, ſuper-
uenit prudentia ſicut medicina ſalubribus iã & inſalu
bribus ſubiectis. Nã bona & mala non propterea ex-
ſtãt vt fiat prudẽtia: ſed quaten' mala & bona iã ſubſi
ſtentia diiudicamus, vocatur prudentia. ſicut viſus eſt
alborum & nigrorum ſenſio, non in hoc factorum vt
nos viſum habeamus: ſed nobis contrà ad hæc iudican
da viſu indigentibus. Deinde quando mundus de ſen-
C tentia ipſorum conflagrauerit, malum quidem nul-
lum prorſus ſupererit, & vniuerſum prudens tamen
erit atque ſapiens. Eſt ergo prudentia etiam ſi malum
non ſit: neque neceſſe eſt vt ſi prudentia ſit, malum e-
tiam exſtet. Iam ſi omnino oportet prudentiam eſſe
bonorum malorúmque ſcientiam: quid incommodi
1960 eſt ſi malis ſublatis nulla relinquatur prudentia? locó-
que eius aliam acquiramus virtutem, quæ non bono-
rum & malorum, ſed duntaxat bonorum ſit ſcien-
tia. quemadmodum ſi de coloribus niger omnino in-
teriret, & contenderet iam aliquis viſum quoque pe-
riiſſe, vtpote qui non ſit alborum & nigrorum ſen-
ſus: quid obſtaret quin ei reſponderemus: Nihil mali
eſt ſi quem tu dicis viſum non habemus, alio inſtru-
cti ſenſu & vi, qua alba & non alba apprehendimus?
Ego enim neque guſtatum inanem puto fore amaris
deficiẽtibus, neque tactum dolore ſublato, neque pru
dentiam malo non exſtante: ſed & iſtos manſuros ſen
ſus dulcia & non dulcia, grata & aduerſa percipien-
tes,

tes, & prudentiam bonorum ac non bonorum ſcientiam nihilominus futuram. Quibus videtur ſecus, ii nomen tollant licet, rem nobis relinquant. Præterea quid impedit quo minus malum intelligentia percipi poſſit, bona etiam ſubſiſtant? ſicut, puto, diis adeſt ſanitas, quid febris ſit aut pleuritis intelligunt. quando nos etiam quibus omnium malorum copia obtigit, bonum nullum, vt ipſi aiunt: tamen non deſtituimur cognitione horum, ſed ſentimus quid prudentia, quid bonum ſit, quid felicitas. Atque adeò mirum eſt, virtutis abſentis eſſe tamen qui nos comprehenſione aliqua inſtruant qualis ea ſit: malum, niſi extiterit, quale ſit intelligi nequire. Vides enim quid perſuadere nobis velint qui contra communes notiones philoſophantur: ſtultitia nos prudentiam comprehendere, à prudentia ſine ſtultitia ne ipſam quidem ſtultitiam percipi poſſe. Quod ſi omnino ortu mali opus fuit naturæ, vnum aliquod vitii exemplum atque alterum ſufficere poterat: immò ſi vis, decem, mille, vel CCIƆƆ vitioſos finge debuiſſe naſci: non vtique tantam vitiorum exſiſtere multitudinem, quæ arenæ, pulueris, & pennarum quibus variæ volucres diſtinguuntur numerum ſuperaret: nullũ interim virtutis vel ſomniũ. Qui Spartæ phiditiis præerant, vnum aut tres helotas meri plenos & ebrios producebant, vt adoleſcentibus demonſtrato quid rei eſſet ebrietas, ad temperantiam ſeruandam eos condocefacerent. In vita autẽ plurima ſunt huius vitij exempla. nemo enim ad virtutem ſobriè ſe confert: ſed vagamur omnes, turpiter agentes & miſerè viuentes. ita ratio nos inebriat, adeóque conturbat & dementat. ſimileſque ſumus canum Æſopi, quæ quum in mari natare quaſdam viderent pelles, conatæ ſunt illud ebibere, priúſque crepuerunt quàm pelles apprehenderent. Etenim nos quoque doctrina, ſperantes opera eius ad virtutem & felicitatem peruenturos, priuſquam eò accedamus peſſundat, multo mero amarę vitioſitatis antè oppletos. Siquidem etiam iis qui ad ſummum profecerunt, nulla eſt (vt ipſi dicũt) alleuatio, nulla remiſſio, nulla reſpiratio à ſtul-

A B C 1961 D

A titia & infelicitate. Cæterùm qui vitioſitatem non inutiliter ait exſtitiſſe, videamus deinceps qualem eam rem, & cui vſui oſtendat eſſe ea prædito: quum in cõmẽtario De perfectis officiis ſcribat, Vitioſum hominem nulla re opus habere, nulla indigere, nullam ei eſſe vſui, nihil proprium, nihil accommodatum aut aptum. Quomodo ergo vtilis eſt vitioſitas, cum qua neque bona valetudo prodeſt, neque diuitiæ, neque profectus? non indiget autem aliquis eorum quorum
B alia ſunt præpoſita & parabilia, atque adeò perutilia, alia ſecundum naturam, vt ipſi appellant. Ergóne his nemo opus habet niſi ſapiens? ita ne ſapiens quidem vt fiat opus habet vitioſus. Hac ratione non ſitient aut eſurient homines antè quàm ſapientes fiant: ſitientes autem aqua opus non habebunt, non pane eſurientes: hoſpitibúſque erunt ſimiles, qui tantum ignem & tectum requirerent. ita hoſpitio & chlæna non habebat opus is qui dixit,

Chlamydem cedo Hipponacti. nam valde algeo.

1962 ſed vis admirabile aliquid, ſubtile ac peculiare aliquid
C dicere. Dic ſapientem nulla re opus habere, nullius indigere. ille fortunatus eſt, ille nullius rei indigus, ſibi ſufficiens, beatus, perfectus. Quæ verò iſta eſt vertigo, eũ cui nihil deeſt, opus habere ſuis bonis: vitioſum autem carere quidem multis, indigere nulla re. hoc enim dicit Chryſippus, nõ indigere ſed carere vitioſos: teſſerarum in morem hac illac communes notiones iactans. Etenim omnes homines egere prius eſſe quàm non egere ſentiunt: exiſtimantes eum qui eget rebus non in promptu ſitis aut paratu facilibus,
D indigere. Cornibus quidem & alis nemo hominum caret, quia ne indiget quidem iis. armis carere eos, & & pecunia, & veſte dicimus, qui his, quum vſus erat, deſtituuntur. Sed Stoici adeò cupiunt ſemper aliquid contra communes notitias dixiſſe videri, vt nouitatis cauſa ſæpe à ſeipſis deſciſcant, velut hæc. Conſidera verò illud paulo attentius, quod ipſum quoque vnum eſt de enunciatis contra notitias, Neminem vitioſum percipere quicquam vtilitatis. Atqui multi inſti-

tutione proficiunt, multi ſeruientes liberantur, obſeſſi A eximuntur, mutilati manu ducuntur, ægrotantes ſanantur. At nihil ad eos inde redit vtilitatis, inquiunt, neque beneficiis adficiuntur, neque habent benefactores, neque eos negligunt vitioſi. Ergo vitioſi non ſunt ingrati. At neque ſapientes ingrati ſunt. Nulla itaque eſt ingratitudo, quum neque defraudent gratia boni debita, neque de vitioſis bene mereri liceat. Ad hæc vide quid reſpondeant. Gratiam aiunt in medias res tendere: & prodeſſe ac vtilitatem percipere, ſapientum eſſe, gratiam etiam ad vitioſos pertingere. B Ergo qui gratiæ ſunt participes, ab vſu excluduntur? quò gratia pertingit, ibi nihil vtile eſt, nihil adaptatum? quid verò aliud facit officio vt ineatur gratia, quàm quòd qui præſtitit opus habenti, in aliqua 1963 re profuit? Verùm hæc mittamus. Veneranda autem illa Stoicorum Vtilitas quid tandem rei eſt, quàm vt magnum aliquid, ſapientibus eximiam ſeruantes, ne nomen quidem eius vitioſis permittunt? Si, aiunt, vnus ſapiens digitum prudenter quoquo modo porrigat, omnes toto orbe terrarum ſapientes emolumentum inde capiunt. C Hoc opus eſt vtilitatis Stoicæ, huc communicatis commodis virtutes ſapientum deſinunt. Delirauerunt ergo Ariſtoteles, & Xenocrates, commodari nobis à diis, à parentibus, à præceptoribus fati, ignari mirabilis huius vtilitatis, quam ſapientes inuicem ſecundum virtutem moti percipiunt, etiam ſi non intelligant, neque agnoſcant. Enimuerò vniuerſi mortales delectus, adſeruationes, diſpenſationes tum demum vtiles cenſent quum vſum aliquẽ & commodum ea præbent. claues emit, penu cuſtodit D homo rei faciundæ intentus,

Reſerans opum thalamum ſuauiſſimum manu.

deligere autem quæ nulli ſint vſui, & ſeruare anxiè ea ac laborioſè, non pulchrum aut præclarum, ſed ridiculum eſt. Vlyſſes quidem ſi nodo quem Circe eum docuerat, muniuiſſet non dona apud Alcinoum accepta, tripodes, lebetes, veſtes, aurũ: ſed quiſquilias, lapides aliáque id genus vilia cõgerens, occupari

A ſe circa ea,& poſſidere ac cuſtodire, beatum putaſſet:
ecquis ſtultam hanc prouidentiam & inanem ope-
ram putaſſet laudandam? At enim hoc illud Stoicæ
conſenſionis pulchrum eſt, & præclarum, & beatum,
aliud nihil quàm delectus & cuſtodia inutilium rerũ
& indifferentium. ſiquidem fimbriis & matulis au-
reis,atque adeò ſi ita eueniat,lecythis comparant ma-
1964 ximas opes. Pòſt,vt qui deorum aut geniorum quo-
rundam ſacris videntur ſuperbè contumeliam intuliſ-
ſe & maledixiſſe,mox mutata ſententia demittunt ſe-
B ſe,humiléſque adſident,magnificis præconiis numen
collaudantes: ſic Stoici iactantiam eorũ & futilitatem
Nemeſi quadam vlciſcente, rurſum in his ſeſe exer-
cent indifferentibus,& quæ nihil ad ipſos faciant:alta
voce proteſtantes vnum eſſe bonum,pulchrum & præ
clarum, delectum horum & communicationem: qui-
bus qui non potiantur, non debere viuere, ſed mor-
tem ſibi conſciſcere, aut inedia vitam finire, longo
vale virtuti dicto. Theognidem ſanè ipſi prorſus ab-
iecti animi fuiſſe aiunt, nimíſque timidum, qui di-
C xerit:

Vt paupertatem fugias, vel te in mare vaſtum
Proiicias, celſis Cyrne vel à ſcopulis.

ipſi ſoluta oratione hortantur, iubéntque effugiendi
morbi magni cauſa,aut continentis doloris, ſi non ſit
ad manum gladius vel cicuta, in mare ſeſe abiicere,
aut de ſcopulo præcipitare: quorum neutrum ſit da-
mnoſum,aut malum,aut incommodum, neque miſe-
ros faciat eos quib⁹ huc res rediit. Vnde ergo,inquit,
ordiar,& quod ſumam officii principium ac materiã
D virtutis,omiſſa natura,& iis quæ contra naturã ſunt?
Vnde verò,mi homo,Ariſtoteles & Theophraſtus or
ſi ſunt?quibus Xenocrates & Polemõ vſi virtutis prin
cipiis?nonne etiã Zeno hos ſequutus eſt,qui elemen-
ta poneret felicitatis naturam,& id quod eſt ſecundũ
naturã. Verùm hi quidẽ his inſtiterũt vt optabilibus,
bonis,vtilibus, virtutémque iis adiungẽtes efficacem,
dum vnoquoque aptè vtitur, inde vitam cenſuerunt
perfectam omnibúſque integram partibus abſolui &

conſici, & verè naturæ conſentaneam ac concinentem. Non enim eos imitati ſunt qui à terra exſilientes, rurſum in eam deferuntur: non, inquam, ita conturbatè egerunt, vt eaſdem res parabiles, non tamen expetendas: accommodatas ad naturam, non tamen bonas: inutiles, & tamen vſui benè aptas: nihil ad nos pertinentes, & tamen officiorum principia appellarent. Sed qualis oratio, talis etiam vita fuit iſtorum virorum: actiones ſuas dictis ſuis congruentes & concinentes exhibentium. At qui à Stoicorum ſunt ſecta, inſtar mulieris illius apud Archilochum altera manu aquam doloſè, altera ignem gerentis, aliis decretis naturam ſibi conciliant, aliis repellunt. immò factis & reipſa ea quæ ſecundum naturam ſunt, vt expetenda & bona amplectuntur verbis ac nominibus, dum indifferentia & inutilia ea virtuti ad felicitatem dicunt, repudiantes & contumelia afficientes. Quoniam autem ſummum bonum omnes homines ſentiunt eſſe lætabile, optabile, fauſtum, ſummæ dignitatis, ſibi ipſi ſufficiens, nullius rei indigum: compara ipſorum cum his bonum. An verò lætitiam adferat prudens digiti porrectio? an exoptandum eſt vt prudenter torquearis? an fortunatus eſt qui ſe cum ratione præcipitem dat? an ſumma in eo conſiſtit dignitas, non boni cauſa id dimittere quod ratio frequenter maximi facit? an perfectum, totúmque ex ſe aptum eſt, quo præſente niſi indifferentibus potiantur, non tolerant, neque volunt viuere? Eſt & alia Stoicorum ratio, quæ maiorem conſuetudini facit iniuriam, genuinas eius notiones tanquam liberos ſubtrahens atque auellens, ſpurias autem alias & belluinas abſurdáſque ſubmittens, háſque iſtarum loco enutriri & diligi cogẽs. Atque hoc quidem in iis quæ dicuntur de bonis & malis, expetendis ac fugiendis, accommodatis ad naturam & alienis: quorum vim oportebat notiorem eſſe quàm calidorum & frigidorum, alborum & nigrorum. quòd horum imagines extrinſecus viſui obiiciuntur: hæc ex bonis quæ nobis inſunt cognatam habent originem. Illi verò in locũ de felicitate tanquam

A in ſophiſtarum aliqua cauilla ſua cum dialectica ir-
1966 ruentes, nullam quidem ſuſtulerunt, permultas autem intulerunt ambiguitates. Equidem de duobus bonis, quorum alterum finis ſit, alterum ad finem pertineat, finem eſſe potius & perfectius bonum, nemo ignorat. Agnoſcit etiam Chryſippus hoc diſcrimen, vt liquet ex tertio De bonis libro. Aſſentitur enim iis qui ſcientiam finem faciunt, & ponit hoc in opere De iuſtitia. ac ſi quis voluptatem finem ſtatuat, negat iuſtitiam ſeruari: concedit, ſi non finis, ſed
B ſimpliciter bonum voluptas dicatur. Neque puto opus eſſe vt nunc verba tibi eius recenſeam: quum tertius De iuſtitia liber vbique exſtet. Quando ergo vice verſa, amice, nullum bonum alio bono maius aut minus, & non finem fini æqualem aiunt: non communibus iam tantùm notitiis, ſed ſuis ipſorum verbis repugnant, rurſúmque, ſi de duobus malis alterum nos, ſi adſit, peiores facit, alterum nocet quidem, non facit tamen deteriores, neque peius infert damnum, vnde peiores reddamur. Sed fa-
C tetur Chryſippus, eſſe quoſdam metus & dolores & errores, quibus lædamur, non autem deteriores etiam redigamur. Lege verò primum aduerſus Platonem librum eius De iuſtitia. nam cùm alia tum maximè hominis commenta cognitu ſunt digna, de omnibus rebus ac ſententiis tum ſuis tum alienis contra notitias communes loquentis. Vt quum dicit, duos fines ac ſcopos vitæ propoſitos eſſe, neque omnia quæ agimus ad vnum aliquid referri. Id verò magis etiam notitiæ aduerſatur, alium eſſe finem, & aliò ſingulas noſtras referri actiones. quorum tamen
D alterum eos neceſſe eſt in ſe recipere. Si enim ipſa prima ſecundum naturam * quatenus non eſt. delectus autem rationi conſentaneus & ſumptio eorum & quòd omnia ſua quiſque ideò agit vt conſequatur
1967 ea quæ prima ſunt ſecundum naturam, eóque omnia quæ aguntur referantur, vt prima ſecundum naturam parentur. Si enim putant non coniectantes, neque cu-

pientes aſſequi illa finem habere,aliud erit cuius gra- A
tia delectus ſit aliò referendus,non iſta. Finis quippe
eſt deligere, & prudenter accipere illa. ipſa autem,
& eorum poſſeſſio, finis non eſt, ſed tanquam mate-
ria ſubiicitur, deligendo debitam habens æſtimatio-
nem. hoc enim puto & nomine ipſo ſignificari, & i-
pſos ſcribere,diſcrimen oſtendentes. LAMP. Stre-
nuè quidem & quid & quo modo dicant commemo-
rauiſti. Id autē conſidera,idem iis accidere quod vm-
bram ſuam tranſilire conantibus. non enim poſt ſe
relinquunt,ſed vnà cum oratione trahunt abſurdita- B
tem longiſſimè à communibus diſtantem notitiis.
Sicut enim qui ſagittántem diceret non omnia ſua fa-
cere ſcopi attingendi gratia,ſed vt omnia ſua faceret:
is ænigmatum ſimilia & monſtroſa videretur adſtrue
re:ita pluſquam deliri iſti,contendentes, non eſſe fi-
nem expetendi quæ ſunt naturæ conuenientia iis po-
tiri, ſed finem eſſe accipere & deligere, neque ſani-
tatis appetentiam & conſectationem vnicuique no-
ſtrûm ſanitate finiri, ſed contra ſanitatem referri ad
eius appetitionē & procurationē, ac fines eſſe ambu- C
lationes neſcio quas, & vocis contentiones, atque
adeò ſectiones, & ratione inſtitutas medicationes, nō
horum finem ipſam ſanitatem. Similiter nugantur ac
ſi quis dicat, Cœnemus vt mactemus, vt lauemus. Illa
verò recepti in hac re ordinis inuerſio omnes res
conturbat atque confundit. non ambulabimus tem-
peſtiuè cibi concoquendi gratia: ſed ambulandi gra-
tia cibum concoquemus? mirum ni ſanitatem quo
que veratri cauſa fecerit natura, non veratrum pro- 1968
pter ſanitatem. Quid enim aliud reſtat iis ad ſum- D
mam abſurditatem, quàm talia dicere? Quid inter-
eſt vtrum dicas medicamentorum cauſa ſanitatem na
tam, non medicamenta ob ſanitatem exſtitiſſe? an ve-
rò delectum medicamentorum, eorúmque compoſi-
tionis & vſus magis expetendum ipſa eſſe ſanitate?
immò ſanitatem ne in expetendis quidem cenſeas, in
delectus occupatione finē colloces, appetitionémque

A apprehenſionis, non hanc illius finem facias? At, inquiunt, cum ratione & prudenter fieri appetitioni accidit. Planiſſimè, ſi ea ad finem reſpicit quem affectat, nempe conſequutionem & poſſeſſionem. alioqui rationem ei ademetis, ſi omnia faciat eius adipiſcendi gratia quod adipiſci non ſit præclarum, non beatum.

* hunc in ſermonem deuenimus, quidvis potius dixeris cum notionibus conſentire, quàm appetere bonũ & conſectari cuius nullã notitiam acceperis aut habeas. Vides enim vt Chryſippus in hãc cõpellat A-
B riſtonem difficultatem, Rerum indifferẽtiam, qua neque ad bonum neque ad malum inclinant, intelligi, non antè intellectis bono & malo. ita enim appariturum eius indifferentiam antè ſubſiſtentem, ſi intelligẽtia eius percipi non poſſit, non antè cognito bono: ipſum autem bonũ eſt, nihil aliud. Iam mihi conſidera Stoicorũ illam quam ipſi vocãt Conſenſionẽ, indifferentiam autem eſſe negant: vnde nam & quo pacto ea ipſum bonum cognoſcendum præbeat. Nam ſi abſque bono intelligi non poteſt indifferentia reſpectu non
C boni: multo minus prudentia bonorum intelligendam ſe offeret, non antè intellecto bono. Sed ſicut ſalubriũ & inſalubrium artis intelligentia non paratur, niſi ſalubri priùs & inſalubri cognito: ita bonorum & malorum ſcientia cognoſci non poterit, non prius percepta boni & mali cognitione. Quid eſt ergo bonum? ni-
1969 hil niſi prudentia. Quid eſt prudentia? nihil aliud quàm bonorum ſcientia. Hæc verò adfatim in eorum orationem Iouis ille Corinthus admittitur. mitte enim prouerbialem iſtam piſtilli circumagitationem,
D ne ſalſius notare homines videaris: quanquam ipſorum rationi idem quod huic accidit. Nam in definitione boni prudentia, in prudentiæ bonum quid ſit requiritur, & alterum ſemper alterius opera conſectandum eſt: & vtrinque ad vnum intelligendum id prænoſſe oportet quod ſine alterius prænotione intelligi non potuit. Eſt & alius modus non iam perverſionem ſed euerſionem rationis eorum planè in nihilum abducentis deprehendendi. Subſtantiam

boni ponunt delectum eorum quæ naturæ congruunt A
ratiocinatione bona conſtantem. atqui delectus talis
nullus eſt qui ad finem aliquem refertur: ſicut dixi-
mus. Quis ergo eſt finis? nihil aiunt aliud quàm pro-
bè ratiocinari in delectu eorum quæ naturæ cógruãt.
Primùm itaque periit & aufugit boni notitia. Nam
probè ratiocinari in delectibus, accidens ſcilicet eſt
proueniens ab habitu probè ratiocinandi. itaque hũc
è fine, finem autem non ſine hoc coacti intelligere, v-
triuſque deſtituimur intelligentia. Deinde, quod ma-
ius eſt, iuſtiſſima ratione delectus ille proba conſtans B
ratiocinatione bonarũ debebat eſſe, vtilium, & ad fi-
nem adiumenta adferentium rerum delectus. nam ne-
que vtilia, neque honorata, neque omnino expetenda
deligere, quî ſit bonæ ratiocinationis? Eſto enim, vt
ipſi volunt, proba cum ratiocinatione delectus eorum
quæ dignitatem habentia ad felicitatem faciunt. ac vi-
de ad quàm perpulchrum eos ratio & ſuſpiciendum
capitulum perducat. Nimirum finis ipſorum de ſen-
tentia erit probè ratiocinari in delectu eorum quæ di
gnitatem habent ad probè ratiocinandum. Verùm C
hæ voces tibi, amice, audienti inſolentes admodum
vidẽtur. D. Et ſanè diſcere cupio quì hoc eueniat. L.
Magis itaque aduerte animum. non enim cuiuſvis eſt
ænigma hoc intelligere. proinde audi, & reſponde. 1970
Nónne Stoicis finis eſt probè ratiocinari in delectu
rerum naturæ cógruentium? D. Sic ipſi dicunt. L. Il-
la naturæ congrua, vtrum vt bona deliguntur, aut quia
dignitates quaſdam habeant & productionem, idque
vel ad finem, vel ad aliam quampiam rem? D. Non
puto, ſed ad finem. L. Iam ergo rem detegens inſpice D
quid illis eueniat: nempe probas ratiocinationes ſinẽ
eſſe: & felicitatem neque habere ſe ij, neque intellige-
re dicunt aliam quàm pretioſam illam in delectu re-
rum dignitate præditarum ratiocinationem. Verùm
hæc quidem ſunt qui putent aduerſus Antipatrum
dicta, nõ aduerſus Academicos. hunc enim à Carnea-
de preſſum, in iſta commenta ſe abdidiſſe. Quæ por-
rò de amore in Stoa diſſeruntur, & communibus ad-

A uerſa ſunt notitiis,& paſſim abſurda.Deformes aiunt
eſſe adoleſcētes qui vitioſi ſint & ſtulti:formoſos, qui
ſapiant.atque horum nullum neque amatum eſſe,ne-
que amari dignum. Neque hoc grauiſſimum eſt.ad-
dunt,eos qui turpes amauerint, finem amandi facere
vbi hi pulchri ſint facti.Quis verò talem amorem cō-
gnouit,qui cum deformitate corporis animi prauita-
tem cernens conſtet, pulchritudine vnà cum pruden-
tia,iuſtitia,& temperantia innatis exſtinguatur & cō-
tabeſcat? Tales ego culicum ſimiles iudico, qui ſpu-
B ma vini & aceto gaudent, bonum & potui aptum vi-
num auolantes fugiunt. Quam verò dicunt ac nomi-
nant pulchritudinis apparētem ſpeciem quæ alliciat,
de ea primùm non loquuntur probabiliter. Nam in
turpiſſimis & peſſimis nulla poteſt pulchritudinis ap-
parere ſpecies: quum ipſi dicant ob ingenii prauita-
tem deformitate faciem oppleri.Et quale tandem hoc
ſit quod nonnulli dicunt,amore dignum eſſe deformē
qui ſit aliquando futurus pulcher,expectétque formę
venuſtatem: ſi eam conſequutus, ac pulcher factus &
C probus,à nemine debeat amari? Eſt enim amor vena-
1971 tio,vt aiunt, quædam imperfecti quidem, ſed tamen
ad virtutem bona indole adoleſcentis. Iam verò nos,
optime,aliud agimus quàm quòd ſectam eorum de-
monſtramus neque probabilibus rebus neque rece-
ptis nominibus communes nobis peruertere noti-
tias? Nemo enim prohibebat ſtudium ſapientum er-
ga adoleſcentes, ſi affectio ei & omnes ſentiunt ac no-
minant. * *

Cunctos concubitus deſideriúmque ſubruit. *
D *Nam neque Medea,nec mortali ſemine creta*
Fœmina tam rapido prius inflammauit amore.

In huiuſmodi res illi moralē orationē coniicientes,&

Perplexa,nílque ſani,ambages omnia

dicentes, vilem eam reddunt: quantumvis alios ſub-
ſannantes, & ſe ſolos naturam conſuetudinémque
tutari iactantes * vbi oportet, & conſtituunt ora-
tionem:ſed auertit atque abducit appetitionibus,con
ſectationibus, & incitationibus ad ſuum quodque.

Conſuetudo autem dialecticæ,ſi quidem ſit tranquilla & ſerena, nihil boni aut ſani percipit fructus: ſed veluti auditus morboſus vanis ſonis oppleta,ægrè audit atque obſcuré. De qua,ſi videbitur,aliàs nouo facto initio loquemur. Nunc Phyſicam eorum doctrinam non minus quàm quæ de finibus eſt communes notiones turbantem, per prima & præcipua capita decurrẽtes examinabimus. In vniuerſum quidẽ abſurdum eſt & contrarium notitiis, eſſe aliquod quod non ſit,& eſſe res quæ nõ ſint res.Sed omnium abſurdiſſimum eſt quod de Vniuerſo dicunt. Inane enim infinitum foris mundo circumponentes, neq; corpus Vniuerſum, neque corporis expers dicunt. Sequitur ergo id nõ Ens eſſe: quum Ens id ſolum ipſis ſit quod eſt corpus. Quum verò Entis ſit agere & affici, Vniuerſum non Ens ſit: ſequitur ipſum nihil acturum, nihil paſſurum.Quin & in loco non erit.Nam corpus eſt quod locum occupat: Vniuerſum corpus non eſt. Et quia ſolum id manet quod locum occupat: non manebit Vniuerſum:quia locum non occupat.Immò neque primò mouebitur.nam quod mouetur,loco ad hoc opus habet,& ſpatio ſubiecto. Porrò quod mouetur,aut ſeipſum mouet,aut ab alio adficitur. Quod ipſum à ſe cietur, momenta quædam habet ratione grauitatis aut leuitatis. at grauitas & leuitas aut reſpectus ſunt aut facultates aut omnino differẽtiæ corporis. Vniuerſum non eſt corpus: ergo neceſſe eſt ipſum neq; graue eſſe, neque leue, neque ex ſe principiũ motus habere.Atqui ne ab alio quidẽ mouebitur. nihil eſt enim aliud. Itaque neceſſitas eò adigit eos vt dicãt neq; manere Vniuerſum neq; moueri.Denique quum ipſorum de ſententia Vniuerſum non ſit corpus,cælum autem,terra,animalia, plantæ,lapides ſint corpora: eius quod non eſt corpus partes erunt corpora, & non Entis partes Entia: & quod graue non eſt, terminis vtetur grauibus,leuibus quod non leue. quũ ne ſomnia quidẽ fingi poſſint magis cõmunibus aduerſantia notitiis. Porrò nihil tã euidẽs,támque cum communibus coniunctũ eſt notitiis,quàm quod

A B C 1972 D

A animatum non eſt, inanimum, & quod inanimum
non eſt,animatum eſſe. Tamen hanc quoque euertũt
ipſi euidentiam,Vniuerſum fatentes neque animatum
eſſe neque inanimum.Præter hæc,imperfectum nemo
cenſet vniuerſum eſſe, cui nulla pars deſit. Illi vniuer
ſum negant eſſe perfectum. quod enim perfectum ſit,
id definitum eſſe:Vniuerſum ob infinitatem non defi-
niri.Eſt ergo ipſis autoribus aliquid neq; perfectum
neque imperfectum.Quinetiam neque pars erit Vni-
uerſum, quum nihil ſit eo maius:neque totum. hoc e-
B nim prædicari aiunt de ordinato:Vniuerſum ob infi-
nitatem neque definiri,& inordinatum eſſe. Proinde
neque Vniuerſi cauſa aliqua eſt, quum nihil extra V-
niuerſum ſit:& neque aliorum, neque ſui ipſius cauſa
nominari Vniuerſum poteſt.quippe vt agat,natura e-
ius non fert:agendo autem cauſa intelligitur.Age nũc
ſi interrogent cuncti homines quídnam ſit Nihilum,
1073 & quomodo eius notionem percipiant: nónne reſpõ-
debunt hoc Nihil eſſe, quod neque cauſa eſt, neque
cauſam habet,neque totum eſt neque pars,neq; per-
C fectum neque imperfectum, neque animatum neque
non animatum, neq; corporeum neq; incorporeum?
hoc,& non aliud quippiam definient eſſe Nihil.Quã-
do itaque ea quæ reliqui omnes Nihilo, ſoli Stoici
Vniuerſo tribuunt: nimirum apparet eos idem facere
Vniuerſum cum Nihilo. Nihil ergo iam oportet ap-
pellare tempus, prædicatum,effatum,cõnexum,com-
plexum: quibus ii maximè omnium philoſophorum
vtuntur,Entia autẽ eſſe negant. At enim id quod verũ
ſit,non eſſe aut exſtare,ſed percipi & eſſe comprehen-
D ſibile,ac fide dignum quod ſubſtantiam Entis nõ par-
ticipat, quomodo non eſt quovis abſurdo abſurdius?
Sed ne hæc videantur ad diſquiſitionem potius logi-
cam pertinere,veniamus ad ea quæ magis ſunt philo-
ſophiæ naturalis.Quoniam ergo

Principium Iupiter,mediúmque eſt,cunctáque ab ipſo,
ſicut ipſi tradunt: maximè oportebat eos notionibus
de diis,ſi quid turbulentum aut vagum in iis ineſſet,
remedium adhibere,& in melius dirigere atq; emen-

dare:aut,ſi hoc nequirent, in medio relinquere, ita vt A
quiſque legibus adſtrictus de iis ſentiebat, aut conſuetudinem ſequebatur, ſentire concedentes.

Non nunc enim, neque heri ſunt iſta prodita:
Semper valuere, nec quando interint liquet.

Illi verò tanquam ipſis à Laribus orſi mouere quietas res, & à maioribus traditas opiniones conuellere, nullam fermè notionem integram & incorruptam reliquerunt. Quis enim, iis demptis, homo eſt natus aut viuit, qui non interitus expertem ac ſempiternum exiſtimet deum? quid in communibus notionibus de diis vna voce magis decantatur quàm iſthæc: B

Illic felices capiunt ſua gaudia diui
Æternum.---

item,

Terreſtréſque homines, & diui morte carentes.

&,

Illi morborum vacui, triſtíſque ſenectæ,
Rudes laborũ, freta Acherontis ſonora euitauerunt.

Ac fieri ſanè poteſt vt incidat aliquis in homines barbaros & feros, qui Deum eſſe nullum putent: deum 1974
eſſe qui exiſtimet, ſed eundem nõ ſecurum interitus, non æternũ, inuentus eſt ne vnus quidem homo. Certè qui athei appellantur *quòd negarent eſſe deos*, Theo- C
dorus, Diagoras, Hippo: nõ auſi ſunt dicere deum eſſe interitui obnoxium, ſed non crediderunt aliquid eſſe ab interitu immune: ac talem naturam aliquam eſſe poſſe negantes, notitiam de deo reliquerunt in medio. Chryſippus verò & Cleãthes, quum impleuiſſent (vt ſic dicam) ſuis dictis cælum, terras, aerem, mare diis: nullum horum ab interitu liberũ aut ſempiternũ ſtatuerunt, ſolo Ioue excepto, in quem reliquos o- D
mnes cõſumi putant: vt iam is perdat, quod nihilo eſt quàm perire melius. eſt enim imbecillitas vt pereundo in alium tranſire, ita interitu aliorum in ſe tranſeuntium nutriri atque ſeruari. Hæc verò non, vt alia ipſorum abſurda ex ſententiis & decretis eorum ſequuntur, aut ratiocinando colliguntur: ſed ipſi magna cum vociferatione in libris de diis, prouidentia,

A fato, ac natura expreſſè omnes deos natos eſſe & in-
terituros, vi ignis autumant: conflatiles opinione i-
pſorum,ac ſi cerei eſſent vel ſtannei. Enimuerò tam eſt
contra communes notiones, deum eſſe mortalem,
quàm hominem immortalem: immò nō video quod
ſit futurum dei & hominis diſcrimen, ſi deus quoque
animal ratione præditũ & interitui obnoxium eſt. Si
enim argutum illud ſcitúmq; obiiciant,mortalem eſ-
ſe hominem,deum non mortalem ſed interitui deſti-
natum: vide quid impetrēt. aut immortalem ſimul &
B interitui obnoxium dicent deum,aut neque mortalem
neque immortalem. quibus abſurdiora & magis à cō
munibus notionibus aliena fingere nemo alius etiam
dedita in hoc opera poſſet. Alius inquam: nam illi in-
dictum intentatúmque eorum quæ abſurdiſſima ſunt
nihil reliquerunt. Ad hæc Cleāthes pro cōflagratione
1975 mundi propugnās tradit quòd ſol lunam & reliquas
ſtellas omnes ipſi ſimiles ſit redacturus, & in ſe tranſ-
mutaturus. Equidē ſi ſtellæ, quũ dii ſint,opis aliquid
ad conflagrationem conferunt ſoli,itáque ſuum ipſa-
C rum ad interitum:perridiculum fuerit nos eis pro ſa-
lute noſtra vota facere,& ſeruatores hominum puta-
re,quibus à natura hoc inſit vt ſuum interitũ ipſæ ac-
celerent. At enim impenſiſſimè aduerſus Epicurum i-
pſi contendunt, Iò Iò,Proh Proh vociferantes:quòd
is præſumptionem de deo labefactet prouidentia tol-
lenda.non enim immortalem modò,& beatum,ſed &
hominum ſtudioſum, curámque eorum gerentem &
commodantem præſumi intelligíq; deum. quod qui-
dem eſt verum.Verùm ſi præſumptionem de diis tol-
D lunt qui prouidentiam non relinquũt:quid agunt qui
deos quidē prouidere pro nobis dicunt,negant autem
cōmodare nobis:neq; largitores bonorũ eos, ſed in-
differentiũ faciunt? ſcilicet virtutē non dantes,ſed o-
pes,ſanitatem,prolem,aliáque id genus: quorum ni-
hil vtile,commodum,optabile,aut conducibile ſit. An
potius non illi notionem de diis anticipatam tollunt:
ſed hi deos contumelioſè ſubſannant: frugum, matri-
monii,medicinæ, diuinationis aliquos procuratores

deos dum fingunt,quum ſanitas,proles,vbertas,bona A
non ſint , ſed indifferentia , & inutilia adipiſcentibus.
Tertio loco id de diis dictant notiones communes,
Nulla eos alia re magis ab hominibus differre quàm
beatitate & virtute.At ſi Chryſippũ ſequimur, ne hoc
quidẽ iis reſtabit. Ait enim virtute Iouem Dioni non
præſtare,& æqualiter cõmodatum Ioui ac Dioni fuiſ
ſe alteri ab altero,quum ſapientes eſſent,& alter in al
terius motum incidiſſet . hoc enim eſſe bonum,illud
quod & à diis ad homines, & ab hominibus ſapiẽtib⁹
ad deos peruenit,nullum aliud.Porrò virtute diis non B
inferiorem hominem, felicitate quoque non cedere 1976
iis:neque minus beatum eſſe Ioue Seruatore eum qui
ob morbos & cruciatus corporis infortunatus , alio-
qui ſapiens,ſeipſum interficiat. Atqui is nuſquam gẽ-
tium eſt,neque erit: innumera autem hominum mil-
lia extremam infelicitatem tolerantium in Iouis ſunt
imperio & ciuitate ,quam optimè adminiſtrari par
eſt. Quid autem magis poteſt communi ſenſui cõtra-
rium cogitari quàm Ioue optimè gubernante,quantũ
res ipſæ ferunt, nos quantum omnino fieri poteſt eſſe C
miſerrimos.Sin,quod nefas dictu eſt,Iupiter nolit ſer
uator eſſe & auerruncator atque in malis opitulator,
nihilq; eorum facere quæ pulchræ ipſius appellatio-
nes pollicentur: nihil poteſt iis quæ ſunt adiici malis
neque ad numerum,neq; ad molem.quãdo ipſi dicunt
omnes homines in ſumma viuere miſeria , neq; vitio
incrementum, neque infelicitate augmentum admit-
tente.Neque tamen hoc eſt grauiſſimum . Sed quum
Menander pro theatro dixerit,

Summum hoc malorum humanorum eſt primordium:

nimis bona illi ægrè ferunt: quòd hoc ſit contra com D
munem ſententiam. Ipſi Deum qui bonus eſt, malo-
rum cauſam ſtatuunt. Non enim (aiunt) malum ex
ſe potuit edere materia omnis expers qualitatis , &
quidquid habet differentiarum , à mouente eam &
informante in ſe recipiens. vt neceſſe ſit, malum,ſi
quidem nullam habeat cauſam, à non Ente proficiſci:
ſin à mouẽte eſt principio ortum,à deo productũ eſſe.

A Verùm Stoici,ſi arbitrantur Iouem non imperare ſuis partibus, neque ſecundum rationem vti quavis earum: contra notitias communes loquuntur, & fingunt animal cuius multa membra voluntatis imperium ſubterfugiant, peculiaribus vtentia efficacitatibus & actionibus,ad quas à toto non incitentur,neque motus principium ab eo habeant. Equidem nullum animal ita malè eſt compactum vt ipſo nolente
1977 gradiantur pedes, loquatur lingua, feriant cornua: quorum pati pleraque neceſſe eſt Deum, ſi partes i-
B pſius quum ſint vitioſi homines,iniuſſu eius mentiuntur,impoſturas exercent,furantur, cædes perpetrant. Sin,quod Chryſippo placet, ne minima quidem particula ſecus habet quàm iuxta Iouis voluntatem: ſed animatum quodvis ea natura eſt vt ſic habeat & moueatur vt Iupiter mouet,impellítque:

Hæc iam priore vox eſt flagitioſior.

Tolerabilius enim erat,infinitas partes dicere Ioui ob eius imbecillitatem vi facta agere multa improbè contra ipſius naturam & voluntatem: quàm nullam
C eſſe libidinem, nullum ſcelus quod non Ioui autori imputandum eſſet. I im mundum,ciuitatem;ciues,ſtellas,atque ſi vis etiam tribules & magiſtratus, nimirū etiam ſolem conſulem, Luciferum prætorem aut præfectum eſſe ciuitatis,haud ſcio an aliquis ab iis ineptè dici demonſtrans,poſſit alia etiam abſurdiora proferre de natura ab iis dicta. Nónne contra communem notitiam eſt,ſemen maius & grandius eſſe eo quod ex ipſo naſcitur? Naturam quidem videmus omnibus animalibus, plantis, ac ſylueſtribus ſtirpibus exigua, parca & vix conſpectui obuia ortus magnorum initia
D tribuiſſe.an non enim è grano tritici ſpicam, ex acino ſolo vitem, è nucleo aut glande quæ auim ſubterfugerit,tanquam è ſcintilla exigua incendens procreationem,germen rubi,quercus,palmæ, aut piceæ proceriſſimum edere ſolet? Vnde etiam dicunt ſemen è magna mole paulatim in paruam diſperſum quia ſit nominari:naturam,quòd quaſi inflatio ſit quædam diffuſióque ab ea apertarum & diſſolutarum rationum

ac nu-

ac numerorum. Sed Stoici rurſus ignem aiunt ſemen A mundi eſſe,& poſt conflagrationem vbi ſemen mutauerit mundum è minore corpore & mole naturam ha 1978 bentem copioſam,& inanis ſpatium apprehendentem incremento ſuo immenſum: rurſúmque mundo nato magnitudinem recedere,& collabi,ſubſidente in ortú ínque ſe contracta materia. Audire licet ipſos,& multa ſcripta eorum legere,cum Academicis altercãtium ac vociferantium,ab his omnes res confundi indiſcreta iſta ſimilitudine, duabus ſubſtantiis vnam qualitatem ineſſe contendentibus. Equidem nemo eſt homi B nũ qui hoc non intelligat,contráq; exiſtimet mirum eſſe & à ratione alienum, ſi neq; palumbes palumbi, neque apis api,neque tritico triticum, neque ficui formæ ficus vniuerſo in tẽpore ita ſimilis fieri potuerit vt diſcerni nequeat. Hæc verò planè cõtra ſenſum communem ſunt,quæ Stoici dicunt & fingunt,in vna ſubſtantia duas ſeorſim qualitates exſiſtere, eandémque ſubſtantiam quæ vnam habeat peculiariter, ſuperueniente altera recipere & ſeruare æquè ambas. nam ſi duo aut tres etiam,quatuor & quinque erũt,& quotquot tribuere voles vni ſubſtantiæ: dico autem nõ in C diuerſis partibus,ſed omnes æqualiter in tota ſubſtantia infinitæ erunt. Dicit ergo Chryſippus Iouem homini ſimilem eſſe & mundum: animæ,prouidentiam. Ergo quum conflagrabit mũdus,Iouem(ſolum quippe de omnibus diis expertem interitus)receſſurum ad Prouidẽtiam,ibíque ambos in ætheris ſubſtantia perpetuò futuros. Sed nos iam diis dimiſſis,comprecati hos vt communem Stoicis ſenſum, mentémque cum aliis conſentientem largiantur: videamus de elementis quæ ſit eorum ſententia. Contra notitias commu- D nes eſt,corpus corporis eſſe locum,& corpus per corpus penetrare,vbi neutrum in ſe inane contineat, ſed plenum in plenum ſubeat, recipiatúrque ab eo quod intercapedinem in ſe aut ſpatium recipiendi ob continuitatẽ habeat nullum.Illi verò non vnum in vnum, 1979 aut duo,tria,vel decem contrudentes, ſed omnia mũdi in minimas diſſecti fruſtula in vnum quodcunque

A fors obtulerit coniicientes particulas, minimóque à
ſenſili aientes quodvis etiam maximum obuiam factũ
receptum iri, audacter nouum decretum condunt, ídque
(vt aliàs ſolent crebrò) probant ſumptis iis quæ
aduerſus cõmunes pugnãt notiones. Statim verò neceſſe
habent monſtroſa multa & inſolẽtia ſuæ diſputationi
adſciſcere, dum corpora tota totis cõmiſceri
aiunt. de quibus etiam hoc eſt, tria eſſe quatuor: quod
alii ponunt exemplum eorum quæ ne cogitãdo quidem
concipi poſſint. At Stoicis vſuuenit vt quum v-
B nus vini cyathus duobus aquæ cyathis permiſcetur, ſi
non deficiet, ſed exæquabit, (vt volunt) extendatur, &
vnus duo fiat exæquatione commixtionis. Quando enim
vnus manet, & duobus pariter extenditur, duplúmque
æquat vt in temperatione ac diffuſione duorum
menſuram impleat: fit vt eadem ſit trium ac quatuor
menſura. trium, quia duobus vnus admixtus eſt:
quatuor, quia duobus permixtus vnus, duorum quãtitatem
æquat. Hoc tam ſcitum accidit iis dum corpora
corporibus immittunt, & comprehẽſionem eo-
C rum faciunt qualis intelligi non poteſt. Neceſſe eſt enim
dum miſcendo inuicem ſubeunt, non continere
alterum, alterum contineri, neque alterum recipere,
alterum ineſſe. ſic enim non contemperatio, ſed contactus
ſuperficierum erit, altera intrò ſubeũte, altera foris
ambiente: reliquis partibus ſinceris & mixtionis
expertibus. vnum autem dilatis, ſed neceſſitate exſiſtente.
Sicut poſtulant in permixtionibus inuicem miſceri
quæ miſcẽtur: idémque ſimul quia inſit, contineri,
& quia recipiat, cõtinere alterũ, & vtrunq; per al-
D terũ mixtione iſta tranſire, neutrum poſſe eſſe ſincerũ:
nullámque partem alterutrius manere integrã, ſed
omnes natura alterius impleri contendunt. Huc iam
1980 illud in ſcholis tritum Arceſilai crus aduenit, cum riſu
abſurdis Stoicorũ inſultans. Nã ſi tota totis permiſcẽtur,
quid obſtat quin crure amputato, putrefacto, & in
mare abiecto, cúmq; eo diffuſione permixto, nõ Antigoni
modò claſſis, vt aiebat Arceſilaus, per crus nauiget,
ſed etiam Xerxis C I Ɔ C C naues, cum Græcis

c c c triremibus in crure naualem pugnam obeant. A
Non enim deficiet progreſſus, neque deſinet in maiori vſquam minus diffundi. aliàs finem habebit mixtio; extremúmque cruris mare contingens deſperata mixtione non tranſibit in totum. Si verò totum crus toti mari permiſcetur; nónne me hercle crus locum naualis prælii Græcis præbebit? Verùm huic putredine opus eſt & mutatione. Si autem cyathus vnus, vel gutta vnica hinc in Ægeum inciderit aut Creticum mare, per totum miſcebitur Oceanum ac Atlanticũ mare: non ſummam attingẽs ſuperficiem, ſed vſquequaque per profundum in longum latúmque diffuſa? Atque hæc Chryſippus admittit, ſtatim in primo Phyſicarum quæſtionum libro nihil inquiens impedire quominus vna vini ſtilla cum toto permiſceatur mari. Ac ne id miremur, permixtione eam in totum ait pertenturam mundum. quibus quid abſurdius poſſit videri, neſcio. Iam hoc quoque cõtra communem eſt ſenſum, neque extremum in natura eſſe corpus, neq; primum neq; vltimũ vllum in quod deſinat magnitudo corporis: ſed ſemper ſumpto corpore vltrà aliud dari, rémque ſic in immenſum & infinitum protrahi. C
Nam neq; maiorẽ neq; minorẽ licebit aliá alia quãtitatẽ cogitare, ſi partibus in infinitũ progredi vtrinq; cõtingit: atq; ſic inæqualitatis tollitur natura. nã vbi hæc conſideratur, alterũ extremis partibus deficit, alterũ excedit. Sublata inæqualitate, ſequitur inæquabilitatẽ quoque & aſperitatem corporũ nullá eſſe. eſt e- 1081
nim inæquabilitas vnius ſuperficiei aduerſus ſeipſam inæqualitas: aſperitas inæquabilitati adiũctam habet duritiem. quorum nihil relinquũt qui nullum corpus extremo finiũt, ſed omnia multitudine partiũ in infinitũ producũt. At enim quî nõ eſt euidens hominem è pluribus quàm digitũ, mundum quàm hominẽ cõſtare partibus. hoc quidẽ ſciunt & intelligunt omnes, niſi ſi Stoici fiant: Stoici facti, cõtrà dicũt atq; ſentiũt, nõ eſſe plures hominis quàm digiti, mundi quàm hominis partes. Nam ad infinitum ſectio eorum redigit corpora. infinitorum autẽ nullum plus eſt aut minus D

A altero, neque ſe multitudine inuicem excedũt, aut deſinent partes reſidui ſecari & ex ſe multitudinẽ præbere. Quomodo ſe ex his euoluunt perplexitatibus? artificioſè admodũ & ſtrenuè. Dicit enim Chryſippus, interrogatos nos an ex partibus cõſtemus, & quot illæ ſint, quibus & quot è partibus conflatæ, diſtinctione vſuros: vt ponamus grandiores, è capite ſcilicet, thorace, & cruribus nos dicentes conſtare. hoc enim eſſe omne id de quo tam ſolicitè quæritur. Si verò interrogationes ad extremas vſque partes deducantur,
B nihil (inquit) tale eſt opinãdum, ſed dicendum neque è quibuſdam, neque ex tot vel tot, neque è finitis, neque ex infinitis eas compactas portionibus. Ac videor mihi ipſius hæc verbis expoſuiſſe: vt perſpicias quomodo communes defenderit notitias: iubens nos intelligere corporum vnumquodque neque ex quibus, neq; ex quotquot, neq; ex infinitis, neque è finitis cõſtare partibus. Nam ſi vt inter bonum & malũ medio loco eſt indifferens, ita etiam finito infinitóq; aliquid
C interuenit: hoc quale eſſet docendo ſoluẽda erat quæſtio. Sin vt nõ æquale ſtatim inæquale, & nõ interitu-
1982 rũ interitus expers, ita non finitũ etiã illicò infinitum eſſe intelligimus: perinde eſt, ni fallor, corpus dicere compoſitum neq; ex finitis neq; ex infinitis, atque ratiocinationẽ affirmare conſtructã eſſe neq; è veris neque è falſis ſumptionibus: neque * His iuuenili quadam temeritate hæc adiicit, Pyramide è triangulis cõſtante, latera iuxta commiſſurã inclinantia inæqualia, non excedere tamẽ, quatenus vnum alio maius ſit. Sic
D ille notitias tuetur. Si enim eſt aliquid maius & non ſuperat, erit & minus quod non deficiat. erit ergo inæquale quod neque ſuperet neque excedatur: hoc eſt, erit æquale non æquale, maius non maius, minus non minus. Porrò autẽ vide quomodo occurrerit Democrito phyſicè & prudenter quærenti, ſi conus ad baſin plano ſecetur, quid iudicandum ſit de ſegmentorum ſuperficiebus, æqualéſne fiãt an inæquales. ſi enim ſint inæquales, conũ reddẽt inæquabilẽ, multas nactũ graduũ in morẽ inciſuras & aſperitates: ſin æquales, erunt

ſegmenta æqualia, videbitúrque cono euenire quod A
eſt cylindri, nempe ex æqualibus, nõ inæqualibus, cõ-
ſtitui circulis, quod eſt abſurdiſſimum. Hæc vt argue-
ret Democritum ignorationis, ſuperficies ait neq; æ-
quales fieri neque inæquales, ſed corpora inæqualia;
quia ſuperficies eorum neque æquales ſint, neque in-
æquales. Equidem legem hanc ponere, ſuperficies ſi
non ſint æquales, corpora quoque eſſe inæqualia, ho-
minis eſt mirandam ſibi ſcribendi quidquid in men-
tem venerit ſumentis licentiam. Cõtrà enim ratio &
euidẽtia docent, inæqualiũ corporum inæquales eſſe B
ſuperficies, maiorémq; maioris: niſi debeat exceſſum
quo minorẽ ſuperat carẽtẽ ſuperficie habere. Nam ſi
nõ excedũtur minorũ ſuperficies à maioribus, ſed hæc
prius deficiunt: erit corporis termino finiti pars abſq;
termino & infinita. Si enim dicat quod coactus ſic * 1983
Quas enim metuit coni inciſuras, eas ſcilicet non ſu-
perficierum ſed corporũ efficiet inæqualitas. Ridicu-
lũ itaq; ſuperficiebus ademptam inæquabilitatem re-
linquere, in ipſis corporibus monſtratam. Sed ſi in eo C
quod poſitum fuit maneamus, quid magis repugnat
communibus notionibus quàm talia fingere? Quippe
ſi ponamus ſuperficiem ſuperficiei neque æqualem eſ-
ſe neque inæqualem: magnitudinem quoque magni-
tudini, numero numerum dicemus neque æqualẽ eſſe
neque inæqualem. quum quidem quod neutrum &
inter hæc mediũ ſit, dicere aut cogitare nõ poſſimus.
Ad hæc ſi ſuperficies ſunt neque æquales neque inæ-
quales, quid obſtat quin circulos quoque neque æ-
quales neque inæquales ſtatuamus: ac proinde etiam D
eorum diametros, tum angulos, triangulos, parallelo-
gramma, parallelepipeda, corpora? Nam ſi longitudi-
nes ſunt inuicem neque æquales neque inæquales: e-
runt etiam pondera, ictus, corpora. Quî ergo audent
inuehi in eos qui communitates introducũt, & quæ-
dam indiuidua & pugnantia, quæ neque moueantur
neque quieſcant, ponunt? quũ ipſi huiuſmodi pronun-
ciata falſa eſſe dicant, Quæ nõ ſunt æqualia inter ſe,
ſunt inæqualia: &, Hæc nõ ſunt æqualia inter ſe: ſunt

A ergo inæqualia. Quoniam verò dicit Chryſippus eſſe
quippiam maius quod tamen non excedat minorem
quantitatem, quæri haud iniuria poteſt an inuicē ap-
plicata ea quadrent. nam ſi quadrant, quomodo alte-
rũ altero erit maius? ſi non quadrent, quì non opor-
tebit alterũ excedere, alterũ ſuperari? quia neutrũ eſt,
& nõ congruet cũ maiore, aut etiam congruet maius
eſſe alterum. Neceſſe enim eſt in tales difficultates de-
uolui eos qui communibus non ſtant notionibus. Iá
1984 his aduerſatur illud, Nihil à quoquá tãgi: neq; minus
hoc, Corpora ſe inuicē, ſed nihilo, tangere. Id autē ne-
B ceſſe habēt admittere ii qui non relinquunt minimas
corporis partes: ſed ſi quid eius quod videtur, tangere
prius ſumunt, & nunquá illud vlterius producēdo fi-
nem fieri. Quod ergo maximè ii indiuiduorum corpo
rum patronis obiiciũt, hoc eſt: Quòd neque totorum
contactum ſed permixtionē facit. illud autem fieri nõ
poteſt, quũ indiuidua nullas habeant partes. At quo-
modo non ipſi in hoc ipſum incidũt, nullam extremá
aut primam partē relinquentes, dum tangi tota cor-
C pora à totis extremitate aliqua, non parte, aiunt? Ex-
tremitas verò corpus non eſt. Ergo corpus incorpo-
reo tanget corpus: rurſúmq; non tanget interueniē-
te inter ipſa incorporeo. Si tanget, aget quoq; aliquid
& patietur incorporeo corpus. eſt enim ea corporum
natura, vt contactu inuicem agant ac patiantur. Quòd
ſi tactum corpus incorporeo habet, contactum quoq;
habebit, & commixtionem, & coalitionem. Rurſus e-
nim in coalitionibus & cõmixtionibus, aut manebũt
aut non manebunt extremitates corporum, ſed peri-
bunt: quorum vtrunque contra notionem eſt. Interi-
D tus nimirum & ortus incorporeorum ne ipſi quidem
cõcedunt. Cõmixtio & coalitio corporum ſuis cõten-
torum extremitatibus fieri nequit. nam terminus de-
finit & conſtituit corporis naturá: cõmixtio, niſi par-
tium iuxta partes appoſitionem eo nomine intelligas,
tota confundit ea quæ miſcentur. ſicut hi dicunt, in-
teritus extremitatum in mixtione ponēdi ſunt, in diſ-
ſidio ortus. Hæc verò nemo facilè animo cõceperit.

Enimuerò quo corpora inuicem tãguntur, eodem e- A
tiam premũtur,colliduntur & conteruntur inuicem. Hoc autem ab incorporeo fieri non poteſt,neq; cogitandum eſt. Sed hoc eſt quo nos cogunt ſic intelligere.Si globus planum in puncto tangit, vtiq; puncto e- 1985
tiã voluetur per planum.& ſi minio inducta ſit ſuperficies,miniatã in ſuperficie plana imprimet lineam: ſi candens,vret planum. cæterùm incorporeo colorari aut vri corpus,eſt contra communem ſenſum. Quòd ſi cryſtallinam aut figlinam ſphæram imaginemur ab alto in planũ lapideum deferri: abſurdum dictu eſt eã B
non cõfractum iri,ictu in ſolidum & durũ impactam: abſurdius autem, confringi eã extremitate & puncto incorporeo incidentem. Igitur vndique eorum de incorporeis & corporibus præſumptiones turbantur, aut potius tolluntur, quũ multa iis annectant impoſſibilia.Contrarium eſt communi notitiæ, Tempus eſſe futurum,& præteritum,præſens tempus non eſſe: ſed quod modò & nuper fuit,id ſubſiſtere:quod nunc eſt, prorſus nihil eſſe.Atqui Stoicis accidit vt ſic ſtatuant, dum minimum tempus negant,neque Nunc indiui- C
duum eſſe concedunt: ſed quidquid vt præſens ſumere aliquis putet ſe & intelligere, eius partem præteritam,partẽ futurã eſſe dicunt:nullámque ſubſiſtere aut manere particulã præſentis, quando quum adeſſe dicitur,altera pars eius in præteritum, altera in futurũ diſtribuitur.Ergo de duobus alterum fit: vt aut poſito tempus fuiſſe & tempus fore, negemus eſſe tempus: aut tempus præſens ſit,cuius pars iam inſtiterit, pars inſtatura ſit.dicamúſq; eius quod iam eſt, aliud fore, aliud iã elapſum eſſe.& Nunc,diuidi in prius ac poſte-
rius:vt Nunc ſit quod nondũ eſt, & quod non adhuc D
eſt.non enim eſt nunc id quod præteriit, & nondũ eſt nunc id quod futurum ſit. * diuidẽtibus dicere ipſis quòd & * & luminis altera pars præterito anno,altero appetẽte.& eorum quæ ſimul ſunt,alterũ prius,alterum poſterius. Nihilo enim tolerabiliores ſunt eorum labores, confundentium iſthæc,Nondum, iamnunc, non amplius, nunc, non nunc. Reliqui omnes 1986

A homines Modò & Paulo pòſt,vt diuerſas à Nunc tē-
poris partes,quarum alteram Nunc ſequatur, alterā
præcedat,ſtatuunt,atque intelligunt.Archedemus ve-
rò principium quoddam & ſymbolam elapſi imminē
tíſque eſſe Nunc illud ſtatuens:imprudēs, vt apparet,
vniuerſum tempus ſuſtulit. Quippe ſi Nunc non eſt
tempus,ſed terminus temporis : omnis autem portio
temporis talis eſt quale ipſum Nunc: videtur vniuer-
ſum tempus nullam habiturum partem , ſed omnino
in terminos,ſymbolas,ac momenta diſſolutum iri. At
B Chryſippus artificioſiorem cupiens diuiſionem inſti-
tuere,in libro De inani,& aliis quibuſdam, præteritū
& futurum tempus non ſubſtitiſſe, ſed ſubſiſtere ait,
ſolum præſens ſubſiſtere: in tertio, quarto, & quinto
De partibus idem præſentis tēporis ait alteram par-
tem præteritam eſſe, aliam futuram. Ita fit vt tempus
ſubſiſtens diuidat in non ſubſiſtentes partes: nihilque
ei quod ſubſiſtit,atque adeò tempori,relinquat ſubſi-
ſtēs,ſi quidem præſentis nulla eſt pars niſi futurum &
præteritum. Ergo tempus ita conſiderant ii vt qui a-
C quam amplecti volunt,quanto magis premunt, tanto
magis ſubterlabentem.Quæ autē ad actionem & mo-
tus pertinent,talia ſunt vt omnibus modis euidētiam
confundant. Nam neceſſe eſt,ſi Nunc in præteritū &
futurum diuiditur,id quod mouetur nūc,partim mo-
tum eſſe,partim motum iri:terminum verò & princi-
pium motus ſublatum eſſe,nihilque primò,nihil vlti-
mò factum dici poſſe,ac proinde tempore ſic in actio-
nes diſtributo,nihil in his fore primū aut vltimū. Et-
D enim ſicut præſentis temporis partē præteritam, par-
tem futuram dicunt:ſic eius quod agitur partē actam
eſſe,partem actum iri dicetur. Quādo ergo cœperūt,
quando finientur hæc, Prandere,ſcribere, ambulare:
ſi quicunque prandet,pranſus iam partim eſt,partim
prādebit:& omnis ambulās,partim ambulauit,partim
1987 ambulabit?Illud omniū quæ dici poſſunt eſt grauiſſi-
mū,quòd ſi is qui viuit,vixit etiā & viuet,vita neq; ini
tiū habet neq; finē.Sed quilibet noſtrûm,vt apparet,&
natus eſt nullo viuēdi facto initio , & morietur viuere

nõ deſinẽs. Nã ſi nulla eſt pars vltima,ſed viuẽti ſem- A
per aliquid in futurũ reſtat : nũquam falſum hoc erit,
Viuet Socrates,quandiu verũ erit,Viuit Socrates.Fal-
ſum itaq; ſemper erit hoc,Mortuus eſt Socrates. Pro-
inde ſi hoc,Viuet Socrates,verũ erit per infinitas tem-
poris partes:in nulla tẽporis parte verũ erit hoc,Mor
tuus eſt Socrates.At enim quis erit actionũ finis?quan
do deſinet agi aliquid, ſi quoties verè dicitur aliquid
agi,toties etiam verum eſt actum iri?Mentietur nimi-
rum qui dicet Platonem ſcribendi & diſſerendi finem
facturum:ſi de diſſerente nunquam falſò dicitur fore B
vt diſſerat,& ſcripturum eſſe de ſcribente.Præterea au
tem eius quod fit nulla pars erit quæ non iam aut fue
rit aut futura ſit,hoc eſt aut præterita aut ventura.Cæ
terùm præteritorum & futurorũ nulla eſt ſenſio. pro-
inde nihil omnino ſentietur.Quod enim præteriit aut
futurum eſt,neque videtur,neque alio vllo percipitur
ſenſu:quod præſens eſt,itidem videri non poteſt,quũ
ſit diuiſum in præteritum & futurum.Equidẽ ipſi gra
uiter accuſant Epicurum,violaríque ab eo communes C
aiunt notitias,quòd æqualẽ corporib' motũ tribuat,
nullúmque altero celerius haberi ſinat. Atqui multo
hoc eſt peius,longiúſque à communibus recedit no-
titiis,nullam rem alterius motum poſſe aſſequi:

Non ſi tarda celer teſtudinis impete ſummo
Adraſti ſectetur equus veſtigia, --

vt eſt in prouerbio.Eſt autem neceſſe hoc fieri, quum
res promoueantur,interualla autem,per quæ mouen-
tur,in infinitum ſecari de Stoicorũ opinione poſſint. 1988
Nam ſi ſolo iugero teſtudo equum antecedat:qui hoc D
in infinita ſecant,ambo autem animalia ratione prio-
ris & poſterioris mouent , nunquam celerrimum ad
tardiſſimum perducent: ſemper tardiore aliquod ad-
dente ſuo progreſſui interuallo , quum ſpatia ſint in
infinitum diuiſa.Iam è patera aliqua aut calice ſi effun
datur aqua,nunquam omnem effuſum iri , quomodo
non aduerſatur communi ſenſui,aut quî non eſt con-
ſequens eorum quæ ipſi dicunt? Nam motum in prio
ra eorum quæ in infinitum ſecantur,nemo intelligere

A poteſt cõſummari,ſed ſemper aliqua reſtabit pars, vt omnis effuſio,omnis lapſus & fluxus humoris,motus ſolidi,caſus grauis maneat imperfectus. Multa alia eorum abſurda prætermitto : ea tantùm attingens quæ ſunt contra communes notitias. Diſputatio de incremento antiqua eſt,quam etiam ab Epicharmo tractatam Chryſippus ait. Quum autem Academici putent obſcuritatum explicatus non admodum faciles aut in promptu eſſe ſitas:multis eos incuſat, vt qui cõmunes
B notitias perimant * non modò contra notiones tuentur, ſed porrò etiam ſenſum peruertunt. Oratio enim ſimplex eſt,& aſſumptiones concedũt ipſi, Subſtantias omnes ſingulares fluere & ferri,vel quòd ex ipſis aliquid emittant,vel alicunde aduẽtantia recipiãt. quibus verò fit acceſſio & deceſſio numeris aut multitudinibus,eadem nõ manere,ſed alia fieri acceſſionibus dictis ſubſtantia mutante. Neque verò iure,ſed vi hoc conſuetudinem obtinuiſſe vt mutationes iſtæ incrementa & decrementa dicerentur:quum debuerint potius ortus & interitus appellari,quia de ſtatu in a-
C liam expellunt naturam. augeri & minui, adfectiones corporis eſſe ſubſiſtentis & permanentis. His hunc ſe-
1989 rè in modum dictis ac poſitis,quid poſtulant patroni euidentiæ iſti & normæ communium ſententiarum? Vuumquemque noſtrûm duplicem eſſe, & geminum. non quo pacto poetæ Molionidas finxerunt quibuſdã partibus concretos,quibuſdam diuulſos : ſed duo habere quemvis corpora,non colore,non figura,non põdere aut loco differentia. quæ quum nemo hominum antè conſpexerit, illi primi hanc compoſitionem, du-
D plicitatem,& ambiguitatem perſpexerunt. Scilicet vnumquenque noſtrûm duo eſſe ſubiecta:quorum alterum ſit ſubſtantia, alterum *. alterúmque in perpetuo ſit fluxu & motu, incrementi decremẽtíque expers,& omnino nunquam ſui ſimile manens:alterum maneat,augeatur,decreſcat,omniáque contraria priori patiatur,cognatum,concinnatum,& confuſum:neque diſcrimen illud vllo ſenſu poſſe percipi. Sanè Lynceus ille dicitur viſu per ſaxum & quercũ penetraſſe.

& quidam in ſpecula Siciliæ ſedens numerauit Carthaginienſium naues à portu enauigantes, diei noctiſque curſu inde diſtantes. Callicrates & Myrmecides fabricati dicuntur eſſe currus qui ala muſcæ tegerentur, & in ſeſamo inſculpſiſſe verſus Homericos. Hanc autem in nobis diuerſitatem & diſcrimen hoc nemo aperuit: neq; ſenſimus nos duplices eſſe, vna parte ſemper fluentes, altera idẽ ab ortu ad mortem vſque manentes. Simplicius ego loquor, quum ipſi quatuor faciant ſubiecta ſingulorum, aut potius vnumquemque noſtrûm quatuor ſtatuant eſſe. Sufficiunt duo ad abſurditatem monſtrandam. Quando enim Pentheum audientes in tragœdia dicentem, B

Ego me duos videre iam ſoles puto,
Dupliceſque Thebas:

non videre ſed viſu aberrare dicimus eum emota mente: cur non vale dicamus iſtis qui non vrbem aliquã, 1990
ſed omnes homines, animalia, arbores, vaſa, inſtrumẽta duplicant atque gemina ponunt? vt qui non intelligere nos, ſed delirare cogant. Atque hoc quidem loco fortaſſe venia dari eis poteſt, diuerſas ſubiectorum naturas fingentibus: quum nulla alia appareat machina qua (id quod vnicè contendunt) ſeruare & tueri poſſint incrementa. Qua verò cauſa moti, aut quas alias à ſe poſitas ſententias exornantes, in anima fabricentur corporum differentias atque ideas tantũnon innumeras, non facile quiſquam dixerit, niſi hoc res eſt, quòd communes & receptas ſententias migrare iubentes, aut potius planè abolentes & perdentes, alias introducunt peregrinas & alienas. Per enim abſurdum eſt quòd virtutes, vitia, artes, memorias omnes, viſa, affectiones, incitationes, & aſcenſiones quũ faciant corpora: nullibi locum iis ſtatuentes, in corde vnicum iis relinquunt meatum puncti magnitudine, eóque contrudunt animi principem partem, à tot circumuentam corporibus, quorũ magnus numerus eos etiam ſubterfugit qui exactè vnum ab altero ſe diſcernere poſſe putauerunt. Non modò autem corpora his adſcribere, ſed facere etiam animalia ratione prædita: C D

A tantúmque examen animalium non amicum, neque manſuetum, ſed turbam ſua malitia actionibus reluctantem & conſuetudini * Illi verò non virtutes modò & vitia aiunt eſſe animalia: neque motus animi tantùm, puta iram, inuidentiam, ægritudinem, gaudiũ quod de aliorum percipitur miſeria, cõprehenſiones, imaginationes, ignorationes: neque etiam artes duntaxat, vt cerdonum, & fabrorum ærari. rũ: ſed vltra hæc etiam ipſas actiones corpora & animalia faciunt: ambulationem puta, ſaltationem, ſuppoſitionem, compellationem, conuicium. Horũ conſequẽs eſt, riſum quoque animal eſſe, & fletum: ac proinde tuſſim etiã, ſternutationem, gemitum, ſputi & muci narium eiectionẽ, & alia id genus ſatis nota. Neque eſt quod ratiocinatione paulatim progrediente perexigua huc adduci ſe indignè ferant. quum meminiſſe debeant Chryſippũ

1991 in primo Naturalium quæſtionũ hac vſum inductione: Nonne nox corpus eſt? veſpera autem, diluculum, & medium noctis corpora nõ ſunt? Dies autẽ corpus eſt, ergo & *K*alendæ corpus ſunt, & Nonæ, & Idus, C & Prid. *K*alend. & corpus eſt etiam menſis, & æſtas, & autumnus, & annus? Cæterùm iſta quidem illi contra communes contendunt præceptiones. Hæc verò iam præter ſuas ipſorum ſententias, quòd calidiſſimũ frigore circumfuſo, & tenuiſſimarum quod ſit partium condenſatione gigni affirmant. Nimirum enim anima calidiſſima eſt, & tenuiſſimarum partium. Hanc tamen illi circumfuſo frigore, & denſatione corporis, ſpiritum veluti quadam ferri induratione coactam aiunt de naturali animalem fieri. Quin & ſolem aiunt D factum eſſe animatum, quum humor eius in ignẽ intellectu præditum mutaretur. Tempeſtiuum verò eſt ſolem cogitare circumdata refrigeratione natum. Xenophanes quidem narrante quodam vidiſſe ſe anguillas quæ in calida viuerent aqua: Ergo, reſpondit, eas in frigida elixabimus. Stoicis verò hoc conſequens eſt, Si circumfuſo frigore calorem generant, & condenſatione leuitatem: vt viciſſim frigida calore, & grauitatem laxatione efficiãt. Si quidem proportionis aliquã

volent habere rationẽ * notiones:ſubſtantiam & or- A
tum nonne communibus contrarium notionibus po-
nũt?Notitia enim,quædã eſt imaginatio:imaginatio,
impreſſio formæ in anima: animæ natura,exhalatio:
quam in formam redigi & effingi operoſum eſt ob
raritatem:vt autem receptam conſeruet informatio-
nem, fieri nequit. Nam ortus & nutrimentum eius
quum ſit ex humido, ſubuectionem habet & conſum
ptionem continentem. & exhalationis cum aere com-
mercium ſemper nouam facit exhalationem,quæ ſuo
de ſtatu decedat & mutetur à canale per quem mate- B
ria extrinſecus ſubit,rurſúmque exit.Facilius enim a-
liquis imaginetur fluxum labentis aquæ,figuras, for-
mas,& ſpecies conſeruantis ac perferentis,quàm ſpiri
tum qui per exhalationes & humores elatus,aliò con
tinenter extrinſecus,eóque alieno ſpiritu contempere 1992
tur. Verùm Stoici adeò ſeſe ipſi non audiunt,vt quum
notitias definiant eſſe aliquas reconditas intelligen-
tias:memorias autem,conſtantes quaſdam & habitus
ſimiles impreſſiones:ſcientias etiam penitus defigant,
vt omnis erroris & mutationis ſecuras:hiſce pro fun-
damento deinde & ſede ſubſternant lubricam, diſſipa C
bilem,ſempérque in motu verſantem & fluentem na-
turam. Iam elementi & principii notio apud omnes
ferè homines hæc eſt inſita:ſimplex id eſſe,ſincerũ,cõ-
poſitionis expers. Non enim id principium eſt aut ele
mentum,quod mixtum eſt:ſed ea ex quibus mixtum
conſtat.At verò illi deum,quem principium ſtatuunt,
corpus aiunt eſſe mente præditum,mentémque in ma
teria verſantem: non ſimplicem eum,neque purũ,ſed
ex alio & per aliud eſſe pronunciantes.Materia quidẽ
ipſa per ſe rationis expers & qualitatis, ſimplicitatem D
habet,& principio congruentem naturam.Deus autẽ,
ſiquidem non caret corpore & materia,huius tanquã
principii eſt particeps. Nam ſi materia & ratio idem
ſunt: haud rectè materiam rationis vacuam dixerunt.
ſi diuerſa ſunt,vtrorumque iam deus quaſi diſpenſa-
tor erit,& non ſimplex res,ſed cõpoſita:vt qui ad intel
ligentiam corpus è materia adſciuerit. Quatuor autẽ

A illa corpora, terram, aquam, aerem, & ignem prima nominantes elementa, neſcio quomodo partim pura & ſimplicia; partim compoſita & mixta faciunt. Terram enim norunt & aquam neque ſeſe neque alia continere, ſed communicatione aereæ & igneæ facultatis vnitatem conſeruare. aerem verò & ignem cùm ſeſe ob robur ſuum continere, tum reliquis etiã permixta vim eis, permanſionem, & ſubſiſtentiam cõferre. Quomodo igitur terra aut aqua elementum ſit: ſi neque ſimplex, neque primum, neque ſeipſo fretum

B aliquid eſt, ſed ſemper aliquo indiget externo à quo ſubſtantia eius contineatur atque conſeruetur? Nam ne ſubſtantiæ quidẽ nobis reliquerũt: ſed multum habet turbatum & obſcuritatis id quod de terra tra-

1993 dunt. * alicuius ipſa per ſe. At quomodo aere opus habet ipſam compingente, & continente, ſi per ſe eſt? Non iam terra per ſe erit aut aqua: ſed aer materiã hoc modo cogens & dẽſans terram efficit, alio modo diſſoluens & emolliens aquam. Neutrum itaque horũ eſt elementum, quum ſit aliud quod ambobus ſubſtã-

C tiam & ortum præbuit. Porrò autem ſubſtãtiam aiũt & materiam qualitatibus ſubſiſtere, atque ſic ferè definiunt: rurſum qualitates ita etiam corpora faciunt. Hæc verò valdè ſunt conturbata. Nam ſi peculiarem ſubſtantiam habent qualitates, ob quam corpora dicuntur & ſunt: non indigent alia ſubſtantia, quum habeant ſuam. Si verò hoc illis tantùm ſubſiſtit commune, quod ſubſtantiam ipſi & materiam appellãt: liquet corporum eas fieri participes, non eſſe corpora. quod autem ſubſiſtit & in ſe recipit, neceſſe eſt differre ab

D iis quæ recipit & quæ ſubſiſtit. Illi verò dimidium vident. Materiam enim qualitatis expertem dicunt: qualitates porrò materiæ expertes dicere nolunt. At qui poteſt corpus abſque qualitate facere qui qualitates ſine corporibus non intelligit? Quæ enim ratio corpus cum omni qualitate connectit, non patitur intellectũ corpus vllũ ſine qualitate attingere. Aut igitur qualitatem incorpoream negans, etiam materiam qualitatis expertem eſſe inficiari videtur: aut alterum ab alte-

ro ſecernens, vtraque inuicem ſeparat. Quam verò A
nonnulli eorum prætexunt rationem, materiam qualitatis vacuam dici, non quòd omni ſit ſpoliata qualitate, ſed quia omnibus prædita qualitatibus, maximè communi ſenſui repugnat. Nemo quippe id qualitatis exſors intelligit quod nullius qualitatis non ſit particeps: neque ab affectione immune id quod ea eſt natura vt omnia pati poſſit: neque immobile quod omnibus modis mouetur. Illud autem ſolutum non eſt, etiamſi ſemper cum qualitate intelligatur materia, aliã eam intelligi, & differentem à qualitate.

* * *

IN PLVTARCHI SCRIPTA ſeu opuſcula quæ vulgo moralia vocantur, Index: cuius prior numerus tomum, poſterior paginam notat. Additur autem litera quæ certam illius paginæ partem indicat.

Hic index tam Græca editioni noſtræ quàm Latinæ eſt accommodatus: quòd Latinis paginis adſcripti numeri ad Græcas lectorem deducant.

A Cur principem inter literas locum obtineat, 2, 665, c. Vide alpha.
A prima vox articulata, 2, 666, a
¶ Abaris, liber Heraclidis, 1, 23, c
ad Abderitarum legatos Agidis reſponſum, 1, 362, c
Abortiunt oues terrore tonitrus, 2, 549, b. ad abortum veneficiis vtuntur quædam mulieres, 1, 232, d abortu necatum fœtũ edens Lacæna quædam, quàm patienter dolores pertulerit, 1, 403, d
Abron Lycurgi rhetoris filius: item alius hoc nomine, 3, 171, d de Abrone quodã Dexandri Corinthiorum ducis hoſpite hiſtoria mirabilis, 2, 405, b
Abrota, Oncheſti Bœoti filia, Niſi Megaridis regis vxor, 1, 490, b
Abrotonum, meretrix Thracica, 2, 430, b
Abſtinentiâ corpus purum redditur, 1, 220, d. abſtinentiâ gloria quærenda quum aliquid rarum veſcendum apponitur, 1, 216, b
Abuſus vocum in poetis ad quid ſpectandus, 1, 40, d
Abydi AEgyptiorum præcipui humari ſoliti, 1, 600, c. Abydi verum Oſiridis ſepulcrum, ib.
¶ Academia imperatores Athenienſium quos produxerit, 3, 501, b. tribus drachmarũ millibus empta, 2, 278, c. academiæ ſeceſſus Athenis, 2, 281, b
Academici, 2, 671, d. & 3, 651, d. Academaica ratio philoſophãdi, 3, 492, d. Academaicus Arceſilas, 3, 489, c
Acanthus vrbs quomodo occupata ab Andriis, 1, 495, a
Acanthyllidis in ægithalum odium, 2, 177, c
Acaſtus poeticorum certaminum inſtitutor, 2, 564, b
Aceſandri opus de Africa, 2, 564, b
Aceſtor Ephippi filius, 1, 497, a
Accidentia corporum tria: forma, magnitudo & pondus, 3, 200, d
Accipitris natura, 1, 620, d. Accipitris cognomento delectatus Antiochus, 3, 322, a
Accûs formidine pueri à peccando deterrentur, 3, 394, a
Acetum frigidum temperatura, 2, 340, b. aceti vis igni omnium maximè inimica, ib. c. acetum ſub finem conuiuii bibere ſolitus Epaminondas, 2, 495, c. aceto gaudent culices, 3, 674, a
Acherontis portus, 1, 286, d
Achilles à Minerua nectare & ambroſia ſuſtentatus, 3, 600, b. amori deditus, 2, 443, a. immiti ingenio, 2, 569, c. minimè vinoſus, ib. b. Chironis medi

ci diſcipulus,ib.a. rei medicæ peritus,1,42,d.2,569,b. iram muſica lenit,3, 534,a. irā rationi obtemperare coegit, 1, 43,b. cur ſingulari certamine congreſſuris cœnam promiſerit,2,663,c. cur Agamemnonem cerebro comparauerit, 2, 659,a. inſcius occīdit Tenē, 1,494,c. equis apium cur præberet,2,569,a. Achilles &Patroclus amicorum par,1,162,b

Achillis cum Alexandro magno collatio,1,573,d. oratio ad Priamum,1,182,d. lyra,1, 553,d. prudentia in componenda Menelai & Antilochi lite,2,304,a.b. haſtam contrectare nō auſus Patroclus,1,100, a. vacua & famelica menſa improbatur, 2, 611,a. Achillis nomen apud Tenedios in Tenæ fano proferri cur nefas fuerit,1,494,b

Achiui à T. Quinctio moniti ne extra teſtam caput exererent, 1,333,c

Achrades,1,503,b

Acidus vuæ ſapor in vinoſum abit,3,261,d

Aciem terribiliſſimam, & conuiuium lætiſſimum inſtruere poſſe, eiuſdem eſſe operæ,2,300,d

Ἀκμαίων λέσχη vnde Chalcidenſibus dictus fuerit locus qui ad Pyrſophium eſt,1,495,d

Ἀκράτισμα quid,& vnde dictum, 2,399,b.c

Acria & acerba quomodo appetitum excitent,2,365,c.d

Acro medicus,1,639,c

Acroamata quænā potiſſimùm cōuiuiis adhibēda,2,622,c. quādo màximè cōueniant, 2,626,c

Acrotati apophthegma,1,363,d

Acrothoraces ſeu ſemiebrii, cur magis abſurdis ferantur motibus quàm planè ebrii, 2,532,d

ἀξιωμάτιον,2,177,d

de Actæone Meliſſi F. hiſtoria memorabilis,2,405,c.d.

Actio primum, ſecundum & tertium in oratoria,3, 175,c. Actionis vmbra ſermo, 1,15,c

Actiui fati definitio ex Platone, 2,411,a

Acus piſces parientes diſrumpuntur,2,126,a

¶ Ada Cariæ regina, 1, 306,b.3, 448,c

Ἀΐδης vnde dictus Pluto, 3, 283,a. & 507, d

Adianti ſuccus vino admixtus hilaritatem excitat,2,298,a

Adiaphora Stoicorum,3,653,c

Adimantus Platonis frater,2,85,a

Admetus Apollinis & Herculis amaſius,2,443,c

Admirandis fidē qui planè derogat, & qui planè adhibet, in eodem ſunt vitio,t. 3,c.600,c. admiratio contēptui eſt contraria,1,66, d. admiratio modū requirit,ib. admirationem natura rebus raris tribuit, 3, 274, b. admirationem qui omnibus in rebus tollas,2,353,b

Adoleſcētes pulchri qui,3,674,a. qui deformes, ibidem. maiore quàm pueri cura regendi, 1, 18,d. in legēdis poetis ductoribus indigent,1,24,a. in quibus exercēdi,1,13,a. cur ſenib' ſint voraciores,2,363,b. pleriq; nihil diſcūt,aut ob verecūdiā,aut ambitionē,1,77,c. adoleſcētes qui erubeſcerēt quàm qui palleſcerēt Cato magis probabat, 1,335,d.2,162,a. adoleſcētis ingenui veræ laudes,1,206,c. adoleſcentia laſciuiens quomodo domanda,1,21,c.d

Adonæus,ſpurius deus,2,434,d

Adonis,2,557,a. à ſue interfectus,ib. Adonidis horti,2, 218,a

Adraſtea Iouis nutrix,2,535,a.
Adraſteæ ſanctio, 2, 411, b. & 414,b Adraſtia Iouis & Neceſſitatis filia, ſcelerum vindex, 2,225,d
Adraſtus eiuſque in Alcmæonem dictum,1,153,c.& 157,d
Adraſti equ' teſtudinis ſectatur veſtigia, prouerb. 3,689,c
Adſuefactio optimum remedium aduerſus curioſitatem,2,146,c
Aduerſa qui non ſuſtinent, nec proſperis vti poſſunt, 1,178,d. aduerſa vt ferant impii & ſuperſtitioſi, 1,287,a. de aduerſis æquo animo ferendis egregiæ ſententiæ,1,201,c. aduerſæ res ſui laudationẽ excuſant, 2,184,b
Adulatio amicitiæ ſeſe ſimillimã effingit,1,86,a. regna & imperia ſæpe ſubuertit, 1, 83, b. ampliſſimarũ familiarum morbus,ibid.
Adulatores dum laudant,maximè cauendi,1,96,b. nihil non ſibi faciendum ducunt oblectandi gratia,1,93,a. bona imitantes fingunt ſe non æquare,1,91,c. ſimus ſimiles,1,88,a. ne ſibiipſis quidem parcunt,1,97,b. optimis inſidiantur,1,83,b
Adulatoris & amici differentia, 1, 105, d. adulatorum in laudando technæ, 1,96,c. laudationes quomodo examinandæ,1,94,b. in congreſsibus mores,1,105,d. promiſsiones,1,106,a. voces,1,89,b.c. morum adfectata ſimilitudo quomodo deprehendenda, 1, 87, c.d
Adulatrices Cypriæ graduli in Syria dictæ,1,85,b
Adulteri & curioſi ſimilitudo, 2, 145,b. adulteri vt in comœdiis traducerentur,cõceſſum,2,144, b. in adulterũ cũ vxore deformi deprehenſum Byzantii dictũ, 2,155,d. adulteris cur Spartæ nulla pœna à Lycurgo conſtituta,1,379,c. adulterarum pœna apud Cumæos,1,485,b. in adulteros & libidinoſos Arceſilai dictum egregium,1,217,b
Adulterii Martis cum Venere allegoria,1,32,a. adulterium Lacedæmone inauditum, 1, 379,c. adulterium apud Cianos annorum 1ↃCC ſpatio ignotum,1, 415,c
Aduncus naſus apud Perſas honori habitus,3,98,b
¶ AEacus in Europa mortuos, iudicat,1,209,b
AEantidis tribus chorus cur nunquam vltimo loco Athenis ponatur,2,485,d
AEdes alienas ingredi niſi prius pulſato oſtio,indecorũ, 2,140,a
AEdificia ſanitatis gratia mutanda,2,137,b.c
AEgeſta,Siciliæ vrbs,1,524,a
AEginetarum clades,1,500,d.
AEginetarum nulla habẽda ratio,prouerb. 2,357, c. AEginenſis mina,1,377,a
AEgipanes,3,348, d
AEgithali & acanthyllidis odium,2,177,c
AEglator Aretaphilæ Cyrenææ pater,1,425,a
AEgon Argiuorum rex, 1,660,b. quomodo rex creatus,1,569,a
AEgrotos priſci in propatulum exportabant vt à tranſeuntibus medelam acciperent,3,505,b. ægrotorum mores, 2,50,c
AEgyptus olim mari fuit tecta,1, 613,b. multa noxia,eadémque multa ſalubria profert medicamenta,1,24,b.c. AEgypti omnes fontes ac putei ſalſam & amaram habent aquam, ibid. in AEgypto nullæ ſunt pluuiæ, 3,602,a

AEgyptii quomodo agros colãt, 2, 555, b. ſceletum conuiuiis adhibent,1,254,b. cadauera quomodo tractent, 1,272,b. omnes medici,3,350,a. ad luctum propenſi,1, 195,c. exilii contemptores,2,275,d. AEgyptii reges è ſacerdotibus aut bellicoſis legebantur,1, 592, d. cuiuſdam regis mira aſtutia,1, 633,d. AEgyptiis in pyramidibus vna voce edita,4 aut 5 ſoni redduntur,3,241,a. AEgyptiæ mulieres calceamentis cur non vterentur, 1,244,d. AEgyptiorũ de terræ & lunæ quãtitate ſententia, 3,590,d. erga mare odium vnde,2,652,b. regum lex, 1, 297, c. AEgyptiis toto anno ſol ſemel tãtum eſt verticalis,3,600,a

AEmiliæ Liciniæ & Martiæ, virginum Veſtalium, nefas,1,472, c

AEmilianus rhetor, 1,699,b

AEmilius deuicto Perſeo coronatus ſacrificauit,2,67,b

AEmilius Cenſorinus tyrannus,1, 524,a. AEmilii ab eo dicti crudeliter imperantes,ib.

AEmilius Scaurus nouus homo, princeps ſenatus electus, 1,531, b. Menti templum dedicauit, ib.d. quando natus,1,532,a

AEmulatio & ambitio cur à legũlatoribus excitentur,2,24,d

AEneas ſacra faciens Diomede prætereunte caput velauit, 1, 442,d. AEneæ velut mortui ſimulacrum cur finxerit Hom.3, 460,b

AEnigmata aliquot,1,263,d.ac deinceps. ænigmata Delphica, 1,643,c. ænigmata Pythagorica explicata, 1, 19, c. & deinceps. ænigmata & allegoriæ pueris gratæ,1,680,c

AEnitus Numitoris F. ab Amulio patruo in venatione interfect', 1,522,d

AEoldæ qui Bœotis,1,497, d.

AEoles loco β vtuntur π,1,376,a. & 595,a

AEolia lex citharœdica,3,511,d

AEolus diis charus,2,279,a

AEolus Etruriæ rex,1,518,c

AEquale & inæquale an admittãt medium,contra Stoicos,3,684, d. æqualitas, omnium iniuſtitiarum maxima,2,635,d

AEquidialis circulus,3,217,c

AEquinoctia & ſolſtitia ſentit thynnus piſcis,3,329,a,b

Aer an primum frigidum,3, 282, d. primum eſt tenebroſum,ib. neque grauis eſt neque leuis,3, 416,b. non concreſcit, 3,287, a. noctu denſatur, 1, 639, a. omnia conſeruat & nutrit præter marina,2,652,a. inteſtinũ capitis auditum repercuſſus facit,3,239,b. à luce omnium facillimè immutatur,3, 576,d. eſt vocis ſubſtantia, forma atque vis,2, 640,a. aer fit igni extincto,1,713,b. aer fluuialis qualis, 3, 263 ,a. aerẽ ex igne generari extinctio docet,3,283, c. aerem non eſſe frigidũ,diſputatio, 3,287,c. aere attenuato fit ignis,1,713,b

AErarium cur Spartæ non haberent,1,374,d. cur Romæ in Saturni templo ſeruaretur,1,457, c

AEs à fluente ære facilius quàm ab igne colliquatur, 2,428,c. quodnã optimũ,1, 115,c . 3, 155, d. inueteratum æruginem exſpirat,1,660,a. adſtringẽte facultate eſt præditum, 2, 344,d. cur vocalius & magis ſonorum quàm aurum & lapides, 2,639, a. æris color floridus, 1, 658, b. æs cur εὐήνορα & νώροπα vocet Homerus, 2,345,a. æra

cur in defectibus pulſentur, 3, 609, d
AErea bucula Perilli, 1, 523, d. æreus equus Aruntii Paterculi, 1, 524, a. æreus clauus, amuletum venatorium, 2, 342, c
Aëropi filii, 1, 546, c
AEſchines Demoſthenem incuſat quòd filiam non luxerit, 1, 205, c
AEſchinis & Demoſthenis mutua conuitia, 3, 72, a. in Demoſth. dictum, 1, 586, a. cum Ariſtippo ſimultas quomodo compoſita, 2, 43, a. in inimicū abſentem candor, 3, 167, c. vita, 3, 166, c. cum Demoſthene ſimultas, ib. d
AEſchines Academicus Carneadem qua ætate audierit, 3, 33, a à Platone laudat[9] apud Dionyſ. 1, 114, d.
AEſchylus apud Siculos exul mortuus, & de eo epigrāma, 2, 281, a. Pſychoſtaſiæ tragœdiam ex Homeri Il. χ deſumpſit, 1, 27, b. tragœdias omnes ſcripſit potus, 2, 311, d. & 629, d
AEſchyli grandiloquentia, 1, 583, c. AEſchyli tragœdia Septē ad Thebas inſcripta, Martis fœtus appellata, 2, 629, d
AEſculapius Epidauro Romam aduectus, 1, 476, c. medicorū præſes, 2, 677, d. gallum ſuper manum portans quid deſignet, 1, 666, b. AEſculapii fanum cur extra vrbem ſit, 1, 476, c. per AEſculapiū iurare ſolitus Demoſthenes, 3, 175, d
AEſopus à Crœſo Delphos, & ad Periandrum miſſus, 1, 257, b. orationem ſcripſit de dictis, Ne quid nimis, Noſce teipſum, & Sponde, præſtò noxa eſt, 1, 280, c. reprehendendi ſtudioſus, 1, 261, a. variarum linguarum vſu polluit, 1, 270, c. vnde ſuæ ſapientiæ primordia duxerit, ib.
AEſopi de fiſtulis ſermo, 1, 258, c. cum Solone concertatio, 1, 261, a. & deinceps. fabulæ, argumentum poematis Socratici, 1, 26, a. mors, 2, 212, a. b. AEſopicæ gruis & vulpeculæ conuiuium, 2, 299, a. AEſopicæ fabulæ pueris & adoleſcentibus conueniunt, 1, 23, b
AEſtas quomodo fiat Empedocli & Stoicis, 3, 228, c. æſtas quatuor menſibus durat, 3, 379, d. æſtatis & hyemis conuerſiones ſoli acceptæ ferendæ, 3, 219, c. d
AEſtus maris vnde, 1, 621, a. b. 3, 231, c. d
AEterna omnia in Deo, cum Deo, & circa Deum ſunt, 2, 635, b
AEthen equam Agamemnon homini Sicyonio prætulit, 1, 53, b. 3, 343, d
AEthiopes mures abominantur, 2, 177, b. trigeſimo anno ſeneſcunt, 3, 255, a. veſtibus contra æſtum vtuntur, 2, 371, d. AEthiopum regnum caninum, 3, 660, a
AEtnæus ignis, 3, 581, d
AEtolicæ mulieris cum dracone conſuetudo, 3, 318, a. in AEtolis manus, in Clopidis animus, Ariſtoph. dictum, 2, 140, c
¶ Affabilitas in pueris plantanda, 1, 15, c
Affectiones corporis nouæ an ſubinde oriri poſſint, 2, 655, a
Affectus quid, 2, 11, b. anſæ adoleſcentum ad virtutem, 2, 25, c. an ſint opiniones, contra Stoicos, 2, 16, c. ceu ſtimuli rationi additi à diis, 2, 25, b. affectus corporis an in animam redundent, 3, 243, a. in affectis locis conſiſtunt, ib. examinandi ne exceſſu aut defectu peccent, 1, 142, c. affectus omnes ſunt peccata Stoicis, 2, 20, d.

quomodo boni fiant, 2,20,b.
radicitus non eruendi,2,23,c.
affectus à ratione prorſus ſeparatus inuentu difficilis,3,374,c.
Affectuum diſcrimina & inæqualitates,2,20,d. mediocritas non improbanda,1,178,b.
fortus vtiles ſi rationi adſint, 2,94,a
Afflictis conſolatione, non aſſentatione, occurrendum, 2,271,b.c
Africanus Pompeio refragante conſulatũ petere nolebat,3,63,c
Africus ventus ab humentibus locis ſpirat,3,228,c
¶ Agamedes & Trophonius Delphici templi architecti,1,188,d
Agamemnon Alexandro intemperantior,1,573,d. AEtham equam viro timido prætulit,1,53,b.3,343,d. pæderaſtes,3,348,b. Vlyſsi increpanti cedit,nõ Achilli,1,113,c. Agamemnon non qui congros coquerent inſpiciendo, tantas res geſsit,Antagoræ poetæ in Antigoni curioſitatem iocus,2,552,d
Aganice Hegetoris Theſſali filia, aſtronomiæ perita,1,250,a
Agapeſtoris academici iocoſa cõpotatio,2,310,b.c
Agaſiclis Spartanorum regis apophthegmata,1,350,c.d
Agatharchides Sami' hiſtoricus, 1,507,d
Agathocl{a ſaltatrix,2,430,b
Agathocles Siciliæ rex,1,301,b. 2,190,a. figuli filius, 1,301,b. 2,189,d. inſulæ præſes, contemptim dictus,3,102,a
Agathoclis de Vlyſſe falſè dictum ad Ithacenſes, 1, 301, c. 2, 212, d. ad Corcyræos amarum reſponſum, ibidem. modeſtia, figuli F. ſe non diffitentis,1,301,b.2,189,d
Agathon tibias è conuiuio ad mulieres relegauit,2,158,d. chromaticum muſices genus primus tragœdiæ immiſcuit,2,326,d
Agathonis conuiuium,2,296,d
Agaues inſanientis verba ex Eurip.2,114,b
Agemachi cõuiuium, in eóque de tuberum prouentu diſputatio,2,545,d
Argiui oues quas iniri vellent,cur abigerent ad Agenoris lucum,1,503,a
Agenorides primus medicinã feciſſe creditur à Tyriis,2,329,b
Ageſianax de lunæ maculis,3,572,c
Ageſilaus ab ephoris mulctat',2,81,e. amicorũ ſupra modũ ſtudioſus,3, 67,a. & 69,d. ab ephoris legiſlator conſtitutus,1,324,b. ſui vbique ſimilis,1,89,a. diuinis honoribus à Thaſiis affectus, 1, 354, b. in arundine cũ pueris equitãs deprehẽſus,1,359,c. culpatus quòd Thebanos bellare docuiſſet, ib.c.d. à quibus laudari ſuſtinebat,1,94,a. milite meliorem lectum nõ habuit,1,353,c. non paſſus eſt ſibi à formoſo oſculum dari, ne ad amorem cõcitaretur, 1,50,d.
Ageſilai apophthegmata, 1,323,c.& 350,d. de Perſarũ rege dictũ,1,134,a.& 323,c. de Græciæ moribus dictum, 1,324,a.& 356,b.c. ad ephoros epiſtola, 1,355,c. epiſtola pro amico ad Hidrieum Carẽ,1,324,b.& 353,b. erga præceptorẽ animus faſtuoſus,3,63,a. laus ex Xenophõte,3,19,b. temperantia,1,573,c. ſtrategema, 1,324, c.& 352, b. ad patrem vt præter leges in cauſa quadam pronun-

tiaret iubentem reſponſum, 2, 172,c
Ageſipolis Cleombroti F. apophthegmata,1,361,d
Ageſipolis Pauſaniæ F. apophthegma,1,362,a
Agias helluo,2,323,a
Agis ab ephoris mulctatus ob ſyſſitia contempta,1,377,c. ſeni obſequens,3,45,b. ab ephoris euocatus vt magiſtratu ſe abdicaret,3,45,d. vltimus Laced. rex,1,36,c
Agidis apud Delphos epigrãma,2,53,b. vxorem Timæam conſtuprauit Alcibiades, ibid. apophthegma,1,363,c
Agidis Archidami F. apophthegmata,1,362,a
Agidis iunioris apophthegmata, 1,363,c
Agidis Argiui adulatoris ad Alexandrum dictum,1,101,d
Aglaia, Gratiæ nomen,3,7,c
Aglaocarpum cur Hom. malum dixerit,2,577,c
Aglaonice Hegetoris filia, ſiderũ perita, lunam ſe de cælo detrahere ſimulabat,1,695,d. vide & Aganice.
Agrigentinorum de cæruleis veſtimentis non geſtandis edictũ, 3,98,b
Agrionia feſta,2,396,a.b
¶ Aiax ſemper poſt Achillem primus habitus,2,669,a. cõtemptus fuit impatiens,1,487,c. pertinax & infauſti nominis,2, 670,d. Aiacis animã cur Plato dixerit vigeſimo loco ad ſortem veniſſe,2,668,c. Aiacem maledicentem laudat Neſtor, 2,119,c
Aἴθοπα cur vinum dicat Homer. 2,374,a
ἀγειν pro ἐπαγειν,1,37,a
¶ Ala muſcæ currũ tegens, 3,691, a. alæ naturam maximè diuinorum fieri participem, Plato quomodo dixerit, 3, 637,c. alæ mulierum,2,429,b
Alala belli ſoror,1,584,d. belli filia,2,83,a
Alalcomenæ vnde Ithaca appellata,1,500,c
Alalcomeniũ, Bœotiæ oppidum, ibid.d
Alaſtor quid ſignificet,1,493,c
Alba amuſsis, prouerb.2,134,c
Albis veſtibus cur in luctu vterentur Rom. mulieres, 1,450,a. albus color ſolus eſt ſincerus & mixturæ expers, ib.c. in albũ colorem mutati nequit chamæleon,1,90,b.3,269,b
Alcæus ζοφοδόρπιδα cur Pittacum appellarit,2,399,b. Alcæi poetæ verſiculus reprehenſus, 2, 383,b.c. Alcæi de voluptatibus dictum,2,155,b
Alcamenis apophthegmata, 1, 364,a
Alcander Lycurgo oculum baculo excuſsit, nec ob id ab eo vltus, ſed beneficiis affectus fuit,1, 377,d
Alceſtis ab Hercule Admeto reſtituta,2,443,c
Alcibiades adulatorum princeps, 1,88,d. ad Lacedæmonios defecit,1,317,a. ebrius in conuiuio Platonis,2,621,c. Socratis riualitatem falſè notauit, 2, 493,a
Alcibiadis apophthegmata, 1,316,c. in dicendo infelicitas,1,137,a.b.3,59,b. in republica adminiſtranda ingenium, 3,52,d. Alcibiadi concionanti coturnix è ſinu euolat, 3,50, d
Alcinous hoſpitalitatis laude clarus, 2, 279, a. Alcinoi erga hoſpitem in conuiuio bu-

manitas,2,303,b
Alcippi filiæ à Democrita matre occiſæ,2,410,b
Alcmæon Themiſtoclem oppugnat,3,62,a. Eumenidès fugiens,iuxta Acheloum ſedē ponit,2,277,b.c. eius in Adraſtū conuitium,1,153,c
Alcman Lyricus,3,512,d. Alcmanis de exilio dictum,2,272,c
Alcyonum erga coniugem amor,3,335,a. in nido conſtruendo mira induſtria,2,100,b.3,335,b. & deinceps. partus mare trāquillum reddit,3,334,d
Alcyoneus Antigoni F.1,205,d
Aleæ comparata vita humana à Platone,2,51,c
Aleuas ab oraculo rex declaratus,2,96,d
Alexander à ſacerdote Iouis Ammonis F.appellat⁹ quid dixerit,1,307,b. à Megarenſibus ciuitatis iure donatus,3,108,a.b. adulatoribus obnoxius,1,111,a.b. Calliſthenem,Parmenionem & Philotam,ab adulatoribus inſtigatus,interfecit,ib.b. Clitum cur interfecerit,1,121,b. ſibi manum afferre vult ob Cliti cædem,2,21,a. cantu ad arma capiēda excitatus,1,559,d. ob Branchidarum ſubuerſionē non laudatus,2,212,c. pro deo haberi voluit,1,368,c. deum ſe non eſſe ex ſomno & venere deprehendit,1,112,a. vulneratus deum ſe non eſſe cognouit,1,570,c. ſeipſum apud Ariſtotelem timidè laudat,2,191,a. Pellæ proſcenium æreū facere volens ab artifice prohibetur,2,442,d. eodem quo Diogenes Cynicus mortuus eſt die,2,397,a. inuidum neminē,oſores plurimos habuit,2,179,b. Herculem venerans ſibi laudem parauit,2,187,a. Herculem,Perſeum & Bacchum ſibi imitandos propoſuit,1,554,d. formarum deſpector,1,552,a. Darii vxorem formoſiſſimā videre nō ſuſtinuit,2,149,b. Philoxenum acriter corripit quòd ſe ad pueri amorem incitaret,1,556,b
Alexandri apophthegmata,1,305,c. ſobrietas,3,448,c. ad ſororis peccatum conniuentia,3,90,d.& 91,a. caſtitas,1,305,d. liberalitas,1,559,b. in laboribus perferendis fortitudo,1,569,c.d. bibacitas,2,478,d. & deinceps. aduerſus patris ſucceſſus æmulatio,1,305,c. veſtitus,1,551,a. cum Hercule collatio,1,571,d. cum aliis imperatoribus collatio,1,573,b.c. in Oxydracis audax factum,1,574,d. dictum modeſtum ad eos qui ipſum Herculi comparabant,1,308,d. vulnera & aduerſi caſus,1,570,b. victoriæ,1,566,d. aduerſus patrem querela de fratrū multitudine,1,304,b. dicta puerilia,1,553,a. mors,1,214,c
Alexander Pheræorum tyrannus,1,558,b
Alexander Moloſſus à Brutiis & Lucanis obtruncatus,1,544,b
Alexandrinis cur pepercerit Auguſtus,1,348,d. Alexandrina puella ab elephante adamata,3,317,d
Alexicrates Pythagoric⁹,2,651,a
Alexidemus Mileſius,1,255,b. & 256,a
Alexini ſophiſtæ vanitas,2,175,b
Alexis comicus cum Philemone in ſcena certans mortuus,3,20,b. Alexidis verſus verè Epicurei,1,35,a
Alga & muſco purpuræ veſcuntur,3,330,d. algam quando

eiiciat mare,2,32,a
Aliartus, Bœotiæ vrbs,2,404,b
Alibantes cur dicti mortui, 2,662,c.3,613,a
Alica veſci cur gracilibus ab Apollonio medico interdictum,3,260,c
Alimenti abundãtia venerem excitat,3, 270, b. alimentorum concoctionis difficultas vnde exiſtat,2,347,d
Aliterius quid,1,493,c.2,151,b
Allegoria veteribus hyponœa dicta,1,31,d. allegoria de Veneris & Martis concubitu,ib.
Allienſis clades,1,541,c
Allium magnetis vim debilitat ipſi inunctum,2,319,d
Ἀλλοπρόσαλλον cur Martem appellet Hom.2,436,b
Aloidæ,3,596,c
Aloſa cantibus cietur,3,299,b
Alpha Phœnicum lingua bouem ſignificat,2,666,c
Alphitûs formidine mulieres pueros à peccando deterrebant,3,394,a
Alterum de altero non prædicari, Stilponis iocoſa diſputatio, 3,487,c.d
Aluus adſtricta vt laxanda, 1,232,c. aluum adſtrictam aro ſylueſtri manducata vrſus laxat, 3,320,c. alui profluuia vino curantur,2,339, b. alui humectantur iis qui in periculo verſantur,3,264,d
itidem diuitiæ iucũdiores ſunt, & gloria ſplendidior ac potentia, ſi ab animo profectum gaudium habeat: quum etiam paupertatem & exilium & ſenectutem leniter & placidè, prout facili mitiq; ingenio prædi- ti ſunt, ferant. Quemadmodum enim aromata lacernis quoque & laceris veſtimentis odorem fragrantem afferunt, Anchiſæ autem hulcus ſaniem malam emittebat, à linamento ſtillantem in purpuream veſtem: ita cum virtute omne victus & vitæ genus moleſtiæ expers eſt & iucundum: at vitium quum admiſcetur, ea etiam quæ ſplendida pretioſáque eſſe ac dignitatem habere videntur, moleſta & nauſeæ plena poſſeſſoribus reddit, adeò vt vix eorum vſum admit- C

A tant.

Beatus iſte iudicatur in foro,

Domus apertis foribus eſt miſerrimus.

Vxor domina eſt omnium, imperat, pugnat. Facilè tamen muliere mala liberari quis poſſit, ſi modò vir ſit, non mancipium: at nemo queat itidem ſcripto ſuæ vitioſitati repudiò negotiis liberari; & ſeorſum ab illa quietè viuere: ſed in viſceribus ſemper habitans & inhæreſcens,

Vrit torre carens, crudæ tradítque ſenectæ.

B quum moleſta ſit peregrinationis comes ob arrogãtiã, & ſumptuoſa côuictrix ob liguritionẽ: necnon côcubina grauis & acerba, quòd curis & ſolicitudinib' atque æmulationibus ſomnum interturbet. Quod enim dormiunt, corporis ſomnus eſt & requies: animus pauoribus, ſomniis, perturbationibus agitatur, ob ſuperſtitioſum deorum metum.

Quum mæror obrepente ſomno me occupat,

Tunc pereo ſomniis:

ait quiſpiam. idem autem inuidia & metus & ira &
C intemperantia in hominibus efficiunt. Interdiu enim foras proſpiciens & ſe ad alios conformans vitioſitas erubeſcit, ſuóſque affectus prauos occultat, neque omnino ſe perturbationũ impetu abripi ſinit, ſed renititur ſæpenumero ac reluctatur: at verò in ſomnis, quũ libera facta fuerit ab opinionib' & legibus, & lôgiſſimè à verecũdia & metu receſſerit, omnẽ cupiditatem ciet, excitátq; inſitam naturæ malignitatem atque intemperantiam. Nam & cum matre côcumbere conatur, vt ait Plato, & cibos quibus veſci
D nefas eſt, admittit: nullóque facinore abſtinet, eo quo datur modo fruẽs ſuis flagitiis: per ſpectra nimirum & viſa, quæ ad nullam voluptatem nullúmque effectum concupiſcentis perueniunt, ſed concitare tantummodo & efferare perturbationes atque ægritudines poſſunt. Vbi ergo vitioſitas voluptate fruitur, ſi nuſquã eſt vacuitas à curis, vacuitas à moleſtiis, nuſquam animus ſuâ ſorte contentus, nec imperturbatus atque quietus? Voluptatibus enim corporis bona

temperies & ſanitas locum & ortum præbet:at ingenerari animo gaudium & lætitia non poteſt, niſi vacuitatem metus & fiduciam,tanquam ſedem,aut trãquillitatem omni fluctu carẽtem pro fundamẽto habeat.Sed & quum ſpes aliqua aut oblectatio arriſerit,ea repentè,vbi ſolicitudo eruperit,nõ ſecus ac ſerenitas ad ſcopulum, diſſipatur atque conturbatur. Coacerua aurum,congere argentum, ædifica ambulationes,imple mancipiis domum,& debitoribus ciuitatẽ: niſi perturbationes animi ſedaueris, & inexplebili cupiditati finẽ impoſueris,timoribus etiã curíſq; teipſum liberaueris,vinũ febricitanti colas, & billoſo mel porrigis: cibaria & obſonia paras alui profluuio laborantibus & torminoſis, qui ea nõ continẽt,neq; inde corroborantur,ſed ab illis ipſis pereunt. Non vides vt ægroti à cibis omnium & lautiſſimis & cariſſimis abhorreant, eóſque reſpuant, quum aliqui eos apponunt,& vt iis veſcãtur vrgent: at vbi mutata temperie, & ſpiritu ſalubri ac ſanguine dulci ingenerato & calore naturali, ſurgunt è lecto, tũc pani vili caſeum dũtaxat aut naſturtium adhibentes, hoc cibo lubenter veſcuntur. Talem affectionem animo ingenerat ratio:eríſque tua ſorte cõtentus ſi didiceris quid bonum ſit & honeſtum: deliciis fruẽris in paupertate & regnabis,& à negotiis remotam vitam atque priuatã nõ minus amabis quàm eam quæ in ducendis exercitibus & gerendis magiſtratibus eſt occupata.Si te philoſophiæ ſtudio dederis,iniucundè nõ viues,ſed vbique iucundè viuere diſces & ex omnibus. Delectabũt te diuitiæ,de multis bene merẽtem;& paupertas,curas multas non ſuſtinentem. gloria, quòd honoratus eris: obſcuritas, quòd minimè eris inuidioſus.

A
B
C
D

PLVTARCHI DE ESV carnium liber prior, ſeu oratio prior.

HENRICO STEPHANO interprete.

A Empe rogas quam ob cauſam Pythagoras ab eſu carnium abſtineret: ego verò miror quis affectus, qualis mẽs aut ratio fuerit illius qui primus cædem cruentam ore attigit, & mortui animalis carnes labris delibauit, mortuorum corporum & ſimulacrorum membra, quæ paulo antè mugiebant, vocem edebant, motúque & viſu prædita erant, obſonium & cibum menſis appoſuit. Quomodo viſus cædem illam intueri ſuſtinuit,
B dum iugularentur, excoriarentur, membratim conciderentur? Quomodo olfactus odorem illum ferre potuit? Quomodo guſtatum cõtaminatio non deterruit, dum aliena hulcera tangeret, & lethalium vulnerum ſuccos ſanioſos hauriret?

Tergora reptabant: verubus mugibat in ipſis
Toſta & cruda caro. boues mugire putares.

Fictum hoc quidem atque fabuloſum eſt: at cœna reuera eſt prodigioſa, quum quis pecudes etiamnum mugientes eſurit, quibus ali oporteat docẽs, & dum adhuc viuũt vocémq; edunt, quo ſint modo condiẽ-
C dæ, aſſandæ atque apponendæ, præſcribens. Nempe illũ qui primus hæc feciſſet, par erat quærere: nõ eũ qui ſerò deſiiſſet. Vel potius iis qui primi carnibus veſci ſunt aggreſſi, culpam omnem in penuriam reiiciendam eſſe aliquis dixerit. Non enim in cupiditatibus nefariis enutriti, neque abundantes alioqui rebus neceſſariis, luxu ad cupiditates quæ præter naturam ſunt, & ab ea quæ inter animantes eſt ſocieta-

te abhorrent, prolapſi ſunt, ita vt ad hæc tandem deuenerint. Imò verò ſi illis in præſentia ſenſus & vox redderetur, dicerent, O vos beatos & diis charos qui nunc viuitis! in quale ſeculum vita veſtra incidit, quo bonorum omnium abundantiam ſortiti eſtis, vt his frui poſſitis! Quàm multa vobis naſcuntur! quantum vobis bonum eſt vindemia! quàm multas ex campis diuitias, quot è ſtirpibus voluptates percipere poteſtis! Vt delicatè ac molliter viuatis, vos contaminare neceſſe non habetis. At nobis triſtiſſimus maximéque horrendus obtigit vitæ ac temporis ſtatus. quòd enim primi omnium mortalium nati eſſemus, ex eo in magnam & ineluctabilem penuriam incidimus. Aer tenebroſus adhuc obtegebat cælum, & ſtellas, quæ turbido inſtabiliq; humori & igni ac vẽtorum procellis permixtæ erant. Nondum ſol certum ac minimè vagum curſum conficiebat, ortum & occaſum diſcernebat * Terram autem vaſtam reddebant fluminum minimè coercitorum eruptiones: multáque paludum eluuionibus deformia erant, multa ob profundas voragines, ob ſteriles vepres atque ſyluas feritatem quandam præ ſe ferebant. Atque adeò nullus mitium fructuum prouentus erat: ſed ne inſtrumẽtum quidem vllum ars, vel vllam induſtriã ſolertia dabat. At fames moram non concedebat: neque vlla tunc ſementis erat quæ anni tempora expectaret. Quid mirum igitur ſi animantium carnibus contra naturam vſi ſumus, quum limoſus muſcus cibo eſſet, & cortex arboris ederetur: & gramen inuenire vireſcẽs, aut aliquam phlœi [*herbæ aquaticæ*] radicem, magnæ felicitatis eſſe exiſtimaretur? Siquando autem glandem comederãt, præ gaudio choreas circa quercum aut fagum quampiam ducebant: victus largitricem, matrem atque nutricem appellantes. Atque hæ erant feriæ quas norant qui tunc temporis viuebant: reliqua autem omnia turbulẽta & triſtitiæ plena erant. At vos quomodo nunc, qua rabie quo œſtro perciti nefariam cædem cõmittitis, quibus res ad victum neceſſariæ ſunt atq; ſuperſunt? Cur

A mēdaces in tellurem eſtis, quaſi vos nutrire nequeat? cur impii in legiferam Cererem eſtis,& Liberum patrem, manſuetudinis & comitatis autorem, dedecore afficitis, quaſi non accipiatis ab his quæ vobis ſatis eſſe poſſint? Non vos pudet mites fructus ſanguini & cædi miſcere? Atqui vulgò truculentos appellatis dracones, pardos, leones: quū ipſi nefariis cædibus quas perpetratis, nihil illis ad crudelitatē reliqui faciatis. Illis enim ex cæde eſt paſtus, at vos inde comparatis obſonium. Non enim leones & lupos vlciſcentes vo-
B ramus: ſed his omiſſis, innocua manſuetáque animãtia, & quæ aculeis ac dentibus ad mordendum carent, comprehendimus atque interficimus: quæ certè & pulchritudinis & venuſtatis cauſa natura edidiſſe videtur. Id verò perinde eſt acſi quis exundantem cernēs Nilum, & regionē fœcundis ac frugiferis fluētis opplentem, non iſtud in eo labente admiretur, hāc nimirum vim genitalem fertilémque mitiſſimarum & vitæ vtiliſſimarū frugum: verùm vſpiam crocodilum innatare conſpicatus, & aſpidē deuolui, nec
C non muſcas, beſtias ſæuas & tetras, his ſe cauſis ad reprehendendum cogi diceret. Aut ſiquis tellurem iſtam & aruum longè latéque mitib⁹ frugibus refertum cernens, & ſpicis grauidum, deinde in ſegetes introſpiciens, lolii cuiuſpiam aut orobanches ſpicam videat, fruges illas colligere negligat, ac potius de his queratur. Perinde etiam fuerit acſi quis orationem rhetoris in cauſa quapiam & patrocinio copioſam & incitatā vehemētémque eſſe vidēs, ad periculorum depulſionē, vel ad coarguēda accuſandáque facinora,
D fluere autē & ferri nō vtcunque nec tenuiter, ſed vnà cum multis vel potius omnis generis affectibus, in mentes itidem multas atque varias & diuerſas auditorum vel iudicum, quas flectere & mutare, aut certè lenire & placare ac reprimere oportet: deinde caput cauſæ & contentionem ipſam videre atque expēdere non curans, aliqua perperā dicta excerpat quæ præceps oratio vnà deuexit violento impetu, & vnà cum reliqua oratione deuoluta ſunt *. Verùm nihil nos

deterret, non florida ſpecies coloris,non vocis canoræ iucunditas, non calliditas animi, non munditia in victu & præſtans ſolertia miſerorum:ſed exiguæ carunculæ gratia orbamus animum ſole, lumine, & eo vitæ ſpatio ad quod implendum procreatus erat. Ergóne ſonos ſtridoréſque quos edũt,voces inarticulatas eſſe arbitrabimur,nõ deprecationes,& obteſtationes defenſionéſq; cuiuſq;?dicentis, Nõ deprecor neceſſitatem tuam,ſed iniurioſum luxum:vt cibum habeas,interficito: vt autem ſuauiorem cibum habeas, ne me interficias. O crudelitatem! horrendum quidem ſpectaculum eſt, videre mẽſam locupletum ferculis inſtrui, vtentium coquis & obſoniorum conditoribus qui velut funerum ſunt curatores: verùm magis horrenda res eſt, videre quæ ex ea referuntur.maiores enim ſunt reliquiæ iis quæ comeſa fuerunt:adeò vt illa fruſtra interfecta ſint.Alii autem appoſitis epulis parcentes, diuidere & concidere carnes non ſinunt quum viuis non pepercerint. A B

Verùm age ſis,iſtos homines accepimus dicere,carnium eſum à natura eſſe profectum.Imò verò hominem in eſu carnium naturam nõ ſequi, primùm quidem humanorum corporum conſtitutio argumento eſſe poteſt. Hominis enim corpus nulli eorum ſimile eſt quæ inſitũ à natura carnis eſum habent.nõ aduncitas roſtri, non vnguium acies, non aſperitas dentium ineſt: non ventris firmitas & calor ſpiritus qui mutare & conficere graues iſtas & pulpoſas epulas poſſit.quin potius natura eo ipſo quòd læues dẽtes, os anguſtum,mollem linguã & ſpiritũ ad concoquendũ imbecillum præbet,carnis eſum eiurat. Alioqui ſi te ad tales epulas natum eſſe dicis,primùm ipſe quod vis edere interficito:verùm abſque cultri,aut venabuli, aut ſecuris adminiculo:ac luporum, vrſorum, leonúmque more, occidentium quæ pro paſtu habent, morſu bouem interime,aut ore ſuem,vel agnum aut leporem dilaniato, atque adeò in ipſum proſtratum incumbens, veſcere viuo adhuc, vt animalia illa faciunt.Sin verò expectas dum mortuum ſit quod tibi C D

A edendum erit, & præſentem animam è carne expellere erubeſcis, cur contra naturam veſceris animatis? Quinetiam ne inanimis quidem veſci quis poſſit & mortuis, ſi talia maneant qualia ſunt: ſed elixant, aſſant, mutant igni & medicamentis, cædis veſtigia cõdimentis ſexcentis abolentes, vt guſtus deceptus epulas à quibus alioqui abhorret admittat. Quanquã facetum eſt illud Laconis, qui quum in caupona piſciculum emiſſet, & cauponi condiẽdum tradidiſſet, poſcenti caſeum, acetum & oleum, Atqui ſi iſta habe-

B rem, (inquit) piſcem nõ emiſſem. Nos autem vſqueadeò in iſta nefanda cæde animalium delicati ſumus, vt quanuis carnem obſonium appellemus, ad eam tamen ipſam obſoniis indigeamus: ideóque oleum, vinum, mel, garum, acetum ſcitamentis Syriacis & Arabicis admiſceamus: perinde acſi verè mortuũ ſepeliremus. Illis enim carnibus ita maceratis & quodãmodo putrefactis, concoctio vix ſuperior euadere poteſt: at quũ ſuperatur hæc, periculoſas grauitates & morboſas cruditates inducit. Diogenes autem cru-

C dum polypum edere nõ dubitauit, vt apparationem epularum quæ igne fit aboleret. Is, ſacerdotibus aliiſque multis circunſtantibus, caput pallio operuit, & carnem illam ori admouens, Veſtra cauſa (inquit) ego periculũ ſubeo. Egregiũ dii boni periculum. Annon enim, quæſo, ſicut Pelopidas pro Thebanorum, Harmodius & Ariſtogiton pro Athenienſium libertate, ita hic philoſophus periculo ſe obiecit, aduerſus polypum crudum certans, vt vitam humanam efferatam atq; immanẽ redderet? Neque verò carnium

D eſus contra naturam tantummodo eſt corporibus noſtris, verumetiam animos ex repletione & ſaturitate hebetes & tardos efficit. Qui enim plurimum vini & carnium in ventrem ingerunt, corpus quidem ſuum validum & robuſtum reddunt, ſed animum imbecillum. Ac ne in offenſionem athletarum incidam, cognatis exemplis vtor. Nos enim Bœotos Attici craſſos & ſtupidos atq; bardos propter voracitatem potiſſi-

tiſſimùm appellabát.Hi verò ſunt ſues,dixit quidam. A
Et Menander, Qui malas habent. Itidémque Pinda-
rus * Atque(vt dixit Heraclitus)lumini cuidam ſic-
co ſapientiſſimus animus ſimilis eſt. Dolia quidem
certè quum pulſantur,reſonant:at ſi plena fuerint,i-
ctibus non reſpondent. Ahena item tenuia ſonitum
circumquaque ſpargũt, niſi quis iniecta manu illum
inhibeat.Oculus humore redundáte oppletus,hebe-
ſcit,& ad proprium munus fungendum elangueſcit.
Solem per aerem humidum multóſque craſſos vapo-
res cernentes,non purum neq; ſplendidum, ſed vel- B
uti demerſum & caliginoſum, & labilẽ quandam lu-
cem habẽtem conſpicimus. Eodem certè modo per
corpus turbidum & ſaturum & quod alimentis mi-
nimè ſibi conuenientibus grauatur, omnino neceſſe
eſt ſplendorem animi & lumen hebeſcere atque con-
turbari, temeréque huc & illuc vagari, quum ad res
ſubtiles & perſpectu difficiles nulla luce roboretur.
Præterea verò nónne præclarum hoc eſt,quòd ad
humanitatem nos conſuefacimus? Quis enim affice-
re iniuria velit hominem qui tanta manſuetudine & C
humanitate præditus eſt vt etiam aliena nulláque
cognatione ſibi iuncta mala commiſeretur? Memini
equidem me nudiuſtertius legere factum illud Xe-
nocratis: & Athenienſes pœnam irrogaſſe illi qui
viuum arietem excoriauerat. At non eſt(vt opinor)
qui viuum cruciat, peior eo qui vitam adimit & in-
terficit. Sed nimirum magis iis quæ contra conſue- 1833
tudinem ſunt,quàm iis quæ contra naturam,moue-
mur.Et hæc quidem illic à me quodam vulgariore
modo diſſerebantur. At verò magnũ & arcanum, D
atque incredibile hominibus miſeris & mortalia co
gitantibus principium iſtius dogmatis vereor quidẽ
mouere in hac diſputatione,vt nauem in tempeſta-
te nauclerus,aut vt poeta tollit machinam in thea-
tro circumacta & verſata ſcena.Non alienum tamen
fuerit fortaſſe veluti proluſione quadã carmina Em-
pedoclis præcinere. * Hic enim ſenſu à verbis di-
uerſo innuit animos: quoniam cædium & eſus car-

A nium pœnam pendẽtes, mortalibus corporibus ſunt illigati. Quanquam hæc ratio eſſe antiquior videtur. Nam quæ fabulis de dilaniato miſerè Baccho prodita ſunt, & facinora Titanum aduerſus eum, ſupplicíaque eorum, quum ex cęde iſta guſtaſſent, & fulmina in eos miſſa, figmẽta ſunt quæ ad rediuiuos natales referũtur. Illam enim partem noſtri quæ ratione vacat, turbulentáque eſt & violenta, nec diuina ſed dæmonica, priſci Titanas nominauerunt. atque hæc illa eſt pars eius qui pœnas luit.

B

PLVTARCHI DE ESV carnium liber poſterior, ſeu oratio poſterior.

C *HENRICO STEPHANO interprete.*

ADuerſus veterem illam & iam rancidam carnes edendi conſuetudinem, vt recentem animorum alacritatem afferamus, diſputatio iſta poſtulat. Difficile enim eſt (quemadmodum dixit Cato) ſermonem habere apud ventres, qui auribus carent: iámque hauſtum eſt con
D ſuetudinis poculum, quod eſt velut cinnus quidam, Circæo cinno ſimilis dolores & fraudes ac gemitus pariẽti. Neque verò facile eſt hamum eſus carnium extrahere, vtpote voluptatis cupiditati implicitum ac penitus infixum. Alioqui certè vt AEgyptii ventrẽ
1834 mortuorum exemptum & ad ſolem diſſectum proiiciunt, tanquam autorem omnium quæ quis deliquerit: ita & nos helluationem illam & carnificinam ex nobis reſcindere, & reliquo vitæ tempore impol-

lutos eſſe deceret. Neque enim ipſe venter carnifici- A
na ſe contaminat, quum eam non exerceat, ſed ab
intemperantia contaminatur. Veruntamen ſi con-
ſuetudo facit vt iſto peccato abſtinere non poſſi-
mus, hoc ſaltem à nobis ratio impetret, vt cum ali-
quo pudore peccemus. Carnibus veſcamur, ſed eſu-
rientes, non deliciis indulgentes: interficiamus ani-
mantem, ſed eius vicem commiſerantes, non proter-
uè inſultantes, nec eam cruciantes. Talia enim multa
nunc perpetrantur: quum alii verua candentia in iu-
gula ſuum intrudant, vt ſanguis circa ferri tinctu- B
ram extinctus atque diffuſus carnem teneram & fria-
bilem reddat: alii in ſuum partui vicinarum vbera
inſiliant, & calcibus petãt, vt ſanguinem & lac & ſa-
niem fœtus ſimul interfecti in partus doloribus com
miſcẽtes, (proh piacularis Iupiter) edant quod in a-
nimali maximè omnium vlceribus turgidum eſt.
Sunt etiam qui gruibus & oloribus oculos cõſuunt,
deinde tenebricoſo quopiam loco includentes ſagi-
nant: atque adeò prodigioſas quaſdã intritorum mi
ſcellas condiendæ carni eorum, quæ obſonium futu- C
ra eſt, adhibeant. Hinc autem manifeſtiſſimum eſt,
eos non alimenti & vſus neceſſarii cauſa, ad ſcelus il-
lud prorupiſſe, ſed præ ſatietate & faſtidio & iniu-
rioſo quodam luxu, ex ſcelere voluptatem ſibi quæ-
ſiuiſſe. Ac quemadmodum in mulieribus, quum nul-
la eſt voluptatis ſatietas, is qui libidinoſus eſt, & va-
gatur vt omnia experiatur, tandem ad infanda pro-
labitur: ſic victus intemperantia naturalem & neceſ-
ſarium finem prætergreſſa, immanitate & flagitio ap-
petitui varias illecebras ſubminiſtrauit. Senſus enim D
vnà morbis tentantur, & ad libidines mutuo quodã
conſenſu feruntur, quum ſe intra præſcriptos à na-
tura fines non continent. Sic auditus morbo captus
muſicam deprauauit, tactus mollities & effœminatio
turpes contrectationes & titillationes muliebres a-
mare cœpit. Hæc viſum docuerunt, non gaudere py-
rhichis, neque ſtaticulis, vlliſve ſaltationibus lepidis, 1835
neque ſtatuis aut picturis: ſed hominum cædes &

A neces, vulneráque & pugnas, ſpectaculum ſumptuoſiſſimum inſtituere. Sic comitantur mēſas ſceleratas congreſſus obſcœni, fœdam venerem acroamata inepta & abſurda, cantus & auditiones turpes comitantur theatrorum ſpectacula inuſitatæ atrocitatis: ſpectaculis crudelibus comes eſt animus qui nullo humanitatis ſenſu tangitur. Hac de cauſa diuinus ille Lycurgus, in tribus legum ſuarum tabulis, nullum aliud inſtrumentum quàm ſerram & ſecurim fabricandis ædium ianuis & tectis adhiberi voluit:

B non equidem quòd terebris aut aſciis aliiſve quibus confici ſolet inteſtinum opus, bellum indixiſſet: ſed quia ſciebat te in ædificium huiuſmodi non illaturū eſſe lectulum auratum, neque auſurum in viles ædes importare menſas argenteas, ſtragula purpurea, & lapides pretioſos: quin potius domus talis, lecti, mēſæ & poculi cœnam quoque frugi comitem eſſe, & prandium plebeium. Cum principio autem victus praui currit omnis luxus & profuſio, vt pullus non lactatus currentem equam ſequitur. Ecqua igitur

C cœna non ſumptuoſa eſt? Cuius cauſa non interficitur aliquid animatum. Paruum diſpendium eſſe arbitramur animam? non iam dicam quæ patris eſt fortaſſe, aut matris, vel amici cuiuſpiam, aut filii, (vt dicebat Empedocles) ſed ſaltem ſenſus, viſus, auditus, imaginationis intellectus participem: quam ad conſequendum quod ſibi conueniens eſt, & fugiendum quod eſt alienum, à natura vnumquodque accepit. Conſidera obſecro an melius nos ad manſuetudinem excolant ii philoſophi qui nobis

D autores ſunt vt liberos & amicos & parentes & vxores edamus, vtpote vita omnino priuatos: an Pythagoras & Empedocles, qui ad iuſtitiam erga aliud etiam animantium genus exercendam nos conſuefaciunt. Tu quidem eum qui oue non veſcitur, irrides: Atqui nos (dicet ille) abſit vt rideamus, quū patris mortui aut matris concidentem artus, & mittentem amicis abſentibus, præſentes autem vocantem ad epulas, & carnium affatim apponentem videmus.

Atque adeò nunc quoq; peccamus fortaſſe, qui poſt- A
quam hos libros attigimus, manus, pedes, oculos & 1836
aures piaculo quopiam non purgemus. Niſi fortè in eo eſt illorum expiatio quòd de his diſputemus, auditionem ſalſam oratione dulci & potabili abluentes. Equidem ſiquis libros & rationes vtrorumque inter ſe cõferat, illa quidem Scythas & Sogdianos & Melanchlænos philoſophatos eſſe dicet:(de quibus Herodoti hiſtoriæ non creditur) at Pythagoræ & Empedoclis decreta, leges priſcorum Græcorum
fuiſſe. * Atenim nihil iuris nobis cum animanti- B
bus rationis expertibus intercedit. Quinam, obſecro, iſtud poſtea cenſuerunt?

Iſ ſunt qui gladios primi cudere nocentes,
Agricoliſque boues cœperunt mandere primi.

Ita certè & tyrannis leuia ſunt homicidiorum principia. quemadmodum Athenis primus interfectus fuit Epitedeus quidam, ſycophanta peſſimus, & ſecundus pariter ac tertius : ſed vbi cædibus aſſuefacti
fuerunt, Niceratum Niciæ filium & Theramenem C
imperatorem & Polemarchum philoſophum interfici videbant. Ita initio ferum aliquod & maleficum animal comeſtum fuit; deinde auis quæpiam aut piſcis pertractus fuit: ſed guſtu in illis ante exercitato, ad bouẽ aratorẽ, ad ouem quæ nos ornat, ad gallum cuſtodẽ domus venerunt. atque ita paulatim corroborata inſatiabili cupiditate, vſque ad cædes hominum & bella progreſſi ſunt. Verùm etiamſi quis non oſtenderit præterea, animos communibus vti
corporibus, & ſubinde in alia atque alia migrare in D
renaſcendo, & quod nũc rationis eſt particeps, poſtea rationis expers effici, & mãſuetum euadere quod nunc eſt ferum: ac mutare omnia naturam & aliò traducere, diuerſo carnium amictu contegentem: itáne hæc non deterrent eum qui immanem quandam & intemperantem viuendi rationem inſtituerit, quòd corporibus morbos & grauitates eſus carnium ingeneret: & animus ad bellum quamlibet iniuſtum ſe conuertens corrumpatur, quum aſſueſcimus, abſque

A cruore & cæde non hoſpitem conuiuio excipere, nõ
1837 nuptias celebrare, nec cum amicis verſari? Quanquã
eius quæ narratur immigrationis animorũ in corpora, ſi fide digna probatio nõ eſt, at certè dubitatio vt cautè nos & timidè geramus, meretur. Siquis enim (verbi gratia) in nocturno exercituũ prælio, homini proſtrato & corpus armis tectum habẽti gladium intentans, audiat aliquem qui dicat, ſe quidem non certò ſcire, ſed exiſtimare, illũ qui iaceat, ipſius eſſe filium, aut fratrem, aut patrem, vel contubernalem:
B vtrum ſatius eſt, fidem habentem coniecturæ illi non veræ, dimittere hoſtem, dum eum eſſe quendam ex amicis credis: an eo contempto quod ita dicitur vt ad fidem faciendam firmum non ſit, interficere propinquum, dum ex hoſtibus vnum eſſe arbitraris? Hoc nefarium eſſe nemo eſt qui non fateatur. Hîc verò & tragicam illam Meropen cõſiderà, quum in ſuum filium, tanquam in filii interfectorem, ſecurim attollit ſimúlq; dicit, Iſtam * tibi infligo plagam: quantum in theatro motum excitet, minaciter ſe erigens, & quantum metum ne ſenem inhibere volentem præ-
C ueniat, atque adoleſcentulum feriat. Quòd ſi tum ſenex vnus adſtãs dixiſſet, Feri: hoſtis eſt: Alter autẽ, Ne ferias: filius eſt: vtrum ſcelus maius fuiſſet, prætermittere vltionem inimici propter filium, an propter odium in hoſtem conceptum ad cædem filii deuenire? Quum igitur neque odium ſit, neque ira, neque aliqua vltio, neque metus de nobiſipſis, qui nos ad cædem impellat, ſed voluptatis noſtræ gratia ſtet victima reflexa ceruice: ſi ex philoſophis alter dicat, Cædito. eſt enim animal rationis expers: Alter, Inhi-
D be manum. quid enim ſi in hoc corpus anima propinqui alicuius aut dei migrauerit? Proh deûm fidẽ, ſúmne in pari periculo, ſiue non edam carnes, quòd huic credam: ſiue occidam filium aut alium quempiám propinquum, quòd non credam? Iam verò & impar eſt Stoicorum pro eſu carnium concertatio. Quis enim eſt cui multa ora in vẽtre & culinas hiãt? Cur voluptatem vt languidam & effœminatam in-

ſectantes, eámque minimè in bonis rebus, neq; præcipuis, neque ad naturam noſtram accommodatis numerantes, vſqueadeò ſtudioſi ſunt eorum quæ ad voluptatem pertinent? Erat profectò illis conſentaneum, ſi vnguentum & bellaria è cõuiuiis expellunt, multo magis cruorem & carnẽ abominari: at nunc, quaſi ephemeridum in ſua philoſophatione rationẽ haberent, ſumptus cœnarum in res inutiles & ſupervacaneas detrahunt, luxum autem crudelitate & cædibus plenum non recuſant. Hoc fateor: (inquit) nulla enim nobis cum brutis cognatio vel ſocietas intercedit. Atqui (reſponderit aliquis) ne cũ vnguento quidem & ſcitamentis peregrinis: ſed tamen & ab his deterretis, quod nõ vtile neque neceſſarium eſt, niſi ad voluptatem, vndique eiicientes. Enimuerò & illud ipſum expendamus, nihil iuris cum brutis nobis intercedere: non callidò quopiam artificio nec ſophiſticis cauillationibus & captionibus vtentes: ſed noſtros ipſorum affectus introſpicientes, & conuenienter humanæ naturæ hæc intra nos examinantes. * * * * *

A B 1838

AIN PLVTARCHI LIBEL-los ſeu oratiunculas περὶ σαρκοφαγίας, id eſt De eſu carnium, Annotationes HENR. STEPHANI.

DE ARGVMENTO ET TITVLO horum libellorum, & de aſſertoribus dogmatis quod eorum autor ſequitur.

QVicunque eſt horum libellorum, ſeu harum περὶ σαρκοφαγίας oratiuncularum, autor, (eſſe enim
B Plutarchum, vix perſuadere mihi poſſum) in huius argumēti tractatione παίζειν potius quàm σπουδάζειν voluiſſe videtur. Ac priore quidem ſeu libello, ſeu commentariolo, ſeu oratiuncula, omnē prorſus carnis eſum damnat, & omnes ab eo deterret, ſimúlque velut eo interdicit: at poſteriore, de illa tāta ſeueritate aliquid remittens, quoniam ſe quod petit obtinere poſſe deſperat, (vtpote diſputātem aduerſus vētrem, qui auribus caret) nobis indulget vt carne veſcamur:
C ſed hactenus tamen vt ad hoc neceſſitate potius cogi quàm voluptate impelli dicamur.

Multa porro ex iis quæ hîc ſcribuntur, quibus videlicet σαρκοφαγία oppugnatur, ex Pythagoricorū libris petita eſſe credibile eſt: quum Naſo ipſummet Pythagoram inducēs de illa grauiter conquerētem, pleraque cum his omnino cōuenientia ei adſcribat. Si tamē Pythagoricè loquendum foret, id eſt, faciendum ex Pythagoreorum verbis eſſet aliquod vocabulum per compoſitionem, potius περὶ ἐμψυχοφαγίας
D iſti commentarioli inſcriberentur. non enim iubebāt σαρκῶν ἀπέχεσθαι, ſed ἐμψύχων, ſub hoc generaliori illud complectentes. Vt autem omittam eos qui de Pythagorica ſecta ſcripſerunt, ipſi etiam comici illos nihil ἔμψυχον edere dixerunt. Antiphanes,

Πρῶτον μὲν, ὥσπερ πυθαγορίζων, ἐσθίει
Ἔμψυχον οὐδέν. Alexis,
Οἱ πυθαγορίζοντες γὰρ, ὡς ἀκούομεν,
Οὔτ' ὄψον ἐσθίουσιν, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲ ἓν Ἔμψυχον.

Atque adeò iidem comici comicè in huius vocis ἐμψύχων ſignificatione ludentes, ipſis Pythagoricis illudebant. vt Alexis in his verſibus, A

Ὁ πρῶτος εἰπὼν ὅτι σοφιστὴς οὐδὲ εἷς
Ἔμψυχον οὐδὲν ἐσθίει, σοφός τις ἦν.
Ἐγὼ γὰρ ἥκω νῦν ἀγοράσας οὐδὲ ἓν
Ἔμψυχον. ἰχθῦς ἐπριάμην τεθνηκότας
Μεγάλους, κρέα δ' αὐτὸς ἐσθίειν πίονος,
Οὐ ζῶντος. οὐχ οἷόν τε δή. τί ἄλλο; ναί.
Ἡπάτιον ὀπτὸν προσέλαβον. τούτων ἐάν
Δείξῃ τις ἢ φωνήν τιν' ἢ ψυχὴν ἔχον, B
Ἀδικεῖν ὁμολογῶ καὶ παραβαίνειν τὸν νόμον.

Atque hinc fortaſſe Diogenes Laertius hoc ſuum in Pythagoram epigramma mutuatus eſt.

Οὐ μόνος ἐμψύχων ἀπέχες χέρας. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς·
Τίς γὰρ ὃς ἐμψύχων ἥψατο Πυθαγόρα;
Ἀλλ' ὅταν ἑψηθῇ τι καὶ ὀπτηθῇ καὶ ἁλισθῇ,
Δὴ τότε καὶ ψυχὴν οὐκ ἔχον ἐσθίομεν.

Cæterùm poſt σάρκα, addi etiam ἔμψυχον videmus ab Ariſtotele, vbi de mugile piſce loquens (quem vocat κεστρέα) ſcribit, καὶ ἀπληκυνθεὶς δὲ οὐ δελεάζεται οὔτε σαρκὶ, οὔτ' ἄλλῳ τινὶ ἐμψύχῳ. Quum tamen σαρκὸς appellatio piſcibus quoque tribuatur, qui σάρκα dicit, ſatis generali vocabulo vti videri poſſit. Vnde videmus Porphyrium, licet περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων ſuos libros inſcribat, ſæpe σαρκῶν ſeu κρεῶν nomine eadem de re vti: & σαρκοφαγίαν ac κρεωφαγίαν, (ſicut σαρκοφαγεῖν & κρεωφαγεῖν) necnon ἔνσαρκον βορὰν & ἄσαρκον τροφὴν ac δίαιταν dicere. Idem vſus illis ipſis verbis, τῇ ἀποχῇ τῶν ἐμψύχων, rem eandem ſignificare volens dicit τῶν σαρκῶν: vbi quendã Clodium Neapolitanum librum compoſuiſſe περὶ τῶν D ἀπεχομένους τῶν σαρκῶν ait. Viciſſim autem Plutarchus, quãuis in ſuorum libellorũ titulo nõ ἐμψύχων ſed duntaxat σαρκῶν mentionem faciat, in aliquot eorum locis illa, nõ hac, appellatione vtitur. Neque enim voce ἐμψύχων comprehendi etiam plantas putãdum eſt, licet ſuam quandam ψυχὴν & ipſæ habere dictæ fuerint à nõnullis philoſophis. Vnde ſunt hæc Porphyrii, εἰ δὲ, ὥς φασι, καὶ τὰ φυτὰ ψυχὴν ἔχει, οἷος ἂν εἴη ὁ βίος, μήτε

ζώων μήτε φυτῶν ἡμῶν ἀποτεμνόντων; Idem alibi Stoicos & Peripateticos philoſophos dicere tradit, ὡς ἀτυχῶς διαβιῶναι. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ζώων ἵστασθαι τὴν δεισιδαιμονίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ φυτὰ βιάζεσθαι. τί γὰρ μᾶλλον ὁ βοῦν ἀποσφάττων καὶ πρόβατον, ἀδικεῖ τοῦ κόπτοντος ἐλάτην ἢ δρῦν; εἴγε καὶ τούτοις ἐμφύεται ψυχὴ κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν. Abſtinuiſſe tamen & plantis Pythagoreos credendum nō eſt: quum homines contrà à carnium eſu ad plantarum eſum reuocare ſtuderent. Quinetiam ad piſces quod attinet, quanuis de eorum quoque eſu σαρκοφαγία meritò dici poſſit, (ſicut & ὀψοφαγία de illo dicitur, & ὀψοφάγους peculiariter vocatos legimus piſciū delicatiorū præſertim helluatores) & Pythagorā empto à piſcatoribus iactu piſces dimiſiſſe Plutarchus quoque alibi referat: eſu tamen quorundā præcipuè interdixiſſe illū quidam memoriæ prodiderunt. Verùm vt ad illā ἀποχὴν ἐμψύχων redeam, (quod ipſorummet Pythagoreorum verbum eſt. pro quo Pythagoras apud Lucianum ψυχέων dicit: ſed Ionica dialecto vtens: vbi ita loquitur, ψυχέων μὲν οὐδὲν σιτέομαι, τὰ δ' ἄλλα, πλὴν κυάμων) ne hoc quidē ſilētio prætereundū eſt, à Pauſania in Atticis mentionem fieri cuiuſdā βωμοῦ Διὸς ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδὲν, πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν. Atque ex hoc ipſo quendam antiquiſſimum βωμὸν apud Delum ἁγνοῦ cognomentum meruiſſe credibile eſt, ad quem ſolitus accedere Pythagoras fertur, & ad nullum præterea. ἀλλὰ τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ, ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασιν πρὸς ὃν δὴ μόνον καὶ Πυθαγόραν προσελθεῖν φασι, φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα. At Diogenes Laertius poſtquam dixit Pythagoram vti ſolitum ſacrificiis ἀψύχοις, hanc ἐμψύχων in ſacrificiis quoque ἀποχὴν aliquantum reſtringit, ex quorundam ſententia. addit enim, οἱ δέ φασιν ὅτι ἀλέκτορσι μόνον καὶ ἐρίφοις καὶ γαλαθηνοῖς, τοῖς λεγομένοις ἀπαλίαις, ἥκιστα δὲ ἄρνασιν. Quòd ſi Ariſtoxeno apud eūdem codémque illo in loco credimus, non ſolùm quod ad ſacrificia, ſed etiam quod ad eſum attinet, illa ἐμψύχων ἀποχὴ ad ἀροτῆρα βοῦν & κριὸν reſtringenda erit. Hoc ſaltē conſtat ex quibuſdā ſcriptorum locis,

Pythagoram eſu βοὸς ἀροτῆρος potiſſimùm,id eſt bouis aratoris,interdixiſſe, & illo non abſtinentibus grauiter infenſum fuiſſe. Naſo quidem certè inter ea de quibus querentem eum inducit, hoc præcipuum ſtatuere videtur.Non enim contentus dixiſſe,

Quid meruere boues,animal ſine fraude doliſque,
Innocuum,ſimplex,natum tolerare labores?
Immemor eſt demum nec frugum munere dignus,
Qui potuit curui dempto modò pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum,qui trita labore
Illa,quibus toties durum renouauerat aruum,
Tot dederat meſſes,percuſſit colla ſecuri:

quibuſdã interiectis hæc addit, quibus ſuum de abſtinendo ab eſu animalium ſermonem claudit,

Quúmque boum dabitis cæſorum membra palato,
Mandere vos veſtros ſcite & ſentite colonos.

Sic etiam videmus Aratum (quem alioqui Pythagorico dogmati de nõ edenda carne ſubſcripſiſſe nemo putauerit) pro eodem ſcelere fabricationem enſium, & eſum carnis boum aratorum habere: & vtrunque iiſdem tribuere; tanquam vno eodémque tempore ad illam cudendi enſes & vorãdi aratores boues audaciam homines proruperint. Hæc enim canit,

Ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνοι ἐτέθνασαν, οἱ δ' ἐγένοντο,
Χαλκείη γενεὴ, προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες,
Οἳ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
Εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.

At Cicero pro boue aratore (quem & agricolam & colonum Naſo appellat) dixit manu victum domitúmque iuuencum. Scribit enim De natura deorum lib 2 ,Quid de bobus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata:cer uices autem natæ ad iugum , tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. quibus, quum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum, ab illo aureo genere, (vt poetæ loquuntur) vis nunquam vlla afferebatur.

Ferrea tum vero proles exorta repente eſt,
Auſáque funeſtum prima eſt fabricarier enſem,.

Et guſtare manu victum domitúmque iuuencum.

Tanta putabatur vtilitas percipi ex bobus, vt eorum viſceribus veſci ſcelus haberetur. Hæc Cicero: qui viſcerum nominatim mentionem feciſſe videtur, ad augendam facti atrocitatem. Sic Naſo, --*in viſcera viſcera condi.* Idem eadem de re loquens, *Néue Thyeſteis cumulemus viſcera menſis.* Idem eiuſdem poematis libro 14, --*iam nunc mea viſcera rebar In ſua merſurum.* Et libro 8, -*rogus iſte cremet mea viſcera, dixit.* Idem elegia qua Tibulli mortem deflet,

Téne ſacer vates flammæ rapuere rogales?

Viſceribus paſci nec timuere tuis? Ita enim in quibuſdam exemplaribus legitur, nō *Pectoribus.* Vocāt autem Latini metaphoricè viſcera ſua quicquid etiam amore ſummo proſequuntur: huiúſque ſignificationis apud hunc quoque poetam exempla extant. Atque hinc fortaſſe partis iſtius potius quàm alius fit mentio. Cæterùm cur βοῦς ἀροτῆρας ad verbum interpretari noluerit Cicero, & an meliorem ſuam illam interpretationem eſſe exiſtimauerit, diuinandum potius quàm iudicandum fuerit. Ego certè propriam verbi ſignificationem in mea eorundem verſuum interpretatione retinere malui: quæ eſt huiuſmodi,

Aſt vbi mors & eos rapuit, ſub luminis auras
Ferrea gens venit, mage tetra prioribus illis.
Ii ſunt qui gladios primi cudere nocentes,
Agricoláſque boues cœperunt mandere primi.

Germanicus Cæſar βοῶν ἀροτῆρα interpretatus eſt taurum aſſuetum aratro. Ita enim verſus illos reddidit,

AErea ſed poſtquam proles terris data, nec iam
Semina virtutis vitiis demerſa reſiſtunt:
Quiſque priora tenet veſtigia, quiſque ſecunda:
Ferrique inuento mens eſt lætata metallo,
Polluit & taurus menſas, aſſuetus aratro.

Sed ad illam Ciceronis interpretationem reuertens, ſi mihi proferre meam de illa diuinationem liceat, id eſt, quo conſilio ea vſus ſit, dixerim, illum epitheto vti voluiſſe quod Homerico reſpondet. vt enim

Homerus vbique immolationis bouis ἀδμῆτος mentionem facit,id eſt indomitæ: tanquam nefas eſſet aliam immolare,quæ videlicet domita eſſet:ita Cicero viciſſim domitum iuuencum dixit, vt illorum facinus nefarium eſſe oſtẽderet.Si enim ſacrificare domitum iuuencum non licebat, multo minus epulari. Qui autem domitum dicit,aratorem ſignificat:vt videmus Homerum poſt ἀδμήτην ſubiungere, ἣν οὔπω τις ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. Virgilius itidem nõ alias quàm ἀδμῆτας, id eſt indomitas,ad ſacrificia velle recipere videtur: ſed eas intactas & intacta ceruice appellat: licet nonnulli aliter expoſuerint. At Naſoni ἀδμήτη eſt quæ colla nulli iugo premenda dedit,ſiue quæ eſt operum & coniugii rudis,in Faſtorum libris. In prioribus quidẽ verbis habemus interpretationem eorum quæ Homerus illi epitheto ἀδμήτη adiungit, ἣν οὔπω τις ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ: at poſterioribus videri poteſt illud ἀδμήτη duobus modis interpretari. quum enim dicit operum rudem, reſpicit ad illam ſignificationem quæ conſentanea eſt iis quæ ab Homero dixi adiungi verbis: at quum dicit cõiugii rudẽ, dici poteſt eam nominis ἀδμήτη ſeu ἀδμὴς ſignificationem dediſſe cum ſubſtantiuo βοῦς,quam habet hoc ipſum cum ſubſtantiuo παρθένος apud eundẽ poetã. Neq; prætermittendũ hìc eſt quod ſcholiaſtes Arati in verſum illũ annotat,nimirum veteres à boum aratorũ immolatione tanquã à re impia abhorruiſſe:ideóq; dicere Homerũ, βοῦν ἀδμήτην, ἣν οὔπω τις ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. Primos autẽ Athenienſes bobus aratoribus veſci cœpiſſe. quinetiã tales boues fuiſſe qui ab Vlyſſis ſociis comeſti feruntur:ſolémque ob hoc factum ideò illis ſuccenſuiſſe, quoniam quòd ſolem intuemur, aratoribus bobus acceptum ferre debemus: quum alimentum quo vita noſtra ſuſtentatur, eorũ opera nobis ſuppetat. Sed de bob⁹ aratoribus, (quos agricolas &colonos cũ Naſone appellare poſſumus)hæc ſunt ſatis. Totũ autem illius poetæ locũ, in quo Pythagoram ἀπὸ τῆς σαρκοφαγίας homines deterrentem inducit,afferre libet: ex Metamorph.lib.15,

Parcite mortales dapibus temerare nefandũ
Corpora. ſunt fruges, ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo, tumidæque in vitibus vuæ.
Sunt herbæ dulces, ſunt quæ miteſcere flamma
Mollirique queant. nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias alimentáque mitia tellus
Suggerit, atque epulas ſine cæde & ſanguine præbet.
Carne feræ ſedant ieiunia: nec tamen omnes.
Quippe equus & pecudes armentaque gramine viuũt:
At quibus ingenium eſt immanſuetúmque ferúmque,
Armeniæ tigres, iracundíque leones
Cúmque lupis vrſi, dapibus cum ſanguine gaudent.
Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi,
Congeſtóque auidum pingueſcere corpore corpus,
Alteriúſque animantem animantis viuere letho!
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat, nil te niſi triſtia mandere ſæuo
Vulnera dente iuuat, ritúſque referre Cyclopum?
Nec, niſi perdideris alium, placare voracis
Et malè morati poteris ieiunia ventris?
At vetus illa ætas cui fecimus aureâ nomen,
Fœtibus arboreis & quas humus educat herbis
Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tuta mouere per aera pennas,
Et lepus impauidus mediis errauit in áruis:
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo.
Cuncta ſine inſidiis, nullámque timentia fraudem,
Plenáque pacis erant. poſtquam non vtilis autor
Victibus inuidit (quiſquis fuit ille deorum)
Corporeáſque dapes auidam demerſit in aluum:
Fecit iter ſceleri: primóque è cæde ferarum
Incaluiſſe poteſt maculatum ſanguine ferrum.
Idque ſatis fuerat: noſtrúmque petentia lethum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur:
Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit: & prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe mori: quia ſémina pando
Eruerit roſtro: ſpémque interceperit anni.

Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras
Dicitur Vltoris: nocuit ſua culpa duobus.
Quid meruiſtis oues, placidum pecus, inque tuendos
Natum homines, pleno quæ fertis in vbere nectar:
Mollia quæ nobis veſtras velamina lanas
Præbetis, vitáque magis quàm morte iuuatis.
Quid meruere boues, animal ſine fraude doliſque,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?
Immemor eſt demum nec frugum munere dignus,
Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauerat aruum,
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt quod tale nefas committitur: ipſos
Inſcripſere deos ſceleri: numénque ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens, & præſtantiſſima forma,
(Nam placuiſſe nocet) vittis inſignis & auro,
Siſtitur ante aras: auditque ignara precantem:
Imponique ſuæ videt inter cornua fronti
Quas coluit fruges: percuſſaque ſanguine cultros
Inficit in liquida præuiſos forſitan vnda.
Protinus ereptas viuenti pectore fibras
Inſpiciunt: mentéſque deûm ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum eſt?
Audetis veſci genus ô mortale? quod oro
Ne facite: & monitis animos aduertite noſtris:
Quúmque boum dabitis cæſorum men bra palato,
Mandere vos veſtros ſcite & ſentite colonos.

Cæterùm quod hic dicitur, *in tantis opibus quas optima matrũ Terra creat*, vnum eſt ex iis quæ à Plutarcho afferuntur, oſtendere volente homines voluptati duntaxat indulgere in eſu carnium, quum neceſſitas minimè illos ad hoc adigat. Hæc autem leges apud eum, libello priore, pag. 1828, circa mediũ: vbi ſcribit, ὅσα φύεται ὑμῖν, ὅσα τρυγᾶται, ὅσον πλοῦτον ἐκ πεδίων, ὅσας ἀπὸ φυτῶν ἡδονὰς δρέπεσθαι πάρεστιν! Necnon pagina quæ hanc proximè ſequitur, circa principium, τί καταψεύδεσθε τῆς γῆς ὡς τρέφειν μὴ δυναμένης; τί τὴν θεσμοφόρον ἀσεβεῖτε Δήμητραν, καὶ τὸν ἡμερίδην καὶ μειλίχιον αἰσχύ-

νετε Διόνυσον, ὡς οὐχ ἱκανὰ παρὰ τούτων λαμβάνοντες; Omitto alia quæ hîc canuntur, cum iis quæ à Plutarcho ſcribuntur conuenientia: & ad ſequentes verſus venio, in quibus ad propoſitum redit, multis interiectis,

Ne tamen oblitis ad metam tendere longè
Expatiemur equis: cælũ, & quodcunque ſub illo eſt,
Immutat formas, tellúſque, & quicquid in illa eſt.
Nos quoque pars mundi, quoniã non corpora ſolùm,
Verùm etiam volucres animæ ſumus, ínque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudúmque in pectora condi:
Corpora quæ poſſunt animas habuiſſe parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, tuta eſſe & honeſta ſinamus:
Néue Thyeſteis cumulemus viſcera menſis.
Quàm malè conſueſcit, quàm ſe parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro
Rumpit, & immotas præbet mugitibus aures:
Aut qui vagitus ſimiles puerilibus hædum
Edentem iugulare poteſt: aut alite veſci,
Cui dedit ipſe cibos? quantum eſt quod deſit in iſtis
Ad plenum facinus? quàm tranſitus inde paratus?
Bos aret, aut mortem ſenioribus imputet annis:
Horriferum contra Borean ouis arma miniſtret:
Vbera dent ſaturæ manibus preſſanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueóſque, artéſque doloſas
Tollite: nec volucres viſcata fallite virga:
Nec formidatis ceruos includite pennis:
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
Perdite ſiqua nocẽt: verùm hæc quoque perdite tantùm:
Ora vacent epulis, alimentáque congrua carpant.

Hîc ſanè quod à Naſone dicitur, illum malè conſueſcere, & ſe cruori humano parare qui guttura vituli rumpit cultro, atque aures immotas mugitibus eius præbet: planè conuenit vel potius idem eſt cum iis quæ à Plutarcho in hoc poſterioris commentarioli loco ſcribuntur. οὕτω τὸ πρῶτον ἄγριόν τι ζῶον ἐβρώθη καὶ κακοῦργον, εἶτα ὄρνις τις ἢ ἰχθὺς εἵλκυστο· καὶ γευόμενον οὕτω καὶ πρ·

καὶ προμελετήσαν ἐν ἐκείνοις τὸ νικᾶν, ἐπὶ βοῦν ἐργάτην ἦλθε, καὶ τὸ κόσμιον πρόβατον, καὶ τὸν οἰκουρὸν ἀλεκτρυόνα. καὶ κατὰ μικρὸν οὕτω τὴν ἀπληστίαν στομώσαντες, ἐπὶ σφαγὰς ἀνθρώπων καὶ φόνους καὶ πολέμους προῆλθον.

Quæ autem ſubiungit περὶ παλιγγενεσίας, multo fuſius ab eodem poeta ibidem tractãtur. ἀλλ' ἐὰν μὴ (inquit) προσαποδείξῃ τις ὅτι χρῶνται κοιναῖς αἱ ψυχαὶ σώμασιν ἐν ταῖς παλιγγενεσίαις· καὶ τὸ νῦν λογικὸν, αὖθις γίνεται ἄλογον, καὶ πάλιν ἥμερον, τὸ νῦν ἄγριον· ἀλλάσσει δὲ ἡ φύσις ἅπαντα καὶ μετοικίζει, σαρκῶν ἀλλογνῶτι περιστέλλουσα χιτῶνι· ταῦτα ἐπ' ἀποτρέψει &c. Pagina autem præcedẽte dixerat, ποῖον οὖν οὐ πολυτελὲς δεῖπνον; εἰς ὃ οὐ θανατοῦταί τι ἔμψυχον. μικρὸν ἀνάλωμα ἡγούμεθα ψυχήν; οὔπω λέγω τάχα μητρὸς, ἢ πατρὸς, ἢ φίλου τινὸς, ἢ παιδὸς, (ὡς ἔλεγεν Ἐμπεδοκλῆς) ἀλλ' αἰσθήσεώς τι μετέχουσαν &c. Hæc inquá multo latius à Naſone, vel potius à Pythagora apud Naſonem, tractantur. Siquidem iſtos verſus,

Nos quoque pars mundi, quoniã non corpora ſolùm,
Verùm etiam volucres animæ ſumus, inque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudúmque in pectora condi:
Corpora quæ poſſunt animas habuiße parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, tuta eſſe & honeſta ſinamus:
Néue Thyeſteis cumulemus viſcera menſis:

Iſtos, inquam, verſus præcedunt multi quibus mutationem in aliis etiam variis rebus contingere oſtendit, vt videlicet minus illam παλιγγενεσίαν miremur:

Morte carent animæ, ſempérque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt habitántque receptæ.
Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram.

Paulo pòſt,

Omnia mutantur: nihil interit. errat & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoſlibet occupat artus
Spiritus: éque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter: nec tempore deperit vllo.

Paulo pòſt,

-nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluunt: omniſque vagans formatur imago.

Quæ generaliter dicta tanquam in ſpecies diuidens, varia mutationis illius exempla profert: ad quæ te remiſiſſe ſit ſatis. Sed totus locus quo ſuam μετεμψύχωσιν Pythagoras deſcribit, eſt hic,

Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quondam
Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum, læuæ geſtamina noſtræ,
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.

Itidémque canit Flaccus, Carm. ode 28,

habéntque Tartara Panthoiden iterum orco
Demiſſum: quamuis clypeo Troiana refixo
Tempora teſtatus, nihil vltra
Neruos atque cutem morti conceſſerat atræ:
Iudice te, non ſordidus autor
Naturæ verique....

Sed quidam alias præterea μετεμψυχώσεις eum ſibi tribuiſſe tradunt. Nam Sophoclis enarrator in quendã Electræ locum refert, eum in quodam ſubterraneo loco ſe incluſiſſe, deinde iuſſiſſe matrem de ipſius morte rumorem ſpargere. Quum autem poſtea in conſpectum hominum veniret, multa de eo quòd homines renaſcerentur, & de inferis prodigioſa narraſſe: tandémque perſuaſiſſe ſe fuiſſe ante tempora Troiana AEthalidem Mercurii filium, deinde Euphorbum, deinde Hermotimum, deinde Pythiũ Delium, poſtremò Pythagoram. Talia quædam & à ſcholiaſte Apollonii commemorantur, in librum I Argon. Pythagoram dixiſſe ſe fuiſſe primùm AEthalidem, deinde Euphorbum Troianum, poſtea Mercurii & Samiæ cuiuſdam meretricis filium, tandem & Pythagoram. Sed ante illa præcedunt iſta: Pythagoricos tradere, AEthalidem, anima manente ſalua, Troianis quidem temporibus reuiuiſcentem, fuiſſe Euphorbum Pãthoi filium, deinde Pyrrhum Cretẽſem, deinde quendam Eleum, cuius nomen ignoratur: poſtremò Pythagoram. Legimus verò & apud Herodotum in Melpomene, quendam Zamolxin, qui Pythagoræ ſeruus fuiſſet, in Thraciam patr iam

ſuam reuerſum, per tres annos in ſubterraneo quodam loco latuiſſe: poſt quod tempus quum ſe in conſpectum Thracum daret, quod antea de ſua immortalitate illis dixerat, perſuaſiſſe. Quod ſi verum eſſet, ſuum herum ſeruus hic imitatus eſſet. talem enim Pythagoræ in ſubterraneo loco latitationẽ, & quidẽ eãdẽ ob cauſam, ex enarratore Sophoclis modò cõmemoraui. Sed multa iis quæ Pythagoras περὶ τῆς παλιγγενεσίας tradidiſſet, affingi ſolita fuiſſe, credibile eſt. Nam & hoc narratur: eum, quum aſinus ipſo prætereunte rudere cœpiſſet, dixiſſe, animam cuiuſdam ſuorum amicorum illius aſini corpore incluſam eſſe: ideóq; ſe ab illo aſino agnitum fuiſſe. Quam tamen ſiue hiſtoriam ſiue fabulam aliquis fortaſſe eandem eſſe crediderit cum ea quæ à Xenophane narratur in epigrammate quod paulo pòſt ex Diogene Laertio proferam. Sed quum multa diuerſa ſint, non eandem, id eſt ex eadem natam, ſed diuerſam eſſe puto. Cæterùm eouſque progreſſi ſunt quidam, vt has animas in horum animalium corpora, illas in illorum migrare dixerint, tanquam autore eodem Pythagora. (vt omittam eos qui in plantas, necnon in ligna & lapides immigrare quaſdam tradiderunt) Quinetiam quoſdã poetarum locos ad hoc dogma pertrahere nõnulli conati ſunt. E quorum locorum numero eſt hic Euripidis, in Hecuba,

Πο. Κύων γενήσῃ, πύρσ' ἔχουσα δέργματα.
Ἑκ. Πῶς δ' οἶσθα μορφῆς τῆς ἐμῆς μετάστασιν;
Πο. Ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.

In hunc enim locũ annotat ſcholiaſtes, Pythagorã & Platonem poſt eum, tradidiſſe, animas eorum qui ſceleratam vitam egiſſent, in brutorum corpora migrare, necnon in lapides, & plantas: vt dum iſta inhabitant, pœnas ſcelerum in priore vita commiſſorum pendant, & poſtea tádem ad priſtinum ſtatum redeant. Quoniam autem hîc Platonis quoque fit mentio, quendam ex eius Phædone locum huc pertinentem afferam. Εἰκὸς μέντοι, ὦ Κέβης· καὶ οὔτι γε τὰς τῶν ἀγαθῶν ταύτας εἶναι, ἀλλὰ τὰς τῶν φαύλων, αἳ περὶ τὰ τοιαῦτα

ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι, δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς κακῆς οὔσης. καὶ μέχρι γε τούτου πλανῶνται, ἕως ἂν τῇ τοῦ ξυνεπακολουθοῦντος σωματοειδοῦς ἐπιθυμίᾳ πάλιν ἐνδεθῶσιν εἰς σῶμα· ἐνδοῦνται δὲ, ὥσπερ εἰκὸς, εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη, ὁποῖα ἄττ' ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τύχωσιν ἐν τῷ βίῳ. Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα λέγεις, ὦ Σώκρατες; Οἷον, τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε καὶ ὕβρεις καὶ φιλοτησίας μεμελετηκότας, καὶ μὴ διηυλαβημένους, εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰκὸς ἐνδύεσθαι. ἢ οὐκ οἴει; Πάνυ μὲν οὖν εἰκὸς λέγεις. Τοὺς δέ γε ἀδικίας τε καὶ τυραννίδας καὶ ἁρπαγὰς προτετιμηκότας, εἰς τὰ τῶν λύκων τε καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων γένη. Alios autem locos quærendos iis relinquo qui magis exactā huius dogmatis cognitionem habere volent, quod eſt περὶ τῆς παλιγγενεσίας ſeu μετεμψυχώσεως ſiue μεταλλοιώσεως τῆς ψυχῆς, aut μετενδέσεως. Quibus addi poteſt & μετενσωματώσεως. hæc enim omnia de vna eadémque re dicuntur. Sed μετεμψύχωσις & μετενσωμάτωσις ſunt veluti ſubiectæ τῇ παλιγγενεσίᾳ. ſiquidem παλιγγενεσία fit διὰ τῆς μετεμψυχώσεως ſiue μετενσωματώσεως. vtriuſque autem horum vocabulorum ſignificatio exprimitur à ſcholiaſte Sophoclis vbi dicit, ἐν τῷ μεταλλοιοῦσθαι· τὰς ψυχὰς καὶ παρεισδύειν εἰς ἕτερα σώματα. Minus tamē propriè μεταλλοιοῦσθαι & μεταλλοίωσις hac de re dici vidētur: at μετεμψυχώσεως appellatio præ quauis alia recepta fuit. inuenitúrque itidem verbum μετεμψυχοῦσθαι eôdem pertinens. Illud verò μετενδέσεως vocabulum apud Clementem Alexandrinum inuenio: ſed vbi μετένδεσιν ψυχῆς dicit, aliquis fortaſſe μετένδυσιν reponendum cenſuerit. at vel ille quem attuli Platonis locus vtrunque comprobat. Libet autē nunc & illud Xenophanis epigramma, cuius paulo antè memini, proferre: in quo Pythagoras cuiuſdam ſuorum amicorum μετεμψύχωσιν in canem teſtatur.

Καί ποτέ μιν ϛυφελιζομένου σκύλακος παριόντα
 φασὶν ἐποικτεῖραι, καὶ τόδε φάσθαι ἔπος,
Παῦσαι, μηδὲ ῥάπιζ'. ἐπειὴ φίλου ἀνέρος ἐστὶ
 Ψυχὴ, τὴν ἔγνων φθεγξαμένης ἀΐων.

Quemadmodum porrò in præcedentibus vidimus, Pythagoram non alienam ſed ſuam ipſius μετεμψύχωσιν, teſtantem, ita & Empedocles de ſua, & ea quidem

multiplici,(vt ita dicam) hæc canit,

Ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε,
Θάμνος τ᾽ οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς. Vbi nõ dubito quin ἔμπυρος mendoſum ſit. atq; adeò alibi pro hoc legiſſe mihi videor ἀόλος. Cæterùm his Empedoclis verſibus libet alios eiuſdem longè pulcherrimos, & μετεμψύχωσιν itidem aſſerentes, ſubiungere: quibus nimirum (ſicut Pythagoras apud Naſonem) ab eſu carnium deterrere vult homines, quòd contingat vt iis etiam corporibus veſcamur in quæ parentum vel liberorum ingreſſa ſit anima. Ita enim ille,

Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
Ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

Idem,

Μορφὴν δ᾽ ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
Σφάζει ἐπευχόμενος, μέγα νήπιος. οἱ δὲ πορεῦνται
Λισσόμενοι θύοντες. ὁ δ᾽ αἰνήκουστος ὁμοκλέων,
Σφάξας ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα.
Ὡς δ᾽ αὔτως πατέρ᾽ υἱὸς ἑλὼν, καὶ μητέρα παῖδες,
Θυμὸν ἀπορραίσαντα φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσι.

Idem,

Οἴμοι ὅτ᾽ οὐ πρόσθεν με διώλεσε νηλεὲς ἦμαρ,
Πρὶν σχέτλι᾽ ἔργα βορᾶς περὶ χείλεσι μητίσασθαι.

Et hi quidem duo verſus à Porphyrio afferuntur, lib. 2 περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων: at præcedentes affert Sextus philoſophus. Extát autem & alii eiuſdem poetæ verſus quibus priſcos cruentis ſacrificiis abſtinuiſſe teſtatur, quum Venerem (cuius duntaxat numen agnoſcerent) placare vellent.

Οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεὸς, οὐδὲ Κυδοιμὸς,
Οὐδὲ Ζεὺς βασιλεὺς, οὐδὲ Κρόνος, οὐδὲ Ποσειδῶν,
Ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια.
Τὴν οἵγ᾽ εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο,
Γραπτοῖς τε ζώοισι, μύροισί τε δαιδαλεόδμοις,
Σμύρνης τ᾽ ἀκρήτου θυσίαις, λιβάνου τε θυώδους,
Ξουθῶν τε σπονδὰς μελιττῶν ῥιπτοῦντες ἐς οὖδας.
Ταύρων δ᾽ ἀκρήτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμός.

Libet autem omiſſis multis quæ ſuperioribus ad-

iungi poſſent, ad alia quæ maioris momenti ſunt, trāſire: nimirum ad ea quæ Sextus Empiricus (ita enim & à me vocetur in præſentia) de illo Pythagorico dogmate ſcribit. Pythagoras & Empedocles (inquit) & reliqua Italorū multitudo non ſolùm nobis inuicē & cum diis, verumetiā cū brutis animantibus quandam communionem eſſe tradunt: quòd vnus ſit ſpiritus, qui totum mundum peruadit, in modum animæ, qui etiam vnit nos cum illis. Ideóque interficiētes illa, & carnibus eorum veſcentes, non ſolùm iniuſtè ſed etiā impiè agemus, perinde acſi cognatos interficeremus. Atq; impiè agere dicebant homines,

Βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

id eſt,

Diuûm aſpergentes altaria cæde calenti.

Empedocles quoque alicubi dicit,

Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος, &c. quæ habes ſuprá: vnde petenda tibi relinquo. Quibus ſubiungit, Pythagoram (ſiue Pythagoricos philoſophos: vtroque enim modo verba eius reddi poſſunt) in dando hoc conſilio erraſſe. Non enim ſiquis ſit ſpiritus qui nos pariter & illas rationís expertes animātes peruadit, protinus nobis eſſe aliquā cum illis iuſtitiā. Ecce enim, lapides quoque & plātas ſpiritus aliquis peruadit, adeò vt illis vniamur: nihil tamē iuris nobis cum illis intercedit. Sed quoniam nondum editi ſunt huius ſcriptoris libri, ipſamet eius verba proferam: præſertim quum in reddendis quibuſdā mihi non ſatiſfaciam, & alius quiſpiā fortaſſis melius vim illorum ſua interpretatione aſſequuturus ſit. Hæc igitur ſunt eius verba, Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τὸ λοιπὸν τῶν Ἰταλῶν πλῆθος φασὶ μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζῴων. ἓν γὰρ ὑπάρχει πνεῦμα τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον, ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα. διόπερ καὶ κτείνοντες αὐτὰ καὶ ταῖς σαρξὶν αὐτῶν τρεφόμενοι, ἀδικήσομέν τε καὶ ἀσεβήσομεν ὡς συγγενεῖς ἀναιροῦντες. ἔνθεν καὶ παρῄνουν οὗτοι οἱ φιλόσοφοι ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων, καὶ ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους,

Βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρεσσι θερμοῖσι φόνοισι.
καὶ Ἐμπεδοκλῆς πού φησιν,
Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
Ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;
καὶ,
Μορφὴν δ᾽ ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας. Quibus verſibus addit cæteros quos habes ſuprà. His autem hæc ſubiungit, Ταῦτα δὴ παρῄνουν οἱ περὶ τὸν Πυθαγόραν, πλαίοντες. οὐ γὰρ εἰ ἐστι τὸ διῆκον δι᾽ ἡμῶν τε καὶ ἐκείνων πνεῦμα, ἤδυς ἐστί τις ἡμῖν δικαιοσύνη πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων. ἰδοὺ γὰρ καὶ διὰ τῶν λίθων καὶ διὰ τῶν φυτῶν πεφοίτηκέ τι πνεῦμα, ὥστε ἡμᾶς αὐτοῖς συνενοῦσθαι. ἀλλ᾽ οὐδέν ἐστιν ἡμῖν δίκαιον πρὸς τὰ φυτὰ καὶ λίθους. οὐδὲ μὴν τέμνοντες καὶ πρίζοντες τὰ τοιαῦτα τῶν σωμάτων, ἀδικοῦμεν. τί οὖν φασιν οἱ Στωϊκοί; δικαιοσύνην τινὰ καὶ ἐπιπλοκὴν ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους πρὸς ἀλλήλους καὶ τοὺς θεούς, οὐ καθότι ἐστὶ τὸ ἐληλακὸς διὰ πάντων πνεῦμα, (ἐπεὶ ἂν καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων ἐσώζετό τι δίκαιον ἡμῖν) ἀλλ᾽ ἐπεὶ λόγον ἔχομεν τὸν ἐπ᾽ ἀλλήλους τε καὶ θεοὺς διατείνοντα· οὗ τὰ ἄλογα τῶν ζώων μὴ μετέχοντα, οὐκ ἂν ἔχοι τι πρὸς ἡμᾶς δίκαιον. Poterunt autē fortaſſis quæ circa finem huius loci ſcribuntur, quoddam libri poſterioris περὶ σαρκοφαγίας ſupplementum eſſe: vbi nō ſolùm deſiderantur quæ Stoicis reſpondebat huius libelli autor, (ſiue Plutarch', ſiue alius) ſed ne ipſorū quidē dogma ſatis explanatur. Verùm monēdus mihi eſt lector de voce δικαιοσύνη, qua hîc vtitur Sextus eodem pacto quo & voce δίκαιον: quum videlicet dicit pro eodem, εἶναί τινα ἡμῖν δικαιοσύνην & εἶναί τι ἡμῖν δίκαιον πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων. Monendus eſt, inquam, Sextum ideo illa quoq; voce δικαιοσύνη vſum videri vt ſermoni ſuo, id eſt iis quæ περὶ τῆς δικαιοσύνης argumētatur, ſeruiret. Illis enim quæ attuli proxima hæc ſunt, ὥστε εἰ ἡ δικαιοσύνη κατά τινα κοινωνίαν ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀνθρώπων πρὸς θεοὺς νενόηται, δεήσει, μὴ ὄντων θεῶν, μηδὲ δικαιοσύνην ὑπαρκτὴν εἶναι. ὑπαρκτὴ δέ ἐστιν ἡ δικαιοσύνη. ῥητέον ἄρα καὶ θεοὺς ὑπάρχειν. Alioqui certè minimè vſurū ita fuiſſe nomine δικαιοσύνη exiſtimo: & Stoicos, quorum erat hoc dogma, ſolitos ſemper dicere, μηδὲν εἶναι δίκαιον ἀνθρώπῳ πρὸς τὰ ἄλογα ζῷα: nunquam μηδεμίαν εἶναι δικαιοσύνην. Nam fateor quidem τὸ δίκαιον interdum ſignificare poſſe τὴν δικαιοσύνην, (vt multa adiectiua

in neutro genere ſubſtantiui vſum obtinent) ſed quum dicitur μηδὲν δίκαιον eſſe homini erga brutas animantes, aliud ſignificatur, nimirum nihil iuris nobis intercedere vel eſſe cum illis, vt Cicero quoque interpretatur, De finibus lib. 3. Quod autem apud autorem horum περὶ σαρκοφαγίας opuſculorum legitur in fine poſterioris, οὐδὲν γὰρ ἡμῖν πρὸς τὰ ἄλογα οἰκεῖόν ἐστιν, ſuſpectũ eſt. hîc enim οἰκεῖον pro δίκαιον ſcriptũ eſſe, nõ ſolùm ex iis quæ proximè ſequuntur colligi poteſt, μηδὲν εἶναι πρὸς τὰ ζῷα δίκαιον ἡμῖν, & ex hoc eiuſdem libri loco, pag. 1836, ὅτι πρὸς τὰ ἄλογα ζῷα δίκαιον ἡμῖν οὐδέν ἐστιν: ſed etiam ex aliis pleriſque tum eiuſdem autoris (ſi modò Plutarchus autor huius diſputationis περὶ σαρκοφαγίας cenſendus eſt) tum aliorum locis. Neque tamen negauerim poſſe fieri vt quis ita loquutus ſit, μηδὲν εἶναι οἰκεῖον ἀνθρώπῳ πρὸς τὰ ἄλογα ζῷα, ſed Stoicos non hac ſed illa voce vſos fuiſſe arbitror. Poſsíntque fortaſſis illa verba, μηδὲν δίκαιον ἡμῖν εἶναι πρὸς τὰ ἄλογα ζῷα, reddi etiam, Nullam iuris communionem nobis eſſe cum brutis: aut etiam, Nullũ ius nobis ſeruandũ eſſe brutis. Et de his quidem vocabulis ſatis. Potiſſimùm autem animaduertendũ hîc eſt, Sextũ nullam παλιγγενεσίας, ſiue μετεμψυχώσεως, aut μετενσωματώσεως mentionem facere: & tãtùm loqui περὶ πνεύματος τοῦ διὰ παντὸς διήκοντος. Fuiſſe quidem certè Pythagoricum hoc quoq; vocabulũ, id eſt Pythagoricos hanc quoq; rationẽ afferre ſolitos fuiſſe, vtẽtes iſto vocabulo, ex iis quæ Sextus ſubiungit, colligi poſſe videtur. Poſtquã enim dixit τοὺς περὶ Πυθαγόραν παραινεῖν ἀπέχεσθαι φόνου ζώων, πλάζοντας, ſubiungit, οὐ γὰρ εἰ δεῖ τι δίκαιον (ita enim ſcribẽdum puto, non τὸ δίκαιον) δι' ἡμῶν τε καὶ ἐκείνων πνεῦμα, &c. Iam verò, quod attinet ad meã huius loci interpretationẽ, verba illa οἱ περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, verti Pythagoras & Empedocles: quod ſi dixiſſet tãtummodo οἱ περὶ τὸν Πυθαγόραν, (vt paulo pòſt) vertiſſem potius, Pythagorici philoſophi. Hoc quoq; ſciẽdum eſt, in quibuſdã exemplaribus, poſt οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, legi καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθος: nõ autẽ, καὶ τὸ λοιπὸν τῶν Ἰταλῶν πλῆθος. Sed lectionem iſtam meliorem eſſe, vel ex Cicerone conſtat, ſcribente, in Cato-

ne maiore, Audiebam Pythagoram Pythagoreóſq;, incolas penè noſtros, qui eſſent Italici philoſophi quondã nominati, nunquã dubitaſſe quin ex vniuerſa mente diuina delibatos animos haberemus. Addam & hoc de mea interpretatione, me in reddendo verbo ἐνσῶσθαι vſum eſſe verbo magis apto quàm Latino fortaſſe.

Et quoniã Sexti libros in manus ſumpſi, antequã eos deponã, alium quoq; eius locum proferam, quo confirmantur quæ ab autore horũ περὶ σαρκοφαγίας libellorum de quibuſdam philoſophis tradũtur, quos cum Scythis & Sogdianis ac Melanchlænis cõparat. Oſtendit enim in abſtinentia ab eſu carniũ hoc ſaltẽ eſſe præclari, quòd nos ad humanitatẽ aſſuefaciat: vtpote animaliũ cæde eſum illũ præcedente. Viciſſim autem ex aſſuetudine cædis illorũ animãtiũ tandem & ad hominum cædem deueniri, alio docet loco: idémque teſtatur & Naſo in loco quẽ antea protuli: ac profectò in pleriſq; laniis quotidie verũ id eſſe cõperitur, vt à ſua laniæna ad laniænam hominũ facilè trãſeãt: ſimúlq; ea quæ paulatim & velut gradatim à tyrannis perpetrari ſolent, homicidia in exemplum affert. Sed hoc ſaltem ſibi cõcedi poſtulat, melius nos ad manſuetudinẽ erudiri ſeu excoli à Pythagora & Empedocle, dum nobis autores ſunt vt erga pecudes quoque iuſtitiam exerceamus, quàm ab aliis quibuſdam philoſophis qui vt liberorum, parentum, vxorum, amicorum, defunctorũ corporibus veſcamur, ſuadent. Quòd ſi quæris quínam ſint iſti, audi quæ Sextus ſcribit. Δεῖγμα δὲ τῆς πρὸς τοὺς κατοιχομένους αὐτῆς ὁσιότητος γένοιτ' ἂν καὶ τὰ περὶ τῆς ἀνθρωποφαγίας παραγγελλόμενα. Et pauculis interiectis ex Chryſippo περὶ δικαιοσύνης hæc affert. καὶ ἂν τῶν μελῶν ἀποκοπῇ τι μέρος πρὸς τὴν τροφὴν χρήσιμον, μήτε κατορύττειν αὐτὸ, μήτε ἄλλως ῥίπτειν, ἀναλίσκειν δὲ αὐτὸ, ὅπως τῶν ἡμετέρων ἕτερον μέρος γένηται. Ex eiuſdem libro quem περὶ καθήκοντος inſcripſit, hæc ſubiungit, ἀποθανομένων δὲ τῶν γονέων ταφαῖς χρηστέον ταῖς ἁπλουστάταις. Et paulo pòſt, διὸ καὶ χρησίμων μὲν ὄντων τῶν κρεῶν, τροφῇ χρήσονται αὐτοῖς, καθάπερ καὶ τῶν ἰδίων μερῶν, οἷον ποδὸς ἀποκοπέντος, ἐπιβάλλει χρῆσθαι αὐτῷ καὶ τοῖς παραπλησίοις.

Siquis auté nec Plutarcho(aut ei quicúque eſt huius libri autor) nec Sexto ipſamet verba referéti credédum putat, quòd talia βαρβάρους vel potius τρισβαρβάρους quoſdam homines deceant, non philoſophos: at Diogenis Laertii teſtimonium adiunctum eſſe videntes, non eſt quòd eam ſuſpectá habeamus. Sed ad annotationes tandem venio,(in his προλεγομένοις diutius quàm decreuiſſem, immoratus) & variorum locorum qui in his libellis deprauati ſunt caſtigationes: ſed quarum magna pars ex meis coniecturis petita eſt: dum vetus aliquod exemplar aliunde emergat quod certiora dare poſſit.

IN PRIOREM PLVTARCHI libellum ſeu oratiunculam aut commentariolũ περὶ σαρκοφαγίας, id eſt, De eſu carnium, Annotationes HENR. STEPHANI.

Pag. 1827. verſu cuius initium eſt προσέψατο, ſcribendum videtur προσῦθετο ſeu προσέθετο. participium enim προσθέμενος orationẽ ſuſpenſam relinquit. Sed & accuſatiuus τραπέζας in datiuum τραπέζαις mutandus eſſe videtur, & articulus τὰ poſt ὄψον ponendus. Denique hic locus ita videtur eſſe legendus, καὶ νεκρῶν σωμάτων καὶ εἰδώλων προσέθετο τραπέζαις ὄψα καὶ τροφὴν, τὰ πρόσθεν εἰπεῖν μικρὸν ἔμπροσθεν &c. Sed in hac quoque lectione aliqua mihi ſuſpecta ſunt. Ne hoc quidem omittendum eſt, pro τροφὴν inueniri ſcriptum & τρυφήν.

V. Εἵρπον] Eſt ſcriptum ὀβελοῖσ' cum apoſtropho, tanquam poſitum ſit pro ὀβελοῖσι: ſed malim ὀβελοῖς. Sunt autem hi verſus ex Iliadis libro μ.

P. 1828. v. ἐπαπόδες] Particula καὶ quæ eſt ante διδάσκοντα, aptius collocaretur ante διατεταγμένον.

V. τῆν τὸν] Alia fortaſſe particula quàm ἢ ſcripta hîc à Plutarcho fuit: quam tamen non omnino excludo.

V. αὖ εἴποι] Non dubito quin particula καὶ locum infinitiui (εἶ) occupet. Pro εἴποι autem ſcribẽdum eſſe dixerim εἴποις, vel αὖ τις εἴποι, pro αὖ εἴποι.

V. συνδιάγ.] Interpũgo poſt ἀναγκαίων, non poſt ὑβρίσαντες: item poſt ἀσυμφύλους.

V. ὅσας] Articulus hic ας omnino ſuperuacaneus eſt: & ex vltima nominis ὕδρας ſyllaba perperam repetita factum eſſe eum, mihi eſt veriſimile: quippe qui alibi talia menda obſeruarim.

V. ἦν] Pro περὶ σι quid reponi debeat, aſſequi coniectura nequeo. nec totam huius loci deprauationem in his verbis verſari puto. Pro ἐπιστρέψας quidem in quibuſdam codicibus ſcriptum eſt ἐπιστέψας: ſed ſimul etiam datiui ὥραις καρποφόροισιν in accuſatiuos ὥρας καρποφόρους mutandi videri poſſent. Cæterum deſcriptionem illam ex poeta quopiam ſumptam eſſe exiſtimo.

V. βρώθη] Crediderim φλοιοῦ perperam hîc eſſe ſcriptum (repetendo ex proximè præcedentibus) pro φλεῷ.

V. χέρβωσαν] Repone ζειδωρόν τι.

P. 1829. v. συγν.] Fortaſſe pro τῶς νιῶ ſcribendum fuerit τοὺς νιῶ.

V. εἰπὼς] Quid ad rem hæ cõparationes? Nihil certè, meo quidem iudicio. Quum autem contrà hæc verba quæ pagina proximè ſequente habentur, ἀλλ' οὐδὲν ἡμᾶς δυσωπεῖ, οὐ χρόας ἀνθηρὸν εἶδος, &c. optimè cohæreant cum illis, ἃ νὴ Δία καὶ κάλλους ἕνεκα καὶ χάριτος ἡ φύσις ἔοικεν ἐξενεγκεῖν, interiectas illas comparationes aliunde huc migraſſe puto. Fortaſſe autẽ librario iſtud ex eo contigit quòd ex duabus chartis vnam pro altera ſumpſerit, deinde animaduerſo errore, ad ſuam quidem redierit, ſed delere quæ ex aliena deſcripſerat,

oblitus ſit.

V. καὶ μικρὰ] In ſequentibus verbis paulo aliã lectione interpretatio mea ſibi finxit, ſicut & in aliis quibuſdam huius opuſculi locis.

V. τοῖς λιπέσιν] Pro ἄοχε reponi debere αἶοχε, manifeſtũ eſt. Sed & ὀρεβάτην mendoſè ſcriptum eſſe negari non poteſt: nihil autem magis è propinquo accipere poſſumus quod ſubſtituamus, quàm ὀρεβάγχην. Videndum autem an & caſum mutare neceſſe ſit, ac ſcribere ὀρεβάγχης in genitiuo, ſicut αἶοχε genitiui eſt caſus.

V. τηγορία] Alium potius genitiuũ quàm hunc ὑποδείξεων Plutarchum copulaſſe cum τολμημάτων arbitror.

P. 1830. v. ἡμέρ.] Pro τοῦτο ſcribo τὸ, & κεφάλαιον pro τὸ φύλαιον. Poſſit tamen & τὸ κεφάλαιον legi, ſed omittẽdo eundẽ articulum in verſu præcedenti: vt τοῦτο non mutetur in τὸ, ſed planè expungatur.

V. ἐαρὸ.] Scribe potiꝰ ἐκλέγοι.

V. πῶ τῶ] Sequentibus verbis errorem ſubeſſe, perſuaſum habeo.

V. θυνότης] Malim καθάρειον quàm καθαρόν. Exiſtimo autem poſſe referri ad ea quæ ſcribit in libello quo diſputat vtra animantia ſint prudentiora, de lyncibus & hirundinibus: ὄνοις δὲ καὶ προβάτοις ἀντιπαθεῖς οἱ χηλῶν ὀλιγωρίαν καθαριότητος, οὐκ οἶδα πῶς παρῆλθε τὰς λύγκας καὶ τὰς χελιδόνας· ὧν αἱ μὲν ἐκτοπίζουσι παντάπασι κρύπτουσαι καὶ ἀφανίζουσαι τὸ λυγκούριον· αἱ δὲ χελιδόνες ἔξω στρεφομένους διδάσκουσι τοὺς νεοττοὺς ἀφιέναι τὸ περίττωμα. Verùm ſi dictũ illud ad hoc referretur, genitiuus διαίτης aliter interpretandus eſſet.

V. ἐφ' ᾧ] Pro διήγησι multo eſſet aptius διήγησιν, ſi eiuſdem cũ verbo φθέγγεται temporis eſſet.

V. κόπτειν] Nullum hîc locum videtur poſſe habere participium παραιτούμενα: quare videndum annon potius ſcribendum ſit παραιτούμενοι, & addendus genitiuus νεκρῶν, vel τεθνηκότων. vt legatur ita, νεκρῶν παραιτούμενοι κρέα, vel τεθνηκότων. Paulo pòſt autem pro ἀλλ' ἄγε fortaſſe rectius ſcribetur ἀλλά γε.

V. ἄγε] Cum accuſatiuo ἀρχὴν aut ſcriptus fuit genitiuus σαρκοφαγίας, aliúſve ei ſimilis, aut relictus ſubaudiendus. Ita enim loquitur, ſi verbum verbo reddatur, Accepimus illos homines dicere, naturã habere principium. Ego verti, Carniũ eſum à natura eſſe profectum. Poteram dicere etiam, A natura manaſſe. Non malè autem reddatur & ſic, Aiunt nos, quum carnes edimus, id facere natura autore. Vel breuius, Aiũt nos carnes edere natura autore. Sed videri poſsint aliqua deeſſe inter verba hæc, αὐτὴν ἔχειν τὴν φύσιν, & ea quæ proximè ſequuntur, ὅτι γὰρ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ κατὰ φύσιν τὸ σαρκοφαγεῖν: aut pro ὅτι aliam particulam reponi debere. Id autem eſt quod in mea interpretatione ſequutus ſum: reddens, Imò verò hominem in eſu carnium naturam non ſequi.

V. τί τὸ] Aduerbii αὐτόθεν interpretatio nonnihil negotii mihi exhibuit. Ego hæc verba, αὐτόθεν τῇ λειότητι τῶν ὀδόντων exiſtimaui non aliud ſignificare quàm ἤδη καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς λειότητος. ideóq; verti, Eo ipſo quòd læues dentes præbet. Perinde eſt certè acſi diceret, Iam inde à prima corporis noſtri conſtructione ſeu fabricatione eſum carnium eiurat: vtpote dans læues dentes, os anguſtum, &c. Poſſit & ita exponi, Iam inde ab eo tẽpore quo dat læues dentes, os anguſtum, &c. Vidi autem qui in tali loco αὐτόθεν interpretaretur Suo

ipſius iudicio, Sua ipſius ſentẽtia. Sed hoc interpretationis genus minimè mihi placuit.

P.1831.v. χρονιζόμενος] Pro τυσσόμενον legitur etiam τυμπανόν. Illã certè vocem nuſquam reperio: at τύμπανον videndum eſt an vllum huic loco conuenientem ſignificationem habere poſſit. Ego in mea interpretatione vocẽ delegi quæ ſaltem rei de qua agitur aptam ſignificationem haberet.

V.μαλακῶ.] Suſpectũ eſt hoc participium κρεοσαπέντων.

V.πέψιν] Fortaſſe non διακρατηθείσης ſcripſit huius libelli autor, ſed διακρατησάσης. vt ſit ſenſus, Difficile eſt concoctionem illas carnes ſuperare: quòd ſi etiã ſuperauerit, tamen grauitates & morboſas cruditates inducũt. Sed quum antea ſimplici κρατῆσαι vſus eſſet, videtur dicendum potius fuiſſe ibidem κρατησάσης: nec abſimile vero eſt, præpoſitionẽ participio iſti præfixam alienum locum occupare.

V.καὶ ϑερμαιν.] Verba hæc, καλὸν ὦ Ζεῦ κίνδυνον, præcedẽtibus iungi non debent. ſunt enim non Diogenis, ſed Plutarchi, aut eius quicũq; eſt libelli iſti' autor, Diogenem irridentis. Hæc autem verba, εὖ γὰρ &c. perinde interpretatus ſum acſi interrogatiuè legerentur, continuando videlicet ironiam, quæ ab his verbis incipit, καλὸν ὦ Ζεῦ κίνδυνον. Multo enim plus gratiæ huic lectioni ineſſe videtur.

P.1832.v. Ἀριστογ.] Rectius interpungetur ante ϑερμαινομένων, vt iungatur hoc verbum cum ſequentibus: & ſubaudiendum erit itidem cum præcedentibus, aut certè ϑερμαινομένων.

V.μὲν ἰχ.] Ex ſcriptore quopiam Ionica dialecto vtente ſumpta hæc ſunt: quæ & alibi à Plutarcho afferuntur.

V.ϑερσηγόρων] Hæc verba minimè mendo carent: neq; ipſius autoris ſunt, ſed aliunde petita: verùm locus eſſe etiam imperfectus videtur.

V.ϑοῦς ἴχεσι] Hæc quoque verba γνῶναί τ' ἔπειτα, multum faceſſere negotii poſsint ei qui locũ vnde ſunt deprompta, nõ nouerit: quũ ex illis ſolis nullus elici ſenſus poſſit. Sciendum eſt igitur ea poſteriore quidem loco vacare, at in priore eſſe initium loci cuiuſdam Pindarici, Olympiorũ ode 6. eius enim ſtrophen quintam verſiculis iſtis claudit,

-ὄτρυνον νῦν ἑταίρους
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν παρθενίαν κελαδῆσαι·
γνῶναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν
ὗν. ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς
ἠϋκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυ-
κὺς
κρατὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

Relatum autẽ & inter prouerbia fuit hoc dictũ, Βοιωτία ὗς. Affert verò ſcholiaſtes hunc eiuſdẽ poetæ eadẽ de re locũ ex dithyrãbis, ἦν ὅτε σύας τὸ Βοιώτιον ἔθνος ἔλεγον. Quinetiã præcedẽs ille locus, ἦ τοι δὲ αὖ σῦς, ex eodẽ enarratore emẽdari poteſt: afferẽte ex Cratino, ἦ τοι δ' εἰσὶν συοβοιωτικὸν πε-ζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

V.ϑοῦς] Alicubi legiſſe mihi videor Heracliti dictum ita ſcriptũ, ἔνθα γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη.

V.ψυχὴ] De his verbis γνῶναί τε ἔπειτα dixi in annotatione abhinc ſecunda.

V.ψόφους] Cum verbis ἐμφράξῃ & τυφλώσῃ deeſt particula τις. Alioqui in ἐμφράξῃς & τυφλώσῃς mutanda eſſent.

V.χοῦ] Reponendum eſt ἀθρήσαντες pro ἀδροίσαντες.

V.ἀνθρώπων] Pro διακείμενον inuenitur ſcriptum & διακείμενος: quæ lectio magis mihi placet, vt magis cum præcedentibus cohærens. Quum enim meminerit antea τῆς πρὸς φιλανθρωπίαν ἐθισμοῦ, aptè ſubiungetur, τίς γὰρ οὕτω πράως καὶ φιλανθρώπως διακείμενος πρὸς ἀλλότρια κακὰ καὶ ἀσύμφυλα, ἀδικήσειεν ἄνθρωπον; Eam lectionem in mea etiam interpretatione ſequutus ſum.

V.τὴν ἡμ.] Ita interpretatus ſum hunc locum acſi ſcriptum eſſet ἀναλεγόμενος, nō διαλεγόμενος. neque enim dubito quin vera ſit illa lectio, nō hæc: præſertim quū ἐμνήσθην non accuſatiuum ſed genitiuum poſcat. Non ignoro alioqui pro altero illo verbo ἐμνήσθην videri facere hæc quæ pag. proximè ſequente habentur, καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖ κοινότερον ἔλεγον. Sed in his aliquid mihi ſuſpectum eſt.

P.1833.v.θνητά] His verbis ἐπὶ τῷ λόγῳ κινεῖν, ſubeſſe mendum aliquod videtur.

V.ἐρεῖ] Satis notum & tritum eſt prouerbium μηχανὴν αἴρειν: (ab Eraſmo tamen prætermiſſum) vnde non dubium eſt quin αἴρει pro ἐρεῖ reponi hîc debeat. Verùm hac emendatione totus iſte locus minimè ſanatur.

V.νήσοις] Poſt genitiuum Ἐμπεδοκλέους deſiderantur Empedoclis verſus, in quibus dicit eum ἀλληγορεῖν τὰς ψυχάς.

IN POSTERIOREM PLVTARchi libellum ſeu oratiunculam aut commentariolum περὶ σαρκοφαγίας, id eſt De eſu carnium, Annotationes

HENR. STEPHANI.

Pag.1833.v.πέποται) Pro αὐδίας videtur reponendum αὐδῆναι: vt verſus hexameter ſit, αὐδῆναι ὀδύνας κωκυτόν, ἀπὸ σφαγῆς τε γόους τε. Videat tamen lector nunquid aptius excogitare poſsit quod in locum vocis illius reponat.

V.βάλλειν) Repono ἐμπιπλαμένων: ſúmque hanc meam caſtigationem in mea quoque interpretatione ſequutus.

V.χεῖν) Vide Plutarchi Sympoſium ſeptem ſapientum.

P.1834.v.πάντων) Pro ἑαυτοὺς ſcribendum eſt ἑαυτῆς: alioqui mutandum aliud quidpiam hoc in loco fuerit.

V.τῶν) Particula ἢ poſt ἀδύνατον loci huius ſententiam perturbat: ideóque illam in mea interpretatione præterii: ſimúlque interpunctionem quæ poſt ἀδύνατον erat, poſt ἀναμάρτητον collocaui. Quinetiam ex χρησόμεθα feci χρησώμεθα.

V.οὕτως) Pro ἀφ' ἧς minimè dubium eſt quin reponi debeat ἀφῆς. Paulo pòſt autem pro τιθεῖ ſcribendum puto φιλεῖ, aut quodpiam aliud verbum.

P.1835.v.γλαφυρ.] Manifeſto errore φθόνον pro φόνον ſcriptum fuit.

V.τραις] Cum infinitiuo γίνεσθαι deeſt vel ἐκέλευσε, vel ἐνομοθέτησε, vel aliquid huiuſmodi.

V.τῶν οἰκιῶν] In præcedentibus editionibus ſcriptum eſt τέρψεις: quod vocabulum minimè locum hîc habere nemo nõ videat. At ἐρέψεις, quod repoſitum fuit, vel ex Thucydide confirmari poteſt, qui ὀροφὰς & θυρώματα itidẽ coniungit.

V.λειτουργεῖν) Vel pro ἔργων ſcribendum eſt εἰκῶν, vel τοιούτων ἔργων exponendum eſt εἰκῶν οὕτως εἰργασμένων.

V.πολυτελὲς] Quidam poſt δεῖπνον non ponunt interrogationis notam, verùm poſt ἔμψυχον: hoc modo, ποῖον οὖν οὐ πολυτελὲς δεῖπνον, εἰς ὃ σὺ θανατοῦταί τι ἔμψυχον; Atque adeò hæc in præcedentibus editionibus Aldina & Germanica ita ſcripta ſunt: niſi quòd Aldina poſt ἔμψυχον hypoſtigmen, non interrogationis notam, habet.

V.ἀηδῶς) Pro τι repono γε, id eſt ſaltem.

V.καὶ πρὸς) Pro μέρη crediderim ſcriptum fuiſſe γῆν, aut aliquid huiuſmodi.

V.σαρκῶν) In mea interpretatione non ſequutus ſum eos codices qui interrogationis notam habent poſt γελάσωμεν. Quum enim res ſit quæ commiſerationem potius quàm riſum mouere debeat, magis rationi conſentaneum eſſe videtur accipi μή τι γελάσωμεν pro Haud quaquam rideamus, vel Abſit vt rideamus.

P.1836.v.μοι τῆς παλ.) Non dubito quin vox πυρίαν mẽdoſè hîc ſcripta ſit.

V.ὅτι) Ante ὅτι aliquot ver-

ba deſiderântur: quum hîc Stoicorum ὑποφορὰ ponatur. Fortaſsis ab autore fuerunt hæc ſcripta, ἀλλὰ φήσουσιν ὅτι: aut certè aliqua huiuſmodi.

V. τον. εἶπα) Pro ἑώρων reponendum puto περιεώρων. vt ſit ſenſus, Nicerati, Theramenis, & Polemarchi necem inultā relinquebant, Nihil illorum nece commouebantur.

V. γινόμενον) Pro τὸ νικηιῶ reponendum fuerit (vt opinor) vocabulum quod crudelitatis ſignificationem habeat: ſed ex iis quæ talem ſignificationem habent, nullum mihi in mentem venit cuius ſcriptura vocis illius ſcripturæ vicina ſit. Hoc igitur tantùm dico, ὑβριστικὸν aut πικρὸν ad illam magis accedere quàm ὠμόν.

V. ἀλλάσσει) Verba hæc, σαρκῶν ἀλλογνῶτι περιστέλλουσα χιτῶνι, hexametrum verſum efficiunt, qui fortaſsis eſt Empedoclis.

V. γνῶτι) Poſt χιτῶνι non debuit collocari τελεία στιγμή, quum ſententia adhuc pendeat, vt ex mea interpretatione cognoſces. In vltimo autem verſu poſt διαφθείρειν ponendam eſſe interrogationis notam, ex eadem intelliges. Præterea verò ita verti ac ſi non τὸν ἀνηρημένον ſed τὸ ἀνήμερον legeretur.

P. 1837. v. σύσκηνον) Poſt τί βέλτιον ſiſtenda eſt oratio, poſita interrogationis nota, aut ſaltem interpunctione, ſi particula τί ſatis per ſe declarare interrogationem videtur.

V. ἐμβρύῳ) Pro ὠνητότεραν quum dubitarem quid reponendum eſſet, locum in mea interpretatione vacuum reliqui. Nam etiamſi ὠνητοτέραν pro Venaliorē, & ὀνητοτέραν pro Vtiliorem conſtaret inueniri, neutrum aptam loco ſignificationem habere dicerē. Sumpta eſt autē hæc ſiue hiſtoria ſiue fabula ex Creſphonte Euripidis. Meminit Ariſtoteles in Arte poetica, Pauſanias quoque & Hyginus.

V. ζουσα) Genitiuus φόνου nullo modo ſtare hic poſſe videtur. Tolerabilior eſſet hæc lectio, ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ, φόβον καὶ δέος. Niſi fortè pro φόνου καὶ δέος ſcribendum eſt καὶ ἴσον δέος.

V. νοῦς) Pro θεοῦ ſuſpicetur fortaſsis aliquis ſcribendum eſſe θείου.

V. καὶ ὅμοιος) Pro ἀπειθῶ nō dubito quin ſcribendum ſit πειθῶ. Hoc quidem certè conſtat, pro ἀπειθῶ reponendum eſſe vel πειθῶ, vel aliud verbum quod eandem ſignificationem habeat. Nullo enim modo ferri poteſt ἀπειθῶ, quum aliud hoc loco ſignificare non poſsit quàm ἀπιστῶ quòd ſequitur, & tamen ſententia verbum contrariæ ſignificationis poſcat. Poſt ἀπιστῶ autem interpunctio ponenda eſt: poſt οἰκεῖον interrogationis nota. Niſi quis hæc tanquam ironicè dicta malit accipere.

V. λειώοντες) Pro προηγούμενον minimè dubium eſt quin προηγμένον ſcribendum ſit. cuius vocabuli Stoici expoſitionem Ciceronianam habes Lexico quod Ciceronianū Græcolatinum inſcripſi.

P. 1838. v. τοιαύτης) Non immeritò quis ſuſpicetur reponi debere δίκαιον pro οἰκεῖον, vt docui in prolegomenis quæ has annotationes præcedunt.

V. χρήσιμον) Vocabulū hoc ἀναγκαῖον iūgi nō poteſt cū verbis ſequentibus ἐν ἡδονῇ. Tolerabilius eſſet, εἰ μὴ ἐν ἡδονῇ. quam lectionē in mea interpretatione ſequutus ſum, ſed tamē ne ipſam quidem mihi

mihi ſatiſfacientem.

V. πρὸς ἑαυτοὺς) Multa hîc deeſſe manifeſtum eſt, quum propoſitionem duntaxat diſputationis ſequuturæ habeamus. Vſus autem ſum notulis in mea interpretatione quibus huiuſmodi defectus vulgò indicari ſolent.

PLVTARCHI DE STVdio cõparandi multos amicos libellus.

HENR. STEPH. INTERPR.

MENONEM Theſſalum, qui ſeſe in diſputationibus admodum eſſe exercitatum & (quemadmodum dicitur ab Empedocle) in ſapientiæ faſtigio verſari exiſtimabat, Socrates interrogauit quid eſſet virtus. 161 Quum autem ille procaciter & promptè reſpondiſſet, pueri eſſe virtutem & ſenis, & viri & mulieris, & magiſtratus & hominis priuati, & heri & ſerui: Rectè ſanè, inquit Socrates, quòd de vna virtute rogatus, examẽ quoddam virtutum excitaris. Nempe non malè coniiciebat, plures virtutes ab eo qui ne vnam quidem noſſet, nominari. Annon & nobis quiſpiam illudere poſſit, qui quum nullamdum firmam amicitiam comparauerimus, vereamur ne imprudentes in multas amicitias incidamus? Id enim perinde eſt propemodum acſi quis mancus & cæcus timeret ne Briareus ille centimanus, vel totus oculeus, vt Argus, euaderet. Atqui ſummopere apud Menãdrum laudamus adoleſcẽtem illum qui ſe mirè probum exiſtimare vnumquenque ait, ſi vel vmbram amici habeat. Cur autem tam difficile ſit amicitiam comparare, hoc in cauſa eſt potiſſimùm quòd multas comparare cupiamus: & laſciuarum mulierum more, dum multorũ complexus eóſque frequentes petimus, primos quoſque, neglectos & dilabentes, retinere non poſſumus. Vel potius quẽadmodum ille Hypſipyles alumnus, in prato ſedens, aliis atque aliis floribus decerpendis pueriliter delectabatur: ſic vnumquenque noſtrum ob nouitatis ſtudium, & eorum quos habemus faſtidium, ſemper re-

162 cens & florens amicus allicit:ac multa amicitiæ & familiaritatis principia inſtituentes, vnamquanque inchoatã relinquimus:eúmque quem iam aſſequuti ſumus,præterimus,dum alium perſequimur.

Primùm igitur à fama quam nobis reliquere qui ante nos vixerunt, velut à Veſta auſpicati,longam & priſcam ætatem teſtem producamus,ſimúlq; in conſilium adhibeamus.In hac amicorum paria memorãtur,Theſeus & Pirithous,Achilles & Patroclus, Oreſtes & Pylades,Pythias & Damon.Amicitia enim animal eſt ſociale,ſed non gregale,in graculorum morem.Et verò exiſtimare amicũ eſſe alterum ipſum,& vocare etiã ἑταῖρον,tãquam ἕτερον, id certè eorũ eſt qui amicitiam numerum duorum non excedere arbitrãtur.Equidem ſicut ſeruos ita etiam amicos exigua pecunia multos comparare non poſſumus.Ecqua igitur eſt pecunia qua amici comparantur? Beneuolentia & gratificatio cum virtute: quibus natura rarius nihil habet. Quocirca valde amare & amari, inter multos intercedere nequit: ſed quemadmodum flumina in multos diducta alueos atque riuos,exiliter fluunt:itidẽ amor qui in animo vehemens eſt,ſi in multos diſſipetur,debilitatur.Hinc etiam fit vt maior in partum charitas iis animalibus innaſcatur quæ ſingulos fœtus edunt.Eadémque ratione Homerus chariſſimum filium appellat μοῦνον,τηλύγετον. id eſt,natum parentibus qui nec alium habent, nec habituri ſunt. At nos vnicum quidem amicum eſſe nolumus: verùm inter plures ſit vnus ſaltem ſerò genitus:qui nimirum diuturnitate tẽporis illum ſalis modium prouerbio celebratum comederit. miniméque imitemur eos qui hodie eſſe amici inter ſe dicuntur: quibus amicitia cõtracta eſt ex eo quòd ſimul potauerint, vel pila ſeu alea luſerint, aut ex caupona, palæſtra & foro ſimul diſceſſerint. In ædibus autem locupletum eorúmque qui in imperio conſtituti ſunt,multam turbam multúmque tumultum ſalutantium, prenſantium &
163 ſtipantium vidẽtes, beatos eſſe cenſent qui amicis abundant. & tamen plures muſcas in culinis eorum

cernunt:verùm neque hæ cupedia,neque illi vtilitate deficiente permanent. Vera enim amicitia tria potiſſimùm requirit:virtutē,vt rem pulchram: conſuetudinem,vt rem iucundam:fructum, vt rem neceſſariam. Nam & recipere in amicitiam oportet certo iudicio, & ex recepti conſuetudine voluptatem, necnon fructum, ſi opus ſit, percipere. Quæ omnia multitudini amicorum repugnāt:maximéque iudicium,cuius hac in re primæ ſunt partes. Ac primùm cōſiderandū eſt an fieri poſſit vt breui temporis ſpatio deligamus qui in choro ſimul tripudiaturi ſint ad numerū, qui pari remigatione ſint vſuri,qui famuli, pecuniarum adminiſtratores,aut liberorum pædagogi ſint futuri:nedū amicos multos,qui parati ſint omni fortunæ nobiſcū colluctari:ac quorum quiſque

Suámque ſortem proſperam communicat,
Nec eſſe renuit ſocius infortunij.

Profectò ne nauis quidē ad tot tantáſque tempeſtates in mare deducitur, neque fundis ſepta & portubus clauſtra & aggeres obtenduntur, tot & tantorum periculorum metu, quot quātáq; ſunt ea aduerſus quæ perfugium & auxilium amicitia rectè & firmè explorata pollicetur. Amicis autem iis quorum explorata & periclitata fides non eſt diffluentibus,quum adulterini non ſecus ac nummi deprehendantur, qui priuati ſunt illis, gaudent: at qui habent, effugere optāt. Sed moleſtum pariter & difficile eſt amicitiam quæ diſplicet effugere aut deponere.Sicut enim cibum inſalubrem & qui nauſeā mouet, neq; retinere in ventriculo poſſumus quin noxam inferat, neque eiicere qualis ingreſſus eſt, ſed fœdum,atque ita rebus aliis confuſum vt planè ſit alius: ita improbus amicus aut vnà verſatur nobiſcum, nobíſque moleſtus eſt,ac viciſſim moleſtia afficitur, aut per vim cum ſimultate & maleuolentia, tanquam bilis quædam, expellitur. Ideóq; nō facilè obuios quoſq; in amicitiam recipere & cū illis conglutinari oportet, neque amare eos qui amicitiam noſtram ſectantur,ſed vltrò ſectari eos qui amicitia noſtra digni ſunt.Neq; enim protinus quic-

quid adeptu facile eſt, expetendum eſt. Ericam enim & rubum nos apprehendentem repellentes & præ-
164 tereuntes, ad oleam & ad vitem pergimus. Sic ſemper non eum qui facilè nobiſcum ſe copulat, in noſtram familiaritatẽ recipere decet, ſed potius dare operam vt ipſi rebus bene exploratis, nos illis copulemus qui & aliqua exiſtimatione ſunt & vtilitatem afferre poſſunt. Sicut igitur Zeuxis, quibuſdam eum reprehendentibus quòd lentè pingeret, Fateor (aiebat) me pingere longo tempore: nam & in longum: ſic amicitiam & conſuetudinem conſeruat qui diu probatam & ſpectatam accepit. Vtrum igitur multos quidem amicos deligere facile non eſt, ſed cum multis ſimul conſuetudinem habere eſt facile? An ne hoc quidem fieri poteſt? Eſt tamen conſuetudo & familiaritas fructus amicitiæ, ſummáque eius voluptas in conſueſcendo verſatur & totos dies vnà traducendo.

Conſilium charis haud abſque ſodalibus vllum
Tempore vitæ vllo capiemus.

Et de Vlyſſe Menelaus,

Et commercia nil nobis ſoluiſſet amica,
Nil niſi mors atra velans caligine nubis.

At contrarium facere videtur illa quæ numeroſa amicitia nuncupatur. Amicitia enim copulat & coagmẽtat & continet, ſpiſſans atque denſans colloquiis & comitatis officiis,

Vt ſunt denſando opportuna coagula lactis,

ſicut Empedocles canit. At numeroſa amicitia diſiungit & diuellit, atq; auertit, ac dum ad alium atq; aliũ ſubinde auocat & traducit, temperationẽ & cõglutinationem beneuolentiæ in circunfuſa conſuetudine (vt quum lac coagulo ſuo circunfunditur) fieri non ſinit. Atque hoc ſtatim iniicit in præſtãdis officiis difficultatem, ob inæqualitatem & vitioſum quendam pudorem. Nam amicitiæ commoditates fiunt incommoda ob numeroſam amicitiam. Alium mores, alium cura & ſtudium mouet. Neque enim eandem omnes naturæ inclinationem habemus. neque eadem ſemper fortuna vtimur; ac rerum agẽdarum tempora, quem-

admodum flatus, aliis ſecunda ſunt, aliis aduerſa. Iam verò etiamſi contingeret omnes ſimul amicos iiſdem egere, ſatiſfacere omnibus difficile eſſet, deliberantibus, aut rempub. adminiſtrantibus, aut munificentiam exercentibus, aut aliquos conuiuio excipientibus. 165
Sin vno eodémque tempore, prout diuerſa negotia ſe illis obtulerint, ac diuerſi caſus, hortentur, qui nauigaturus eſt, vt vnà proficiſcaris: qui reus eſt, vt patrocineris: qui eſt actor, vt vnà litem perſequaris: qui autem vendit vel emit, vt vnà negotieris: at qui vxorem ducit, vt rem diuinam vnà facias: qui exequias ducit, vt vnà lugeas: (ita vt de amicitia illa numeroſa dici poſſit quod de ciuitate quadam dictum fuit, eam ſimul ſuffitibus, ſimul pæanibus necnon lamentationibus eſſe refertam) fieri certè non poteſt vt omnibus præſtò ſis: at nulli præſtò eſſe, planè fuerit præter decorum: viciſſim autem vni inſeruientem, in offenſionem multorum incurrere, permoleſtum. Nullus enim qui amicitiam colit, non grauiter fert ſe negligi. Quinetiam negligētiam & incuriam amicorum facilius tolerant, & huiuſmodi excuſationes haud irato animo ab illis accipiunt, Oblitus ſum. At qui dicit, Nō adfui tibi in iudicio, quòd alii amico adeſſem: &, Te febricitantem non inuiſi, quòd illi amicos cōuiuio excipienti operam darem: quoniam ſuæ erga illum incuriæ culpam reiicit in curam quam habuit aliorum, tantum abeſt vt nullum expoſtulandi locum relinquat, vt etiam riualitatis materiam præbeat. Enimuerò homines vulgò ſpectare videntur quid emolumenti præbere amicitiæ poſſint, non item quid incommodi inuehere: miniméque illis in mentem venit, oportere eum qui multorum opera ſuis in negotiis vtatur, multis viciſſim ipſius opera egentibus inſeruire. Quemadmodū igitur Briareus cētum manibus in quinquaginta vētres ingerens, nihilo amplius conſequebatur quàm nos qui ventrem vnum duabus manibus curamus: ſic amicorum multitudo nihil aliud commodi affert, quàm quòd multis inſeruire, cū multis anxium eſſe, cum multis negotioſam & labo-

rioſam vitam degere oportet. Neque enim Euripidi
fides habenda eſt,dicenti,

Moderatè iungatur oportet
Homines inter fœdus amoris,
Nec ad internas vſque medullas.
Sit & affectus facilis ſolui:
Queat intendi,mòxque remitti.

vt videlicet, tanquam pedem in naui, amicitiam pro
re nata nunc laxemus, nunc adducamus. Immò verò
ad inimicitias hoc traducam':præcipiamúſq; exerce-
165 re moderatè ſimultates, minimèq; ad intimas vſq; a-
nimi medullas:ita vt odia,iræ,querelæ,ſuſpiciones fa
cilè placari poſſint. Ideóque nobis illud Pythagoricū
potius ſuadeto,ne dextrā cum multis copulemus. hoc
eſt,ne multos amicos comparemus,neque promiſcuā
& popularem amplectamur amicitiam. & in con-
trariam * * quæ cum multis malis ingreditur.è qui-
bus iſta quidem, ſimul anxium eſſe,ſimul mœrore af-
fici,iiſdē laboribus & periculis implicari,ingenuis &
generoſis non omnino ſunt intolerabilia: ſed verū eſt
quod ſapiens Chilo reſpondit nullum ſe inimicum ha
bere dicenti, Videris tu ne amicum quidem habere.
Inimicitiæ enim amicitias continuò comitantur, &
illis copulantur: quum amici non ſint qui nō iniurias,
ignominias,odia inter ſe communicant.Inimici enim
amicum tuum ſtatim ſuſpectum habent,atque odio
proſequuntur:amici autem ſæpenumero tanquam ri-
uales inuident, & moleſtis negotiis diſtinent. Quem-
admodum igitur Timeſiæ de colonia deducenda red-
ditum oraculum prædixit,

In veſpas examen apum mutabitur iſtud:

eodem modo qui amicorum examen quærunt,in inimicorum, tāquam veſparum,examina per imprudētiam ſe coniiciunt. Inimici autem maleuolētia beneuolētiæ amici præponderat.Conſidera enim quomodo in Philotæ & Parmenionis amicos atque familiares conſuluerit Alexander, in amicos Plauti Nero, in amicos Seiani Tiberius,variis cruciatibus affectos necantes. Sicut enim Creontem nihil filiæ diuitiæ iuua-

bant,ſed ignis repentè excitatus accurrentem & amplectentem vnà cremauit: ſic nonnulli,antequam vllũ ex amicorum rebus proſperis fructum perceperint,in eorum aduerſis rebus eodem exitio inuoluuntur. Atque id philoſophis potiſſimùm & ſcitis hominibus accidit.ſicut Theſeus cum Pirithoo pœnas dante & vincto

Infabrefactis vinctus eſt vinclis pedes.

Sic narrat Thucydides,in horrenda illa peſte,virtutis ſtudioſiſſimos quoſque cum amicis ægrotantibus interiiſſe:nimirum quòd neceſſarios inuiſerẽt, propriæ ſaluti non parcentes.Sic equidem non ita virtute vtẽdum eſt vt nullá eius parſimoniam eſſe velimus, ſed contrà,eam prodigamus,temere cum quibuſuis ungentes & copulantes:quin potius cum iis demùm qui ſeruandæ eidem communioni ſunt idonei: id eſt, qui redamare & ſua viciſſim communicare poſſunt. Hoc enim omnium maximè amicitiis numeroſis aduerſatur,quòd amicitia ex ſimilitudine oriatur. Nã quum ea etiam quæ ſunt inanima, diſſimilibus nonniſi coacta & per vim miſceãtur, renitentia cum indignatione quadam,& à ſe inuicem refugientia:at iis quæ naturæ cognationẽ habent,ſe miſceri conſentiãt, háncque ſocietatem leniter & beneuolè admittant: quo tandem pacto amicitia inter illos ingenerari poſſit quibus diuerſi mores,diſſimiles affectus, & alia ſunt vitæ inſtituta? Nam concentus quidem ille qui numeris muſicis & citharis efficitur, ſonorum conſenſum ex iis quæ diſſona ſunt habet, quòd acutis & grauibus ſimilitudo quædam interueniat: at verò hic amicitiæ concentus atque hæc conſonantia nullam partem diſſimilem aut inæqualem aut diſcrepantem habere vult, ſed ex pari omnino habitu in ſermonibus, in opinionibus,in conſiliis, in affectibus conſentire: perinde acſi vnus animus in plura corpora eſſet diuiſus. Ecquis igitur eſt vſqueadeo laborioſus & mutabilis ac verſatilis homo, vt multis ſe aſſimilare & aptare poſſit? & non irrideat Theognidem præcipientem,

167

Polypodis ſectare artem: quibus hæſerit ille
Saxis, talis ei mox ſolet eſſe color.

Quanquam polypi mutationes altè non deſcendunt, ſed in ſumma cute hærent, quæ raritate ſua colores à rebus proximis fluentes recipit: amicitiæ autem mores, affectus, ſermones, inſtituta, ipſum denique mentis conceptum exprimere volunt. quod certè Protei cuiuſdam non felicis eſt opus, ſed qui præſtigiis quibuſdam in aliam formã ex alia ſeipſum mutet, & ſæpe
168 vno eodémque tempore cum hominibus literarũ ſtudioſis libros legat, cum luctatoribus in arenam deſcendat, cum venationis amantibus venetur, cum potoribus ab ebrietatem vſque bibat: prenſet denique cum iis quorum eſt munia ciuilia obire, nullúmque certum habeat ſuorum affectuũ domicilium. Quemadmodum autem phyſici ſubſtantiam & materiã forma & colore carentem, quam ſubiacere & mutabilem eſſe cenſent, modò ardere, modò in humorem verti, modò in aerem abire, rurſúmque cõcreſcere dicunt: ita certè numeroſæ amicitiæ ſubiacere oportebit animum plurimis affectibus obnoxium, & verſatilem, & lubricum, ac mutatu facilem: quum amicitia contrà ſtabile & conſtãs atque immutabile ingenium in vna ſede & conſuetudine poſcat. Vnde fit vt rara quædam & inuentu difficilis res ſit ſtabilis & certus amicus.

IN PLVTARCHI LIBELLVM

περὶ πολυφιλίας,

Annotationes HENR. STEPHANI.

P.161.v.μβύοι) Malim φιλίας κεκτημένοι βεβαίας: vt in fine huius libri legimus φίλος βέβαιος.

V.τῆς πολυφ.) Poſt γυναικῶν interpungendum eſt: videtúrque cum hoc genitiuo ſubaudiri nominatiuus proximè præcedens ὄρεξις.

V.ὥσπερ) Locus hic affertur & Sympoſ. probl. lib. 4, pag. 1176. ſed ibi in editionibus meam præcedentibus omnino eſt mutilus. ſic tamen vt inde repoſitum hic fuerit ἄπληστον pro ἄχρηστον.

P.162.v.λαὶς) Rectius περιέποντας, vt conueniat cum παρερχομένους. alioqui cum ἰχθῦς & περιέποντα & παρερχόμενον aptè iungerentur. Sed vtrouis modo legatur, copulam καὶ ante ἰχθῦς deſiderari puto.

V.βουλον) Pro φιλίας reponendum puto φιλίᾳ. Eſt ſaltem melior hæc lectio illa, quippe quæ ſtare nullo modo poteſt.

V.λάδης) Qui hic Φιντίας dicitur, nominari ſolet Πυθίας ab aliis: è quibus ſunt Cicero & Valerius Maximus. A Luciano autem in dialogo qui Toxaris ſiue De amicitia inſcribitur, inter alia amicorum paria commemorantur nõ Damon & Pythias, (qui feruntur fuiſſe Pythagorei) ſed Damon & Euthydicus. vbi ne Damon quidem eſſe idem cum altero poteſt.

V.γράφειν) Expungenda eſſe puto hæc verba, καὶ ἑταῖρον: vt legatur, καὶ προσαγορεύειν ἑταῖρον, ὡς ἕτερον, interpungendo videlicet poſt ἕτερον. Intelligit enim hoc eſſe nominis ἑταῖρος etymum, vt dictum ſit quaſi ἕτερος. Quò pertinet quod legitur apud Ariſtotelē, ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἕτερος ἐγώ. Afferri tamen etymum iſtud putandum eſt non tanquam certum, ſed duntaxat tanquam eiuſmodi quod aliquid coloris habeat.

V.λύγιτον) Legitur etiam πολυτίσι τὸν τοῖς μὴ ἴσασιν &c.

V.ἄλλ) Non debuit apponi margini quæ appoſita hic fuit notula: quum verba hæc, μετ᾽ ἄλλων δ᾽ πολύγιστός τις καὶ ὀλίγοι ἴσω, non aliunde afferantur à Plutarcho, ſed ipſius ſint quæ cum ſequentibus continuantur: ideóque poſt ἴσω ponenda eſt duntaxat hypoſtigme. Verùm pro ἄλλων legitur etiam ἄλλου.

P.163.v.χρείας) Pro ἐπειδὴ reponendum puto ἐπεὶ δὲ ἡ: alioqui ἐπειδὴ ἡ ἀληθινὴ ſcribendum eſſet, iungendo hæc cum præcedentibus: & tunc non τελείας στιγμῆς ſed ὑποστιγμῆς duntaxat nota eſſet ãte ἐπειδὴ collocãda. Verùm mul to aptior videtur eſſe altera illa lectio, vt σκοπέον quod ſequitur, reſpondeat illis verbis ἐπεὶ δὲ ἡ &c. ſed pro σκοπέον δὲ ſcribatur σκεπτέον δή: hoc modo, ἐπεὶ δὲ ἡ ἀληθινὴ φιλία τρία ζητεῖ μάλιστα &c. σκεπτέον δὴ πρῶτον. Verba autem iſta, δεῖ γὰρ ἀποδέξασθαι κρίνοντας, & quæ ſequuntur vſque ad σκεπτέον, parentheſeωs nota includenda fuerint.

V.πω) Præpoſitionem πρὸς expungendam cenſeo: quum τὸ κυριώτατον nominatiui caſus eſſe debeat, ſicut ἡ κρίσις.

V.φθινεῖ) Pro συναγριβουμέ-

νους reponendum eſt συγχορδωσομένους, aut συγχορδώσοντας. hoc vſitatius, illud alteri lectioni eſt vicinius.

V. μήτιγε) Non video quomodo ferri poſſit participium εἰσάγων: ac ſuſpicor pro eo reponi debere εἰς ἀγῶνα.

V. μέσον) Habemus hîc ſenariũ, Τοῦ δυστυχοῦς τε λαγχάνειν οὐκ ἄχθει: ſed qui eum præcedit, effici ex verbis præcedentibus non poteſt.

V. ὥσπερ) Poſt νομισμάτων interpungendum eſt. neque enim ἀδοκίμων iungitur cum νομισμάτων, ſed intelligendum eſt, ἀδοκίμων ἐλεγχομένων, ὥσπερ νομισμάτων. Pro ἀνεξεταστῶν autem rectius fortaſſis ἀνεξετάστως ſcribetur.

V. μὲν οἱ) Videntur hæc ex poeta quopiam eſſe ſumpta. habemus enim hîc ſenarium, ſi duntaxat ἢ ἔχοντες mutemus in δ᾽ ἔχοντες: & finem præcedentis hoc modo, -οἱ μὲν ἐστερημένοι Χαίρουσιν, οἱ δ᾽ ἔχοντες ἄχθονται φυγεῖν.

V. ρον) Malim συμπεφυρμένον.

V. ρητέον) In præcedentibus editionibus legitur ἐρίνην, pro quo ἐρείκην ex vet. cod. repoſitũ fuit. Alioqui ἀπαρίνην legendum videri poſſit, quum huic conuenire participium ἐπιλαμβανομένην, ſatis conſtet: vel ex Theophraſto, ſcribente, ἴδιον δὲ καὶ τὸ περὶ τὴν ἀπαρίνην, ἣ καὶ τῶν ἱματίων ἀντέχεται διὰ τὴν τραχύτητα. Plutarchum enim participio ἐπιλαμβανομένην nihil aliud intellexiſſe quàm ἱματίων ἀντεχομένην, (vt Theophraſtus hic loquitur) vel προσεχομένην ἱματίοις, (vt loquitur Dioſcorides. nam προσέχεται ἱματίοις, pro προσέρχεται ἱματίοις apud eum reponi debet) ſatis manifeſtum eſſe poteſt. Vocatur autẽ hanc ob cauſam iſta herba φιλάνθρωπος quoque; necnon φιλεταίρειος ſiue φιλέταιρις & φιλίσιον.

V. λοῦ χρόνου) Neceſſe eſt vt reponamus πολλοῦ pro πολλήν: quũ iungatur ſubſtantiuo χρόνου, extrinſecus ſubaudito, vel potius ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetito.

P. 164. v. βαδ.) Pro καὶ legitur etiam ἤ.

V. θαι) Pro σώζειν παραλαβὼν reponendum arbitror σώζει ὁ παραλαβών.

V. μοῦ) Poſt ῥᾴδιον & poſt ἀδύνατον nota interrogationis aptè collocabitur.

V. μιλ.) Hypoſtigmes tantùm nota poſt φιλοφροσύνας ponenda fuit.

V. κατ᾽) Hæc verba, τοιαύτην γὰρ ἡ φιλία βούλεται ποιεῖν ἑνότητα καὶ σύμπηξιν, parentheſeωs nota commodè includentur.

V. πολυφ. Videtur hoc dictum, ἄλλον τρόπος, &c. aliunde afferri, nec mendo carere.

P. 165. v. μη, ὁμοῦ) Hæc iſto modo interpungi debent, ὁμοῦ δὲ παιάνων καὶ στεναγμάτων, ἡ πολυφιλία· πᾶσι μὲν &c.

V. ἑστ.) Scribendum ἑστῶτι.

V. συγκάμνειν) Locus hic ex Euripidis Hippolyto coronato ſumptus eſt: vbi ita ſcriptus eſt verſibus anapæſticis,

Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
Φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι,
P.1188.v.δὲ συμβ.) Pro ἰχθυοπώλοις dubium eſt vtrum ἰχθυοπωλείοις an ἰχθυοπώλαις reponi debeat. ſubéſtque & aliud huic loco mendum.

V.νεκτὸν) Reponi debere αἰσχρὸν manifeſtum eſt, ſed in præcedentibus ſenſum, non item verba, coniectura facile eſt aſſequi.

V.ξένος)In Aldina editione legitur οὐ μὴ παντός. quæ verba aliæ mutarũt in iſta, οὐ αὐθι μὴ παύτως. ita enim & in Germanica ſcriptum eſt. Sed multo ſimplicior & veriſimilior eſt veteris codicis lectio, οὐ μὴ παρόντος pro ὐ μὴ παντός.

V.ἔροφὴ) Pro δύσβροτος afferuntur & aliæ lectiones, δυσπρόσιτος & δυσπρόσοιστος: illa ex vet. exempl. hæc ex coniectura.

P.1189.v.το τῆς) Paucæ ſyllabæ locum hunc expleturæ ſunt, ita ſcribendo, ὡς γὰρ τὰ χρώματα ὁρατὸς, οὕτως οἱ χυμοὶ ἀλὸς δέονται πρὸς τὸ ἦσαι τὴν αἴσθησιν. Sed de verbo ἦσαι potius quàm de aliis dubito.

V.πρὸς φ.) Vox ἄλκιμον detorta eſt fortaſsis ex quibuſdam quæ interiecta erant.

V.μὲν δὲ) Repone ἀλῶν.

P.1190.v.πρὸς ἡμᾶς) Hunc locum, οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἔχει χρήσασθαι ζῷον ὃ μηδὲ ὅλως ζῇ παρ' ἡμῖν, ita emendandum cenſeo, οὐδὲν γὰρ ἄν τις ἔχοι χρήσασθαι ζώῳ ὃ μηδὲ ὅλως ζῇ παρ' ἡμῖν.

P.1191.v.θολερὸν] Non dubiũ eſſe videtur quin χυτρὸς à Plutarcho ſcriptum fuerit. Nam ſyllaba χυ eſt quidẽ & genitiui χύλλου principium, ſed hac voce vſurum fuiſſe Plutarchum, abſimile vero eſt.

V. τ͂ δὲ] Pro ἀποχρησῆσαι quidam reponunt ἀπὸ τῆς χρείας. quæ lectio apta quidem eſt huic loco, ſed illud verbum ἀποχρησῆσαι alius potius lectionis veſtigia ſeruare videtur.

V. ὁ Νεῖλος] Stare non poſſe hãc lectionem, ἐπακολουθοῦντες τὰς ὗς κατίβαλον, manifeſtiſsimum eſt ſi κατίβαλον de iis qui ſemen in terram iaciunt accipiamus. At ex ἐπακολουθοῦντες τὰς ὗς facere ἐπακολουθουσῶν τῶν ὑῶν, mutatio parum veriſimilis fuerit. Ego potius inter ἐπακολουθοῦντες & accuſatiuum deeſſe aliud participiũ crediderim: & talem quãdam fuiſſe huius loci lectionem, ἐπακολουθοῦντες καὶ ἐπάγοντες τὰς ὗς. Quidam verò lectionem noſtram retinentes, κατίβαλον cum accuſatiuo iungunt. vnde etiam ita hunc locum interpretum vnus reddidit, Iam AEgyptii qui cauam & mollem incolunt regionem, omnino etiam aratri vſum non admittunt: ſed poſtquam Nilus eluuie ſua ſolum rigauit, eum ſubſequentes, ſues in agros depellunt.

P.1192.v. τὸν ὄνον] In aliis editionibus eſt τὸν μῦθον. pro quo repoſitum fuit τὸν ὄνον ex vet. cod. cuius tamen ope non itidem cætera hîc ſanari potuerunt.

P.1194.v. σιν ὅτι] Demoſthenes in oratione quæ περὶ στεφάνου inſcripta eſt, hæc AEſchini inter alia multa obiicit, ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις τοὺς καλοὺς θιάσους ἄγων διὰ τῶν ὁδῶν τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ, τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας θλίβων, καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος, ὕης ἄττης, ἄττης ὕης. Nihil autẽ ex hoc Demoſthenis loco ſumere potius voluiſſe Plutarchum quàm vocem σαβοῖ, credibile eſt. ſed ſyllaba σιν ex quo vocabulo amputata ſit, diuinandum ſupereſt. Meam quidem certè extemporaneam diuinationem ſequendo, Plutarchus ita ſcripſiſſe dicetur, ὅταν ὀργιάζωσι τῷ θεῷ καὶ τὰ μυστήρια τελῶσιν.

V. δίζειν) Parua mutatione videtur rectè emendari hic locus, ſcribendo περὶ τὰ νυκτέλεια.

P.1197.v. σαφῆ] Pro φιλόθεσμον vide ánnon reponi debeat φιλοθεάμον. Faciunt certè pro iſta lectione hæc verba quæ extant initio paginæ 1199, τοῦ μὴ περὶ τὴν ὄψιν εἶ) μηδὲ περὶ τὴν ἀκοὴν, ἀλλὰ περὶ τὴν διάνοιαν ἡμῶν τὸ ἡδόμενον ἐπὶ τοῖς ἀκούσμασι καὶ θεάμασιν.

V. κουρείῳ] Pro τῆς αἱρέσεως ſcriptum eſt διαιρέσεως in editionibus quæ hanc præcedunt.

P.1198.v. γικὸν] Pro ἐν ὀρᾷ perperam in præcedentibus editionibus ſcriptum eſt ἐν ἀγορᾷ.

V. γον] Pro ὁ μὲν ἀληθῶς affertur ex quodam vet. codice ὁ μὴ ἀληθῶς. ſed hæc lectio ſtare non poteſt, ac omnino retineri coniunctionem μὲν neceſſe eſt. At ſuprà rectè in μὴ mutata fuit: nimirum verſu quarto huius paginæ, ibi enim ſuperiores editiones habent, καὶ τῷ μὲν πεπονθέναι διαφέρει. Sed in hoc loco vbi μὲν retineri debere dico, ſuſpectus eſt datiuus μεμίμησι.

V. πουμμ.] Non ἀργυρείου ſed ἀνθρώπου habent editiones quæ iſtam præcedunt. Equidem genitiuus ἀνθρώπου locum hîc habere poſſe non videtur: ſed viciſsim horum genitiuorum, ἀργυρείου & ἀρ-

γύεϱυ, (nam & hūc in fine verſus proximè præcedentis habemus) alter ſuſpectus eſſe poteſt. Videndum igitur ánnon potius in priore loco pro ἀϱγύϱου ſcribi debeat χαλκοῦ. Præterea verò participiū aliquod, vt locus ſit omnino integer, addendum videtur: nimirum ὁϱῶντες aut θεώμενοι, vel aliud huiuſmodi. Poteſt autem id vel poſt Γοργάσιν, vel ante ἡδόμεθα collocari. Ne hoc quidem tacēdum eſt, aptam fore parentheſeωs notam iis quæ ſunt inter Γοργάσιν & ἡδόμεθα.

P.1199.v.ναιαι] Earum editionū quæ hanc præceſſerunt quædam habent τὸν δεόμενον: quædam verò ipſum quidem participium mutarunt in ἡδόμενον, ſed articulū τὸν retinuerunt. Minimè tamen dubiū eſt quin vt δεόμενον in ἡδόμενον, ita etiam τὸν in τὸ mutandum fuerit.

P.1201.v.πάθετον] Scribendum videtur ἀθλήμασιν ἐμπεπλῆσθαι.

P.1203.v.ἀμαθίας] Pro ἀπίλαϐον ex vet.exempl. annotatur ἀντέλαϐον. à quo hic diſſentiens ſcribo ἀπίλαυον.

V.πάϱεσιν] Aut deſiderari aut ſubaudiendus relinqui videtur nominatiuus στέφανος. Si ſubaudiri velimus, (quod non facilè credo) vi præcedētis nominis στέμμα id fieri dicendum erit.

V.τον ἀς] Pro ἱερὸν ſcribendum eſt ἱεροῖς: ſed ἐπιτήδειον vel in ἐπιτήδειος mutandum videtur, legendo, ὡς ἱεροῖς ἐπιτήδειος: vel retinēdum, præfixa negatiua particula: vt ita legamus, ἡμαύϱωσαν ἐκεῖνον, ὡς ἱεροῖς οὐκ ἐπιτήδειον.

V.αὐ ἐπιδόμεν] Scribe ἀναπειθόμεν: vt paulo antè dictum eſt, ἀναπείθοντες τοιῶν αντίον &c.

P.1204.v.Κλαίοντες] Reponendum eſt fortaſſe αἰγιαλοῖσι πίτυσι. ſed alia pleraque emendationem in his verſibus deſiderare videntur.

P.1208.v. παρέλαμϐ.] Vide num ſcribendum ſit καὶ ἐκ διαφύματος.

V.συ καὶ] Repone συννάοις καὶ συμϐώμοις.

P.1209.v.πίπτουσιν] Vera lectio eſſe videtur ὀξέλυσι.

V.μὴν ἄλλοι] Scribēdum eſt ὀξυφλαυρίζον: niſi nouo verbo vſus hîc eſſe Plutarchus exiſtimandus ſit.

P.1210.v.περι] Pro ἀπαθεῖ nō dubium eſt quin aliud vocabulum reponendum ſit. Plinius hac de re ita ſcribit, Aquilarum pennæ miſtas reliquarum alitum pennas deuorant. Sed & verbum ἀπέχει meritò ſuſpectum hic fuerit.

P.1212.v.οἱ συν.] Interpunctionem quæ eſt poſt οὕτω colloca poſt συνιόντες.

V.προσϐ.] Hunc locum ita ſcribe, Καὶ μάλ', ἔφη, λέγεις ὀρθῶς, ὦ Πατροκλέα, ἐπί γε τῆς σωματικῶν τὰ δὲ τῆς ψυχῆς &c. interpungendo poſt βασκαίνειν, vel potius includendo parentheſeωs nota hæc verba, ἂν δέῃ καὶ τὸ βασκαίνειν. Sed iſtud addendum eſt, ſcribi debere τίνα τρόπον, & καὶ πῶς, interrogatiué.

V.διατιθ.] Scribe διατιθέντες.

V.τῆς ψυχῆς] Ante ὥσπερ deſiderari videtur copulatiua particula καί.

V.βίλη] Repone προσπίπτουσιν.

V.ἐὰν δὲ] In Aldina editione ita legitur vt hîc: in aliis articulus ὁ non habetur. Hoc certè cōſtat, infinitiuum quempiam hîc deſiderari qui iungatur participio προσορωμένους: nimirum βλάπτεσθαι, aut alium huiuſmodi. Fieri etiam poteſt vt litera ο (pro qua ibi legitur ὁ) fuerit prima eius infinitiui qui hîc deſideratur.

P.1213. v. τοῖς ταῦτα] Suſpicor

ita legendum eſſe, vt ſtet verſus, Καλαὶ κεῦ ποτ' ἴσαν καὶ αἱ φόβαι Εὐτελίδαο. Secundi etiam verſus initium mendoſum eſt: vbi conueniret quidem hæc lectio, Ἐν δίνῃ ποταμοῦ: ſed verba illa δινήεντι ποταμῷ aliam quampiam mutationẽ poſcere videtur. Manere præterea imperfectam ſententiam in his verbis, τὸν δ' αὐτίκα νοῦσος ἀεικὴς, minimè obſcurum eſt.

P.1214.v.κοινῷ] Scribe οὕτως γὰρ οἰμαί πως &c.

P.1216.v.πῶν] Muto περιεχομένων in περιεχόμενον.

V.λούομενα] Pro λεπτύκαινα repoſui λεπύχανα ex Euſtathii autoritate, qui tradit ex Theopompo comico afferri λεπύχανον in ea ſignificatione quam habet λέπυρον: ipſumque huius comici locum addit.

P.1217.v.των ὅσα] Scribe ἀνανθὴς ἐστι.

V.μαλακ.] Muta ἢ in ἦ.

P.1218.v.ἄλληλα] Locus hic prima quidẽ fronte videatur eiuſmodi qui facilè poſſit emẽdari, quòd de ſue tale quid ab aliis quoq; dictum fuiſſe nemo neſciat: ſed poteſt eius emẽdatio negotiũ faceſſere. præſertim quum interpretes particulã νῦν nõ vertãt in νῦν, ſed eam retineãt. Vnus enim ita locũ hunc reddidit, Hinc eſt quòd Stoicorũ quidã dicant τὴν σάρκα, *hoc eſt, carnem nunc mortuam*, fuiſſe κρέας, *id eſt, carnem animatã*: dum anima ſalis inſtar aſperſa fuerat, quò illa perduraret atque conſtaret. Alter ita eſt interpretatus, Itaq; Stoicorum etiã nonnulli carnẽ, tum demum verã aiunt eſſe carnem quãdo anima ſalis inſtar per eã diffuſa facit vt conſiſtat & permaneat. Quarũ interpretationũ vtraq; longè aliud de ſue dicit quàm quod dici vulgò ſolet, nimirũ animam illi eſſe datã vice ſalis. Videor autem mihi cùm apud alios tum verò apud hũc ipſum ſcriptorẽ hoc de ſue dictum legiſſe: ſed quũ locũ quærere in præſentia nõ vacet, afferam Clementis Alexãdrini, vel potius Cleanthis apud Clementẽ Alexãdrinum, verba, διὸ καὶ Κλεάνθης φησὶν ἀνθ' ἁλῶν αὐτοὺς ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. Quæ Cicero interpretatus eſt De finibus bon. & mal. lib. 5, Vt non inſcitè illud dictũ videatur in ſue, animum illi pecudi datum pro ſale, ne putreſceret. Plinius quoq; idẽ refert: vbi ſcribit, Animalium hoc maximè brutum, animámq; ei pro ſale datam non illepidè exiſtimabatur. Vbi animaduertendum eſt eum dicere Exiſtimabatur, tanquã vulgare dictum referẽtẽ. At quod Clemens Cleanthẽ eius autorem eſſe tradit, cum eo conuenit quod apud Plutarchum legimus, τῶν Στωικῶν ἔνιοι. Sed quomodo in verbis Plutarchi eadem inuenire poterimus quæ & in Clementis, in quãcunque hæc formam mutemus? Equidem verba iſta, ὑπὲρ τοῦ διαμένειν, cum illis conueniunt, ἵνα μὴ σαπῇ. ſed in duobus illis accuſatiuis σάρκα & κρέας hærere cogimur: ſic tamen vt accuſatiuus νῦν pro νῦν minimè controuerſus eſſe debeat, quòd nõ ſolùm veteris codicis autoritate ſed iis etiam quæ modò protuli, confirmetur. Quòd ſiquis meã coniecturã ſed extemporaneam ſcire velit, duplicẽ eſſe illam ſciat: nimirum vt legatur τὴν νῦν σάρκα καὶ κρέα, (niſi malis κρέας); vel τὴν ὑὸς σάρκα, κρέα. Sed neutram mihi ſatiſfacere fateor.

P.1219.v.αὐ] In ſuperioribus editionib' ſcriptũ eſt μυελοῖς: quæ vox in μορίοις mutanda videri potuiſſet, (quum facillimus ſit ex hac

ſcriptura in illam lapſus) & de partibus genitalibus intelligenda, niſi in vet. exempl. legeretur θηρείοις.

P.1222.v.θερμόν.Genitiuus αὐτοῦ ſuſpectus eſt, ſimúlque facit vt dubium ſit an αὐτὸν mutari debeat in αὐτῶ.

V.ἰδ] Poſt χᾶδες dele interpunctionem.

V.μεν ἰκμ.] Superiores editiones habent καὶ ὅμως δὲ ἵστησι. quam lectionem nemo (vt opinor) præferet iſti ex vet.exempl. petitæ, καὶ ὁμοίως δὲ διΐστησι. quam & mea editio habet, (vt vides) niſi quòd omiſſa ibi eſt particula δέ.

V.τον λιϐ.] Scribe διάκουσα τὸ νυτερόν. Irrepſit autem ex Aldina editione hæc ſcriptura: quæ & paulo antè τονάτιερν pro τὸ νυτερὸν habet.

V.σῶμα] Scribe, αἰαῤῥοδὴν καὶ ἰσχόσαν τὸ θερμὸν ἐμβρύθους τροφῆς ὄρεξιν ἐργάσονται.

P.1223.v.ἀλλὰ μόνον] Vide ánnon pro παρεχόντες ſcribendum ſit πάχοντες: præſertim quum ſuperiores editiones habeant non παρεχόντες, ſed παρέχοντες: qui accentus ex illo πάχοντες remanſiſſe credi poteſt.

V.μετα] Verba hæc τὸ δὲ πυνῆν ex vet.cod. addita fuerunt.

V.μαχον] Pro δικτικλὼ (quod ſtare nullo modo poteſt) non dubito quin δικτικλὼ aut δηκτικλὼ reponi debeat. Si vox δικτικὴν reponatur, (vt certè malo) genitiuus τροφῆς ad eam referetur: ſin verò δηκτικλὼ, genitiuum illum accuſatiuo θεραπείαν iungere oportebit. Sed fortaſſe de lectione illa priore, nimirum δικτικὴν, ne dubitare quidem nos ſinit hic paginæ proximè ſequentis locus, (quãuis non ſolùm δικτικοῖς τροφῆς, ſed ſimul etiam δηγμὸν ibi habeamus) in quo ſcribit, τὰ μὲν γὰρ δυσωμίαν ἔχοντα καὶ δριμύτητα τάχα μὲν ἐκ ὄρεξιν ἀλλὰ δηγμὸν ἐμποιεῖ τοῖς δεκτικοῖς μέρεσι τῆς τροφῆς.

V.μετι] Hoc δεκτῶν credibile eſt ſedem nominis δεκτῶν occupaſſe: ſed aliam ſimul emendationẽ hic locus poſtulat. Ex vet.cod. tamen nõ aliud hîc affertur quàm τροφλὼ pro τροφήν.

P.1225.v. καὶ ἀφ᾽ ὧδι αὐτὰ] Pro αὐτὰ ſcribendum videtur τὰ φυτά. quam lectionẽ ambo interpretes ſequuti ſunt. Vnus enim hãc comparationem ita vertit, Quemadmodum in horto, quantumuis abundet aquis puteus, ni tamen plantas irriges deprompta aqua, ſitire alimentóque deſtitui eas neceſſum eſt: ſic intra corpus in vnum locum contractis humoribus, nihil mirum ſi inopia ſiccitatéque reliquæ partes afficiantur, eatenus quoad refluant ii & refundantur. Alter ita interpretatur, Sicut enim in horto, in quo puteus aquæ ditiſsimus ſit, tamen nemine eam hauriente & rigante plantas, ſitire & alimento deſtitui neceſſe eſt: ita in corpore, ſi humor omnis in vnum contrahatur locum, mirum nõ eſt indigere cætera & arere, donec is rurſum diffundatur. Simul etiam καταπασσομένων, non καταπασσόμενον, ab vtroque legi videmus.

P.1226.v.νοῦς ἀπολ.] In Aldina editione legitur, πᾶσι γὰρ ὄντων πόρων ἄλλοις πόρους ἄλλας συμμετρείας ἐχόντων. quæ lectio in aliis editionibus ita mutata fuit, πᾶσι γὰρ ὄντων πόρων, ἄλλων πόρων ἄλλας συμμετρείας ἐχόντων, &c. ſed fuiſſe aliter mutandum, ex vet. codicibus diſcimus, vbi cætera eodem modo ſcripta ſunt, ſed ἔχει, non ἐχόντων,

Adeo periculoſum eſt ex coniectura quicquam in contextu immutare.

P.1228.v.λῶ) Repone πληγῆς. Eſt autem ſuſpectum & verbum ὑποπλασθῆ.

P.1229.v.Ἀλλὰ) Pro ἡ exiſtimo ſcribendum eſſe ἦ, neque aliud ad implendum quod ſpatii vacuum relictum eſt, deſiderari.

V.ἡ τῆς) Pro ἀκμόνων ſcribi debere ἀκονῶν, ex ipſius etiã Plut. ſequẽtib⁹ verbis cõſtat: vbi ſcribit, αἱ δὲ ἀκόναι καὶ οἱ χάλικες λεπτύνουσι τὸ ὕδωρ. Cæterùm verbum μνημονεύεις ad præcedentia pertinet. videtúrque poſt ipſum debere interpungi. vt αὐτὸ τοῦτο ſit initium verborum alterius. Simul etiam ἐπιχειρήσωμεν ſcribendum eſſe crediderim: & ἔφη poſt παύω μὲν οὖν.

V.τοὺς ἄκμονας) Hîc itidem τὰς ἀκόνας pro τοὺς ἄκμονας repone.

P.1230. v.ξηρὸς) Scribendũ videtur λεπτοσσατάτων. Pro ῥεπτοῖς autem non auſim reponere ἐρείπτοις, quòd huius vocabuli ſignificatio eſſe ab hoc loco aliena videatur.

P.1231.v.τι οὖν) Scribe ἐγκατέχεται περιστεγόμενον.

V.οὐ θρ.) Scribe θρύπτειν.

V.Νίκρος) Scribendum puto Νίγρος.

V. ἐνδόξῳ) Articulum τὰ quædam editiones non habent: & ſanè ſuperuacaneus eſſe videtur. ſed fieri etiam poteſt vt locum alicuius verbi occupet, præt. imperfecti, tertiæ perſonæ, numeri ſingularis. Sic enim & ἀνεπίμπλατο ſingulare pro plurali ἀνεπίμπλαντο reponendum eſt.

V.ἀπ' αὐτοῦ) Non video quomodo poſsit retineri genitiuus μιμουμένου, ſi de Nigro dicatur, (vt certè dixi puto) & cum ἀνεπίμπλατο iungatur. Vt enim hoc fiat, nominatiuo μιμούμενος vtendum erit: ſed ſimul etiam alterum genitiuum in nominatiuum mutare oportebit. Crediderim autem primùm quidem μιμούμενος mutatũ fuiſſe in μιμουμένου, facili errore, deinde alium quempiam ψέγων itidem in ψέγοντος vertiſſe. Aldina quidem certè editio eãdem omnino quam & noſtra, lectionem habet: at in cæteris genitiuus ille μιμουμένου in nominatiuum quidẽ mutatus fuit, ſed pluralem: itidém que ex λέγοντος, quod habet Aldina, fecerunt pluralem nominatiuum ἐλέγχοντες. Ideo autem hi plurales nominatiui pro genitiuis illis ſingularibus repoſiti ibi fuerunt, vt cum ἀνεπίμπλαντο conuenirent: quum tamẽ perperam pro ἀνεπίμπλατο ſcriptum eſſe, iam docuerim. Cæterùm pro ψέγοντος Aldina editio habet λέγοντος, illæ autem ἐλέγχοντες, vt modò dicebam. Interpretes de ea quam ſequor lectione aſſentiri mihi videntur. Vnus enim ita vertit, Niger ciuis noſter è literario ludo domũ erat reuerſus, præceptore vſus clariſsimi nominis philoſopho nõ ita diu. quo tamen ipſo tempore (dum philoſophus iſtud non deprehendit, aut caſtigat) imbiberat odioſa quædam moroſioráque, increpandi eius libertatem imitatione exprimens, & quibuſcum cõuerſaretur refellere nulla non in re ſolitus. Alter autem ita hunc locum reddidit, Niger ciuis noſter à ſchola venerat, cum philoſopho nobili non multum verſatus temporis, ſed tantùm vt ex eo nõ obſeruante diſceret quod maximè is moleſtum aliis vſurpabat: nempe vt ſtudium eius omnia reprehendendi & quauis de re eos qui vnà aderant ſuggillandi imitaretur.

At in iis quæ paulo pòſt ſequuntur, vnus eorum rectã lectionem, quæ eſt ἐξέδρου χέζουσι, alter peruerſam, nimirum ἐξόου χέζουσι, ſequutus eſt. Id enim membrum cuius initium eſt in fine huius paginæ, οὕτως, εἰ δεῖ μεταφορᾷ χρησάμενον λέγειν &c. ille ita reddidit, Ita (ſi admittetis metaphoram) caſtrant vinum & effœminatum reddunt iſti excolatores. Hic autem ita eſt interpretatus, Ita (ſi licet honeſta tranſlatione vti) merum vnguibus diſpoliant (aiebat) & effœminant qui id diffundunt per colum. Habet autem hîc lector exemplũ vtilitatis quam interpretationum inter ſe collatio afferre illi poterit: vt non mirari debeat ambas huic editioni appoſitas fuiſſe.

V. ἀείσωνος) Ambo interpretes legendum cenſuerunt Ἀερσίωνος, non Ἀερίσωνος, quòd nimirum ſcriptura illa paulo pòſt ſequatur: ſed in vet. cod. cõtrà lectionem hanc, non illam, ibi quoq; inueniri ſciẽdum eſt.

V. ὑπὸ λιχ.) Pro λέγειν ſuperiores editiones habent ἔχειν: quod in ἐλέγχειν mutandum Budæus exiſtimauit. ſed vet. cod. λέγειν. quæ lectio aptior eſt, quum verbum quo vtitur, non ſit ἐλέγχοντος, ſed ſimpliciter μεταφορᾷ χρωμένου.

V. ῥεῖσθαι) Legitur etiam χολεμησίαν. ſed Pollux illam, nõ hanc, ſcripturam habet.

P. 1234. v. πυρσοῦ) Scribe potius διαπόνησις. alterã quidem certè lectionem (quam & Aldina editio habet) ſtare non poſſe conſtat, & aliã in eius locum reponi debere, quæcunque ſit.

V. ὑποσκαφ.) Pro διαγησίοις legitur etiam διηθήσεις: quum tamen quidam in διαπλήσεις mutare maluerint, ſicut & ὑποσκαφισμοὶ in ὑποσκαριφισμοὶ. At verò ἀποχεύσεις ne ego quidem mutare in ἀποχρίσεις dubitauerim.

V. ἀγνίαις) Malim ἁγνείαις ſcribere.

V. αὐτὸ) Deeſſe puto ſubſtantiuum λιμὸν poſt δημόσιον.

V. τοῦ β) Scribendum videtur, οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολύλιμον, πάλιν ὀνομάζομεν. Quũ enim dicat eos β vertere in π ſolitos, ex βούλιμον feciſſe πούλιμον credibile eſt. Viciſſim tamẽ (neq; enim diſſimulare volo quid ſcrupulum mihi iniiciat) ſi quũ πούλιμον dicebant AEoles, idipſum ſignificabant quod cæteri Græci quum βούλιμον dicerent, non immeritò quis miretur etymum illi vocabulo dari quod huic conuenire nullo modo poſsit: ideóque aliam vocabuli πολυῶσιν emendationem deſideret.

P. 1235. v. ταῦθα) Reponendum videtur δίεμψιν pro δίεσιν: atque ita & Budæus legendum putauit. Verſu autem proximè ſequente λόγων veram lectionem eſſe arbitror.

P. 1236. v. λιμίαν) Pro λιμοῦ quidam reponunt χυμοῦ.

V. καὶ παρελθ.) Veram lectionẽ ego quoque eſſe puto καθεῖσθαι τὸ πῦρ. ὅθεν ἀραίωσις &c. Sed & verbum παρελθεῖν ſuſpectum eſt.

V. περὶ τὸ) Scribendum potius, καὶ διὰ τὴν ψυχρότητα.

P. 1238. v. ἐπιδεῖκν.) Pro ψύξιν repone ὄψιν, ex vet. cod. vnde petita eſt & illa lectio, ὥστε διασπᾶν τὴν αὐταύγειαν. ſuperiores enim editiones habent, ὥστε διασπᾶν * αὖ * ὑγείαν.

V. συστάσεως) In præced. editionibus deeſt hoc ſubſtantiuum συστάσεως: pro quo quidam οὐσίας ſcribendum putauerunt.

V. ἐκ καὶ) Pro μήτρα in quodam

vet.cod.legitur ἔμμετρα. ex quo & βαρύτητα repoſitum hîc fuit pro βραχύτητα. quod in τραχύτητα quidam mutarunt. Videtur autem & aliqua verba in hoc membro deſiderari, ideóque eſſe incohærens oratio.

V.ρυς] Scribe, ἀλλὰ δι' ὁμοιότητα τῶν μέρων διαρμοςόν ἐςι.

P.1239. v.δὲ κηλ. Remanſit ex Aldina editione vox iſta γραμματείας: pro qua vel πραγματείας, vel alia huiuſmodi reponi debet.

P.1242.v.πιθανὸν] Scribe εὐτωσί.

P.1243.v. πνεύματος) Quidam hîc reponunt πόματος.

V.λευκανίην, ἵνα τε] Verſus integer Homeri eſt hîc Odyſſ. libro χ, Οὐδ' ἄρ' ἀπ' ἀσφάραγον μελίν τάμε χαλκοβαρεῖα. Illa autem verba, τὴν δὲ λευκανίην ἱκάνηκα, ex alio ſunt loco.

V.Πίνειν] Ex Athenæo lib. 1, ſcribe, ἵνα περὶ τοῦ κωνὸς τὸν πνεύμονα ἔκλυτον φορῇ.

P.1246.v.τὸ ἠρύγκιον] Scribe potius ἠρύγγιον. Alibi ἠρυγγίτην appellat: Ariſtoteles autem & ἤρυγγον vocat, Plinius aruncum.

P.1250.v.ταῖς καὶ] Scribendum videtur, ὅθεν λελέχθαι πιθανῶς. vel διὸ καὶ λελέχθαι: aut ὥστε λελέχθαι. Legi etiam poſſet λελέχθαι οὖν. Sed quamcunque harum lectionũ quis eligat, expungenda fuerit interpunctio poſt πιθανῶς.

P.1252.v.ἀφηρ.] Deeſt verbum εἶπεν, aut aliud huiuſmodi.

P.1255. v. χερ.] Scribe, ὦ παῖ Λέοντος.

V.λήθης] Deeſt infinitiuus poſt Διόνυσον, niſi ita legamus, τὸν Διόνυσον προσαγορεύειν. ἔδει γὰρ πατέρα. Alioqui verba hæc, ἔδει γὰρ πατέρα, parẽtheſeως nota includenda erunt. In ſequentibus verò aut mutanda eſt lectio, aut aliquid deeſſe dicendum eſt: nimirum ante hæc, νῦν οὖν ἀμνημονεῖν ἔοικας.

V.τῇ] Repone τὴν πλείςοι. Affert autem eoſdem verſus & in aliis duobus locis, nimirum in libro περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, & in eo quem περὶ δυσωπίας inſcripſit.

V.ἐκπεσοῦ.] Scribe ἐκπεσοῦ δύνασθαι.

P.1260.v.καὶ καθ.] Hinc poteſt ſuperioris cuiuſdam loci emẽdatio confirmari, vbi σὺν ναοῖς & σὺν βωμοῖς pro συνναοις & συμβώμοις ſcriptum erat. Habent tamen & hîc eundem errorem ſuperiores editiones.

P.1265.v.πόρνοι] Muta τερπόμενοι in τερπομένους.

P.1267.v.ρας] Scribe ἰταμοὶ καὶ θρασεῖαι. Sic pag. 1273 legimus ἰταμότητα θάρσους συνεργόν.

P.1270.v.νοῦν] Reponendum eſt κορυφαιοτάτῳ.

P.1271.v.δεόμενον] Interpunge poſt Διόνυσον, non poſt αὐτόν.

V.κῶς] Scribe καλλικοσμεῖσθαι.

V.καὶ ἀπολ.] Reponendum eſſe videtur ἀπολύει, aut ἀπολαύει. ſed illud malo.

P.1272.v.δ' αὖ] Scribe παρ' οἶνον pro πάροινον. qui error ſuprà quoque emendatus fuit.

V. πρόσωπον] Legendum eſt ῥομβῶδες.

P.1273.v.ἀλλὰ] Muta θερμοποιὸς in θερμαντικός.

V.πινας] Scribe διπλόας.

V.τοῦ ἔποντι] Videtur reponi debere ἐπιόντι.

P.1278.v.καὶ ἄϊδιον] Lege potius γινομένων.

V.ὑφ' ἧς] Scribe κἀνέμων: vt ita legantur hi duo ſenarii,

> Πλήθουσι δ' οἱ τοι κἀνέμων διέξοδοι
> Θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν παρῇ τόκος.

V.σιως] Quidam hîc reponunt

εὐσίας pro θυσίας.

P.1279.v.λάκις] Scribe περισκελίδους.

P.1281.v.ἄρειστον]Pro ὀρειστὸν aliquod reponendum eſt adiectiuum quod cum ἀόρειστον conueniat. Vide num ἀπίεραστον vel ἄτακτον ſcribi debeat,quanuis nullum hæc alterius ſcripturæ veſtigium habeāt.

P.1283.v. κατισσ.] A quibuſdā affertur iſta lectio, haud ſcio vnde, πολλαὶ ἄτομοι ἰσχατισσαρμέναι &c.

P.1284.v.φαυλῶ] Scribe potius μέχρις αὖ ἀψάμενος.

P.1285.v.ἃ δὴ]Vide num τύλας ſcribi debeat.

P.1291.v.τούτοις] Repone ἀφ' ἄτειχος πίστις.

V.δῆναι] Non dubium eſt quin ſcribi debeat μιλῶαι pro διλῶαι. Nam legitur quidem & διλῶαι apud Homerum, ſed non in ea cui' meminit Plutarchus ſignificatione,nimirum pro βάψαι.At τοῦ μιῆναι exemplum habemus & in illa notiſsima comparatione,Il.δ, ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ Μῃονὶς,ἠὲ Κάειρα.

P.1292.v.δὲ]Scribe εἶπον.

V.Ἄνδρες]Aliqua hîc verba deeſſe puto.

P.1293.v.Μένουσι]Scribe, ἀπὸ τ' ἐν μέσῳ θέσεως:item Παῖειν.

V.ἀπὸ τῆς] In ſuperioribus editionibus ſcriptum eſt εἴκαστί που στεφάνην.qui accuſatiuus poti' retinēdus eſſe videtur,mutādo εἴκασι in ἰκέλεσι: quū id exemplo cōfirmari poſsit.Legimus enim Il.κ, circa principiū, Ἕκτωρ δ' Ἠϊονῆα βάλ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι Αὐχέν' ὑπὸ στεφάνης εὐχάλκου. vbi ipſe etiā Euſtathius στεφάνην eſſe tradit περικεφαλαίας εἶδος.

V.τί δὲ] Scribendum eſſe videtur,τὸ δὲ καὶ δέρει, δέρειν. Item δέντης potius quàm δεντὴς:ſi in δέντις mutare non audeamus.

V.ἀκουσίον]Repone ἀσκόπως.

P.1296.v.ὅταν] Muta αἰάζουσι in αἰάζουσαι.

V.ἐδόκει]Poſt ἔχειν expunge interpunctionis notam.

V.μηδεμίαν]Aptius,vt opinor, in ἐπεὶ δὲ ſtatueretur ſequentis problematis initium. alioqui enim orationis curſus interiecto problematis titulo interrumpitur.

P.1299. v. ἐπαγ.] Scribendum eſt ἐπιγούσης.

P. 1301. v. μέντοι] Si legamus κοὐδεὶς, habebimus & ſecundi ſenarii principium: vel potius ſecundum ſenarium integrum, ſi mutetur ἐφαίη.

P.1302.v.τὰ γδ]Scribe ἔκφυλα.

V.τούτων] Legendum eſt τὸν ὑδροφόβαν, vt pag.proximè præcedente:niſi & ibi mutandā eſſe ſcripturam putemus.

P.1307.v.κός δεῖ] Repone ζεῖν.

P.1308.v.νος] Tolerabilius eſſet ἄλλα quàm ἀλλά: ſed tamen ita vt ne hoc quidem planè ſatiſfaciat.

V.τόπωρον] Videntur hæc eſſe legenda in genitiuo, χλωρᾶς καὶ φλοιούσης, & τῆς ὀπώρας γινομένης.

P.1309.v.ναῦοι] Ex πιθοιγία vel πιθοιγίαν vel πιθοίγια faciendum eſſe videtur. Suprà quidem certè, nimirum initio pag. 1165, habes πιθοιγίαν,ſed factum ex πιθοινίαν. Repone autem & γλεύκους: quanuis alteram ſcripturam habeant itidem ſuperiores editiones.

P.1311.v.ἀπόδειξιν] Quidā particulam συν. deeſſe putant ante τῶ.Vnus autem interpretum ἀπόδειξιν etiam videtur mutare in ἀπόληξιν: ita locum hunc reddens, Cum Diogenio ſorte comparata pueros tenebatur produce-

re concertatum ephebos. Cæterùm & pro Διονυσίῳ nonnulli Διονυσιακῷ ſcribendum exiſtimant: quod nomen in aliis huius operis locis legitur.

P.1312.v.ἀλλόκοτον] Neque hoc participium εἰσομένου, neque aliud eius loco habetur in Aldina editione: at in quibuſdam aliis habētur duntaxat participii alicuius reliquiæ, vt ita loquar. Legitur enim ita, καὶ πρᾶγμα δρᾶν ἀλλόκοτον * ομένου καὶ ἄθεσμον. Sed ego ex ομένου faciendum potius λεγομένου vel νομιζομένου vel tale quid exiſtimo quàm εἰσομένου. licet hæc lectio ex vet.exempl.afferatur. Neque enim puto Plutarchum dicere voluiſſe. Ptolemæum hoc exiſtimaſſe, ſed alios potius ita iudicaſſe. Præterea ante αἰχμαλώτους aliqua deeſſe puto.

V.σταδίους) Pro ἀδυσκοπῶν aliud vocabulū reponi debere arbitror. Quidam ἑξῆς σκοπῶν reponendum cēſuerunt: quæ lectio mihi non diſplicet. Cæterùm initio huius membri poſt αἰχμάλωτος deſiderari puto articulum ὃς, qui iungatur cum ἔγραψε.

P.1314.v.ἢ ὅπ.) Scribe ὑποτίθεσθαι βουλῇ.

V.νήπια) Affertur & hæc lectio huius loci, ἀφεῖναι φωνήν. ὀνομάζεσθαι δὲ τὸ αἴσειν ἐπὶ τῆς φωνῆς αἰσθάνεσθαι.

P.1315.v.ἐρῶς ἀποδ.) Legendum videtur, τί σιωπῶ, (ἔφην) σὺ καὶ σὺ &c. cum interrogationis nota.

V.λογίαν) Repone ὑφ᾽ ἡμῶν.

V.ἐλάχιστον) Plutarchum ſcripſiſſe puto λόγον ὄν. ὃ &c.

V.πρῶτος) Delendus videtur nominatiuus πρῶτος, & alter τέλειος in accuſatiuū τέλειον eſſe mutandus.

P.1317.v.διηττῶν) Scribe καταρρέζῃς aut καταρρέζῃς.

P.1318.v.ἡ κακία) Aptior huic loco erit infinitiuus ἀσεβεῖν.

P.1322.v.μέλω) Fortaſſe συντελοῦντι δὲ εἰπεῖν, vera eſt huius loci lectio.

P.1324.v.Τερψιχ.) In Aldina editione eſt τερπὰς: pro quo aliæ repoſuerūt Εὐτέρπης. ſed ex vet.cod. petitum eſt illud Τερψιχόρης.

P.1327.v.σιν οὐ κρινοῖς) Quidam reponendum putant ἐκ εἰλικρινέστων: quod mihi parum probatur.

Hæc ſunt, lector, quæ in aliquot Plutarchi opuſcula in Latinam linguam à me verſa, pariterque in Sympoſiaca problemata, annotare viſum eſt. In reliqua nihil nunc annotaui, non quòd in ea aut ſaltem eorum pleraque nullas ex veteribus libris vel ex coniectura emendationes haberem, præter eas quæ ipſi (vt vulgò loquimur) contextui adhibitæ fuerunt: ſed quòd multo plurium & meliorū ſpes mihi facta eſſet: quæ ſi non vana fuerit, nō minus illas quàm iſtas tecū communicabo: ſimulq; & aliorum quorundã opuſculorum interpretationes iis quas nūc edo, fortaſsis etiam aliquid lucubrationum in hunc ſcriptorem, adiungam. Interim autem ſi editionem meam cum ſuperioribus conferas, tuo deſiderio magna ex parte iam nunc ſatiſfactum eſſe, niſi me animus fallit, dicturus es.

IAM igitur ad ea veniēs de quibus me hic verba eſſe facturū ſum pollicitus, pauca primùm de hoc noſtro ſcriptore iis quæ in præfationibus à me aut aliis dicta fuerunt, adiiciam. Deinde de his eius opuſculis, & de mea diſtributione illorum in certos tomos. Poſtre-

mò nomina multorũ qui interciderũt, ex quodã veteri catalogo proferã: prius tamen de iis quorum & alibi fit mentio, loquutus.

SCRIPTOR hic nomen ſuum quibuſdam opuſculorũ ſuorum locis appoſuit, tanquam aliud agens. vt in libello εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον legimus, καὶ μὴν οἶσθά με τῷ Πυθίῳ λειτουργοῦντα πολλὰς Πυθιάδας· ἀλλ᾽ οὐκ ἂν εἴποις, Ἱκανά σοι ὦ Πλούταρχε τέθυται καὶ πεπόμπευται καὶ κεχόρευται. Sic etiã libell⁹ περὶ δεισιδαιμονίας in duobus locis vicinis vel potius contiguis ipſum habet, ἔγωγ᾽ οὖν ἂν ἐθέλοιμι μᾶλλον ἀνθρώπους λέγειν περὶ ἐμοῦ, μήτε γεγονέναι τὸ παράπαν μήτε εἶναι Πλούταρχον, ἢ λέγειν ὅτι Πλούταρχός ἐστιν ἄνθρωπος ἀβέβαιος, εὐμετάβολος, εὐχερὴς πρὸς ὀργήν, ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι τιμωρητικός, μικρόλυπος. (vbi obiter etiam obſeruare debemus, eum de ſe tanquam ab illis prauis moribus abhorrente loqui) Quinetiam γαμικοῖς παραγγέλμασι præfigitur, Πλούταρχος Πολλιανῷ καὶ Εὐρυδίκῃ εὖ πράττειν. & vni τῶν παραμυθητικῶν itidem, Πλούταρχος τῇ γυναικὶ εὖ πράττειν.

Patriæ ſuæ meminit cùm alibi, tum verò in Probl. Romanis, διὸ καὶ παρ᾽ ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ &c. Item in libro De fortunâ Romanorum, καὶ τὰ παρ᾽ ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ τρόπαια. (Quo in loco editiones Aldina & Germanica & aliæ quædã habent Χερωνείᾳ cum ε ſolo, ſicut Χερωνεῦ ab Agathia ſcribi videmus in epigrammate quo eum celebrauit) Alibi autem ſuæ gentis nomen commemorat, vt in illo Rom. quæſtionum libro, καὶ γὰρ παρ᾽ ἡμῖν ἐν Βοιωτίᾳ &c. Et in libello περὶ σαρκοφαγίας priore, τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς ἡμᾶς οἱ Ἀττικοὶ καὶ παχεῖς καὶ ἀναισθήτους καὶ ἠλιθίους, μάλιστα διὰ τὰς ἀδηφαγίας, προσηγόρευον. Qui libri poſſent alioqui falſò illi adſcripti videri. ac ne hoc quidem fortaſsis ad aſſerendos illi eos ſatis eſſe poteſt. Cæterùm extat eius ad ſuam vxorem παραμυθητικός, cui ſuum nomen eum præfigere, paulo antè dixi. Alicubi Lampriæ aui ſui & Nicarchi proaui mẽtionem facit. Præceptoris autem ſui Ammonii meminit in commentario De diſcernendo amico ab adulatore: ὁ δ᾽ ἡμέτερος καθηγητὴς Ἀμμώνιος, ἐν δειλινῇ διατριβῇ &c. In quorundam opuſculorum principiis amicos cõpellat cùm alios, tum verò Soſſiũ Senecionem & Fundanum. ſed Soſſio vitas etiam dicat: eúmque intimum fuiſſe varii loci teſtari videntur.

Sub multis imperatoribus vixit. Neronis turpiſſimam mentionem facit in Antonio, οὗτος ἄρξας ἐφ᾽ ἡμῶν, ἀπέκτεινε τὴν μητέρα, καὶ μικρὸν ἐδέησεν ὑπὸ ἐμπληξίας καὶ παραφροσύνης ἀνατρέψαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. Traianum autem μέγιστον αὐτοκράτορα vocat, eum compellans initio ſuorum Apophthegmatum, ὦ μέγιστε αὐτοκράτορ Καῖσαρ Τραϊανέ. Domitiani meminit in Rom. quæſtionibus, ἀλλὰ ἐφ᾽ ἡμῶν ἐπέτρεψεν ἐντευχθεὶς Δομετιανός. Meminit & in Politicis præceptis, οἷα Περγαμηνοὺς ἐπὶ Νέρωνος κατέλαβε πράγματα, καὶ Ῥοδίους ἔναγχος ἐπὶ Δομετιανοῦ. Meminit eius & in quodã Vitarũ loco, vel potius in quibuſdã locis.

Stylum habet ſibi quodammodo peculiarem, & verba quæ aliis ſignificantiora ſunt, potius conſectatur quàm quæ elegantiora. Sed de phraſi eius alibi dicendum mihi erit. hoc vnum addere nunc li-

bet, eum in vſu quorundam vocabulorum quæ poetica ſunt, videri mihi Xenophōtē imitari voluiſſe.

Latinæ linguæ mediocrem duntaxat peritiam conſequutum fuiſſe Plutarchum, ex iis quæ initio vitæ Demoſthenicæ ſcribit, colligim⁹. Sed certius etiam argumētum huius rei habemus in quibuſdam vocum Latinarum interpretationibus quas affert. Fieri tamen poteſt vt alicubi non illi ſed librario imputari debeat: veluti quum in Cicerone ſcribit, βέῤῥην γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἐκτετμημένον χοῖρον καλοῦσι. hic enim niſi à librario omiſſam fuiſſe particulam negatiuam μὴ dicamus, magnæ inſcitiæ Plutarchum accuſare cogemur, qui ne vulgaris quidem vocis ſignificationem intellexerit. Alio autem modo in quodā Horatii loco peccauit, vbi quæ ex vulgi perſona dicit poeta, illum ex ſua dicere arbitratur. Qua de re obiter monui in meo Theſauro Græcæ linguæ, in verbo ἐπιφωνῶ: quo ibi vtitur.

IN OPVSCVLIS quibuſdam argumenta iam à philoſophis nonnullis tractata, ſeruatis etiam iiſdem titulis, tractat. Nam quod attinet ad libellum cui primus datur locus, περὶ παίδων ἀγωγῆς, Chryſippum eadem de re ſcripſiſſe ex Fabio quoque diſcimus: lib. 1, cap. 19, Chryſippus (inquit) in præceptis de liberorum educatione compoſitis. Sic etiam libellus ſecundus titulum eundem habet cū vno ex iis quos Diog. Laertius Chryſippo tribuit, niſi quòd τῶν νέων nulla in eo fit mentio. ita enim inſcribitur, πῶς δεῖ ποιημάτων ἀκούειν. Quinetiam περὶ εὐθυμίας quidā ante eum diſſeruerant. Sic περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως fuiſſe tractatū ab aliis, videtur ex Hermogene poſſe colligi, apud quem eſt caput περὶ τοῦ ἀνεπαχθῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. Sunt etiam nōnulla opuſcula in quibus ſi non idem argumentum tractauit quod à philoſophis aut aliis tractatum fuerat, ex eo ſaltem occaſionem ſumpſit. Verbi gratia, quum inter philoſophos variè agitatum eſſet εἰ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, ipſe viciſsim diſputat εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν.

Habent autem παράλληλοι βίοι huius ipſius ſcriptoris pleroſque locos qui pro argumentis quæ in opuſculis tractantur, faciunt. Exēpli gratia quidam eius locus περὶ ἀλυπίας differentis habet nonnulla cum illis quæ in libello περὶ εὐθυμίας ſcribit, optimè conuenientia. Alius (ex iis quorum nunc recordari poſſum) quædam ad librū περὶ δεισιδαιμονίας, alius quædam ad cōmentarium πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, pertinentia.

Libellorum quorundam tituli paulo aliter ſcripti inueniuntur apud eorū nōnullos qui aliquod inde teſtimoniū proferunt. Quinetiā ipſemet librum qui κεφάλαια Ῥωμαϊκὰ vocatur, aliter nominat in Camillo, nimirum αἰτίας Ῥωμαϊκὰς, vel potius περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν. Itidémq; in illo cuius memini catalogo vocatur αἴτια Ῥωμαϊκά. ſubiūgitúrq; nō αἴτια Ἑλληνικά, ſed βαρβαρικά. Alioqui certè nō temerè mutandā in illis titulis ſcripturā noſtrā cenſuerim: mutādas quidē certè nōnullas eorum interpretatiōnes Latinas eſſe dixerim, quippe quæ aut argumentum non ſatis declarēt, aut etiam aliquid ab eo alienum præ ſe ferant.

In diſtribuendis hiſce opuſculis in tres tomos, argumenti ſingulorum, non temporis quo ſcripta eſſent, rationem habui. Quum tamen non in tempore ſed iam excuſis nonnullis opuſculis de hac

diſtributione proſpexiſſem, fieri non potuit quin alium locum quàm vellem locum quædam occuparent.

Multo autem plures libros ſcripſiſſe Plutarchum, non ſolùm ex catalogo quem huic ſermoni ſubiungam, ſed etiam ex variis vtriuſque linguæ ſcriptoribus cognoſci poteſt. Atque adeò de nonnullis eius ipſius teſtimonium extat: quorum eſt is quem περὶ τῶν ἡμερῶν inſcripſerat. Huius enim mentionẽ in Camilli vita facit. Meminit & quarundã vitarum à ſe ſcriptarum, quæ minimè extant: vt docebo in calce annotationum in vitas. Sunt autem celebres inter eos qui amiſſi ſunt libros, γραμματεῖς. vnde Euſebius Euang. præparationis lib. 1, locum quendam ſententias philoſophorum περὶ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως complectentem affert. Et multa quidem eorum quæ ibi traduntur, conueniunt cum illis quæ leguntur in libro qui περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις inſcriptus eſt: ſed tamen ita vt non eadẽ ſint. In eo quidem certè catalogo quem huic ſermoni attexere decreui, legitur, γραμματεῖς ἱστορικοὶ, ποιητικοὶ, ξϛ, ἔνιοι δὲ, ξς. Ex amiſſorum Plutarchi librorum numero ſunt & iſti apud Stobæum, Κατὰ εὐγενείας, Ὑπὲρ εὐγενείας, Ὅτι καὶ γυναῖκα παιδευτέον, & aliquot alii. Apud Gellium, Ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά. Item Περὶ ψυχῆς. Quoniam autem reliqua librorum amiſſorum nomina partim ex his ipſis ſcriptoribus, partim ex aliis qui itidem paſsim extant, colligi à quolibet poſſunt, iam nunc ad ea quæ ex illo veteri catalogo excerpſi trãſeo.

Ὁμηρικῶν μελετῶν βιβλία δ. Εἰς Ἐμπεδοκλέα βιβλίον. Περὶ τῆς πέμπτης οὐσίας βιβλ. ε. Περὶ τῆς εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρήσεως βιβλ. ε. Μύθων βιβλ. γ. Περὶ ῥητορικῆς βιβλ. γ. Περὶ ψυχῆς εἰσαγωγῆς, βιβλ. γ. Περὶ αἰσθήσεων, βιβλ. γ. Ἐκλογὴ φιλοσόφων, βιβλ. β. Πόλεων εὐεργεσίαι, βιβλ. γ. Πολιτικῶν βιβλ. β. Περὶ Θεοφράστου πρὸς τὸν καιρούς. Περὶ παρειμένης ἱστορίας, βιβλ. δ. Παροιμιῶν βιβλ. β. Τῶν Ἀριστοτέλους τοπικῶν βιβλ. η. Σωσικλῆς, βιβλ. κ. Περὶ δικαιοσύνης, πρὸς Χρύσιππον, βιβλ. γ. Περὶ ποιητικῆς. Φυσικῆς ἐπιτομῆς βιβλ. ι. Στρωματεῖς ἱστορικοὶ, ποιητικοὶ, ξϛ. ἔνιοι δὲ ξς. Περὶ τοῦ, μίαν εἶναι τὴν ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος ἀκαδημίαν. Περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Πυῤῥωνείων καὶ Ἀκαδημαϊκῶν. Περὶ τοῦ, γεγονέναι κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον. Ποῦ εἰσιν αἱ ἰδέαι. Πῶς ἡ ὕλη τῶν ἰδεῶν μετείληφεν. Ὅτι τὰ ἀσώματα ποιεῖ. Ὑπὲρ τοῦ Πλάτωνος Θεάγους. Περὶ μαντικῆς, ὅτι σώζεται κατὰ τοὺς Ἀκαδημαϊκούς. Πότερον ὁ περιττὸς ἀριθμὸς ἢ ὁ ἄρτιος ἀμείνων. Περὶ συνηθείας, πρὸς τοὺς Στωϊκούς. Πρὸς τὴν τοῦ Ἐπικούρου ἀκρόασιν, περὶ θεῶν. Πρὸς Βιθυνικὸν, περὶ φιλίας. Ἀμμώνιος, ἢ περὶ τοῦ, μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι. Εἰ ἀρετὴ ἡ ῥητορική. Περὶ ὀργῆς. Πῶς δεῖ τοῖς σχολικοῖς γυμνάσμασι χρῆσθαι. Περὶ ἰδίου σώματος. Περὶ φιλοκοσμίας. Αἰτίαι τῶν Ἀράτου διοσημειῶν. Εἰς τὰ Νικάνδρου θηριακά. Πῶς κρινοῦμεν τὴν ἀληθῆ ἱστορίαν. Ἐπιστολὴ πρὸς Φαβωρῖνον, περὶ φιλίας· ἐν ἄλλοις δὲ, περὶ φίλων χρήσεως. Περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, πρὸς Ἐπίκουρον. Σχολαὶ Ἀκαδημαϊκαί. Πῶς ἄν τις ἐν πράγμασι φιλοπραγμονῶν δόξαν διαφύγοι. Περὶ κισσοῦ τῆς μηδενὸς τῶν θεῶν. Περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν. Περὶ ἡμερῶν. Περὶ περιεργίας. Περὶ τῶν Πύῤῥωνος δέκα τόπων. Ἀποριῶν λύσεις.

Χρησμῶν συναγωγή. Περὶ ἀλυπίας. Περὶ γυμνασμάτων. Περὶ τοῦ Γνῶθι σεαυτόν. Περὶ ἀταραξίας. Περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως. Περὶ τῶν πρῶτον φιλοσοφησάντων, καὶ τῶν ἀπ᾽ αὐτῶν. Περὶ ὕλης. Ἀχιλλέως παιδεία. Περὶ Κυρηναίων. Ἀπολογία ὑπὲρ Σωκράτους. Περὶ Σωκράτους καταψηφίσεως. Περὶ γεωργίας. Διαλέξεις περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν. Περὶ χαρακτήρων. Περὶ πόλεων κτίσεων. Περὶ τῶν συνηγορούντων. Τίς ἄριστος βίος. Περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς δαιδάλων. Προτρεπτικὸς πρὸς νέον πλούσιον. Περὶ ψυχῆς. Εἰ ἀπερίγραπτος ὁ περὶ παντὸς ἐπέχων. Περὶ φιλοπλουτίας. Περὶ σπιτισμῶν. Πῶς δεῖ Λάκωνα μαχέσθαι. Προτρεπτικὸς εἰς Ἀσκληπιὸν Περγαμηνόν. Περὶ κυνηγετικῆς. Πρὸς τοὺς ἐξαπατᾶν πειρωμένους. Πρὸς τοὺς διὰ τὸ ῥητορεύειν μὴ φιλοσοφοῦντας. Περὶ ποιημάτων. Τί κατὰ Πλάτωνα τέλος.

LOCI IN OPVSCVLIS EMENdandi, quorum nonnulli in ſuperioribus etiam editionibus ſunt mendoſi.

Pag.24,v.20,Σήδατε P.31,v.23,τὴν δέκ. Et v.ſeq.καὶ Τάλ. v.ſeq.λαβὼν.καὶ,Ζ. P.52,v.2, δυνάμενον,ex interprete:itémque p.5,v.7, νοῦς ἔρανος τ. P.90,v.11,αὐτὸν ἐκστατικῶς,καὶ π. P.93,v.1, ἀμβλυωποῦντος,ex interpr. P.99,v.10,τῆς π όλεως:orto errore ex eo quòd in exemplari erat τῶν πόλεων. P.294,v.17, ἀγκάπλοις, ſub. ἱματίοις. P.303, v.5,τὸν βασ.& v.ſeq.βυρσίνοις χε. P.412,v.15,Φοιβίδου. & 16,Φοιβίδας v.18,δεῖξαι. Σόον λέγεται ἐν χ. P.419,v.24,αἰκάλλειν νέον ψ.vt in Cleom.p.1477. P.421,v.22,τοῖς νεανίσκοις P.ſeq.v.25, καθέδρας P.425, v.8, ἀπεσείφαιεν P.493,v.8,ὡς Ἀπιῶνος ἱσ. P.509, v.14, εἰς θέας: itidémque v.16.at v.15,ἄλση pro ἄλλα reponendum videtur. P.511,v.18,νόμους τ. P.538,v.18,λάβραι P.567,v. 28, Ἄγκος ὁ Νομάδων. P.604,v.2,ἔργα καὶ πολέμου.τύχ. & v.28, Μακεδονίαν διὰ τ. καὶ περσῶν,αἰαμ. P.606,v.12,legẽdum videtur,θεν· ὅσαπερ εἰσαχθεὶς διὰ Βαγώα,καὶ στλ. P.621,v.3,ἡμετέροισι χοροῖσιν,ex Ariſtoph.Acharn. Et v.ſeq.ἡ γνώμη μ. Et v.ſeq. μήτ᾽ οἶδε, μ. P.640,v. 21,Κνῆφ,ἀγλὺν. P.668,v.vlt.τὴν οὐσίαν δ. P.683,v. 1, λαχάρθου, ex Paulo AEgin.l. 7,c.22. P.714, v.28,ἀρτοποιοῦ: itémque ἀρτοποιὸν, v.31. P.725,v.1, τοῖς παλαιοῖς. P.738,v.7,τῶν γε π. P.771,v,11,reponendum videtur ὑποσαλεύομεν. P.774,v.13,ὑποκριτ. P.809,v.24,πεπωμένον,μᾶλλον ἢ ὅτι πέπρωμεν. ὅτι πέπλομεν δ. P.821,v.1,ἱστοροῦσιν)ἢ ῥυτόν,ὡς αἰ ἐτ. P.861, v.18,ὄναιντο Φύοντ. P.889, v. 9, ἐρρωμένος ὁ λ. P.898, v. 18, ἑταίρων. P.908,v.21,ἐάν μὲν ἐκ. P.960,v.7,περιπατεῖν ἐπ. P.ſeq.v.antepen. ὅλος,ex interpr. P.986,v.11,Ἴνους P.1023,v.16,αὖ οἶμ. Et v.24,Φοίνικας P.1035,v.21,εἰσκομπήσηται. P.1044,v.30,δαίμονος, αἰδὼ ἐ.

P.1059,v.22,πόσον ἐλπ. Et v.28,κυαμιςὸς ἀφ'χ. P.1074,v.22, ἀπολεί-λειπται. P.1089,v.23, σοῦ δὲ εἰπ. Et v.ſeq.Κρατ. Aliorum autem in Sympoſ.mendorum emendationem vide in annot. P.1353, v. penult. μαλακισθῆναι τοίων π. P.1453,v.10,ἔοικε δὲ καὶ Θεμ. P.1560,v.11,Γλαυκίπ. P.1561,v.13,πλεῖν ἐπὶ Εὐβ. P.1563,v.1,Δημοχάρης Λ.ex Diog. Laert.Arceſil. P.1622,v.14,κακῶς ἰχ. P.1695,v.antepen.τοῦ εἶναι τὸ ὑγ. P.1698,v.14,Ἀγησαί. P.1764,v.13,ξυρεῖν P.1781, v.29, οὔτε χαίρουσιν,ἀλλ' ἥσυχ,τ. P.1798,v.5,κατεπλ. P.1809, v.1, φιλοτίμου χ. P.1817,v.18,περιστίθης τῆς αὐτῆς,ἥκ. P.1828,v.18, ἐμπεσόντες Et v.23,ἀποστεῖλαι καρποφόρους ὥρας. P.1842,v. vlt. ἁπάσης στερήσεως κ.ex interpr. P.1906,v.24,ὁ νόμος· εἰ δὲ μὴ,σφ. P. 1911,v.21, ἀγαθοῦ ὡς τῆς ἀπολειπομένου, τ. Et mox, ὄντος. Et v.27, δικαιοσύνην φησὶν ἀλλὰ κ. P.1913,v. penult.ὁ ἀρχ ἀδικούμ. P.1914, v. 8, ἀπονίας P.1926,v.8,κομμάτων P.1937,v.antepen. κατουρηθέντα πρὸς αὐτὸν,τ. P.2076,v.23, Ὄλυμπον,αὐλ. P.2084,v.6, κιθάρᾳ & pag. ſeq. εὐσὶν P.2094,v.26,ἢ ῥυθμ. & v.ſeq.ἢ εὖ διατ.

LOCI IN LATINA EORVNdem opuſculorum interpretatione emendandi.

Pag.26,v.31,Apollinem P.64,v.18, in quibuſdam exemplaribus reponendum Perturbatur pro Perturbat. P.102, v. 21, in Græco eſt Caſsiũ Seuerum. P.201,v.24, Pythagoricum pr. Foliolo 369, numero appone α,& foliolo ſequẽte β. P.649,v.10,diateſſaron. Tomo 2,p.15, v.vlt. ſi in temper. P.89,v.26,Sotionem P.112,v. vlt. introſpexeris,iud. P.122,v.21,irrational. P.169,v.32,Calliclem oſt. P.183,v.4,alieno choro pon. P.299,v.32,ἄσωκον P.361, expunge tres illos verſus qui ſunt inter elenchum problematum & prœmium interiecti. Tomo 3,p.35,v.22, Ateas Scytha P. 81, verſum primum expunge,& ſequentis initium vſque ad Non quib. P.97,v.19, ingloria. P.217,v.32, obliquationem Pythag. P.270,v.7,ſues feræ omn. P.316,v.18,pro Elephantorum repone Ceruorum. P.401, v.3, pauo c. P.681,v.penult.Omnes mundi in minima diſſ.fr.

EXCVDEBAT HENR. STEPHANVS, ANNO M. D. LXXII.

SVMMA PRIVILEGIORVM *huic Plutarchi editioni conceſſorum.*

Diplomatis duobus MAXIMILIANI II, *Romanorum imperatoris ſemper augusti, cautum eſt* Henrico Stephano *nequis in vniuerſis ditionibus ipſius* Cęſareæ *maieſtatis, locis atque ciuitatibus tam ſacro* Romano *imperio, quàm cæteris regnis, dominiis & prouinciis eius mediatè vel immediatè ſubiectis, niſi ipſius* Henrici Stephani *aut hæredum permiſſu, in excudendis operibus* Græcis *vel* Latinis Plutarchi, *quicquam eorum quæ in hanc editionem, ſiue recognoſcendo, ſiue interpretando, ſiue annotando, ſiue alio modo contulerit, vſurpare ante octennium, à die qua finita fuerit computandum: vel ea quę excuſa cum quapiam harum rerum fuerint, exēplaria vendere átque diſtribuere publicè vel occultè aut quouis alio prætextu, auſit: alioqui ſibi præter amiſſionem librorum, mulctam decem marcharum auri puri, irrogatam eſſe ſciat, imperiali fiſco & ipſi* Henrico Stephano, *vel eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo perſoluendam.*

Diploma vnum datum fuit Pragæ, *die* XV Febr. *Anno* M. D. LXX.

Subſign.

Maximilianus.

Ad mandatum ſacræ Cæſ. maieſtatis proprium,
A. Erſtenberger.

Alterum datum fuit Spiræ, *die* XVII Sept. *eodem anno.*

Subſign.

Maximilianus.

Ad mandatum ſacræ Cæſ. maieſtatis proprium,
M. Gerſtman.

Diplomate CAROLI IX, *Galliarum regis* Chriſtianiß. *cautum eſt eidem* Henrico *in eandem formam, ad decenniũ. Et edictum hoc violanti præter amiſſionem librorum mulcta arbitraria irrogatur, atque vt omne damnum eidem* Henr. Stephano *præſtare ſarciréque teneatur. Datum fuit apud ſanctum* Germanum, Pariſiorum *ſuburbium, Iulii die* XIII, *Anno* M. D. LXI.

Subſign.

Delomenie.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google